ECCLESIA
EVANGELICA ET JUDAICA
ſeu
ANTIQUITATES EVANGELICÆ ET JUDAICÆ,

Ex

Quatuor Evangeliſtis erutæ,

Et

Orthodoxis Patrum Explicationibus, contra Paradoxas Heterodoxorum, illuſtratæ, & propoſitæ

In

UNIVERSITATE ARGENTORATENSI

STUDIO

BALTASARIS BEBELII,

S. Theol. D. & P. P. Facult. Theol. h. t.

DECANI.

§(*)§

ARGENTORATI,

Sumptibus GEORGII ANDREÆ DOLHOPFFII.

ANNO M. DC. LXXIII.

IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Reverendiſsimo atq; Sereniſsimo
PRINCIPI ac DOMINO
DOMINO
AUGUSTO
FRIDERICO
DUCI BRUNSWICENSI ET LUNE-
BURGENSI &c. &c.

Domino ſuo Clementiſſimo

has

ANTIQUITATES EVANGELICAS

ET

JUDAICAS

ea, qua par eſt,

ſubjectiſſima animi devotione

d. d. d.

BALTASAR BEBELIUS S. Th.
D. & P. P. in Univ. Arg.

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS!

QUadrigas, *Reverendiſ-ſime Princeps*, offero, qua par eſt animi ſubjectione, & ſiſto eas *ſereniſſimis* tuis oculis religioſe contemplandas. Memor ego ſum, nec dum fuero, immemor ero, incredibi-lis

Digitized by Google

liſ illius Clementiæ Tuæ, qua non ita pridem indignum me aliquoties proſecutus es; quare meritò mecum piè cogitabam, qua potiſſimum ratione tantam gratiam devotiſſime venerarer, & qualemcunque ſaltem debitæ gratitudinis conatum viciſſim declararem. Multa verſanti occurrebant *quadrigæ*, quas præ manibus fortè habebam, & quotidie tractabam. Principes Viri amant currus, equosque, utpote ſibi in pace ornamento, in bellis præſidio, in periculis effugio, in itineribus commodo & adjumento; quare nec has, quas ego parabam, ingratas Tibi, *Princeps*, fore plane mihi perſuadebam. Cogitabam enim *Principem* Te eſſe, charactere divino inſignitum; & *Evangelicum*, Auguſtanæ Confeſſioni addictum; & inter Evangelicos Principes Nobiliſſimi Epiſcopatus Argentoratenſis *Canonicum* Reverendiſſimum; Et eum in Aula Capitulari, quæ Argentorati eſt, *Reſidentem*, quem quotidie oculis noſtris, etiam in Univerſitate Principem Juventutis Eminentiſſimum & glorioſiſſi-

Digitized by Google

mum veneramur. Hæc, & ſimilia rerum momenta alia, mihi pollicebantur, Religioſiſſimæ animæ Tuæ acceptas fore Quadrigas, quas moliebar. Moliebar enim eas non quidem ex auro, argento, gemmis, marmoribus, aut pretioſis lignis; neque cervos ſuo colore albicantes, aut mole ſua verendos Elephantes, aut rugitu terribiles leones, aut dejectos thronis ſuis Reges, fabulas mundi, trahendis applicabam; Moliebar tamen ex eo, quod hiſce omnibus per omnia pretioſius eſt, nempe Verbo DEI, in ſcriptis quatuor Evangeliſtarum contento. Hæ Quadrigæ ſunt, quibus fabricandis hactenus operam dedi qua privatam, qua publicam, & DEO juvante, non ita pridem ex voto perfeci. Vidit olim, cum inter captivos ſederet, Ezechiel Propheta, currum, igne collucente plane illuſtrem, ſicut à quatuor animalibus ille traheretur, & quatuor rotis, impellentibus eas ventis, hinc inde citiſſimo curſu volveretur; Talis & Zacchariæ,

Digitized by Google

riæ, juxta nonnullos, oſtenſus eſt Prophetæ, cum Judæi è captivitate reduces, novum templum & urbem excitarent; vidit enim quadrigas, & eas equorum verſicolorum miniſterio in diverſas mundi plagas trahi, & inter has etiam verſus Septentrionem moveri. Angelus digitum intendebat, dicens: *Ecce, qui ingrediuntur in terram Aquilonis, requieſcere fecerunt Spiritum meum in terra Aquilonis!* Currus iſte, qui Ezechieli apparuit, communi Patrum conſenſu, accipitur pro Evangelio JESU CHRISTI, ſicut illud quatuor Evangeliſtarum libris comprehenſum, & miniſterio Apoſtolorum per univerſum Orbem promulgatum eſt: Duo omnium inſtar ſint, & ex Græcis quidem Athanaſius in Synopſi Sacræ Scripturæ. tom. II. Opp. f. m. 155. A. Εὐαγγέλια γὰρ τέσσαρα ἐθέσπισαν ἡμῖν οἱ ἱεροὶ κανόνες τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Τὸ, κατὰ Ματθαῖον, τὸ, κατὰ Μάρκον, τὸ, κατὰ Λουκᾶν, καὶ τὸ, κατὰ Ἰωάννην, κατὰ τὴν προφητείαν τῆς ὀπτασίας, ἧς ἐθεάσατο Ἰεζεχιὴλ ὁ προφήτης, περὶ τῶν τεσσάρων Χερουβίμ. *Nam*

quatuor

quatuor nobis Evangeliorum libros ſacriſancta & catholica Eccleſia canones ſanxerunt. Primum, ſecundum Matthæum, alterum, ſecundum Marcum, tertium, ſecundum Lucam, quartum, ſecundum Johannem, juxta Prophetiam viſionis, quam Ezechiel Propheta de quatuor Cherubim vidit. Ex Latinis vero Hieronymus tom. II. Opp. in Epiſt. ad Paulin. ſcribens: *Matthæus, Marcus, Lucas & Johannes, quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur ſcientiæ multitudo, per totum corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicant, diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in ſublime tendentes, terga pennata & ubiq; volitantia, tenent ſe mutuo, ſibiq; perplexi ſunt, & quaſi rota in rotâ volvuntur, & pergunt, quocunq; eos flatus Spiritus Sanctus perduxerit.* Zachariæ viſionem B. Lutherus (& hunc ſecutus B. Balduinus) t. V. Witeb. Germ. f. 399. b. ſimili ſenſu accipit pro Evangelii promulgatione, abrogato Judaiſmo, in univerſo orbe futura: Demnach zeiget nun der Prophet in dieſem Capitel / wie die rechte Lehre des Evangelii

ſolle

ſolle ausgehen in alle Welt / nachdem das Jüdenthumb mit ihrer Lehre untergangen iſt / daß nach der Phariſeer Lehre / das Evangelium balde kommen / und in alle Welt geprediget iſt.

Habes, *Sereniſsime Princeps*, quas intelligam quadrigas, & offeram, nempe Evangelicam Doctrinam, & hiſtoriam, ſicut ea in ſcriptis quatuor Evangeliſtarum conſignata eſt, & (quod præcipuè intendo) nobiſcum judicio etiam antiquiſſimorum Patrum conſentit. Adverſarii noſtri, præcipuè Pontificii, de duobus potiſſimum Evangelicis controverſiam movent, nempe de harmonia cum veteri Eccleſia in dogmatibus, hiſque annexis ritibus; & de interpretatione Scripturæ, ex qua nos noſtram cum antiquiſſimis Eccleſiis ὁμοψηφίαν demonſtramus. Ad hæc duo reſpexi, ut in opuſculis aliquot meis aliis elaboratis hactenus & editis; vel, DEO volente, edendis; ita in hiſce *Antiquitatibus Evangelicis & Judaicis.* Principium probationis delegi unicum Scri-

)( )(pturam

pturam quatuor Evangeliſtarum, & eam perſpicua paraphraſi oculis lectoris ſubjeci, collatis locis ad unum collimantibus. Etiamſi autem Scriptura & ſibi ipſa ſufficiat, & nobis, fide divina imbuendis; attamen ne noſtræ vel explicationes vel conſequentiæ novæ, & ex cerebro noſtro Χθὲς ϗ σήμερον natæ viderentur, ſubjunxi antiquitatis quoque purioris ſenſum & conſenſum, nempe *orthodoxas* Patrum *interpretationes*, oppoſitas *heterodoxis* vel *paradoxis*, quæ ſubinde in publicum protruduntur. Concernunt illæ præcipuè Doctrinam & ritus; Hiſce enim duabus partibus inſignioribus Eccleſiæ currus conſtat, & inde dependet, quidquid reliquarum partium eſt, & inſtrumentorum. Currus ſuas habent partes, temonem, rotas, domunculam &c. apte ſibi invicem connexas, ut unum corpus videantur; Apte etiam cohærent Evangelici currus principia, dogmata, ritus, affectiones, & reliqua, ut ſit unum omnium ſyſte-

ma

Digitized by Google

ma, ordine tamen digeſtum. Hoc autem, ut præſtarem, in hoc quoque ſcripto operam dedi; nec, præfiſcini dixero, ſine ſudore ita coagmentavi. Evangeliſtæ dicta & hiſtorias promiſcuè narrant, non obſervato ſyſtematis, imo ne temporis quidem ſemper, ordine; ſuppeditant materiam, & relinquunt eam induſtriæ tractatoris methodicè digerendam, & ſecundum currentis Eccleſiæ praxin adornandam. Nobis hodie res eſt cum heterodoxis & adverſariis noſtris de miniſterio & principio fidei, de Trinitate perſonarum in una Deitate; de filio Dei, ſicut ille DEUS eſt, & humanam noſtram naturam aſſumpſit, & in ea tanquam Θεάνθρωπος omnes homines redemit; de homine, ſicut ille olim ad imaginem Dei creatus, fraude deinde diaboli in peccatum lapſus, in æternum exitium præcipitatus eſt, nec emergere poteſt, niſi per Chriſti meritum, certis quibuſdam mediis omnibus offerendum, &, quantum eſt ex DEO, conferendum, & applicandum, ut æternum ſal-

)()(2 ventur:

ventur: De Eccleſiæ membris, forma, notis, auctoritate, unitate, ſanctitate, catholiciſmo; ſcandalis, fatis, perſecutionibus, & horum omnium remediis; Nec non de ritibus in cultu externo receptis, & œconomia domus Dei, Miniſterio inter Auditores commiſſa; Tandem etiam de iis, qui extra ſunt, quales Chriſti tempore erant Judæi & Ethnici; Nam & horum & iſtorum ſive dogmata, ſive ritus adverſarii pro re nata, vel in ſuæ cauſſæ patrocinium advocant, vel contra orthodoxos abutuntur. Hæc igitur congeries variarum & arduarum materiarum, quæ ultro citroque ventilantur; requirebat ordinem, veluti in acie, ubi magna vis eſt militum, curruum, tormentorum, & aliorum apparatuum; ordine ſi diſpoſueris omnia, magnum ad victoriam attuliſti momentum, perdidiſti autem, ſi confusè Tros Rutuluſve fuat, calones, & lixæ, & quadrata rotundis miſceantur: Ita in re Theologica uſuvenit: Tyrones, qui Verbum DEI non tractant ordine, ſed confusè, non collocan-

tes

tes ſingula Scripturæ dicta, quo decet loco, illi multa quidem legunt, releguntque, congeruntq;, & ſcribunt, & loquuntur, ut nihil ſupra, ſed ſine magno ſuo & aliorum fructu; Quæ cauſa? Ordine non faciunt, ita, ut invicem veluti annuli in catena ſingula cohæreant, & dicta Scripturæ, & dogmata inde concinnata, veluti legiones legionibus, manipuli manipulis, ordines ordinibus connexi in acie ſuccurrant, donec ad Triarios perventum.

Sed dilabor ego à principiis, ubi prius conſtiteram. Redeo igitur, unde digreſſus ſum, nempe ad Te, *Sereniſſime Princeps*: Maximo DEI beneficio factum eſt, ut currus iſte Evangelicus, in noſtrum quoque Aquilonem egrederetur, & Spiritum Domini requieſcere faceret etiam in Germania noſtra Septentrionali. Agnoſcis beneficium iſtud DEI, *Princeps*, idque ex ore tuo coram aliquoties audivi; Nec id mirum, quia illi ſe currus ſua bonitate ipſi commendant, & à prima infantia æſtimium iſtorum

 im-

imbibiſti, & creſcis in eo, conſiliis quotidiè utens ſaluberrimis Illuſtris & Generoſiſſimi Domini DN. CAROLI à Stein; Baronis, Reverendiſſimorum & Sereniſſimorum Principum Evangelicorum, qui Epiſcopatus Argentoratenſis Capitulares ſunt, Conſiliarii, Viri non minus Zelo orthodoxæ religionis, & omnigena eruditione, quam natalium ſplendore Illuſtris; Nec non ductu Viri Generoſiſſimi, Maximeque ſtrenui Domini DN. Adami Henrici von der Thann / Ephori Tui, iis virtutibus præditi, quibus Principis Achatem eminere oportet: Horum quoque tantorum Virorum gratia & pietas ſtimulus acceſſit meæ fiduciæ, qua currus meus in occurſum Tanti Principis impelleretur. Reſpice igitur, Princeps, oculis, quibus omnia, ſereniſſimis hoc quoque munuſculum, & eo loco pone, quo ſoles eorum, qui pro incolumitate Tua, Tuæque Sereniſſimæ Domus Brunswicenſis & Lüneburgenſis ſalute & flore indefeſſas ad DEUM preces fundunt. Floreat, vigeat,

Digitized by Google

geat, perennet Epiſcopatus Argentoratenſis Decus, Academiæ ornamentum, meum præſidium, ſpes futuri ſeculi

Reverendiſſimus atque Sereniſſimus Dux & Princeps *Auguſtus Fridericus*!

Vovebam Argentorati,
Anno M DC LXXIII.
8. Martii.

Digitized by Google

Nomina Dominorum Reſpondentium.

I.

Abraham Fiſcherus, Auguſtanus

II.

Johannes Georgius Büttner/Francof. ad Mœnum.

III.

M. Johannes Ulrici, Argentoratenſis.

IV.

Johannes Theophilus Ehrentraut, Richovilla-Alſatus.

V.

M. Fridericus Caroli, Lohra-Briſgojus.

VI.

M. Johannes Conradus König/ Argentinenſis.

VII.

Samuel Dilger, Dantiſcanus.

VIII.

M. Johannes Philippus Wartenſtein/Lindavienſis.

IX.

M. Johannes Roßer/ Argentinenſis.

X.

Jacobus Rößler/ Lipſienſis.

XI.

M. Samuel Silberad, Argentinenſis.

XII.

M. Johannes Georgius Chriſtannus, Argentinenſis.

XIII.

M. Johannes Adamus Ludwig/ Argentinenſis.

XIV.

M. Johannes Philippus Hirtz/ Argentinenſis.

Digitized by Google

I. N. D. N. I. C.

Hiſtoria Chriſti Evangelica ex IV. Evangeliſtis concinnata:

Sectio I. Articulus I.

DE PRINCIPIO COGNITIONIS IN GENERE.

Argumentum.

M*Otivum Scribendorum.* 1. *Principium.* 2. *Vox Evangelium.* 3. *Novum Teſtamentum.* 4. *Evangeliſtæ & Evangelici.* 5. *Deſcriptiones Evangeliſtarum & hiſtoriæ Evangelicæ.* 6. *Author primarius eſt Deus.* 7. *Miniſtri Apoſtoli & Evangeliſtæ, quorum fides probatur argumentis aliquot.* 8. 9. 10. 11. 12. *Impulſiva ſcribendæ Hiſtoriæ Evangelicæ.* 13. *Finis.* 14. *Materia.* 15. *Stylus.* 16. *Diſtributio & diſtinctio.* 17. *Numerus.* 18. *Ordo.* 19. *Harmonia.* 20. *Singularia.* 21. *Perfectio.* 22. *Auctoritas.* 23. *Exceſſus.* 24. *Verſiones.* 25. *Commentatores.* 26. *Adverſarii elevantes.* 27. *Supponentes.* 28. *Adulterantes.* 29. *Pſeudhermeneutæ.* 30. *Remedia.* 31. 32. 33.

§. I.

POſtquam Dei gratia adjuti olim in lucem publicam emiſimus Antiquitates Eccleſiaſticas trium poſt natum Chriſtum ſeculorum, operæ precium viſum eſt τὴν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συγγραφὴν, uti Cyril. comm. ad Joh. I. 6. vocat, *hiſtoriam* etiam *Jeſu Chriſti* & Apoſtolorum ex Authenticis Evangeliſtarum & Apoſtolorum monumentis concinnare, & ex antiquitate illuſtrare. Hoc enim veluti caput quoddam eſt hiſtoriæ Chriſtianæ, optimo ſuo merito reliquæ omni præmittendum. Antiquitatem autem non ſine rationibus urgentibus adjungere vo- Motivum ſcribendorum.

luimus. Quæ enim in Evangeliis iſtis occurrunt, vel hiſt orica, vel dogmatica, varie ab adverſariis veritatis corr umpuntur. Dogmatica quidem falſis interpretationibus: hiſtorica vero traditionibus, quæ neque in ſacris literis, neq; in puriore antiquitate fundamentum habent. Cum igitur tales ſeu pſevdhermeniæ, ſeu traditiones multis imponant, illis præſertim, quibus non eſt otium ſaltem inquirendi in varios commentarios; ideoque operam dare voluimus, ut præmiſſa brevi & perſpicua ſcripturæ paraphraſi, ſequiora ſaltem præcipua ad examen revocarentur, ſubjectis veterum Patrum orthodoxis interpretationibus, & traditionibus, quæ circumferuntur. Finis idem eſt, qui fuit in vulgatis tractatibus de Eccleſia Antediluviana, Noachica, Triſeculari Chriſtiana, & Argentoratenſi; nempe harmonia inter veterem & recentiorem noſtram Eccleſiam & religionem. Cætera, quæ hinc inde inſerimus, facient ad explendam Evangelicam, ſicubi hiabat, & explicandam reliquam hiſtoriam etiam Eccleſiaſticam. Habes ſummam inſtituti & ſcopi noſtri. Supereſt, ut Deo *τῷ σοφοῦντι τοὺς τυφλοὺς cæcos reddenti Sapientes*, cum Cyril. comm. in Joh. præfat. confiſi, rem ipſam aggrediamur!

I. Principium hiſtoriæ Chriſti: §. 2. *Principium* autem & fundamentum ſtatuimus ſcripta IV. Evangeliſtarum. *Evangeliſtarum*, quandoquidem ſeorſim hiſtoriam Chriſti, & ſeorſim Apoſtolorum; & quidem hanc ex actis, epiſtolis Apoſtolicis, & Apocalypſi, edere conſtituerimus; Iſtam vero ex IV. Evangeliſtarum monumentis, junctis tamen etiam iis, quæ in reliquis N. T. libris continentur, & ad Jeſu Chriſti hiſtoriam ſpectant. Etiamſi autem hæc non ſint prima omnium eorum, quæ in N. T. auctoritate divina ſcripta ſunt; quandoquidem prima omnium ſcripta ſit Epiſtola Apoſtolorum, ex concilio Hieroſolymitano ad fideles miſſa. juxta Chemnit. part. I. Concil. Trid. p. 33. Attamen Evangeliſtæ primi omnium ſunt, qui hiſtoriam Jeſu Chriſti, *Spiritu* Sancto impellente, in literas has canonicas retulerunt.

II. Ejus *appellationes.* Etymol. §. 3. Scripta ipſorum communi voce dicuntur *Evangelia*: Marc. I. 1. Vox Evangelium apud Grammaticos ſignificat bonum vel lætum nuncium. Hoc ſenſu autem κατ᾽ ἐξοχὴν ille cœleſtis nuncius dicitur; cui conſonat ſumma doctrinæ à Johanne Bapti-

Baptiſta, & Chriſto propoſitæ, Matth. IV. 17. Marc. I. 15. utpote qui in eandem ſententiam prædicarunt: *Adventavit regnum cæleſte*: Uterque juxta vaticinium Jeſ. LII. 7. explicante Paulo Rom. X. 15. Scilicet uterque, & per ſe, & per diſcipulos vulgavit gratiam Dei de remiſſione peccatorum per & propter vicinum vel exhibitum Meſſiam gratis accipienda. A materia hac nomen accepit ſcriptura, ut Evangelium diceretur, à læto gratiæ divinæ nuncio: Εὐαγγέλιον δὲ λέγεται, διότι ἀγγέλλει ἡμῖν πράγματα δὲ καὶ καλῶς ἔχοντα, τουτέστιν ἀγαθὰ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, δικαίωσιν, ἄνοδον εἰς οὐρανοὺς, υἱοθεσίαν Θεοῦ: i. e. *Evangelium dicitur, eo quod nunciet nobis res proſperas, & bene ſe habentes, h. e. bona, nempe remiſſionem peccatorum, juſtitiam, reditum in cælos, adoptionem in filios Dei*: Ita explicat Theophyl. præfat. in Matth. Principali vero ſignificatu notaret hiſtoriam Chriſti Jeſu nati, denati, & in cœlos ſublimati, quem ſenſum prodidit Petrus Act. I. 22. X. 37. Interpretes, & Patres;

§. 4. Juſtinus Martyr in Apologia pro Chriſtianis iſta Apoſtolorum & Evangeliſtarum ſcripta recepto vocabulo vocat εὐαγγέλια, & ſynonyma voce: ἀπομνημονεύματα: *commentarios* inſigniorum ſc. dictorum & factorum. Quo ſenſu & Euſebius lib. III. hiſt. c. 24. vocat ὑπομνήματα q. d. *memorialia*. Dicuntur etiam καινὴ διαθήκη: *nova diſpoſitio* ſeu teſtamentũ; qua phraſi denotatur vel ipſum teſtamentum Dei, vel inſtrumentum, quo iſtud conſignatum extat. Ἔγγραφον illa eſt, & occurrit non ſolum in inſcriptione Evangeliorum, ſed etiam hinc inde in novo inſtrumento Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24. 2. Cor. III. 6. Significat autem diſpoſitionem illam Dei, quam fecit de ſalute hominibus per fidem propter Chriſtum mediatorem per Evangelium & Sacramenta offerenda, & conferenda. *Novum cognominatur* propter *vetus* illud, quod lex dicebatur, & vitam æternam non niſi illis pollicebatur, qui exacta obedientia imperata feciſſent. Jer. XXXI. 32. 2. Cor. III. 14. Gal. IV. 24. Alia voce dicitur iſtud *melius* & *æternum* teſtamentum hinc inde in epiſtola ad Hebræos. Synonym.

§. 5. Probe obſervandum, quod Evangelium ſumatur vel latius vel ſtrictius; iſto ſenſu comprehendit etiam facienda, i. e. omne id, quod in novo inſtrumento conſignatum eſt. Quo ſenſu Ambroſio eſt *non ſolum fidei doctrina, ſed etiam morum magiſte-* Homonym.

 rium,

rium, & ſpeculum converſationis. Et Gregor. M. l. 2. moral. c. 1. *quaſi quoddam ſpeculum, ut interna noſtra facies in ipſo videatur.* Bernhardo *Speculum veritatis, quod nemini blanditur.* Serm. 1. de ſept. pan.

Paronym. Ab Evangeliis hiſce ſcriptores dicuntur *Evangeliſtæ.* Sic eos appellat Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 24. Sunt autem Evangeliſtæ Sacroſancti illi hiſtorici, qui geſta & dicta Chriſti in literas retulerunt canonicas, eaque dictitante Spiritu Sancto, cujus amanuenſes extiterunt. Definiuntur à Juſtino Martyre Apol. II. p. 58. ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *tanquam memorantes omnia, quæ cum Jeſu Salvatore noſtro contigerunt.* Hieronymo ſunt *ſcribæ & notarij Salvatoris, qui verba illius & præcepta ſignabant in tabulis cordis carnalibus regnorum cœleſtium Sacramentis.* Comment. ad Matth. XIII. 52. Ambroſius deſcribit, quod ſint, *qui ſalutaria Domini geſta deſcribunt, vel animum mirabilibus ejus intendunt.* Comm. in procem. Lucæ. Auguſtino lib. 1. de conſ. Evangel. c. 7. dicuntur *Sanctæ quadrigæ, quibus per orbem vectus Chriſtus ſubigit populos leni ſuo jugo, & ſarcina levi.* Vide Dn. D. Dannh. Chriſteid. pag. 77. περιθεωρ. Noſtrates ab eadem voce *Evangelici* dicuntur, quod credant, ſeſe per & propter meritum Chriſti vera fide apprehenſum, quod verè Evangelium eſt, juſtificari & ſalvari: Id quod obſervandum contra calumniam Cornelii à Lapide, qui procem. in IV. Evang. f. 12. ſcribit: *Tanta Evangeliorum apud omnes ſemper fuit veneratio, ut noſtro ævo Lutheri aſſeclæ nuncupari voluerint Evangelici, cum revera eſſent cacangelici.* Hæc ille, nulla ſarcaſmi huj⁹ addita ratione, quaſi ſufficeret Jeſuitã id cenſuiſſe.

III. Definitio. §. 6. *Deſcriptio.* Luc. c. I. 1. Evangelica hiſtoria eſt διήγησις περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων: *enarratio rerum certò inter nos geſtarum.* Matthæus à genealogia & nativitate Chriſti, i. e. parte aliqua, vocat *librum generationis* c. I. 1. Hieronymo hiſtoria Evangelica eſt *breviarium* vel *compendium totius Theologiæ.* Iuſtinus Martyr dial. cum Tryph. fol. 259. eandem vocat ἀπομνημονεύματα Ἀποστόλων: *commentarios Apoſtolorum*, paulo poſt vocat ἀπομνημονεύματα ἅ φημι (φησι) ὑπὸ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ, καὶ τῶν ἐκείνοις παρακολουθησάντων συντετάχθαι: *Memorialia, quæ dico* (dicunt legerem) *ab Apoſtolis ejus, & horum ſectatoribus contexta.* Tertulliano lib. IV. adv. Marc. c. 2. *eſt Evangelicum inſtrumentum* c. 5. *digeſtum:* Antonio *Evangelium eſt*

Digitized by Google

eſt epiſtola quædam Dei è cælo emiſſa: Origeni præf. in Joh. *totius ſcripturæ primitiæ*. Euſebio lib. III. hiſt. c. 19. eſt *ſacer Evangeliorum quaternio*: ἡ ἁγία τῶν εὐαγγελίων τετρακτύς.

§. 7. *Authorem primarium* habet *Deum*, cujus inſtinctu & juſſu, ſi non externo, ſaltem interno, ſancti illi Amanuenſes hiſtoriam Chriſti, & ſummam ſacrarum quoque concionum in literas retulerunt. *Locutus eſt nobis Deus noviſſime per filium ſuum*, Ebr. I. v. 1. non vivis ſolum concionibus, ſed etiam ſcriptis, quibus ſuos Apoſtolos & Evangeliſtas juſſit prædicare Evangelium in univerſo orbe, & ad finem usque ſeculi. Cum enim pes ipſorum non potuerit ubique locorum præſens eſſe, ſcriptis opus erat, quibus eum defectum ſupplerent. Illuſtris eſt Irenæi locus lib. I. adverſ. hæreſ. c. 3. cum ſcribit: *ſola vera & vivifica fides illa eſt, quam ab Apoſtolis Eccleſia percepit, & diſtribuit filiis ſuis. Etenim Dominus omnium dedit Apoſtolis ſuis poteſtatem Evangelij, per quos & veritatem, h. e. Dei filii doctrinam cognovimus, quibus & dixit Dominus: Qui vos audit, me audit, & qui vos contemnit, me contemnit, & eum, qui miſit me. Non enim per alios diſpoſitionem ſalutis cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos; quod quidem tunc præconiaverunt, poſtea vero per Dei voluntatem in ſcripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum.* Hæc ille. Habes en! principium hiſtoriæ quoque Evangelicæ, nempe voluntatem Dei, & mandatum Chriſti, qui Apoſtolos voluit à poſteris quoque audiri, utique in Scripturis ſuis, quandoquidem pridem vita ſua eſſent defuncti. Non ſine cauſſa factum eſt, quod Apoſtoli primis ſuis literis Hieroſolymis ad Eccleſias perſcriptis, titulum præfixerint: *viſum eſt Spiritui Sancto & nobis*. Actor. XV. 28. His enim verbis non ſolum intimarunt, à Spiritu Sancto eſſe, quod ſcribebant, ſed & quod literis idem mandaſſent. Chriſtus equidem immediatè nihil ſcripſit, quod canonica authoritate ad poſteros derivaretur, fruſtra id calumniantibus Ethnicis; contra quos vide Auguſt. lib. 1. de conſenſ. IV. Evangel. c. 34. Scripſit tamen mediatè per Apoſtolos, ſicut per eosdem baptizavit: *Omnibus diſcipulis ſuis per hominem, quem aſſumpſit, tanquam membris ſui corporis, caput eſt. Itaq; cum illi ſcripſerunt, quæ ille oſtendit, & dixit: nequaquam dicendum eſt, quod ipſe non ſcripſerit, quando quidem membra ejus* id

IV. *Cauſſæ*: Efficientes, ut Principalis.

id operata ſunt, quod dictante capite cognoverunt. Quicquid enim ille de ſuis Factis & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum illis, tanquam ſuis manibus, imperavit: quæ ejusdē Auguſtini c. 35. verba ſunt. Cyrillo auctore: ἀκριβὴς ὄντως, καὶ θεοδίδακτος τῶν ἁγίων Εὐαγγελιστῶν ἡ διάνοια, *perſpicax revera, & divinitus edocta eſt mens Sanctorum Evangeliſtarum.* Comm. in Joan. ab init. Ante ipſum ab Euſebio Lib. III. Hiſt. c. 25. ſcripta Evangeliſtarum referuntur in numerum τῶν ὁμολογουμένων θείων γραφῶν, *ſcripturarum, quas eſſe divinas, in confeſſo eſt.* Et Epiph. hæreſ. 51. *non erat ipſorum voluntas, ſed ex Spiritu Sancto doctrina & conſequentia.* Inde fuit, ut ſine labore Evangelia ſua ſcriberent Evangeliſtæ; quod Lucas c. I. 1. innuit, quando Pſeudo-Evangeliſtis *conatum* tribuit: *Qui enim conatus eſt, ordinare, ſuo labore conatus eſt, nec implevit ſine conatu; ſunt enim donationes & gratia Dei: quæ ubi ſe infuderit, rigare conſuevit, ut non egeat, ſed redundet ſcriptoris ingenium. Non conatus eſt Matthæus, non conatus eſt Marcus, non conatus eſt Joannes, non conatus eſt Lucas, ſed divino Spiritu ubertatem dictorum rerumque omnium miniſtrante, ſine ullo molimine cœpta compleverunt.* Explicatio eſt Ambroſ. in procem. Lucæ.

Miniſterialis

§. 8. *Miniſtris* autem Apoſtolis & Evangeliſtis uſus eſt Spiritus Sanctus. *Conſtituimus in primis Evangelicum inſtrumentum Apoſtolos autores habere, quibus hoc munus Evangelii promulgandi ab ipſo Domino ſit impoſitum; & Apoſtolicos, non tamen ſolos, ſed cum Apoſtolis, & poſt Apoſtolos: quoniam prædicatio diſcipulorum ſuſpecta fieri poſſet de gloriæ ſtudio, ſi non adſiſtat illi auctoritas magiſtrorum, imò Chriſti, qui magiſtros Apoſtolos fecit.* ait Tertul. l. IV. c. 2. adv. Marc. In his verbis duos facit Sanctorum Amanuenſium ordines, Apoſtolos & Apoſtolicos viros, ſicut deinde uberius ſeſe explicat: *Fidem nobis ex Apoſtolis Joannes & Matthæus inſinuant, ex Apoſtolicis Lucas & Marcus inſtaurant.* Horum fides non eſt cur in dubium vocetur.

Θεόπνευστος: probatur (1) Ex teſtimoniis propheticis.

Nam (1) *Propheticis oraculis* ſuas narrationes confirmarunt. Unde Juſtinus Martyr Apol. II. pro Chriſt. p. m. 58. contra exceptiones gentilium diſputans, ait, *qui in commentarios res omnes de Salvatore noſtro Jeſu Chriſto retulerunt, teſtati ſunt:* (conceptionem filii Dei ex virgine immaculata) οἷς ἐπιστεύσαμεν. ἐπειδὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προδεδηλωμένου τὸ προφητικὸν πνεῦμα τοῦτον γεννησόμενον, ὡς προεμηνύομεν, ἔφη: *eisq; fidem habuimus, quod & per eum, quem diximus, Eſaiam propheticus* Spiri-

Spiritus naſciturum hunc ita, ut induximus, dixit. Et Hieron. comm. ad Matth. XIII. 52. *Inſtructi erant Apoſtoli, Scribæ, & notarii Salvatoris, qui verba illius & præcepta ſignabant in tabulis cordis carnalibus, regnorum cœleſtium Sacramentis, & pollebant opibus Patris familiæ, ejicientes de theſauro doctrinarum ſuarum vetera & nova: ut quidquid in Evangelio prædicabant, legis & prophetarum vocibus comprobarent. Unde & ſponſa dicit in Cantico Canticorũ: Nova & vetera fratruelis meus ſervavi tibi.* Hæc ille ad verba Chriſti: *Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini Patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera.* Prophetis jungebant omnibus Prophetis majorẽ, Johannem Baptiſtam, tanquam fidum teſtem eorum, quæ ipſi in literas deinde retulerunt: *Cum à Deo dictum ſit per Moſen in ore duorum aut trium teſtium ſtare omne verbum* Συνάγει φρονίμως ἐφ' ἑαυτῷ τὸν μακάριον Βαπτιστὴν, καὶ ἀξιολογώτατον ὄντως συνεισφέρει τὸν μάρτυρα: *magnæ auctoritatis ſibi teſtem Beatum Baptiſtam prudenter* (Joannes Evangeliſta) *adjungit*: Cyril. comm. ad Joh. I. 6. Confer. quæ idem habet ad v. 15. ſeqq. v. 20. Illorum oraculorum nonnulla videbantur non ſcripta. ut Matth. XXVII. 9. Origeni apud Sand. ad l. c. quædam quoad ſenſum ſolum extabant, uti obſervat Hieronymus ad Matth. II. 23. quædam in unum faſciculum colligabantur, vide ad Matth. III. 3. (2) Fuerunt αὐτόπται & αὐτήκοοι, vel certè ab his & iſtis ſcribenda fideliter acceperunt. Matthæus & Johannes cùm Chriſto ipſo converſati ſunt. *Matthæus fideliſſimus Evangelii commentator, & comes* Domini, audit apud Tertull. d. carne Chriſti c. 22. *Fidem ex Apoſtolis Johannes & Matthæus inſinuant* lib. IV. contr. Marc. c. 2. Marcus vero & Lucas didicerunt ab illis, qui Chriſtum in carne viderunt, audiverunt & familiarem habuerunt. Utrumque innuit Lucas c. 1. v. 1. ſeqq. Joh. XIX. 35 refert Johannes de latere Chriſti perfoſſo poſt mortem, & ſanguine inde & aqua manantibus, cum atteſtatione, vidiſſe ſeſe id, & teſtari de viſis, & teſtimonium hoc ipſius eſſe verum ait Eccleſia, idque ſeſe ſcire, quod verum ſit & fide dignum. Pertinet huc, quod 1. Ep. I. 1. ſeqq. ſcripſit: *quod erat ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod ſpectavimus, & manus noſtra tetigerunt de verbo vitæ; hoc annunciamus vobis: & eadem ſcribimus vobis, ut gaudium veſtrum ſit completum.* In eandem ſententiam Auguſt. lib. 1. de conſ. Evang. c. 1. cenſuit: *Inter omnes divinas Authoritates,*

(2) Ex Experientia.

Digitized by Google

tates, quæ ſanctis literis continentur, Evangelium merito excellit. Quod enim Lex & Prophetæ futurum prænunciaverunt, hoc redditum & completum in Evangelio demonſtratur. Cujus primi prædicatores Apoſtoli fuerunt, qui Dominum ipſum & Salvatorem Jeſum Chriſtum etiam præſentem in carne viderunt. Cujus non ſolum ea, quæ ex ore ejus audita, vel ab illo ſub oculis ſuis operata, dicta, & facta meminerant: Verum etiam, quæ, priusquam illi per diſcipulatum adhæſerant, in ejus nativitate, vel infantia, vel pueritia divinitus geſta, & digna memoria, ſive ab ipſo, ſive à parentibus ejus, ſive à quibuslibet aliis, certiſſimis indiciis, & fideliſſimis teſtimoniis requirere, & cognoſcere potuerunt: impoſito ſibi Evangelizandi munere, generi humano annunciare curarunt. Quorum quidam h.e. Matthæus & Johannes, etiam ſcripta de illo, quæ ſcribenda viſa ſunt, libris ſingulis ediderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiendum & prædicandum Evangelium, intereſſe aliquid, utrum illi annuncient, qui eundem Dominum hic in carne apparentem diſcipulatu famulante ſecuti ſunt, an iĳ, qui ex illis fideliter comperta crediderunt, divina providentia procuratum eſt per Spiritum Sanctum, ut quibusdam etiam ex illis, qui primos Apoſtolos ſequebantur, non ſolum annunciandi, verum etiam ſcribendi Evangelium tribueretur auctoritas. Hi ſunt Marcus & Lucas. Hactenus Auguſtinus, cujus verba prolixius ideo exſcribere voluimus, quia pleniſſime, quod intendimus, expreſſerunt. Hinc enim diſcas non ſolum differentiam inter Evangeliſtas, ſed etiam fidem & authoritatem, quam habuerunt à Spiritu Sancto ſuo directore.

(3) Ex ſcopo officii.

§. 9. (3) Quia fuerunt teſtes Jeſu Chriſti in id divinitus authorati, & miraculis inſigniti. Act. I. 8. Chriſtus in ultimo cum ipſis habito colloquio, dicit: *vos accipietis virtutem Spiritus S. qui ſuper vos venturus eſt, & eritis teſtes mei Hieroſolymis, & in univerſa Judæa, & Samaria, & usque ad fines terræ.* Quorſum refert Matth. X. 19. 20. Cyrillus, *non enim ipſi loquuntur, ut ait Salvator, ſed Spiritus Patris, qui in eis eſt.* Tom. IV. opp. f. 8. Intelligenda hæc ſunt, non ſolum de verbis Apoſtolorum & Evangeliſtarum ore prolatis, ſed etiam ſcripto proditis. Cum enim pes Apoſtolorum non potuerit ubique præſens eſſe, opus erat ſcriptis, hinc inde cum authoritate divina miſſis.

(4) Ex periculo mendaciorum.

§. 10. (4) Quia, ſi quid contra, vel præter fidem ſcripſiſſent, potuiſſent eveſtigio palam redargui à Συγχρόνοις ſive hoſtibus,

ſtibus, ſive Chriſtianis hiſtoriæ ſuæ gnaris. Tale quid autem factum non eſt, ſed Eccleſia potius teſtimonio ſuo ſcripta Evangeliſtarum comprobavit. Joh. XXI. 24. Cyrillus comm. ad h. l. commentatur, quæ huc faciunt: *μεμαρτυρηκέναι φησὶ περὶ τούτων, ἀξιαγάστως ἤδη καὶ καλῶς, τὸ συννεῦσαι τοὺς ἀκροωμένους, οἷς γέγραφέ τε καὶ μεμαρτύρηκεν, ὡς ἐξ ἀνάγκης αἰτῶν, omne ait ſe de his teſtimonium perhibuiſſe, mirabili quadam & præſtanti ratione poſtulans, ijs, quæ ſcripſit atque teſtatus eſt, auditores velut ex neceſſitate aſſentiri, οὐ γὰρ ἂν ἐψεύσατο τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ: nec enim mentitus eſt præco veritatis.*

§. 11. (5) Quia fides hiſtorica non temerè eſt in dubium revocanda. Premit Auguſtinus lib. 1. de conſ. Evangel. cap. 7. Ethnicos ſuo domeſtico facto: *A quibus quæro: cur de quibusdam nobiliſſimis Philoſophis ſuis hoc crediderunt, quod de illis illorum diſcipuli ſcriptum memoriæ reliquerunt?* Enumeratis deinde exemplis, ſubdit: *Quid igitur cauſſa eſt, cur de iſtis hoc credant, quod de illis diſcipuli eorum literis commendarunt, & de Chriſto nolunt credere, quod ejus de illo diſcipuli conſcripſerunt?* Accedit ſublimitas myſteriorum deſcriptorum: Id quod vel unius Joannis, quondam imperiti, Evangelium ſatis declarat: *Meus piſcator illiteratus, indoctus, liber à tempore eſt, ſolutus à ſeculis, vicit omne principium*, ait Hilarius lib. 2. de Trinit. f. 17. (5) Ex æquitate.

§. 12. (6) *A collatione* Scriptorum Evangelicorum inter ſeſe; Urget hoc argumentum Chryſoſt. præfat. in Matthæum: *ſi enim ex toto*, ajens, *& in omnibus conſonarent, & cum nimia diligentia atq; cura usq; ad tempora & loca omnia, usq; ad ſingula æqualiter verba concurrerent, nemo inimicus crediſſet unquam, ſed eos communi ad decipiendum conſilio congregatos, quaſi ex humana quadam compoſitione Evangelium condidiſſe. Non enim ſimplicitatis tam ſolicitam conſonantiam judicarent.* Huc referri poteſt, quod ſcripſit Theophylactus præfat. comm. in Matth. Quærit: *nunquid ſufficiebat unus Evangeliſta?* reſpondet: *ſufficiebat quidem, ſed ut uberius veritas demonſtraretur, quatuor conſcribere permiſſi ſunt. Nam cum videris hos quatuor, qui non in unum locum convenerunt, neque conſederunt ſimul, alius & alius in locis vitam egiſſe, & de iiſdem rebus, quaſi ex uno ore ſcripſiſſe, non admiraberis Evangelij veritatem, ſed fateberis, quod ex Spiritu Sancto locuti fuerint.* Hæc ille. (6) Ex collatione.

§. 13. Tranſeo lubens alia argumenta, quæ adduci poſſent, præſertim cum inferius de authoritate Evangeliorum quædam delibanda ſint. Unicum (7) addo, deſumptum *à materia contenta*, quod graviter & facunde diſſerit Ambroſius præfat. in Luc. *Evangeliſtis quoque*, ajens, *quam putas defuiſſe ſapientiam? quorum alij cum variis generibus ſint referti, ſinguli tamen diverſo genere præſtant:* Subjungit deinde ſingulorum excellentias, quas inferius, ubi ſpecialius de ipſis diſſerimus, verbis expreſſis legas. Sect. II. §. 5. 17. 27. 35. Idem comm. ad proœm. Luc. merito interrogat: *quid tam rationabile, quam ut credas, cum legis ea geſta, quæ ſunt ſupra hominem, potioris eſſe naturæ? At vero cum legis ea, quæ ſunt mortalia, ſuſcepti credas eſſe corporis paſſiones? Ita verbo atq; ratione, non ſignis, fides noſtra fundatur.* Id præcipuè obſervandum eſt, quæ tandem externa cauſſa ſanctos viros impulerit, imò Deum ipſum moverit, quare Evangelicam hiſtoriam Serius in literas authenticas voluerint referri: Evangelium certè non ſtatim in literas relatum, ſed prius hinc inde prædicatum, & miraculis confirmatum eſt; idque ideo, ut fide ipſi per conciones vivas, & prodigia, facta, & aſſerta, certi eſſent lectores eorundem, quæ poſtea in literis expreſſa legerent. Præterea maturè prodibant traditores maleferiati, qui mentirentur, ſeſe hoc vel iſtud Chriſti aut Apoſtoli dictum factumve audiviſſe, quod tamen effinxerant ipſi, ut igitur certo conſtaret de Chriſti geſtis & dictis, ſcripto ea comprehenderunt.

(7) Ex materia.

Finis.

§. 14. *Finis*, qui eſt fides in Jeſum Chriſtum. *Sola vera & vivifica fides illa eſt, quam ab Apoſtolis Eccleſia percepit, & diſtribuit filiis ſuis. Etenim Dominus omnium dedit Apoſtolis ſuis poteſtatem Evangelij, per quos & veritatem h. e. Dei filij doctrinam cognovimus, quibus & dixit Dominus: Qui vos audit, me audit, &, qui vos contemnit, me contemnit, & eum, qui miſit me. Non enim per alios diſpoſitionem ſalutis cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos. Quod quidem tunc præconiaverunt, poſtea vero per Dei voluntatem in ſcripturis nobis tradiderunt, fundamentum ac columnam fidei noſtræ futurum.* Irenæi verba ſunt lib. III. c. 1. Habes in his verbis Irenæi, finem & ſcopum Evangeliorum ſcriptorum proximum, qui eſt fides, & ultimum, qui eſt ſalus credentium: Iſtius objectum eſt Chriſtus; *Scribendi enim Evangelij non*

aliam

aliam (Johannes) *prætulit cauſſam, quam ut omnes crederent, Jeſum eſſe Chriſtum filium Dei*: ait Hilar. lib. VII. de Trin. f. m. 76. reſpiciens ad verba Joh. XX. 31. in quæ Cyrilli παράφρασις hæc eſt: *multa quidem miraculorum millia virtute ſervatoris facta eſſe, cogitandum eſt: veruntamen illuſtriora tantum ab Evangeliorum præconibus, ut videtur, ſcripta fuere.* καὶ δι' ὧν ἦν μάλιστα τοὺς ἀκροωμένους δύνασθαι βεβαιῶσαι πρὸς πίστιν τὴν ἀπαραφθορον &c. *& per quæ maximè poſſent auditores ad incorruptam fidem firmari, & doctrina tam morum, quam operum inſtitui, ut recta fide conſpicui, & operibus ad pietatem ſpectantibus variè illuſtrati, & ad ipſam ſupernam civitatem evecti, atq; primogenitorum Eccleſiæ conjuncti, in ipſum quoque regnum cælorum penetrarent in Chriſto.* Iſque fuit reliquorum quoque Evangeliſtarum ſcopus: *Perſpicax revera & divinitus edocta mens eſt ſanctorum Evangeliſtarum, quæ velut è tumulo quodam ac ſpecula magnificæ contemplationis undiq; circumſpicit ὃ τοῖς ἀκροωμένοις χρήσιμον, quod uſui ſit auditoribus, & vehementi ſtudio indagat, quod conducere putet ijs, qui veram divinorum dogmatum doctrinam ſitiunt, & abſtruſum in ſcripturis divinis recto animo ſenſum inquirunt.* Cyrill. ab init. comm. in Joan. Fluit exinde, quod ſcriptura Evangelica oppoſita ſit hæreticorum corruptelis. *Quoniam hæreſes pullulaturæ erant, quæ mores noſtros depaſcerentur, opera pretium viſum eſt, ut ſcriberentur & Evangelia, quo diſcentes ex illis veritatem,* μὴ παρασυρῶμεν ὑπὸ τοῦ ψεύδους τῶν αἱρέσεων, μηδὲ παντελῶς διαφθαρῶσι τὰ ἤθη ἡμῶν: *non hæreſium mendaciis deciperemur, moresque noſtri non prorſus peſſundarentur*: verba ſunt Theophyl. præfat. ad Matth.

§. 15. *Materia*, quam enarrarunt Evangeliſtæ, ſunt dicta, & facta Chriſti. Etiamſi enim & aliæ materiæ interſerantur, ut de Johanne Baptiſta, de Judæis, & ſimiles, omnes tamen illæ ad Chriſtum ultimo ſpectant, vel ipſius hiſtoriæ connexæ ſunt. Solent vulgo quatuor animalia Evangeliſtarum inſignia facere, ut infra §. 18. docemus: ſed fuerunt quoque inter veteres, qui ad ipſum Dominum noſtrum, tanquam præcipuam materiam Evangeliorum, applicarent: *Plerique hinc putant, ipſum Dominum noſtrum in quatuor Evangelij libris quatuor formis animalium figurari, quod idem homo, idem leo, idem vitulus, idem aquila. Homo, quia natus ex Maria eſt; Leo, quia fortior eſt; vitulus, quia hoſtia eſt; aquila, quia reſurrectio eſt. Atque ita in libris ſingulis forma animalium* Materia.

figuratur, ut uniuscujusque libri ſeries propoſitorum videatur animalium aut naturæ, aut virtuti, aut gratiæ, aut miraculo convenire. Quæ, licet omnia in omnibus ſint, tamen plenitudo quædam in ſingulis virtutum eſt ſingularum. Ambroſ. præfat. ad Lucam. Lucas cap. I. 2. vocat λόγον, ſermonem; & deſcribit ab uſu, quem ſermo iſte inter fideles habuit, dum appellat, πεπληροφορημένα ἐν ἡμῖν πράγματα, *res, quæ inter ipſos tanquam certiſſimæ credebantur.* Sunt autem ea ipſa, nec alia, quæ Apoſtoli viva voce prædicaverant: Id quod patet ex hac relatione Euſebii Lib. II. Hiſt. c. 15. de occaſione Evangelii à Marco conſcripti: Romani *à Marco, Petri comite (cujus Evangelium eſſe fertur) multis variisque precibus contenderunt, ut momentum illius doctrinæ, quam ſermone & verbo illis tradidiſſet, etiam ſcriptis mandatum apud eos relinqueret. Nec prius hominem ab ſe dimittunt, quam, ipſorum poſtulatis obſecutus, opus abſolviſſet.* Unde patet, non alia prædicaſſe Apoſtolos, & alia ſcripſiſſe Evangeliſtas. Act. I. 1. Lucas dividit iſtas res in eas, quas Jeſus *fecit, & docuit:* Hæ ſunt veræ demum traditiones Apoſtolicæ, ſcripto nimirum comprehenſæ, ut non opus ſit novas & alienas confingere. Vid. Hieron. procem. in Marc. Tom. IX, opp. fol. m. 43. Chem. part. I exam. p. 41. Diſtribui poſſunt in credenda & facienda. Præfatio auctoris ſuper Marcum apud Hier. Tom. IX. opp. ait: *Quatuor ſunt qualitates, de quibus ſancta Evangelia contexuntur, præcepta, mandata, teſtimonia, Exempla: In præceptis juſtitia, in mandatis charitas, in teſtimoniis fides, in exemplis perfectio conſiſtit:* Quæ tamen materiam Evangeliorum non exhauriunt; Nam præcipuum in ipſis omittunt, nempe promiſſiones Evangelicas, quæ fide apprehenduntur.

Stylus. §. 16. *Stylus* authenticus eſt *Græcus*, mixtis nonnullis Syriaſmis, & Latiniſmis. De tribus poſterioribus Evangeliſtis Auguſtinus clare id aſſerit, Matthæo autem Hebraicum idioma aſſignat, *ſolus Matthæus Hebræo ſcripſiſſe perhibetur eloquio, cæteri Græcè,* de conſ. Evang. l. I. c. 2. verior ſententia etiam Matthæum ſcripſiſſe Græcè ſentit, teſte Hieronymo. Nec deſunt rationes. Promulgandum erat Evangelium, hiſtoria iſta comprehenſum, per univerſum orbem, & communicandum gentilibus; qui pleriq; Græce intelligebant; commodum igitur & æquum erat, ut com-

communi iſto idiomate conceptum vulgaretur. De ſingulis idiomatibus in ſingulis Evangeliſtis paulo poſt pluribus dicemus. In genere notandum, quod ſtylus ſit *planus & ſimplex*, ut decet eſſe in hiſtoricis. Judicium Euſebii lib. III. hiſt. Eccl. c. 24. hoc eſt: *Exquiſita verborum fabricandorum ſolertia, & arte elaborata, doctrinam magiſtri ſui, ac præcepta exponere, neque norunt, neque conati ſunt, ſed aperta & manifeſta docendi ratione per ſacroſanctum Spiritum ipſis opem ferentem infuſa, & ſola Chriſti virtute, tot miraculorum effectrice, per ipſorum doctrinam & res geſtas plenius pervulgata, utentes, regni cælorum notitiam toti orbi patefecerunt: Quin etiam ſtudium & operam, quæ in libris conſcribendis poni ſolet, haud magno ſanè æſtimarunt, & iſtud planè præſtiterunt: Utpote excellentiori miniſterio, ac longe hominum captum ſuperanti inſervientes.*

§. 17. *Diſtributio & Diſtinctio* hiſtoriæ Evangelicæ alia eſt recentior, alia vetuſtior. Vetuſtior textum dividit in ſuos titulos, & capitula, ut eſt apud Suidam; Apud Hilarium dividitur in canones; Apud recentiores in capita, & hæc in verſiculos, autore vetuſtiore Hugone Cardinali; qui in capita, & recentiore R. Stephano, qui in ſectiunculas minores, ſeu in verſiculos diviſit; qua de diviſione conſulatur H. Stephanus in præfatione ad Lectorem concordantiis in N. T. præmiſſa. Dn. D. Dannh. Chriſteid. p. 186. ſeqq.

V. *Affectiones:* ut Diſtinctio.

§. 18. *Numero* quatuor ſunt Evangeliſtæ; *Quatuor ſunt Evangelia, habentia ſummas millè centum ſexaginta duas*, ait Epiph. Anchor. f. 559. Τετράμορφον *quadriforme* volumen appellatur à Theoph. præf. in Marc. Quas formas variè explicant: Hilarius refert ad numerum IV. piſcatorum Matth. III. 18. & 21. Comment. ad l. c. f. m. 255. Theophyl. ad IV. univerſales virtutes, in præfat. ad Matth. ibidem ad IV. cardines mundi trahit: Item ad IV. præcipuos Evangeliorum fines: vel materias; Plures Patrum comparant cum quadriga Ezechielis: *Hæc quatuor Evangelia multo ante prædicta Ezechielis quoque volumen probat, in quo prima viſio iſta contexitur: Et in medio ſicut ſimilitudo quatuor animalium, & vultus eorum facies hominis; & facies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies Matthæum ſignificat, qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere: liber generationis Jeſu Chriſti filij David, filij Abraham: Secunda Marcum, in*

Numerus.

 qua

qua vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. Tertia Vituli, quæ Evangeliſtam Lucam à Zacharia ſacerdote ſumpſiſſe initium præfigurat. Quarta Joannem Evangeliſtam, qui aſſumptis pennis aquilæ ad altiora feſtinans de verbo Dei diſputat. Ita Hieronymus in proœmio ad Matthæum philoſophatur. Confer eundem epiſt. 103. ad Paulin. Lib. 1. contra Jovin. Auguſtinum lib. I. de conſ. IV. Evang. c. 2. qui aliam numeri iſtius rationem reddit, nempe, quod ſint IV. plagæ mundi, per quas Evangelium erat vulgandum: c. 6. refert ad viſionem Apocalypticam, & Matthæo leonem, Marco hominem, vitulum Lucæ, Aquilam Joanni tribuit; conſentiens Ambroſio præfat. comm. in Lucam: Aliis aliter diſtribuentibus: Contra autem Theophyl. præfat. in Marc. Joanni leonem aſſignat, Matthæo hominem, Marco aquilam, Lucæ vitulum; ſuasque cuique ſubjicit rationes. Gregorius M. lib. I. epiſt. 24. comparat IV. columnis, quibus, veluti quadrato lapidi, inſiſtit Eccleſia. Alii alias cauſſas, vel analogias aſſignant, magis pias, & ingenioſas, quam ſolidas. Convenientior reliquis videtur ratio Irenæi lib. III. c. 1. cujus verba hæc ſunt: *Nec plura numero, nec rurſus pauciora, capio, eſſe Evangelia, quam quatuor illa. Quoniam enim ſunt quatuor regiones mundi, & diſſeminata eſt Eccleſia ſuper omnem terram, columna autem & firmamentum Eccleſiæ eſt Evangelium, & ſpiritus vitæ, conſequens eſt, quatuor eam habere columnas, undique flantes incorruptibilitatem, & juſtificantes homines.* Hæc ille, ſatis congrue, ſaltem quod rem ipſam attinet. Objiciebant quondam Marcionitæ illud Pauli Rom. II. 16. *Secundum Evangelium meum in Chriſto Jeſu*: ut obtinerent, unum, non quatuor, eſſe Evangelia: ſed Reſp. Origenes comm. in Joh. tom. 5. fol. 91. Ἓν δή ἐστι τῇ δυνάμει τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν Εὐαγγέλιον ἀναγεγραμμένον *unum eſt virtute, quod à pluribus conſcriptum eſt, Evangelium.*

Ordo. §. 19. *Ordo* inter hos Evangeliſtas alius eſt cognoſcendi, alius ſcribendi. Diſtinctionem facit & explicat Auguſtinus lib. 1. de conſ. IV. Evang. cap. 2. *Alius*, ajens, *eis* (Evangeliſtis) *fuit ordo cognoſcendi, atq; prædicandi, alius autem ſcribendi. Ad cognoſcendum quippe atque prædicandum primi utique fuerunt, qui ſecuti Dominum, in carne præſentem dicentem audierunt, facientemque viderunt, at-*

que

quæ ex ejus ore ad Evangelizandum miſſi ſunt. Sed in conſcribendo Evangelio, quod divinitus ordinatum eſſe, credendum eſt, ex numero eorum, quos ante paſſionem Dominus elegit, primum atque ultimum locum duo tenuerunt. Primum Matthæus, ultimum Johannes, ut reliqui duo, qui ex illo numero non erant, ſed tamen Chriſtum in illis loquentem ſecuti erant tanquam filij amplectendi, ac per hoc in loco medio conſtituti utroque ab eis latere munirentur. Hæc ille. Juxta hunc igitur ordinem primus ſcripſit Matthæus, poſtremus Johannes, medii Marcus & Lucas: In ipſis ſuis narrationibus non eundem ſemper ſervant ordinem. Eſt qui ordinem temporis obſervat, eſt qui rerum ejusdem argumenti. Vide Cornel. à lap. in IV. Evang. Chronotax. p. 19. Conqueritur Hieronymus, *extitiſſe quosdam, qui ſine ſpiritu & gratia Dei conati ſunt magis ordinare narrationem, quam hiſtoriæ texere veritatem.* præfat. in Matth.

§. 20. *Harmonia* eſt ſcriptorum veteris & novi inſtrumenti, & horum inter ſeſe. Laudat Origenes ad Matth. V. 9. ſcripturarum *συμφωνίαν καὶ τὴν εἰρήνην concentum & pacem,* ἤτοι παλαιῶν πρὸς καινὰς, ἢ νομικῶν πρὸς προφητικὰς, ἢ Εὐαγγελικῶν πρὸς ἀποστολικὰς, i. e. interprete Joanne Tarino: *veterum videlicet cum novis, legalium cum Propheticis, Evangelicarum cum Apoſtolicis*, ἢ ἀποστολικῶν πρὸς ἀποστολικὰς, *& Apoſtolicarum cum Apoſtolicis.* Sic enim vertendum erat, non, ut ille, *Evangelicarum cum Evangelicis.* Ratio eſt unitas Spiritus, â quo omnes inſpirati res divinas in literas retulerunt. *Unicuique Evangeliſtæ cura fuit, ut conſone loqueretur, quæ ab aliis fuerunt dicta; Imo ut ab aliis relicta ſic revelaret. Non enim erat ipſorum voluntas, ſed ex Spiritu Sancto doctrina ac conſequentia*: recte cenſet Epiph. hæreſ. 51. Hinc eſt, quod toties in N. T. allegent vaticinia Prophetarum, & remittant auditores ad ſcripta Moſis, Pſalmorum & Prophetarum. Joh. V. 39. Luc. XXIV. 25. 27. ſeqq. Videntur equidem ſcriptores recentiores à vetuſtioribus diſcrepare, dum ſequius allegant dicta, quam iſti conceperunt: ſed utut verbis diſſentiant, in re ipſa tamen conveniunt, ſi non omnino etiam in circumſtantiis; Sed & ſcriptores novi teſtamenti inter ſeſe diſſonare videntur; Sed videntur, revera enim conſentiunt: vid. Epiphan. hæreſ. 51. Imprimis autem eundem l. c. Origenem, qui ſpeciem diſſenſus rejicit in homines imperitos, & ſimi-

Harmonia.

ſimili declarat, de ſumpto ab imperitis Muſicæ, quibus chordæ diſſentire videntur, cum tamen revera conſentiant. Prolixior eſt locus, quam qui huc tranſcribatur, dignus tamen, qui attentè legatur. Speciem diſſenſus præbent relationes & ordo apud diverſos diverſimode ſeſe habentes. Eſt qui hiſtoriam omiſit, alter recitavit, aut ſi uterque vel plures recitarunt, non tamen eadem omnes verba adhibuerunt, vel eodem loco retulerunt. *Quamvis ſuum ſinguli quendam narrandi ordinem tenuiſſe videantur, non tamen unusquisque eorum velut alterius præcedentis ignarus, voluiſſe ſcribere reperitur, vel ignorata prætermiſiſſe, quæ ſcripſiſſe alius invenitur; ſed ſicut unicuique inſpiratum eſt, non ſuperfluam cooperationem ſui laboris adjunxit.* Auguſt. lib. 1. de Conſ. IV. Evang. c. 2. confer. Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 24. Chryſoſtomus fidem Evangeliſtarum ex concordi diſcordia, & diſcordi concordia ſtabilire haud immerito allaborat: vide verba citata ſuperius §. 12. Quare abſurdi & fruſtra fuerunt hoſtes Chriſtianorum, ſoliti, *quaſi palmam ſuæ vanitatis, objicere, quod ipſi Evangeliſtæ inter ſe ipſos diſſentiant*, referente Auguſt. c. 7. lib. 1. de conſ. Evang. Et Marcionitæ, quibus breviter reſpondit Tertull. lib. IV. adv. Marc. cap. 2. *Viderit, ſi narrationum diſpoſitionem variavit, dummodo de capite fidei conveniant.* Hanc vanitatem ut oſtenderent, & confutarent Eccleſiæ doctores, maturè operam dederunt harmoniis adornandis, & diſcrepantibus ad ſpeciem locis conciliandis. cap. 35. Primus fuit Theophilus inter Antiochenos Epiſcopos ſextus; poſt ipſum Tatianus, quem excepit Ammonius, hunc ſecutus eſt Euſebius: qui Monoteſſara ſua confecerunt. Huc referri poſſunt *Catenæ*, quæ vocantur; Media ætate Ludovicus Pius curavit fieri Monoteſſaron ſeu concordantiam Evangeliſtarum, quem librum Lutherus longo tempore penes ſe habuit, deinde ſervatus eſt in Bibliotheca Lipſica. Vid. Lomej. de Bibl. p. 139.

Catenæ.

Singularia.

§. 21. *Singularia* tamen quorundam Evangeliſtarum hoc ipſo non negantur, vel, ut Ambroſii verbis utar, *Singuli diverſo genere præſtant.* præfat. in Luc. & ad Luc. I. 3. *propriis quibusdam ſinguli libri Myſteriorum geſtorumque miraculis eminent.* Occurrit in uno Evangeliſta, quod non occurrit in altero, vel pluribus. Obſervavit

vit hoc Auguſtinus, quando lib. I. de Conſ. Evang. c. 4. ita loquitur: *Tres illi Evangeliſtæ in his rebus maximè diverſati ſunt, quas Chriſtus per humanam carnem temporaliter geſſit. Porro autem Joannes ipſam maximè divinitatem Domini, qua patri eſt æqualis, intendit, eamque præcipuè ſuo Evangelio, quantum inter homines ſufficere credidit, commendare curavit. Et c. 5. Intelligi datur, ſi diligenter advertas, tres Evangeliſtas temporalia facta Domini & dicta, quæ ad informandos mores vitæ præſentis maximè valerent, copioſius proſecutos, circa illam activam virtutem fuiſſe verſatos: Joannem vero facta Domini multò pauciora narrantem, dicta vero ejus, ea præſertim, quæ Trinitatis unitatem, & vitæ æternæ felicitatem, inſinuarent, diligentius & uberius conſcribentem, in virtute contemplativâ commendanda, ſuam intentionem prædicationemque tenuiſſe*; conſ. Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 24. Diſtinctius loquendo, *Matthæus* ea potiſſimum Chriſti dicta conſcripſit, quæ ad mores hominum formandos conducebant; nollem tamen dicere, quod Theophylactus in præfat. ad IV. Evangel. ſcripſit: *Matthæus* περὶ τῆς κατὰ σάρκα μόνης ὑπάρξεως τοῦ Χριστοῦ *de ſola ſubſtantia Chriſti in carne diſſeruit, & ad Hebræos ſcripſit; quibus ſufficiebat diſcere, quod ex Abraham & David natus eſſet Chriſtus.* *Lucas* vero magis ſolicitus eſt in dictis geſtisque Chriſti enarrandis: *Marcus* occupatus eſt in contrahendo, & ſubinde explicando Matthæo; *Johannes* denique conciones Chriſti de ſublimioribus myſteriis expoſuit, & præterita reliquorum Evangeliſtarum adjecit. Vide Cyrill. T. IV. fol. 8. C. *Alios enim videre eſt Evangeliſtas accuratè admodum Salvatoris genealogiam ſecundum carnem explicare, & ab Abrahamo ad Joſeph uſque illius ſeriem deducere, aut facto rurſus aſcenſu à Joſeph uſque ad Adam: Beatum vero Joannem iſthæc haud multum curaſſe, ſed perquam calido & fervido animi motu ea ſtatim attingere, quæ mentem humanam ſuperant, & arcanam atque ineffabilem Dei Verbi nativitatem audacter exponere &c.* Theophyl. comm. in Marc. Præf. *Joannes*, ait, *à regia & principali dignitate verbi divini exorſus eſt.*

§. 22. *Perfectio* hinc emergit. Quidquid ad ſalutem hominis offerendam & conferendam, & ad pios mores formandos, & conſcientias erigendas facit, id omne in ſcriptis Evangeliſtarum conſignatum eſt. Joh. XX, 31. hæc ſcripta ſunt, ut credatis, & per fidem habeati in nomine Jeſu ſalutem. Scilicet *Perfectio.*

licet

licet *electa ſunt, quæ ſcriberentur, quæ ſaluti credentium ſufficere viſa ſunt*: auctore Auguſtino, tractat. 49. in Joh. Cum quo ſentit Ambroſ. comm. in procem. Luc. *Evangelium completum eſt, & redundat omnibus per univerſum orbem fidelibus, & mentes omnium rigat, animumque confirmat*, & Cyrillus, dicens, *non omnia, quæ Dominus fecit, conſcripta eſſe, ſed quæ ſcribentes tam ad mores, quam ad dogmata putarunt ſufficere.* Lib. XII. in Joh. confer. Chemnit. part. I. exam. Concil. Trid.

Auctoritas. §. 23. *Authoritas* propterea inſignis fuit Evangeliſtarum, cum divina, tum Eccleſiaſtica, etiamſi interdum ab incautioribus in alterum extremum exceſſum fuerit. Origeni in Matthæum ſunt *μόνα ἀναντίῤῥητα ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ sola in univerſa Dei Eccleſia, quæ ſub cælo eſt, extra controverſiam poſita*: Interprete Henrico Valeſio: Idque *ἐν παραδόσει ex traditione ſe didiciſſe*, ait. Suffragatur Athan. Synopſ. ſcript. t. 2. p. 155. *Quatuor nobis Evangeliorum libros Sacri Sanctæ & Catholicæ Eccleſiæ canones ἐδικαίωσαν, ſanxerunt.* Baſil. homil. XVI. in Joh. I. 1. extollit Evangeliorum authoritatem his verbis: *omnis Evangeliorum vox μεγαλοφυέστερα eminentior eſt reliquis omnibus Sancti Spiritus documentis*; ratione addita, *quod in aliis per Prophetas ſervos; in Evangeliis autem ipſe per ſe Dominus nos eſt allocutus.* Alius ita cenſet: *Nos ſic audiamus Evangelium, quaſi præſentem Dominum: ſurſum eſt Dominus, ſed etiam hic eſt veritas Dominus.* Auguſt. tract. 30. in Joh. & lib. 1. de conſ. Evangel. c. 1. *Inter omnes divinas auctoritates, quæ ſacris literis continentur, Evangelium merito excellit. Quod enim Lex & Prophetæ futurum prænunciaverunt, hoc redditum & completum in Evangelio demonſtratur.* Uſu receptum erat in Eccleſia, ut lecto Evangelio aſſurgerent: *cum Evangelium legitur, omnes Presbyteri, Diaconi, & Laici aſſurgant, cum magno ſilentio*, conſtituitur apud Clem. lib. 2. conſtit. Apoſt. Repetita conſtitutio ab Anaſtaſio in decreto ad Germaniæ & Burgundiæ Epiſcopos de conſec. diſt. 1. Probata ab Iſidoro Peluſ. lib. 1. ep. 136. Accendebantur etiam luminaria, quod patet ex Hieronymo contra Vigilantium: *Per totas orientis Eccleſias, quando legendum eſt Evangelium, accenduntur luminaria, jam ſole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum: Unde*

& Hir-

Digitized by Google

& Virgines illa Evangelica ſemper habent accenſas lampades ſuas &c. Ut *ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua, in Pſalterio legimus: lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & lumen ſemitis meis.* In conciliis ponebantur Evangelia in medio conſidentium, ut ſcirent, regulam, juxta quam judicandum, eſſe ipſum verbum Dei. Tale quid factum eſt, in Nicæno & Epheſino conciliis, fatente ipſomet Cornelio à Lap. comm. in 4. Evang. procem. fol. 2. Quo pertinet factum Beſarionis Abbatis; qui Evangelium ſub axillis ſemper geſtare ſolebat, ut quotidiè exinde diſceret, quid ſibi agendum; referente Palladio in Lauſ. c. 116. Notat & Cornel. à Lap. lib. cit. quod Conſtantinus M. *Evangeliorum codicem, auro gemmisque ornatum, dono miſerit Nicolao Epiſcopo Myreenſi: Theodoſius autem Imp. propria manu deſcriptum quotidie lectitarit bona noctis parte.* Idem pag. 8. addit. *Carolus Imp. uti corpore, ita ſacrarum literarum & rerum geſtarum gloria magnus, ſub obitum coronato Aquisgrani Ludovico filio, totum ſe orationibus, Eleemoſynis, & literis dedit. ipſe ſcilicet IV. Evangelia ad Græca & Syra exemplaria egregie correxit, eisque vacavit ad ultimum usque vitæ agonem. Codex ejus religioſè Aquisgrani, ut ipſe vidi, aſſervatur.* Hæc ille. Nondum igitur interdictum erat Laicis Scripturæ lectione. Juramentis quoque adhibebantur Evangelia: Formula in vulgus nota eſt: *Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia!* Bene, an male? Reprehenditur illa formula ab aliis, ab aliis vero excuſatur: Excuſare eam conatur Thomas Aquinas 2. 2. q. 89. art. 6. *Hoc juramentum non incommode ſic interpretatur: juramus per Evangelium, h. e. per Deum, cujus veritas in Evangelio manifeſtatur.* Omnino *incommode* ſic interpretaris Thoma: aut enim tavtologus es, ſi is eſt ſenſus: Ita me Deus adjuvet, & Deus, cujus veritas in Evangelio manifeſtatur; aut πολυθεότητα inducis, ſi alium Deum in antecedente, alium in conſequente intelligis. Balduinus igitur Formulam reprehendit L. 2. caſ. conſc. c. 9. caſ. 2. ut omnino reprehendenda *eſt, ſi concipiantur verba, ut apud Pontificios ſunt uſitata*, judicio Dunte caſ. conſc. c. 10. q. 31. p. 252. Benigna interpretatione eandem excuſat Dn. D. Dannh. in Deuter. pag. 509. nempe hac. *Si quis tangens Librum Evangelij obteſtatur, ſe vera dicere, quem admodum vera credit, quæ in Evangelio legantur.*

Digitized by Google

Vitioſa: §. 24. Potuiſſent enumerata iſthæc adhuc vel probari, vel ſaltem utcunque permitti, quæ vero ſequuntur, nequaquam probare vel permittere poſſumus. Concilium Oecumenicum VIII. Act. X. c. 3. divinum honorem Evangelio decernit, qualem decrevit & imaginibus: *Sacram imaginem Domini noſtri Jeſu Chriſti & omnium Salvatoris, aquo honore cum libro Sanctorum Evangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequuntur omnes, ita per colorem imaginariam operationem & Sapientes & idiotæ cuncti ex eo, quod in promptu eſt, perfruuntur utilitate. Quæ enim ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura, quæ in coloribus prædicat, & commendat.* Lutum luto lavat, & dubium per æquè dubium probare vult. Sicut nullus honor divinis imaginibus debetur, ita nec materiæ Evangeliorum. Vnde nec credere poſſumus, quod referunt apud Cornel. à Lap. procem. in Evang. p. 2. b. de miraculis, per Evangeliorum codicem patratis, nempe reſtinctis incendiis, fugatis Dæmonibus. Verba ſunt hæc: *Denique per Evangelia plurima Chriſtus edidit miracula. Accipe pauca è multis. Gregor. Turon. de vita Patrum c. 6. narrat, quòd cum Arverna civitas incendio conflagraret, S. Gallus Eccleſiam ingreſſus diutiſſimè ante ſanctum altare Deum exoravit, ſurgensque apprehenſo Evangeliorum Codice, eòque aperto obviam ſe igni obtulit, ſubitoque incendium extinctum eſt, ut ne favilla quidem remanerent. S. Martianus, cum jam flamma ſerpens Eccleſiæ S. Anaſtaſiæ appropinquaret, accepto in manus ſacro Evangelio, per tegulas in tectum conſcendit, precibusque & lacbrymis illæſam ab incendio ſervavit, ita refert Nicephor. lib. 5. c. 22. Zonaras item in Baſilio Macedone ſcriptum reliquit, Rhoſos, libro Evangeliorum ab igne erepto illæſo, fidem Chriſti amplexos.* &c. Iſta enim non ſunt media divinitus in hunc finem ordinata. Ad omnipotentiam autem Dei confugere velle, ubi verbum ipſius non præit, temerarium eſt.

Verſiones. §. 25. *Verſiones Evangeliorum.* Quatuor hæc Evangelia in varias linguas translata ſunt, in linguam *Syriacam, ab aliquo*, ut Jacobus Martini in præfat. ad Teſt. Syr. Troſt. opinatur, *ex Evangeliſtis, vel omnino illorum, qui Antiochiæ habuerunt ipſos Apoſtolos præſentes, quos de locis multis obſcurioribus conſulere, & audire potuerunt.* Debemus Germani iſtum codicem cuidam Moſi Meredinæo

ex

ex Meſopotamia Sacerdoti, qui Syriacum exemplar *indigentia & querela ſua Eccleſiæ impulſus ſecum in Germaniam attulit, & Imperatori* Ferdinando Auguſtiſſimæ recordationis *obtulit*; cujus auſpiciis, curante Alberto Widmanſtadio, Auſtriæ Orientalis Cancellario, in lucem prodiit Viennæ 1560. Recuſus eſt opera Martini Troſtii Profeſſ. Witeb. Cothenis anno 1621. ut taceam recentiores editiones. *Arabicam*, quæ Romæ impreſſa prodiit anno 1591. Apud Clenardum legimus lib. 1. epiſt. ult. ſequentia: *Nactus ſum codicem Evangeliorum Arabicorum, deſcriptum & verſum annis ab hinc ſexcentis. Habeo & aliud exemplar eadem tranſlatione deſcriptum. Reperio pleraque omnia ſic ſe habere, ut hodie legimus in Græcorum codicibus, quos ſecutus eſt Eraſmus. Illud*, Joh. ult. Si volo illum manere, *& illud in Luca:* in terra pax, hominibus bona voluntas: *& reliqua, quæ Eraſmus reſtituit, omnia ſic habent Arabes; ne putemus olim aliter legiſſe Græcos, quam hodie ſonant vulgata exemplaria. Nullum non moveo lapidem, ut epiſtolas Pauli conſequar, & reliquos ſacros codices; omnia enim ſunt apud illos jam olim verſa. Quin & ſcripta Thomæ quædam verterunt, & alia quam plurima.* Hæc ille, *Ægyptiacam, Æthiopicam, & Perſicam*; quæ extare dicitur Romæ in Bibliotheca Vaticana, & in collegio Romano Jeſuitico; earumq; hæc ab Hieronymo Xaverio Agrâ Romam miſſa. Vid. Cornel. â Lap. proœm. in Evang. pag. 11. *Germanicam* quoque maturè. Extat enim cujuſdam Ottfridi Monachi Weiſſenburgenſis Evangelium, rythmis Germanicis, ſed antiqui idiomatis Franconici, translatum. *Hiſtoriæ teſtantur, ſtudioſos gentis Gothorum, qui & Getæ, divinos libros in ſuæ locutionis (Theotiſcum autem ſermonem habuerunt) proprietatem tranſtuliſſe: quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur, & fidelium fratrum relatione didicimus, apud quaſdam Scytharum gentes, maximè Tomitanos, eadem locutione divina hactenus celebrari officia.* Walaf. Strab. lib. de rebus Eccleſiaſt. c. 7. confer eruditiſſimam præfationem Matthiæ Flacii Illyrici, præmiſſam editioni Ottfridi; & quæ ante ipſum notavit B. Rhenanus lib. 2. rer. German. ubi inter alia ſic refert: *Germanica* (Francos) *uſos eſſe lingua, quum innumera alia argumenta probant, tum verò manifeſtè convincit liber ille inſignis Evangeliorum, Francicè, h.e. Germanicè verſus, quem nos nuper, dum comitia Romani Imperij Carolus Cæſar celebraret, apud*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Auguſtam Rhetiæ Superioris, Fruxini in Vindelicis, quam hodie Friſingam appellant, in Bibliotheca D. Corbiniani obiter reperimus. Nam Livianarum Decadum gratia fueramus illuc profecti, cujus codicis hic eſt Titulus: Liber Evangeliorum in Teodiſcam linguam verſus. Conſtat autem ex rhytmis totus. Hæc ille.

Commentatores. §. 26. *Commentatores* plurimi extant cum vetuſtiores, tum recentiores. De iſtis notanda ſunt verba Hieronymi: *Legiſſe me fateor ante annos plurimos in Matthæum Originis Viginti quinq; volumina, & totidem ejus homilias, commaticumque interpretationis genus: Et Theophyli Antiochenæ urbis Epiſcopi commentarios. Hippolyti quoque Martyris, & Theodori Heracleotæ, Apollinariique Laodiceni, ac Dydimi Alexandrini: & Latinorum Hilarii, Victorini, Fortunatiani, opuſcula. E quibus etiamſi parva caperem, dignum aliquid memoria ſcriberetur.* Hæc ille procem. in Matth. Recentiores omittimus ſtudio brevitatis.

VI. *Contraria ut* Elevatio. §. 27. *Adverſantur* Evangeliis I. *Elevantes* ipſa, & in dubium eadem vocantes, maximè autem negantes vel authores ſecundarios, tanquam Apoſtoli ipſi, & Evangeliſtæ hiſtoriam Evangelicam non ſcripſiſſent, quæ ſententia fuit Fauſti Manichæi apud Auguſt. contr. Fauſt. lib. 23. cap. 6. *De Evangelio, tanta auctoritatis culmine omnibus noto, mentiri ſic audet, ut non Matthæum, ne Apoſtolici nominis pondere comprimatur, ſed neſcio quem alium ſub Matthæi nomine velit putari ſcripſiſſe de Chriſto, quod non vult credere, & quod calumnioſa verſutia refutare conatur*; vel ipſorummet, quos fatebantur auctores, fidem, Apoſtolorum & Evangeliſtarum. Euſebius ſuccenſet Hierocli Ethnico Philoſopho, quod *præpoſuerit ſeſe ſacris Evangeliſtis, ut qui non modo plus eruditionis habuerit, ſed veritatis etiam majore ſtudio teneatur.* adverſ. Hierocl. lib. 3. f. 523. Et Auguſtinus lib. I. de Conſ. Evang. cap. 7. *quidam*, ait, *vel impia vanitate, vel imperita temeritate* (Evangeliſtas) *calumniis appetunt, ut eis veracis narrationis derogent fidem, per quos Chriſtiana religio diſſeminata per mundum tanta fertilitate provenit, ut homines inter ſe ipſos calumnias ſuas manifeſtare vix audeant.* Paulo poſt exprimit ſpecialius ἐγκλήματα, *diſcipulos eos dicunt magiſtro ſuo amplius tribuiſſe, quam erat, ut eum filium Dei dicerent, & verbum Dei, per quem facta ſunt omnia, & ipſum ac Deum patrem unum eſſe.* Confer. Epiph. hæreſ. 51. ubi

Digitized by Google

51. ubi notat Alogianos, qui Evangelium Joannis repudiant; Item Philoſophos quosdam Græcos, & Judæos, qui cenſebant, quædam Evangeliſtarum narrata cum veritate non conſentire. vid. Antiquitat. noſtras Eccleſ. pag. 102. 104. 380. 381. 946. Nec prorſus hîc eximendi, alias orthodoxi, Patres, dum hiſtoriæ Evangelicæ tribuunt errores ſaltem librariorum: ſic enim normam ſuſpectam conſtituunt. E. g. Hieronymus ad Matth. II. 5. ſuſpicatur errorem Judææ pro Judæ, quod in Hebraico habeatur. Item ad Matth. III. 3. ubi cenſet, adjectitium eſſe nomen Jeſaiæ. &c.

§. 28. *Supponentes* integros libros, tanquam ab Apoſtolis, Suppoſitio.
Evangeliſtis, & horum diſcipulis eſſent profecti: imo nonnulli eo audaciæ venerunt, ut auderent vel Chriſto ipſi talia ova ſupponere, ut non ſit mirum, quod ab Euſebio Lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 25. inter ſcripta non tam *notha*, quam ἄτοπα πάντῃ καὶ δυσσεβῆ *abſurda & impia* computentur. Athanaſius t. 2. opp. f. m. 154. enumerat aliquot, nempe *circuitum Petri*, *circuitum Joannis*, *circuitum Thomæ*, *Evangelium Thomæ*, *doctrinam Apoſtolorum*, *Clementina*, tanquam νόθα, καὶ ἀπόβλητα, *ſpuria & rejecta*: rationibus aliquot ſubjunctis. In eandem ſententiam Ambroſ. in Luc. Procem. ſcribit. *In novo Teſt. multi Evangelia ſcribere conati ſunt, quæ boni numularij non probaverunt. Unum autem tantummodo in IV. libris digeſtum ex omnibus arbitrati ſunt eligendum. Et aliud quidem fertur Evangelium, quod duodecim ſcripſiſſe dicantur. Auſus eſt etiam Baſilides Evangelium ſcribere, quod dicitur ſecundum Baſilidem. Fertur & jam aliud Evangelium, quod ſcribitur ſecundum Thomam. Novi aliud ſcriptum ſecundum Matthiam. Legimus aliqua, ne legantur, legimus, ne ignoremus: Legimus, non ut teneamus, ſed ut repudiemus; & ut ſciamus, qualia ſint, in quibus magnificum iſti cor exaltant ſuum.* Hieronymus procemio in Matth. conqueritur, Evangelia *à diverſis authoribus edita diverſarum hæreſεων fuiſſe principia, ut erat illud juxta Ægyptios, & Thomam, & Matthiam, & Bartholomæum, Duodecimq; Apoſtolorum, Baſilidis, atque Apellis, ac reliquorum, quos enumerare longiſſimum ſit.* Ait: *reliquorum.* Nam utique plura ſunt, nempe e. g. Encratitarum, qui tamen commode etiam ad ſequentem claſſem poſſunt referri, authore Tatiano, de quo vide Epiph. Lib. I. hæreſ. 46. Nazare-

zare-

zarenorum, Ebionæorum, & ſimilium, *quibus cunctis perſpicuè oſtenditur, quatuor tantum debere Evangelia ſuſcipi, & omnes Apocryphorum nenias mortuis magis hæreticis, quam Eccleſiaſticis, cavendas.* Concluſio eſt l. c. Hieronymi. Ad hanc claſſem ſpectant etiam Acta Pilati apud Baron. An. XXIII. §. 2. Narrationes de vita Chriſti. Epiſtolæ Chriſti ad Abgarum & vice verſa. Refert has Euſebius lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 13. *ex tabulariis* (γραμματοφυλακείων urbis Edeſſæ: ἐν γοῦν τοῖς αὐτόθι δημοσίοις χάρταις, τοῖς τὰ παλαιὰ καὶ τὰ ἀμφὶ τὸν Ἄγβαρον πραχθέντα περιέχουσι, καὶ ταῦτα εἰσέτι καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου πεφυλαγμένα εὕρηται: i. e. *ſi quidem in monumentis publicis, in quibus antiquitates urbis & res Agbari geſtæ continentur, hæc etiam ad noſtram usque ætatem conſervata reperimus.* Hactenus Euſebius. Sed iſta tabularia tantum fidei non invenerunt apud doctiſſimum Pontificem Gelaſium, quin condemnaret propterea Euſebii hiſtoriam, eamque in concilio Romano, referente Melchiore Cano lib. XI. L. C. cap. 6. Et tamen Baronius auſus eſt contra Pontificis decretum, & concilii auctoritatem, literas iſtas pro genuinis venditare, quod merito miratur Caſaubonus exerc. XIII. ad annal. Baron. n. 31. 58. Confer. Haym. hiſt. Eccl. l. 2. c. 4. Gerh. harm. c. 143. Dorſch. vind. Exod. p. 65. Rivet. Iſag. p. 397. Ejusdem commatis eſt colloquium Chriſti cum Salome apud Ægyptios uſitatum: vid. Grot. ad Matth. XX. 345. Libri, quos de Magia Chriſtum ad Petrum & Paulum ſcripſiſſe gentiles nonnulli mentiebantur: quos refutavit Auguſtinus lib. 1. de conſ. Evangel. citante Sixto Senenſi lib. 2. Bibl. p. 92. Evangelium Philippi apud Gnoſticos, teſte Epiph. Lib. I. Tom. 2. hæreſ. 26. f. m. 44. Evangelium Judæ apud Cajanos hæreſ. 38. Evangelium ſecundum Hebræos, hæreſ. 46. quod juxta XII. Apoſtolos alias vocant; & inter Apocrypha numeratur ab Origene homil. in Luc. confer Sixt. Senenſ. l. 2. Bibl. p. 51. Quæ vel ſimilia mendacia in faſciculo collecta proſcripſit Concilium Romanum, Gelaſio Epiſcopo, ut videre eſt apud Gratianum Decret. diſt. XV. Euſebius verò nervosè refutavit lib. III. Hiſt. Eccleſ. c. 24. cum diſcrimen facit inter libros genuinos & adulterinos, adductis in medium aliquot rationibus, deſumptis ex traditione Eccleſiæ, genere ſtyli, & qualitate do-

ctri-

ctrinæ contentæ; Appellat ἀνομολογουμένας γραφὰς, *ſcripta, quæ pro divinis non agnoſcuntur*, & opponit τοῖς ἀληθέσι, ἀπλάστοις & ἐνδιαθήκοις: quorum iſta *nullus unquam, qui continuata ab Apoſtolis ſucceſſione in Eccleſia docuit, in ſcriptis ſuis commemorare dignatus eſt. Sed & ipſum dicendi genus longe ab Apoſtolica ſimplicitate diſcrepat. Senſus quoque ipſe, & quæ ibidem traditur fides*, πόῤῥω δὲ που καὶ ὁ τῆς φράσεως παρὰ τὸ ἦθος τὸ ἀποστολικὸν ἐναλλάττει χαρακτὴρ *à vera & Catholica doctrina plerumque aberrat.* Confer de aliis noſtras Antiqq. Eccleſ. ſecul. I. p. 92. 101. 109. II. 369. 378. 389. III. 926. 932.

§. 29. III. *Adulterantes* & mutilantes. Hæretici veteres, quæ ſibi videbant obſtare in quatuor Evangeliſtis, ea exemerunt, nonnulli etiam ſua ſomnia & inventa inferſerunt. *Plerique ex IV. Evangelii libris in unum ea, quæ venenatis putaverunt aſſertionibus convenientia, referſerunt.* Ait Ambroſ. comment. in prooemium Lucæ. De Tatiano hoc refert Theodoretus lib. I. hæret. fab. *Tatianus compoſuit etiam Evangelium, quod dicitur Diateſſaron i. e. ex quatuor unum, amputatis genealogiis, & aliis, quæcunque oſtendunt, Dominum natum eſſe ex Davide ſecundum carnem. Eo autem uſi ſunt non ſolum qui ſunt illius ſectæ, ſed hi etiam, qui dogmata Apoſtolica ſequuntur. Compoſitionis fraudem non agnoſcentes, ſed ſimplicius eo, tanquam libro compendioſo, utentes. Ego quoque inveni plus quam ducentos iſtiusmodi libros, qui in honore habebantur in noſtris Eccleſiis, quos cum omnes ſimul coëgiſſem, depoſui, & in loco eorum repoſui quatuor Evangeliſtarum Evangelia.* Hæc ille. Epiphanius Tom. I. hæreſ. lib. 1. ſect. 8. f. m. 10. conqueritur de quibusdam *rerum Evangelicarum indoctis*, qui in genealogia Chriſti, à Matthæo deſcripta, quædam *velut emendandi gratia deleverunt.* Idem hæreſ. 30. fol. 65. meminit Evangelii Matthæi à Judæis mutilati. Hæreſ. 42. invehitur in Marcionem, quod Evangelium Lucæ truncarit, omiſſis prioribus capitibus: *Cum amputatus ſit, & neque principium, neque medium, neque finem habeat* (ſtylus Lucæ Marcionis) *veſtimenti à multis tineis corroſi ſimilitudinem præ ſe fert. Statim enim in principio omnia, quæ ab initio à Luca tractata ſunt &c. hæc omnia reſecuit, ac tranſilivit, & principium Evangelij hoc fecit: Anno decimo quinto Tiberij Cæſaris &c.* quibus verbis auſpicatur Evangeliſta caput hiſtoriæ ſuæ tertium. *Hinc itaque hic initium facit, & non juxta ſeriem perſeverat,* Adulteratio.

D *ſed*

ſed alia, (uti dixit) amputat, alia apponit, ſurſum ac deorſum non recta procedens, ſed verſutè omnia circumciens. Quæ mox enumerat ordine. Prior hæc notavit Tertullianus de præſc. c. 38. ajens: *Marcion manus intulit veritati. Marcion enim exertè & palam machæra, non ſtylo, uſus eſt; quoniam ad materiam ſuam cædem ſcripturarum confecit.*

Pſeudhermeniæ. §. 30. Παρεξηγήσεις, & *Pſeudhermeneutæ*: Sicut univerſa ſcriptura ſacra Pſeudhermeniis eſt obnoxia, ita & IV. Evangelia. Sunt enim non pauci, ſed omnium hæreſium homines, qui hoc Dei verbo ad errores ſuos commendandos, & palliandos abutuntur. *Iſta hæreſis non recipit quaſdam ſcripturas, & ſi quas recipit, adjectionibus & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui intervertit: Et ſi recipit integras, etſi aliquatenus integras præſtat, nihilominus diverſas expoſitiones commentata convertit. Tantum veritati obſtrepit adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus:* Querela eſt Tertull. de præſc. c. 17. & c. 38. *alius manu ſcripturas, alius ſenſus expoſitiones intervertit.* Iſtud fecit Marcion, hoc Valentinus, qui quidem *pepercit ſcripturis*, eas non mutilando; *quoniam non ad materiam ſcripturas, ſed materiam ad ſcripturas excogitavit: Et tamen plus abſtulit, & plus adjecit, auferens proprietates ſingulorum quoque verborum, & adjiciens diſpoſitiones non comparentium rerum.* Si ſpecimen oculis ſubjectum deſideras, adi Chriſtophori Sandii explicationes paradoxas Evangeliorum, quas nuper evulgavit.

VII. Remedia cont. Elevationem. §. 31. *Remedia* contra (1) *Elevantes*, alia erant *compendioſiora*, deſumpta à præſcriptione & poſſeſſione Eccleſiaſtica: quo de remedio ex profeſſo agit Tertullianus de præſcriptione libro ſcripto. *Hunc igitur potiſſimũ gradum obſtruimus, non admittendos eos ad ullam de ſcripturis diſputationem: Si hæ ſunt vires eorum, anne eas habere poſſint, diſpici debet, cui competit poſſeſſio ſcripturarum, ne is admittatur ad eas, cui nullo modo competit*; ita diſputat c. 15. & probat ſententiam ex 1. Tim. VI. 3. ſeq. Tit. III. 10. *Alia prolixiora*, qualia erant præcipuè argumenta, quibus orthodoxi germanitatem & divinitatem Evangeliorum ſanctorum comprobarunt. Sumebant autem argumenta ab ἰδιοχειρία Apoſtolorum & Evangeliſtarum, item à teſtimonio Eccleſiarum Apoſtolicarum, quod eo credibilius erat, quo viciniores ipſæ erant temporibus Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum:

rum:

Digitized by Google

rum: *Ego meum* (Evangelium) *dico verum, Marcion ſuum. Ego Marcionis affirmo adulteratum, Marcion meum, quis inter nos determinabit, niſi temporis ratio, ei præſcribens authoritatem, quod antiquius reperietur, & ei præjudicans vitiationem, quod poſterius revincetur?* Verba ſunt Tertull. Lib. IV. adverſ. Marc. c. 4. ubi argumentum ulterius confirmat contra impudentiam Marcionis. Et c. 5. pergit: *Eadem auctoritas Eccleſiarum Apoſtolicarum cæteris quoque patrocinabitur Evangeliis, quæ proinde per illas* (Apoſtolicas Eccleſias) *& ſecundum illas habemus. Joannis dico, & Matthæi, licet & Marcus quod edidit, Petri affirmetur, cujus interpres Marcus.* Similia legimus in lib. de præſcr. c. 19. ubi cenſet, *id nunc ſolum diſputandum eſſe: quibus competat fides ipſa, cujus ſint ſcripturæ, à quo, & per quos, & quando, & quibus, ſit tradita diſciplina, qua fiunt Chriſtiani. Ubi enim apparuerit, eſſe veritatem diſciplinæ & fidei Chriſtianæ, illic erit veritas ſcripturarum, & expoſitionum, & omnium traditionum Chriſtianarum.*

§. 32. Contra (2) *Supponentes.* Arguebant adulterinos iſtos fœtus vel negativè, à defectu argumentorum, quibus genuini natales probantur; vel poſitivè, ab evidentia argumentorum, quibus probatur, ab impoſtoribus, & ſeductoribus eosdem eſſe compoſitos. Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. cap. 24. *Iſtorum* (canonicorum N. T.) *librorum enumerationem neceſſario fecimus, uti, cum ſcripturas, quæ ſecundum Eccleſiæ traditionem veræ, germanæ, & omnium ſententiis manifeſto confirmatæ ſunt, perſpicua quadam nota ab aliis, quæ non ſunt ejuſdem authoritatis, ſed ſunt poſitæ quidem in controverſia, à pleriſque tamen Eccleſiaſticis viris evolutæ, & pertractatæ, diſtinxerimus: facile quidem non iſtas ipſas modo, ſed eas etiam, quæ Apoſtolorum nomine ab hæreticis circumferuntur, poſſimus diſcernere: ſive Evangelia Petri, Thomæ, Matthiæ, aliorumve nomine falſo inſcripta: ſive acta, quæ Andreæ, Joannis, & aliorum Apoſtolorum nomine veteratoriè donata ſunt. Quas quidem ſcripturas nemo ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis, qui continuata temporum ſucceſſione ab Apoſtolis huc usque vixerint, usquam in ſuis ſcriptis in memoriam redigere dignatus eſt. Quin etiam dictionis, & loquendi forma, longè à ſtylo, & dicendi conſuetudine Apoſtolorum diſcrepat. Sententia porro & inſtitutum eorum, quæ in illis libris traduntur, quod toto prope cœlo, ut dicitur, à vero orthodoxoque ſcripturæ ſenſu & opinione aberrat, planè perſpicueque oſtendit, ea callida ſolum hæreticorum eſſe commenta. Unde ne in eo quidem ſcripturarum genere, quæ falſo inſcripta, minimeque germana dicuntur, habenda ſunt:* Suppoſitionem.

Digitized by Google

ſed tanquam abſurda omnino, & impia penitus explodenda. Hactenus Euſebius.

Adulterationem.

§. 33. Contra (3) *Adulterantes* & corrumpentes. Conferebant antiqua exemplaria, & vulgò recepta probataque, docebantque ad oculum, vel infarcta fuiſſe quædam, vel reſecta, vel aliâs mutata, ſecus ac primi authores conſignaſſent. Ex hoc principio Tertullianus cum Marcionitis diſputavit de genuino Lucæ Evangelio, penes quem incorruptum eſſet: *Marcionis* (Evangelium Lucæ adſcriptum) *dico adulteratum, Marcion meum*: ita ille lib. IV. cap. 4. Unde autem probat ſuum eſſe non adulteratum? Ex præſcriptione temporis: *His fere compendiis utimur, quum de Evangelij fide adverſus hæreticos expedimur, defendentibus & temporum ordinem, poſteritati falſariorum præſcribentem, & auctoritatem Eccleſiarum traditioni Apoſtolorum patrocinantem, quia veritas falſum præcedit, & ab iis procedat, quibus tradita eſt.* c. 5. Ex eodem principio diſputat pro Evangelio Johannis, *quod ante Marcionem editum* lib. d. car. Chriſt. c. 7. Quo pertinet criſis Hieronymi, adhibita verſionibus Latinis. *Erant tot exemplaria, pene quot codices:* Iſtorum quædam erant *vel à vitioſis interpretibus male reddita, vel à præſumptoribus imperitis emendata perverſius, vel à librariis dormitantibus, aut addita, aut mutata*: Hieronymus igitur, rogante Damaſo Romanorum Epiſcopo, eadem correxit *ad Græcam originem*, ſeu, ut paulo poſt loquitur, *Codicum Græcorum emendata collatione*: Lege ipſam præfationem Hieronymi, Evangeliis præmiſſam, & Damaſo inſcriptam. Tom. IX. opp. fol. 2.

Pſeudhermenias.

§. 34. Contra (4) *Interpretes heterodoxos.* Genuinum ſenſum ex viſceribus textus eruebant, docebant, probabant, vindicabant ab exceptionibus falſorum interpretum; Heterodoxum autem ſenſum refutabant, & explodebant, hortabanturque ſuos, ad diligentem ſcripturarum Evangelicarum lectionem & fugam hæreticorum: *Evangelium bonum pignus eſt; ſed vide, ne vel in animo tuo illud aut tinea, aut ærugo conſumat. Conſumit tinea, ſi, quod bene legis, male credas. Tinea hæreticus eſt, tinea Fotinus eſt, tinea Arrius eſt. Scindit veſtimentum, qui ſeparat à Deo verbum. Scindit veſtimentum Fotinus, cum legit: In principio erat verbum,* & *verbum erat apud Deum, & Deus erat. Integrum enim veſtimentum eſt, ſi legas: & Deus erat verbum, &c.* Verba ſunt Ambroſii comm. ad procemium Lucæ.

Sectio II. Articuli I.

DE PRINCIPIO COGNITIONIS IN SPECIE.

i. e.

Quatuor Evangeliſtis

Argumentum.

MAtthæus *eſt primus Evangeliſtarum.* §. 1. *Auctor eſt Evangelii cui nomen Matthæi præſcriptum.* §. 2. *dubia ſolvuntur.* 3. *Impulſiva cauſſa.* 4. *Materia.* 5. *Summa & partitio.* 6. *Differentia.* 7. *Finis.* 8. *Tempus & locus.* 9. *Auctoritas.* 10. *Interpretes.* 11. *Contraria, ut corruptio, ſuppoſitio, & dubitatio, quæ refutantur.* 12. Marcus *eſt ſecundus, impulſiva ſcripti, locus & tempus.* 13. *An ex* 70. *diſcipulis.* 14. *Idioma.* 15. *Ordo.* 16. *Partitio.* 17. *Materia.* 18. *Autographum.* 19. *Suppoſita.* 20. *Commentatores.* 21. *Auctoritas.* 22. *Tertius Evangeliſtarum* Lucas, *an pictor?* 23. *Scripti divinitas.* 24. *partitio.* 25. *Finis.* 26. *Affectiones.* 27. *Tempus* 28. *Elogia.* 29. *Scripta corrupta, vel ſuppoſita.* 30. Joannes ὁμώνυμος, *impulſus ad ſcribendum unde?* 31. *Stylus.* 32. *Locus.* 33. *Elogia.* 34. *Contraria.* 35. & 36. *alia.* 37. *Inepta.* 38.

§. I.

P*Rimus* inter Evangeliſtas Evangelicam hiſtoriam ſcripſit Matthæus. Id quod patet non ſolum ex recepto ordine, quem ipſius hiſtoria hactenus in editione librorum Novi Teſt. obtinuit, ſed etiam ex inductione; & veterum teſtimonio. Fuit enim Marcus Evangeliſta Matthæi epitomator, qui iſtius Evangelium in compendium redegit, ſubinde etiam explicuit & ſupplevit: Lucas vero ipſe fatetur c. I. 3. ſe fuiſſe παρηκολουθηκότα *ſequacem* anteceſſorum, qui nulli alii eſſe poſſunt, quam Matthæus & Marcus; Denique Johannes ipſis omnibus quædam adjecit παραλειπόμενα, & omnium ultimus ſcribendi Evangelii.

Matthæus primus Evangeliſtarum.

gelii officium aggreſſus eſt. Ex *traditione*, ait Origenes, in Matthæum, πρῶτον μὲν γέγραπται *primum ſcriptum eſſe Evangelium à Matthæo.* Et Athanaſ. in Synopſ. t. 2. opp. f. 155. inter Evangelia primum ſecundum Matthæum numerat. *Primus omnium*, ait Hieronymus, *Matthæus eſt publicanus, cognomento Levi, qui Evangelium in Judæa Hebræo ſermone edidit.* Procœm. in Matth. & in Catal. tit. Matthæus: Cui ſuffragatur Epiphanius, hæreſ. 51. *Matthæus*, dicens, *primus incepit Evangelium annunciare:* Et aliquot interjectis: *ſtatim poſt Matthæum inſecutus eſt Marcus:* Et poſt pauca: *cogit Spiritus Sanctus, & compungit ſanctum Lucam, velut ab altiſſima profunditate, juxta intelligentiam deceptorum proferre, & ab aliis relicta rurſus adjicere.* Auguſtinus in eandem ſententiam: *Primum Matthæus, deinde Marcus, tertio Lucas, ultimo Johannes*, ſupple, ſcripſerunt: Et paulo poſt: *primum Matthæus, ultimo Johannes.* Hæc ille lib. 1. de conſ. Evang. 12. & Theophyl. præfat. in Matth. *Matthæus* πρῶτος πάντων, *primus omnium ſcripſit Evangelium.* Vid. §. 18. ſupr. diſp. 1.

Eſt auctor Evangelii.

§. 2. *An Matthæus, cognomento Levi, pridem publicanus, deinde Apoſtolus, & Evangeliſta, poſt Spiritum Sanctum, auctor ſit Evangelii hujus?* Olim & hodie quæſitum fuit. Orthodoxorum conſtans affirmativa fuit: *hoc nomine* (Evangelium Matthæi) *vocatur hic liber*, ἐπειδὰν καὶ αὐτὸς Ματθαῖος ὁ μαθητὴς τοῦ κυρίου συνέγραψε τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο: *quoniam ipſe Matthæus ſcripſit hoc Evangelium*: ait Athanaſ. Synopſ. t. 2. opp. f. m. 121. Et Epiphan. hæreſ. 51. *Matthæus primus incepit Evangelium annunciare: Huic enim commiſſum erat, ac impoſitum, ut Evangelium prædicaret ab initio.* Hieronymus in Catal. tit. Matthæus: *Matthæus, qui & Levi, ex publicano Apoſtolus, primus in Judæa propter eos, qui ex circumciſione crediderant, Evangelium Chriſti Hebraicis literis verbiſque compoſuit.* Manichæi quondam negarunt, ut videre eſt apud Auguſtin. Lib. XVII. contr. Fauſt. Manich. cap. 1. argumento ſumpto ex Matth. IX. 9. quo loco Matthæus, ſi narrationis auctor extitiſſet, potius ſcripſiſſet: vidit me &c. vocavit me &c. quam: *Vidit hominem ſedentem in teloneo, Matthæum nomine, & vocavit eum* &c. Anabaptiſtæ, teſte Sixto Senenſi lib. VII. Bibl. ſanct. negabant, Græcum ſaltem Evangelium Matthæi eſſe, quandoquidem iſte ſcripſerit Hebraico idiomate, non Græco, id quod communi veterum calculo com-

pro-

Digitized by Google

probetur. Irenæi lib. III. adv. Hær. c. 1. Euſeb. lib. III. hiſt. c. 24. qui antiquiorem laudat Papiam, Apoſtolicis viris coævum: Hieron. Procem. in Matth. In catalogo Vir: Illuſt. tit. Pantænus: Lib. III. adv. Pelag. Epiphanii Lib. I. tit. 2. hæreſ. 29. 51. Auguſtini Lib. 1. de Conſ. Evangel. c. 2. Niceph. l. 2. hiſt. c. 45. Confirmatur partim à citatione locorum Vet. Teſt. quippe quæ citat juxta veritatem Hebraicam, non autem verſionem LXX. partim ex alia traditione, qua Joannes Evangeliſta, ut Theophylacto præf. in Matth. Aliis Lucas, aliis Paulus, aliis Marcus, aliis Apoſtolus Jacobus dicitur, Hebræum Matthæi Evangelium in Græcam linguam tranſtuliſſe. *Noviſſime* Pontificii, ad incitas redacti, quærere cœperunt: Unde ſcis Evangelium Matthæi, eſſe Matthæi, non alicujus impoſtoris, qui pro ſuo Matthæi nomen præfixerit? Quæſtio eſt, ut aliorum, ſic quoque Gretſeri tract. de agnoſc. ſcript. p. 1876. Ex dictis elucet, triplicem circa Matthæi Evangelium eſſe controverſiam: (1) An Matthæus auctor ſit Evangelii ipſius, quoad res contentas, quicquid ſit de ſtylo? (2) An auctor ſit Evangelii Græci? (3) Unde ſciamus, quod auctor ſit iſtius ſive Hebræi, ſive Græci? Controverſiæ.

§. 3. Nolumus prolixi eſſe in præmiſſis controverſiis, utpote ab aliis jam præoccupatis, & diſcuſſis; primam ante & poſt alios expedivit Auguſt. l. c. ſecundam Dn. D. Gerh. Exegeſ. ſcript. Loc. I. §. 243. Sixtus quoque Senenſis Bibl. l. c. Tertiam Dn. D. Dannh. hodoſ. p. 47. Phæn. 1. Breviter ad 1. R. Matthæum extitiſſe Evangelii iſtius auctorem, probatur ex præſcriptione ſui nominis, quam à nemine impoſtore factam eſſe, probat ſanctitas ipſius ſcripti, quam nebuloni abſit ut tribuamus, præſertim nulla apparente cauſſa, cur ſuo nomen Matthæi ſubſtituerit: Accedit conſtans Eccleſiæ coævæ, & hanc ſecutæ, teſtimonium, quod in rebus facti tamdiu pro certo habetur, quamdiu contrarium non probatur; Argumentum autem, quod proferunt, eliditur inſtantia, ab ipſo Chriſto deſumpta Matth. XI. 19. Luc. V. 24. in quibus, & aliis, locis Chriſtus de ſeſe, & tamen obliquè loquitur; Et quis neſcit, quid Johannes, à Manichæis receptus, de ſemet ipſe ſcripſerit. c. XXI. 19. tanquam de diſcipulo à Jeſu Chriſto dilecto, neque tamen ſcripſerit:

Diſcutiuntur.

R. ad 1.

R. ad 2. ſerit: me, quem Jeſus diligit. Ad (2) Circumlatum fuiſſe Evangelium Matthæi Hebræum, concedimus; Sed, an genuinum Matth. ſaltem *canonicum* fuerit, dubitamus, imo negamus. Ratio eſt, quod Auctor Evangelii Græci interpretetur verba Hebræa Matth. I. 23. XXVII. 46. qua interpretatione opus non fuiſſet, ſi Hebræum extitiſſet idioma. *Interpretationes iſtas additas fuiſſe ab interprete, qui Matthæum in Linguam Græcam convertit,* facilius à Sixto Senenſi fingitur, quam probatur. Quis credat, Eccleſiam, verbi canonici cuſtodem religioſam, paſſuram fuiſſe vel interitum primævi Evangelii, vel quorundam in verſione additionem, quam tam ſeverè prohibitam novit? Apoc. XXII. 18. ſeqq. Unde Patres Hebræo iſti Evangelio tantum non tribuunt. Origenes liberum cuique relinquit, *ſi placet alicui, recipere* illud, Tract. VIII. in Matth. Chryſoſtomo dicitur, Hebraicè extare, mavultque *extare, quam conſtare:* Hieronymus juſſu Damaſi recognoſcens verſiones Evangeliorum, Evangelium Matthæi correxit *juxta textum Græcum, non Hebræum,* Vid. Cornel. à Lapid. in Matth. p. 45. quod non feciſſet, ſi Hebræum fuiſſet authenticum. Imo Epiphanio Hebræum Evangelium eſt νενοθευμένον καὶ ἠκρωτηριασμένον; Fœtus ſcilicet Ebionitarum, qui hoc Evangelio uſi ſunt, multisque in locis id ipſum interpolarunt, de quo deinceps. Neque Papiam moramur. Fuit iſte Vir σμικρὸς τὸν νοῦν, Euſebio judice, fons incertarum traditionum, quæ ab ipſo in Eccleſiam Chriſtianam effuſæ ſunt, & ſecurè ab incautis patribus, Irenæo, Clemente Alexandrino, Tertulliano, aliis, receptæ: Neque ratio adducta convincit, quod propterea ſcripſerit Hebraicè, quia teſtimonia citat juxta veritatem Hebræam: Id enim ideo fieri potuit, ut oſtenderet, quod verſiones ſcripturæ ad fontes ſuos ſint examinandæ. Neque prætermittenda eſt ἀβλεψία ſive Hieronymi, ſive quisquis auctor eſt, catalogi ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Scripſerat, quod Matthæus *Evangelium Chriſti, Hebraicis literis verbisq; compoſuerit*: Et tamen paulo poſt ſubjungit: *in quo animadvertendum, quod ubicunque Evangelia ſive ex perſona ſua, ſive ex perſona Domini Salvatoris, veteris ſcripturæ teſtimoniis utitur, non ſequatur ſeptuaginta Translatorum authoritatem, ſed Hebraicam, è quibus illi duo ſunt: Ex Ægypto*

vocavi

Digitized by Google

vocavi filium meum, & quoniam Nazaræus vocabitur. Hæc ille: Quæ animadverſio ridicula eſt, & inepta, ſi Matthæus Hebraicè ſcripſit. Quis enim credat, in Hebræo ipſum LXX. verſionem adducturum fuiſſe, & non fontes Hebræos ipſos? Sed nec hoc quadrat, quod Hieronymus ipſe locum Matth. II. 32. in catalogo referat *ad Veteris ſcripturæ teſtimonia*, quem tamen in ipſo comment. ad l. c. contendit, non *quoad verba de ſcripturis ſumptum eſſe, ſed ſenſum:* Quam ego contradictionem non conciliarim! Ad (3) R. Scimus eum auctorem ex nomine, quod præſcripſit, id impoſtoris non eſſe, rationes ad 1. prolatæ evincunt. R. ad 3.

§. 4. *Impulit* Matthæum ad ſcribendum Spiritus ille Sanctus, cujus inſpiratione cœteri quoque libri Biblici ſcripti ſunt. Deſiderabat Eccleſia, certitudinis & memoriæ gratia id ipſum verbum, quod ex ore prædicantis audiverat, etiam literis comprehendi, ut præſens illud ſemper haberet, Matthæo Apoſtolo inter peregrinos prædicandi Evangelii gratia verſante. Traditio Euſebii lib. 3. hiſtoriæ c. 24. hæc eſt: *Matthæus, cum jam antea Hebræis verbum Dei prædicaſſet, ſimulac in animo habuit ad Gentes proficiſci, Evangelium ſuum patrio ſermone conſcripſit: & quod illis, à quibus deceſſit, deeſſe, dum præſens apud eos eſſet, videbatur, illud ſedulitate & labore ſcribendi omnibus ſuis quaſi numeris explevit:* vel ut Niceph. l. 2. c. 45. loquitur: *abſentiam ſuam ſcripto compenſavit.* Notanda eſt traditio: Inde enim conſtat, quod ſcriptura ſit fida cuſtos verbi divini, & regula, juxta quam judicandum eſt de iis, quæ viva voce Apoſtoli & Evangeliſtæ prædicarunt, obſervante Chemnitio part. I. exam. C. T. pag. m. 33.

§. 5. *Materia* ſcripti eſt Evangelium de Chriſto Jeſu, quem Dei filium in carnem veniſſe Judæis ſuis voluit intimare: *Matthæus fidiſſimus Evangelij commentator, & comes Domini, non aliam ob cauſſam, quam ut nos originis Chriſti carnis compotes faceret, ita exorſus eſt: liber generationis &c.* Verba ſunt Tertull. de carne Chriſti c. 22. Venit autem in carnem Chriſtus propter peccatores ſalvandos, in quorum numero etiam Matthæus fuit, olim publicanus, quare idem voluit iſtius remittentis gratiæ præcipuam mentionem facere: *oportebat enim à multis peccatis converſum, & à telonio converſum, in exemplum nobis futurorum ſalvari ab eo, qui ob* Materia.

ſa autem generis humani venit, & dixit: Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam: eo ex telonio educto, atque ab iniquitate converſo, ſalutis prædicationem exhiberi, quo ab ipſo diſcerent homines adventum benignitatis. Verba legiſti Epiphanii hæreſ. 51. Inde factum eſſe putant apud Veteres, ut inſigne Matthæi facerent puerum, vel juvenem: *Prima hominis facies* (in viſione Ezechielis) *Matthæum ſignificat, qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere: Liber generationis Jeſu Chriſti, filij David, filij Abrahami*: explicante Hieronymo prooemio in Matthæum.

Summa. §. 6. *Summa* materiæ in Matthæi Evangelio contentæ ab Athanaſio ad duo capita refertur. Brevius alterum, alterum prolixius, quod *ſigna* potiſſimum à Chriſto patrata complectitur. Plura iſta ſunt, quam quæ exſcribantur. Compendioſius referri poſſunt ad Chriſti genealogiam & nativitatem i.e. pueritiam c. 2. officium. c. 3. usque ad XXVI. Tandem ad paſſionem, mortem, reſurrectionem, & aſcenſionem in cœlos. cap. XXVII. XXVIII. Ambroſius Ethicam ipſius præ reliquis commendat: *quis*, interrogans, *moralius ſecundum hominem ſingula proſecutus, quam ſanctus Matthæus, qui edidit nobis præcepta vivendi?* præfat. comm. in Luc.

Et partitio. *Diviſio* alia eſt recentior, alia vetuſtior, iſta in cap. XXVIII; Hæc in diverſas particulas, de quibus breviter Sixtus Senenſis lib. I. Bibl. p. 21. *Dividitur hoc Evangelium à vetuſtioribus Latinis ſecundum Hilarij partitionem in Canones XXIII. & ſecundum Chriſtiani Drutmari ſectionem in canones LXVII. Apud recentiores Latinos in capita XXVIII. Apud Græcos autem juxta Euthymium, vel Oecumenium, in cap. LXVIII. Juxta Suidam vero in titulos LXVIII. capita autem CCCLV. Ammonius ſimiliter, & Euſebius in cap. CCCLV.* Hæc ille.

Differentia. §. 7. Ex dictis, & aliis, colligitur *differentia* hujus Evangelii ab Evangeliis reliquorum Evangeliſtarum: *Matthæus ſuſcepiſſe intelligitur incarnationem Domini ſecundum ſtirpem regiam, & pleraque ſecundum hominum præſentem vitam, & facta, & dicta ejus*: Ait Auguſt. lib. 1. c. 2. de conſ. Evangel. Eidem præ aliis familiare eſt, provocare ad teſtimonia Prophetica, cum deſcribit Meſſiæ perſonam, officia, & res geſtas; Conf. cap. I. 13. II. 6. 17. 23. III. 3. IV. 4. ſeq. Stylus quoque propius ab Hebraiſmo abeſt,

quam

Digitized by Google

quam reliquorum Evangeliſtarum, unde forſan aliis nata eſt ſuſpicio, quaſi primitus Hebraico idiomate Evangelium hoc fuerit conſignatum.

§. 8. *Finis* hujus quoque Evangelii eſt fides in Chriſtum, Finis. & per hunc ſalus æterna. Prædicaverat ſuis Hebræis, & aliis, Evangelium, cum autem Apoſtolus alìorſum ire, & verbum Jeſu Chriſti prædicare vellet, prius literis complexus eſt prædicata, ut eſſent memoriale auditorum, & documentum credendorum. Origenes ait, ἐκδεδωκέναι αὐτὸ τοῖς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, *tradidiſſe id* converſis ſeu *credentibus ex Judæis*, in Matth. Confer dicta §. 4.

§. 9. *Tempus*, quando Evangelium ſuum literis tradere Tempus. cœpit Matthæus, varie traditur. Irenæo auctore, *Matthæus ſcripturam edidit Evangelii, cum Petrus & Paulus Romæ Evangelizarent, & fundarent Eccleſiam.* lib. III. c. 1. Theophylactus refert ad annum octavum poſt Chriſti aſcenſionem: comm. in Matth. præfat. Varie ſe torquet Baronius an. 41. n. 15. ut Irenæi χρονολόγιν ſuæ adaptet, & ſententiæ. Videt enim non quadrare tempori, quo Petrum Romæ ſediſſe Epiſcopum alibi tradit; verba Irenæi duo, per Baronium, abſurda præ ſe ferunt; prius, quod jam tum, cum Matthæus Evangelium ſcriberet, Petrus & Paulus Romæ fuerint: quod, per ipſum, demum *factum eſt poſt quatuor annos, anno ſcilicet ſecundo Claudij:* poſterius, quod fundatio Eccleſiæ eo calculo ſalvo non in ſolidum Petro cedat, ſed & Paulo communicetur; cum tamen Paulus *deſuper ædificaverit:* Succenſet propterea etiam Nicephoro, qui lib. 2. hiſt. c. 45. refert, Matthæum *quinto decimo poſt Chriſti aſcenſionem anno ſcripſiſſe:* quo tempore Apoſtoli jam per orbem fuerint diſperſi. Videmus hinc, quo loco etiam antiquiſſimi Patres ſint apud Pontificios, ſi hypotheſibus ipſorum non ſerviunt, nempe vel nullo, vel inſtar naſi cerei, quem flectunt, quo volunt. Baronius fingit, Irenæum dicere voluiſſe, Matthæum ſcripſiſſe Evangelium, *cum Petrus Romam acceſſit, & tantæ molis erigendæ poſuit fundamentum; quod factum eſt poſt quatuor annos, anno ſcilicet ſecundo Claudij Imp. Dominiq; quadrageſimo quinto.* Si hic ſenſus eſt, cur igitur Baronius tempus ſcripti Evangelii Matthæi refert in annum 3. Caji, & 41. Chriſti? Ædificaſſe

 Pau-

Paulum ſuper aliud, quem à ſeſe jactum, fundamentum, id vero eſt Paulo in faciem contradicere Rom. XV. 20. Convenientius dixerim, Irenæum reſpexiſſe in collatione iſta non ad *tempus*, ſed ad *loca*, & objecta, ut Matthæus Hebræis Evangelium ſcripſerit, Petrus autem & Paulus Romanis annunciarit, quo vero id *tempore?* Id Irenæus non dicit: Factum autem hoc eſſe prius, quam Apoſtoli in univerſum orbem irent, haud negarem contra teſtimonium antiquiſſimorum & præſtantiſſimorum Patrum. *Locus* quis? Athanaſius in Synopſi auctor eſt, *quod ediderit Hieroſolymis.* Bartholomæus id ipſum Evangelium ad Indos detulit; Euſebio lib. V. Hiſt. Eccleſ. c. 10. & Hieronymo in catal. tit. Pantænus, auctoribus. Quorum iſte lib. 3. hiſt. cap. 24. inſuper refert, Matthæum ſcripſiſſe hiſtoriam, *ſimul ac in animo habuit ad gentes proficiſci.*

Locus.

Auctoritas. §. 10. Ex eo tempore *auctoritas* haud mediocris Evangelii hujus extitit apud ipſos Apoſtolos, & Apoſtolicos viros. Bartholomæum ad Indos ſecum id tuliſſe, paulo ante Euſebium & Hieronymum teſtes audivimus. Barnabas quoque, decantatus ille Pauli comes, eodem frequenter uſus eſſe perhibetur, ut etiam in morte noluerit à ſeſe avelli. Nam ſecum ſepeliri voluit, idque deprehenſum eſt, Zenone imperante, cum cadaver inveniretur Barnabæ. Tradentibus Niceph. lib. XVII. hiſt. c. 37. Victor. Tunnu. Chron. §. poſt conſul. II. Herm. Contract. an. 478. Baron. an. 41. n. 18. Chemnit. part. I. Exam. p. 34. Ex Indiis, quorſum Bartholomæus id tulerat, retulit idem Pantænus Alexandriam, referente Hieronymo §. 10. in catalogo. Tertulliano de carn. Chriſt. c. 22. eſt *fideliſſimus Evangelij commentator, & comes Domini.*

Interpretes. §. 11. *Interpretes* Matthæi & commentatores apud Veteres multi extant. Delibavit quoſdam Hieronymus præfat. in Evang. Matth. t. 9. opp. f. 6. his verbis: *Legiſſe me fateor ante annos plurimos, in Matthæum Origenis Viginti quinque volumina, & totidem ejus homilias, commaticumque interpretationis genus, & Theophili Antiochenæ urbis Epiſcopi commentarios, Hippolyti quoque Martyris, & Theodori Heracleotæ, Apollinarijque Laodiceni, ac Didymi Alexandrini, & Latinorum, Hilarij, Victorini, Fortunatiani opuſcula*; Hæc ille. Qui & ipſe in eorum

rum numerum referendus eſt; Rogatus enim ab Euſebio ſuo, *ut Matthæum breviter exponens, verbis ſtringeret, ſenſibus dilataret*, annuit tandem, ita tamen, ut omiſſis veterum commentariis, *Hiſtoricam interpretationem, quam iſte præcipuè poſtularat, breviter digeſſerit.* Poſt ipſum alii quoque in Matthæum commentati ſunt *vel ex parte* ut Gregorius Nyſſenus in caput quintum & ſextum; Auguſtinus in ſermonem Domini in monte, qui extat Matth. V. VI. VII. Et ſparſim per quæſtiones N. T. Chromatius Aquilejenſis Epiſcopus in caput quintum &c. *vel ex toto*, ut Chryſoſtomus, & ipſius epitomator Theophylactus: Idem venerabilis Beda, Claudius Scotus, qui ſub Ludovico Pio Imp. floruit: Euthymius Zigabenus Monachus ſeculi duodecimi; Chriſtianus Druthmarus, Rupertus Tuitienſis Abbas ejusdem ſeculi, Anshelmus Cantuarienſis, Thomas Aquinas, Alphonſus Toſtatus Abulenſis Epiſcopus, Zacharias Chryſopolitanus, Guilielmus Pariſienſis, Richardus de Media villa: Quibus addi poſſunt gloſſæ Rabbani Mauri, Strabonis Fuldenſis, Hugonis de S. Victore, alterius Hugonis de S. Caro, Lyrani. Conf. collectos â Petro Poſſino & Corderio in catena in Matthæum. Chriſtophorus Sandius in interpretationibus paradoxis ſub finem Marci, p. 119. remittit lectorem ad MSC. *Græcum in Inſula Pathmo exiſtens, cui titulus: In Evangelium Matthæi expoſitio diverſorum Catholicorum, tum hæreticorum*; Sed quid opus in Pathmon excurrere, cum ſat habeamus domi commentariorum.

§. 12. Variè à variis peccatum eſt in Matthæum ejusdemque Evangelium. Genuinum, ut quibusdam credebatur, *corruptum* eſt à Nazaræis Judæo-Hæreticis, ab Ebione quoque, Cerintho, Carpocrate temeratum, ut Jeſum eſſe merum hominem obtinerent. Animadverſum eſt ab Hieronymo, & Epiphanio, quod hinc inde vel mutilarint, vel interpolarint; ut merito miremur cum Baronio an. 41. n. 19. *quod Beda Evangelium Matthæi, quo Nazaræi utebantur, non eſſe annumerandum inter apocrypha exiſtimarit.* Haud melioris, ſi non deterioris, commatis illi ſunt, qui *adulterinos* Sancto Evangeliſtæ fœtus ſuppoſuerunt, qualis eſt Miſſa Æthiopum; confutata à Mornæo lib. I. de Euchariſt. c. 2. Rivet. Critic. Lib. I. c. 3. Circumferebantur olim etiam libri *de ortu, ſeu ſtirpe Mariæ*, & alius, *de infantia Salvatoris*, tan-

Contraria ut Corruptio.

Suppoſitio.

tanquam à Matthæo ſcripti. Sed Valentinianorum iſti & Gnoſticorum fœtus erant. Nec juvant ipſos præfationes Chromatii & Heliodori; Nam & hæ confictæ ſunt; Quare merito inter libros ab Eccleſia damnatos referuntur à Gelaſio diſt. 15. Vide Sixt. Senenſ. l. 2. Bibl. p. m. 107. Sunt denique, qui prorſus *in dubium* revocant hodiernum, quod terimus, Matthæi Græcum Evangelium. Sandius in interpp. parad. ad Matth. XXVIII. 20. adducit ἀνωνύμου cujusdam Antitrinitarii verba adverſus Matthæum. Qui cum non poſſet ferre vim formulæ baptiſmatis pro SS. Trinitate, Acheronta movere audet, & totum Evangelium in dubium revocare, & convellere. Verba tenebrionis ſunt hæc: *Conſtat ex Papia, Panteno, Irenæo Lib. III. 1. Euſeb. hiſt V. 8. 9. Hieron. de ſcript. Eccleſ. & vita Matthæi: Epiphanio contra Ebionæos & Nazaræos, aliisque, Matthæum Evangelium ſuum lingua Hebraica conſcripſiſſe; Græcus autem textus, (ut ait Baronius) cujus fidei ſit, affirmare minime poſſumus, niſi collato eo cum Hebræo originali, quod periiſſe certum eſt: Quod enim hodie à quibusdam editum legitur Evangelium Hebraicum Matthæi, non eſſe genuinum à multis probatum eſt rationibus pluribus. Præterea in Græcum & Latinum qui interpretatus eſt Evangelium Matthæi, vel eſt ipſe Hieronymus (falſarius S. Scripturæ, & Origenes) vel eſt adeo incertus, & ignotus interpres, ut & ipſe Hieronymus in vita Matthæi aſſerat, non ſatis certum eſſe, à quo Evangelium Matthæi* ſit *translatum in Græcum. Ex dictis patet, Evangelium Matthæi hodiernum non eſſe tantæ auctoritatis, ut etiam ex eo ſolo maximus fidei articulus probari poſſit.* Hæc Anonymus Socinianus, ineptè, temerè, calumnioſè. *Ineptè*; Confundit enim Evangelium Matthæi qualecunque cùm canonico. Eſto, Matthæus ſcripſerit idiomate Hebræo Evangelium, quod allegati auctores tradunt, non tamen tradunt, Hebræum iſtud fuiſſe authenticum & Canonicum. Taceo, quod Papias, unde iſta traditio in ſequentes patres derivata eſt, poſteris ſæpe impoſuerit traditionibus ſuis, quas credulus nimis, & pueriliter curioſus, hinc inde colligebat: *Temerè* & calumnioſè; Nam fingit addita eſſe iſta verba: *In nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti*; Quæ enim ratio! aliquot adducit colores, ſed ejusdem fuci, cujus eſt ſententia ipſa. Dicit I. *Verba non demonſtrare id, quod demonſtrandum venit.* Quid inde? Ergo ſunt ſup-

Dubitatio.

Refutatur.

Digitized by Google

ſuppoſititia? ſtultè. Verba ideo eſſe ſuppoſititia, quia non demonſtrant id, cujus gratia adducuntur: Sic enim tota ſcriptura eſſet ſuppoſititia in illis locis omnibus, ubi malè adhibetur; Aut, quia exinde non poſſit probari Trinitas? Sed & hoc ineptè. Petitur enim principium. *II. Probabile eſt, verba iſta ab imperitis ſcribis in fine Evangelij hujus adjecta fuiſſe, eadem ratione, qua in fine Pſalmorum ſemper addita fuit hac doxologia: Gloria Patri, Filio & Spiritui Sancto.* Præclara vero conſequentia: In fine Pſalmorum addita eſt doxologia, Ergo etiam in formula baptiſmi: An enim *ubique* additur, quod *alicubi* additur? Unde igitur iſtud tuum *probabile* probas? Inde 1. *quia verbis illis omiſſis plena eſt verborum conſtructio, & rectior*; Qui ſic? *tum quia uni verbo* μαθητεύσαντες *præter participium* πορευθέντες, *alia duo* βαπτίζοντες *&* διδάσκοντες *junguntur, & quidem ſine copula, præter communem uſum: tum quia tavtologicum eſt, repetere vocem* αὐτοὺς, *ut taceam, potius* αὐτὰ *dici debuiſſe.* Mera Phantaſmata! An enim ideo quædam inſerta ſunt, quia ſine illis conſtructio verborum eſt plena? Agite igitur inſititia dicamus ea omnia membra, quæ plura ſimul recenſentur in eadem ſententia, dummodo conſtructio verborum plena ſit: Aut ideo conſtructio non eſt recta, quia alia rectior eſt & uſitatior? Omnia igitur ea ſcripturæ loca, ubi præter communem uſum conſtructio eſt, erunt in dubium revocanda? Quod ſine copula iſta participia ſint, non eſt inſolens, nec ſine ratione. Ubi enim unum participium alterum explicat, copula opus non eſt: aut ubi duo vel plures diſtincti actus recenſentur, id fit ſine copula, ſaltem expreſſe; Nam ſubintelligitur. Quod de tavtologia & mutato genere additur, imperitia Grammaticæ eſt. An enim neſcit Anonymus, eſſe in phraſi pleonaſmum? & verba accommodari rebus quoque? III. *Sabelliani inde voluerunt probare ſuum errorem.* Epiphanio teſte. Chryſippeum denuo acumen conſequentiæ! Sabelliani abuſi ſunt iſta formula: Ergo formulam iſtam ipſi inſeruerunt. Toties igitur ſuſpicemur, infarcta eſſe verba ſcripturis, quoties hæretici ea pro ſeſe citant. λῆροι! IV. *Marcus hæc verba omittit.* At omiſit iſte epitomator Matthæi & alia quoque, an igitur & iſta ſunt ſuppoſititia? Omittant & alii Patres nonnulli *in quibusdam codicibus*; Anne igitur omiſſa ſunt

alibi

alibi ſuppoſititia ? negativum eſt teſtimonium & particulare: quod veritati hiſtoricæ, & aliis pluribus patribus ea verba citantibus nil præjudicat; Id quod Sandius ipſe, Antitrinitariorum advocatus alioquin ſatis negotioſus, confitetur.

Marcus. §. 13. Matthæum excepit *Marcus.* Δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον: *ſecundum Marci Evangelium* eſſe ex *traditione* refert Origenes in Matthæum: Duo fuerunt Marci, alter aſſecla Petri, qui, explicante Euſeb. l. II. hiſt. c. 14. Hieronymo in Catal. ejus meminit in I. Ep. V. 13. tanquam διδάσκαλος *magiſter*, uti appellatur à Theodoreto in literis ad Flavianum n. 86. t. 3. opp. f. 962. alter Pauli potiſſimum & Barnabæ, cujus fuit conſobrinus, cognomento Joannes. Act. XII. 12. XV. 37. Col. IV. 10. 2. Tim. IV. 11. uter Evangeliſta ? Sixtus Senenſis poſt Theophylactum, Victorem Antiochenum, & Euthymium putat, hunc fuiſſe; Bibl. lib. 1. p. m. 21. D. Dannhauerus autem iſtum: Chriſteid. p. 132. qui & nos ſubſcribimus, moti ratione, quæ intimata eſt, nempe, quod communi veterum ſuffragio Marcus Evangeliſta Petri fuerit comes; Barnabæ autem conſobrinus fuerit Pauli collaborator.

Impulſus ad ſcribendum. *Impulſus* ille eſt ad ſcribendum primum quidem à Deo ipſo, deinde vero etiam à fidelibus Romanis: *Cum Petrus Romæ publicè verbum Dei prædicaret, & Spiritus Sancti inſtinctu Evangelium Chriſti exponeret, multos, qui præſto aderant, Marcum, utpote qui diutius eum comitatus fuiſſet, & ejus verba memoria teneret, magnopere obſecraſſe ferunt, ut ea, quæ fuiſſent ab illo prædicata, ſcriptis mandaret. Quod quidem Evangelium ſimulac ediderat, illis, qui illud ab eo rogaviſſent, impertiit. Petrum autem, ubi de eo certior factus erat, Evangelium cum ratum feciſſe, tum homines ad idem legendum adhortatum.* Relatio eſt Clementis Alexandrini, annotata apud Euſeb. lib. II. 14. repetita l. VI. hiſt. Eccl. c. XI. Paulo aliter ſeſe narratio habet tom. VI. Biblioth. Patr. ubi laudatur Clementis hujus comm. in I. Epiſt. Petri. Sic enim ſeſe habent verba: *Marcus Petri ſectator, prædicante Petro Evangelium palam Romæ coram quibusdam Cæſarianis equitibus, & multa Chriſti teſtimonia proferente, petitus ab eis, ut poſſent, quæ dicebantur, memoriæ commendare, ſcripſit ex iis, quæ à Petro dicta ſunt, Evangelium, quod ſecundum Marcum vocatur.* Brevius Origenes in Matthæum: *Secundum fuiſſe accepimus Evangelium Marci, qui, prout Petrus ipſi expoſuerat, in literas*

retulit:

tulit: uti verba Græca interpretatur H. Valeſius. c. 24. Hieronymus in catal. tit. Marcus, his verbis: *Marcus diſcipulus & interpres Petri, juxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ Fratribus breve ſcripſit Evangelium. Quod cum Petrus audiviſſet, probavit, & Eccleſiæ legendum ſua auctoritate edidit, ſicut Clemens in ſexto Hypotypoſεων libro ſcripſit:* Confer Theophyl. ad Marc. l. 1. præfat. qui addit, traditione neſcio unde accepta, *Deum Petro revelaſſe, quod Marcus ſcripſiſſet Evangelium; qui viſum id confirmavit.* Hieronymus addit: & *Papias Hieroſolymitanus Epiſcopus,* nemqe ex ore cujusdam Presbyteri, his verbis: *Marcus, qui fuit interpres Petri, quæcunque tenebat memoria, ſcripſit accuratè.* Obſervandum hoc in gratiam ſcripturæ, contra traditiones. Quid enim opus fuiſſet ſcripturis iſtis, ſi orales traditiones æquè integrum Dei verbum cuſtodire potuiſſent? Ex dictis ſimul elucet *locus* & *tempus.* Locus fuit Roma. *Romæ ab Apoſtolo Petro dictatum eſt,* juxta Athanaſ. in Synopſ. t. 2. opp. f. 155. Tempus erat, cum Petrus ibidem Evangelium prædicaret. Theophylactus refert, *poſt decem annos aſſumpti Chriſti, Romæ conſcriptum eſſe,* comm. ad Marc. 1. & præfat. in Matth. Locus & Tempus.

§. 14. Inter LXX. Chriſti diſcipulos fuiſſe, Origenis traditio eſt, apud Sixt. Senenſ lib. I. Bibl. p. 21. ſed refragatur Papias: *Neque enim,* ait, *Dominum audierat ille quidem, neque erat eum comitatus, ſed poſtea Petri comes fuit.* Scriptura litem hanc non decidit, & quia antiquiores diſſentiunt, rem in dubio relinquimus. An ex 70. diſcipulis?

§. 15. Evangelium *Græcè* ſcripſit, juxta Hieronymum præf. ad Damaſ. & epiſt. 123. Et Auguſtinum lib. I. de conſ. Evang. c. 2. Sixtum Senenſem l. c. Chriſtianum Druthmarum, Jacobum Chryſopolitanum, Maldonatum, Franc. Lucam, Cornelium à Lap. argum. in comm. Marc. f. 561. qui id ipſum argumentis non ſpernendis probat. Nec omnino diffitente ipſo Bellarmino de ſcript. §. 44. Quanquam enim dixerat, quod Latinè ſcriptum ſit, teſtibus Damaſo in vita Sancti Petri, & Syris, qui ad finem Evangelii ſecundum Marcum ſcribunt: *Evangelium Sancti Marci, Romæ, & lingua Romana ſcriptum;* Attamen addit: *Satis conſtat, Latinam veterem, & vulgatam editionem tam Matthæi, quam Marci, ex Græca editione tranſlatam.* Satis profecto negligens fuiſ- Idioma.

fuiſſet Eccleſia Romana, ſi amiſiſſet authenticum exemplar Latinum, ut hodie non niſi verſio verſionis extaret, ſi primævum exemplar fuiſſet Latinè, non autem Græcè, conceptum: Quare cautè ſcripſerunt, quod Græcè aſſeruetur Venetiis. Cornel. à Lap. præf. in Marc. f. 562.

Ordo. §. 16. *Ordinem* temporis non ſemper obſervavit, Id quod non ſolum αὐτοψία, ſed etiam veteres, oſtendunt, & teſtantur: *Non enim,* refert Papias, *Domini ſermones & præcepta ea enarrandi ſerie, quam Dominus in illis tradendis tenuiſſet* (Petrus,) *docebat: ſed eam in prædicando rationem ſequebatur, quam ad auditorum animos inſtituendos opportunam, accommodatamque cenſuit. Quare in eo neutiquam erravit Marcus, quod quædam, ſicut memoriæ ea ante mandaverat, literis prodidit; Quandoquidem hoc unum mente & cogitatione ſedulò proſpexit, ut nec quicquam eorum, quæ audiviſſet, prætermitteret, nec falſi omnino iisdem interponeret.* Hactenus Papias apud Euſeb. lib. III. hiſt. c. ult. Confer. Hieron. præfat. in Matth. cui *juxta fidem magis geſtorum narrat, quam ordinem.* Habes ergo, non ſolum, quod ſeriem temporis non ſemper obſervaverit Marcus, ſed etiam, cur?

Partitio. §. 17. *Partitio* variè apud varios facta eſt: *Partiuntur noſtrates hoc Evangelium in c. XVI. Græci apud Suidam in titulos XLVIII. & c. LVI. Apud Ammonium, & Euſebium in c. CCXXXV. apud Oecumenium & Euthymium in cap. XLVIII. quorum ultimum de petitione corporis Domini prænotatum, deſinit in his verbis: Invaſerat eas tremor & pavor; Et nemini quicquam dixerunt: Timebant enim. Reliqua vero quæ ſequuntur uſque in finem non enumerant.* Hæc Sixtus Senenſis lib. 1. Bibl. p. 21. Contra vero Hieronymus meminit lib. 2. adverſ. Pelag. quod in quibusdam exemplaribus Latinis, maximè autem Græcis, poſt v. 14. cap. ult. legantur hæc verba: *Et illi ſatisfaciebant, dicentes: ſeculum iſtud iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt: quæ non ſinit per immundos ſpiritus veram Dei apprehendi virtutem: idcirco jam nunc revela juſtitiam tuam.* Idem epiſt. 150. ad Hedib. q. 3. totum caput ult. Marci in dubium revocat, ex eo fundamento, quod in relatione hiſtoriæ Chriſti, de reſurrectione, repugnet reliquis Evangeliſtis, ut propterea *pene omnes Græci libri hoc capitulum in fine non habeant*: Sed non repugnare Marcum reliquis Evangeliſtis, Harmonia accuratior docet; cur verò à Græcis nonnullis re-

ſe-

Digitized by Google

ſectum vel omiſſum fuerit, cauſſas exponit D. Gerh. præf. harm. de reſur. Chriſti. fol. 340..

§.18. *Materia* ſcripti eſt quidem hiſtoria Jeſu Chriſti, ſed non auſpicatur ipſam à prima Chriſti nativitate, verum à publico miniſterio Johannis & Chriſti: *Initium Evangelij ſui de vocibus Prophetarum præſumens præcurſorem Chriſti Joannem, Malachiæ i. e. Angeli teſtimonio comprobans, verbum caro factum, voce Eſaiæ deſignans, principium Evangelicæ prædicationis inſtituit, & invenit in verbo vocis, quod in conſonantibus i. e. in genealogiis Dei & hominis perdiderat.* Sic præfatio, Marci commentariis apud Hieron. Tom. IX. opp. neſcio à quo, præfixa. Ambroſius præfat. ad Lucam præ reliquis laudat exordium hujus Evangelii: *Quid rationabilius*, ajens, *illo admirabili copulatu, quam quod ſanctus Marcus in principio ſtatim locandum putavit: Ecce ego mitto Angelum meum: & : Vox clamantis in deſerto: ut & admirationem moveret, & doceret hominem humilitate, atque abſtinentia, & fide placere debere, ſicut ille Sanctus Joannes Baptiſta hic ad immortalitatem gradibus aſcendit, veſtimento, cibo, nuncio.* Athanaſius Synopſ. t. 2. opp. f. m. 125. ſummatim perſtringit contenta. In pleriſque quidem cum Matthæo facit, eſt tamen aliqua inter ipſos differentia, quam exponit Theophyl. præfat. in Marc. p. m. 189. partim ratione quantitatis, partim ratione contentorum.

Materia.

§. 19. *Avtographum* ipſius dicitur extare Venetiis. Sic enim Corn. à Lap. præf. in comm. Marc. f. 562. refert: *Venetijs religioſe ſervatur Evangelium S. Marci autographum, ſed ob vetuſtatem in eo literæ ita corroſæ & exeſæ ſunt, ut legi nequeant. Id mihi Romæ inquirenti Venetiis perſcripſere nonnulli viri graves, qui id ipſum ſtudioſè inveſtigarunt; hancque apud Venetos eſſe traditionem aſſeruerunt. Ferunt Evangelium hoc Aquilejæ à S. Marco conſcriptum, & relictum, indeque Venetias translatum. Cum enim Attila Rex Hunnorum Aquilejam per triennium obſeſſam cepit vaſtavitque; tunc multi Aquilejenſes Attilam fugientes, conceſſerunt ad vicinas Adriatici maris paludes, ibique Venetias admirabili opere condiderant, ſub annum Domini 452. ait Baronius. Porro Vir gravis, Canonicus S. Marci Venetiis, qui ejus reliquias in manu habet, ideoque oculatus teſtis, meo rogatu, hac de re ſtudioſè inquirens, hiſce diebus reſcripſit, autographum hoc S. Marci Græca lingua eſſe conſcriptum, ac Aquilejæ Venetias delatum fuiſſe anno Chriſti 1472. Quare Græcè videtur primitus à*

Avtographum.

Digitized by Google

S. Marco editum. Hactenus Cornelius Jeſuita. Sed relationi neque ſecum, neque cum aliis convenit. Non ſecum; quando tradit, quod anno 452. Aquileja fuerit vaſtata, & incolæ fideles in paludes maris Adriatici confugerint, ſine dubio portato ſecum Evangelio Marci; illud ipſum vero Evangelium anno demum 1472. Aquileja Venetias fuiſſe translatum: Si vero dixerint, anno 452. non fuiſſe alio translatum, quæritur porro: ubi igitur Aquilejâ funditus everſâ interea manſerit? *Attila continuo reſumpta fiducia cruentus Italiam petit,* AQUILEIAM CAPTAM FUNDITUS ERADIT, refert Paulus Diaconus, ut vulgo habetur, vel, quod Baronio videtur an 452. n. 54. collector quidam, & compilator Theophanis, aliorumque: Neque cum aliis, qui referunt, Latine primum ſcripſiſſe Marcum, & Romæ quidem; Alii, ut Chryſoſtomus, in Ægypto; alii, *autographum Marci Latinum injuria temporum periiſſe,* apud eundem Cornelium fol. 561. Has contradictiones ut conciliaret, dicit, *S. Marcum utraque lingua, Græca, & Latina, ſcripſiſſe Evangelium, uti cenſet Genebrard. anno Domini* 44. *Noſter Barradius t. 1. lib. 1. c. 19. ac Poſſevinus &c. Alterum vero prorſus negat: Quomodo enim Eccleſia Romana, tam fida fidei & ſacrorum codicum cuſtos, ac primis illis Marci temporibus usque ad Conſtantinum Zelo religionis ardentiſſima, & conſtantiſſima, permiſiſſet, tantum theſaurum ſibi dicatum intercidere?* Hæc ille temerè, & ineptè. Temere; dum ſine authoritate veterum aſſerit, Marcum & Græcè & Latinè ſcripſiſſe. Etiamſi enim nonnulli veterum dicant Latine, nonnulli, Græcè ipſum ſcripſiſſe; nemo tamen ipſorum dicit, & Græcè, & Latine ſcripſiſſe; Probatur ex Cornelio ipſo. Ut enim probet, Marcum Græce ſcripſiſſe, *ratio prima* eſt, ait, *quia S. Hieronymus, & S. Auguſtinus affirmant, Marcum Græcè ſcripſiſſe, non Latinè; Unde Latinam verſionem juxta Græcum juſſu Damaſi correxit S. Hieron.* En, per Hieronymum & Auguſtinum, Marcus *Græcè ſcripſit,* NON LATINE; Qua igitur fronte Cornelius dicit, Marcum utraque lingua, ſcilicet Græca & Latina, ſcripſiſſe Evangelia? Si Marcus Latinè quoque ſcripſiſſet, quid opus fuiſſet Latina Græci exemplaris verſione, & verſionis ad Græcum correctione? Cur non correctum ad verſionem ab ipſo Marco factam? Cur in verſionem

ſionem vulgatam non eſt inſertum illud authenticum Marci θεόπνευστον Evangelium? Ineptè, quia contra ſuosmet iſta negat: Si enim Romana Eccleſia contra fidem ſuam & officium egiſſet, ſi paſſa fuiſſet intercidere authenticum Marci Evangelium, utique etiam contra fidem ſuam & officium egit, quod Epiſtolam Pauli ad ſeſe ſcriptam cum Græcam, tum Latinam paſſa eſt intercidere.

§. 20. Eſto autem, converterit Marcus ſuum Evangelium Græcum in Latinum, & hoc ideo, quod Latinis ſcripſerit, ex quo argumento Salmeron Jeſuita t. 1. proleg. 35. Romanis Paulum Latine ſcripſiſſe contendit. Sic unum quidem vulnus ſanabunt Pontificii, ſed alterum ſibi infligent, nempe, ſcripturam ſacram in vernaculas linguas eſſe transferendam, quo id fine? niſi ut vulgo legatur. Sed non opus eſt huc anguſtiarum Papiſtas redigere, cum ſolum Græcum Evangelium Marco maneat: Latinum verò forſan extabit in eo codice, in quo *Liturgia* ejusdem i. e. adulterinus & ipſa fœtus continetur. Eſſe autem adulterinum ſaltem inde probatur, quod complectatur vocabula ætate ſequiore demum nata, ut ſunt Papæ, ſubdiaconi, Lectores &c. Vide Mornei lib. 1. de Euch. c. 2. Rob. Coc. Cenſ. p. 14. Rivet. lib. 1. Crit. Sacr. c. 3. p. 116. An hucquoq; referenda ſit *Barnabæ Apoſtoli & conſobrini ſui vita*, quam *brevi volumine ſcripſiſſe*, Beda vero ex Græco in Latinum tranſtuliſſe, fertur? Arbitrari nolumus; Videatur Jacobus Genuenſis Epiſcopus in libro annuarum feſtivitatum, & Sixtus Senenſ. lib. 2. Bibl. pag. 203. qui addit: *Sunt & qui eum alia literarum monumentis mandaſſe referant, quorum nec ipſi titulos recenſent, nec nos alicubi annotatos invenimus.* Nos contenti ſumus Evangelio, quod Deus in ſuis ſcripturis voluit ſupereſſe, cætera ſuis auctoribus relinquamus. Genuinum ſcriptum à vexationibus Anabaptiſtarum liberat Sixt. Senenſ. Bibl. l 7. p. 741. Suppoſititia.

§. 21. Commentatores Marci rariores ſunt, cur? Autor præfationis commentariorum in Marcum ſub nomine Hieronymi hanc reddit rationem: *Ideo Evangelia tractantes intactum, ut puto, prætereunt, quia eadem penè, quæ Matthæus, narrat*: Extant ta- Commentatores.

 men

men Commentarii Theophili Antiocheni, Bedæ, Theophylacti, Zachariæ Chryſopolitani, Euthymii, & Dietani.

Auctoritas. §. 22. *Auctoritas* hujus quoque Evangelii indubitata eſt: ὅτι ὁ χαρακτὴρ τοῦ Εὐαγγελίου σαφὴς, καὶ οὐδὲν ἔχων σκανδαλιζόμενον: *Eſt Character Evangelij manifeſtus, nihilque habet, quo mens hæreat.* Theoph. h. l. præf. ad Marc.

Tertius Evangeliſtarum *Lucas* qui deſcribitur. §. 23. Tertium ordine Evangelium eſt Lucæ. Origenes ex traditione id ipſum accepit τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν: uti ſcribit in Matthæum. *Lucas* alios nomine dictus eſt Lucius Rom. XVI. 21. diſtinctus à Lucio Cyreneo. Act. XIII. 1. Refertur & ipſe inter Evangeliſtas. De quo ita Euſ. Lib. III. hiſt. Eccl. c 4. vertente Chriſtophorſono. *Lucas, genere Antiochenus, ſcientia, & arte medicus, qui quidem tum plurimùm cum Paulo verſatus, tum reliquorum Apoſtolorum familiaritate & conſuetudine, non raro, aut leviter, uſus, Præceptiones Medicinæ, quam ex illorum doctrina ad hominum animos ſanandos hauſiſſet, duobus voluminibus divinitus inſpiratis, nobis reliquit. Quorum alterum Evangelium eſt, quod ſe non aliter exaraviſſe teſtatur, atq; ei tradiderunt illi, qui ab initio ſuis oculis Chriſtum vidiſſent, quique fuiſſent verbi miniſtri, quos quidem à principio in omnibus accuratè ſe ſecutum tradit &c.* Habes paucis multa. Patriam Antiochiam: profeſſionem priſtinam, medicinam. Col. IV. 14. Præceptorem Paulum, qui potiſſimum poſt Spiritum Sanctum hoc ipſi Evangelium dictitaſſe fertur, & ſibi appropriaſſe: *Secundum Evangelium meum*, quod Lucæ putat, juxta Euſebium: Certè Irenæo auctore, Lucas Pauli comes, *Evangelium ab eo prædicatum, in librum congeſſit*, referente Euſ. l. V. c. 8. Finem, qui eſt hominum animas ſanare: principium, quod Deus eſt; fidem, quæ religioſa. Scripſit enim, ſicut acceperat à fide dignis teſtibus. An & *pictor* fuerit? Sic putat Simeon Metaphraſtes, referens, *quod ipſum quoque aſſumptum typum humanitatis Chriſti, ac ſignum ejus, quæ illum peperit, primus omnium cera & lineamentis pinxerit, ut ad hæc uſque tempora in imagine honorarentur.* in Vit. Luc. Hanc imaginem à Pulcheria in ὁδηγοῖς dedicatam eſſe Conſtantinopoli, refert Niceph. Calliſt. lib. XIV. Exemplaria hincinde oſtentantur, ut eſt illud, cujus mentionem facit Sixtus Senenſ. l. 2. Bibl. p. 103. ad vivum ſcilicet expreſſa, juxta iſtam ideam, qua ſub forma elegantiſſimæ alicujus puellæ,

An pictor?

Ma-

Mariam Nicephorus depinxit. Petri quoque ac Pauli imagines pinxiſſe refertur à Niceph. l. 2. c. 43. Nobis hæc omnia à novitate ſua & muſteis auctoribus ſuſpecta ſunt, ſi non omnino falſa. Vid. D. Dannh. Chriſte. p. 763. ſqq.

§. 24. *Origo* hiſtoriæ Evangelicæ, ab ipſo conſcriptæ, ſine dubio eſt divina; Nam præſtat *ἀσφάλειαν* Luc. I. 4. Ambroſio comm. ad proœm. Lucæ, Evangeliſta iſte eſt *fundatus in petra, qui omnem fidei ſumpſit plenitudinem, firmamentumque conſtantiæ.* Objicis: Luc. I. 3. Lucas ait, ſibi *viſum* eſſe, ut ſcriberet Evangelium; videtur igitur proprio auſu, non Dei juſſu, ſcripſiſſe. ℞. Ambroſ. ad l. *poteſt etiam non ſoli viſum eſſe, quod viſum ſibi eſſe declarat. Non enim voluntate tantum humana viſum eſt, ſed ſicut placuit ei, qui in me, inquit, loquitur Chriſtus, qui, ut id, quod bonum videri poſſit, operatur. Quæ enim miſeratur, & vocat. Et ideo, qui Chriſtum ſequitur, poteſt interrogatus, cur eſſe voluerit Chriſtianus? reſpondere: viſum eſt mihi. Quod cum dicit, non negat Deo viſum. A Deo enim præparatur voluntas hominum.* Quid impulit autem, ut ſcriberet? Impudentia hæreticorum, Euſeb. l. III. hiſt. c. 24. qui maturè *fabulas quaſdam diſſeminarunt, genealogias, & quæſtiones nonnullas pervulgarunt. Horum vero cauſſâ, quod multa mentiti eſſent de Chriſto, Lucas ſcribendi Evangelium arripuiſſe occaſionem exiſtimatur.* Verba ſunt Baron. an. 58. n. 31. An ipſe fuerit *αὐτόπτης* & *αὐτήκοος* eorum, quæ ſcripſit? Sic illi putare coguntur, qui dicunt, inter LXX. diſcipulos Chriſti ipſum extitiſſe: quæ Origenis & Epiph. hæreſ. 20. ſententia fuit; ſed probabilior eſt adverſa, quæ ait, Lucam accepiſſe quidem ab *αὐτόπταις* & *αὐτηκόοις* ſuam hiſtoriam, ipſum vero *αὐτόπτην* & *αὐτήκοον* non fuiſſe. Quod tamen ipſius authoritati nil detrahit; *Si enim & retro decucurrit, habuit utique authenticam paraturam.* Tertull. l. IV. ad verſ. Marc. c. 2. Porro quæritur: *An à Paulo acceperit?* Origenes de recta in Deum fide affirmat, poſt Tert. l. 4. adv. Marc. c. 2. & 5. Sed dubitet quis, qui à Paulo acceperit, qui nec ipſe eo modo fuit *αὐτόπτης* & *αὐτήκοος*, quo modo Lucas ait eos fuiſſe, quibus ſuam debeat hiſtoriam? ℞. Etſi Paulus non fuerit *αὐτόπτης* & *αὐτήκοος*, ut reliqui Apoſtoli, fuit tamen alio, & quidem excellentiori, modo, abreptus in cœlum. 1. Cor. IX. 1, XV. 8, 2. Cor. XII. 4. Dicimus igitur, quod Lucæ hiſto-

Divinitas.

hiſtoriam poſt Deum ſuggeſſerint alii quidem etiam Apoſtoli, ut *qui ab initio ipſi & viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis*, e.g. Petrus, quem Dorotheus in Synopſi expreſſit, ſed & Paulus. Tertulliani notanda ſunt verba lib. IV. adv. Marc. c. 2. *Lucas non Apoſtolus, ſed Apoſtolicus; non Magiſter, ſed diſcipulus, utique Magiſtro minor, certe tanto poſterior, quanto poſterioris Apoſtoli ſectator, Pauli ſine dubio.* Et Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 24. *Certam ratamque earum rerum explanationem, quam ipſe veritatem partim ex familiaritate & conſuetudine, quæ illi cum Paulo interceſſiſſet, partim ex crebro reliquorum Apoſtolorum ſermone & colloquio, quod cum illis haberet, planè & cumulate intellexiſſet, in ſuo Evangelio manifeſto tradit.* Certè Apoſtolicus vir fuit. 2. Tim. IV. 11. Col. IV. 17. Philem. 17.

Partitio. §. 25. *Diſtributio operis* variè ſeſe habet: *Oecumenius & Euthymius hoc Evangelium in octoginta tria capita diſtribuunt; Ammonius & Euſebius in c. 343. Ambroſius in titulos centum ſexaginta quatuor; Beda in c. 93. Latini autem recentiores in viginti quatuor capita diſſecant.* Referente Sixto Senenſ. l. 1. Bibl. p. 21. In ipſa hiſtoria enarranda *ordinem* (καθεξῆς) imprimis obſervavit, non obſtantibus quibusdam περιλήψει à Sanctio objectis tract. 1. de prædic. S. Jacob c. 10. ſtylo terſo ſenſa divina expreſſit, cenſente Hieronymo epiſt. 145. *Titulus* libri promittit deſcriptionem hiſtoriæ Evangelicæ, altius repetitæ, nempe à nativitate Joannis Baptiſtæ, à reliquis Evangeliſtis prætermiſſæ, & perductæ usque ad aſcenſionem Chriſti in cœlos. Nam Heb. I. 1. 2. ait, *primum ſeſe ſermonem feciſſe de omnibus iis, quæ Jeſus inceperit facere & docere, usque ad diem, quo aſſumptus eſt;* Scripſit igitur poſt nonnullos alios, quod docet verbum παρηκολουθηκότι, & quod v. 1. præmiſerat de aliis, qui Evangelicam hiſtoriam conſcripſiſſent, puta Matthæo & Marco: ſummam hiſtoriæ duobus verbis expreſſit, eorum nimirum, quæ Jeſus cœpit & *facere*, & *docere*, i. e. miraculorum, & doctrinæ, miraculis comprobatæ, donec in cœlos Chriſtus reciperetur. Act. I. 1. 2.

Finis. §. 26. *Finis* Evangelii ſcripti fuit, certos reddere fideles de vera Chriſti hiſtoria, quæ multis dubiis & adulterinis relationibus jam tum corrupta circumferebatur: Imprimis autem de incarnatione: *quam protulerit Lucas genealogias, ab imis ad ſuperna,*

Digitized by Google

perna, & indicationem fecerit adventus Dei verbi ex ſupernis, ſimulque conjunxerit ipſum carnali ipſius diſpenſationi, ut averteret ab erroneis & ſeductis errorem: quæ verba ſunt Epiphanii t. 1. hæreſ. lib. 2. hæreſ. 51. Origene auctore ſcripſit τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, *in gratiam* potiſſimum *gentilium*, in Matth.

§. 27. *Affectiones* ex dictis colligas. Scriptum eſt (1) *accuratum*; Nam accurate omnia perquiſivit, ut intelligeret probe tanquam ipſe fuiſſet αὐτόπτης. (2) *Fidele*; Nam ſicut ab αὐτόπταις accepit, ita retulit in literas, Vide Iren. l. 3. c. 4. (3) *Completum & Perfectum.* Ait namque Act. I. 1. ſeſe ſermonem in Evangelio feciſſe de *omnibus*, quæ cœperit Jeſus & facere miraculis, & docere Verbo Evangelii. Unde Ambroſ. præfat. in Luc. merito judicat, quod Lucas Evangelium *pleniore quodam modo rerum Dominicarum diſtinctione digeſſerit.* (4) *Æſtimatum* etiam ab hæreticis. Nam Marcion hoc ſolum Evangelium recepit: de quo diſputat Tert. lib. IV. adv. Marc. mox ab initio. (5) *Terſum*, quoad ſtylum, qui *hiſtoricus. Nam licet ſcriptura divina mundanæ evacuet ſapientiæ diſciplinam, quod majore fucata verborum ambitu quam rerum ratione ſubnixa ſit: tamen ſi quis in ſcripturis divinis etiam illa, quæ miranda illi putant, quærit, inveniet*, eodem Ambroſio judice; qui paulo poſt ſubjungit: *Sanctus Lucas, velut quendam hiſtoricum ordinem tenuit, & plura nobis geſtorum Domini miracula revelavit, ita tamen, ut omnes ſapientiæ virtutes Evangelij iſtius complecteretur hiſtoria*: Quas ordine ſubjungit. Affectiones.

§. 28. *Tempus* ſcripti hujus Evangelii ſerius fuit. Scripſit enim poſt adulterina aliorum, hinc inde diſperſa, ſcripta, de quibus videri poteſt Ambroſius præfat. in Lucam. Epiphan. hæreſ. 51. poſt Euſeb. lib. III. hiſt. c. 25. Baron. an. 58. n. 31. Non tamen cenſuerim, id etiam ideo factum eſſe, quod Matthæus *Hebraica*: & Marcus *Latina*, i. e. Græcis ignota lingua ſcripſerint, ut opus fuerit etiam *Græca* iſtud extare, quæ Baronii n. cit. ſententia eſt. Supra enim oſtendimus, utrumque iſtam ſuam hiſtoriam Græcè exaraſſe. Probabilius putat, quod Lucas Evangelium anno Chriſti 58. conſcripſerit, quo tempore cum Paulo in *Achaja*, & *Bœotia* partibus verſabatur. Theophylactus Tempus.

lactus præfat. in Matth. refert ad annum poſt aſcenſionem Chriſti Decimumquintum.

Elogia.

§. 29. *Elogia* meruit inſignia. Laus ejus in Evangelio magna fuiſſe dicitur 2. Cor. VIII. 18. explicante Hieronymo, & Ambroſ. comm. ad l. c. ſed in dubium revocat Baronius an. 51. n. 64. eo quod Silæ ea potius competat: Theodoretus Barnabam putat. Tandem in medio relinquit Baronius; nec diffiteri potuit, Ignatium in Epiſtola ad Epheſios de Luca iſthæc verba accepiſſe. Inter *magnos pugiles* refertur â Greg. Naz. orat. 1. in Julian. *magno nomine Lucas* â Paulino Nolano ſalutatur. Confer. Niceph l. 2. c. 43.

Scripta vel corrupta.

§. 30. Nec hic Evangeliſta evadere potuit, quin *falſa* ipſi *ſcripta* affingerentur: Genuinum vero ſcriptum temeraretur vel omnimoda rejectione, vel corruptione. Cerinthus, Merinthus, & Carpocrates Evangelium iſtud planè rejiciebant; Marcion verò, Cerdon, &c, Patrum ætate, Anabaptiſtæ mutilarunt hinc inde in iis locis, quæ ad palatum ipſorum non ſapiebant, & interpolarunt, infarctis quæ ad rem ipſorum facere videbantur: quod patet ex Irenæ. lib. I. c. 29. Tertul. l. IV. adv. Marc. c. 4, ſqq. Epiph. hæreſ. 42. Vide quæ dicta ſunt ſupra ſect. 1. §. 30. loca autem in compendio habes apud Sixt. Senenſ. lib. VII. Bibl. p. 744. ſqq. una cum vindiciis; *Suppoſita* ipſi ſunt acta Pauli & Theclæ, à quodam nebulone, qui ejus fraudis convictus, reſpondit, amore Pauli inductum ſeſe id feciſſe.

vel Suppoſita.

Johannes eſt quartus Evangeliſtarum

§. 31. *Joannis* Evangelium ultimo loco ponitur; ὅτι πᾶσι τὸ κτ' Ἰωάννην *poſtremum omnium Evangeliorum eſt Joannis*, auctore Origene in Matthæum: πρὸς τῶν ἀρχαίων ἐν τῇ τάξει μόνῳ τῶν ἄλλων τριῶν καταλέλεκται: *quarto loco inter reliqua tria collocatur*: ut ſcribit Euſeb. L. III. hiſt. c. 24. (18) idque eodem judice, εὐλόγως *rectè & cum ratione.* Duo hujus nominis in ſcripturis novi Teſtamenti celebrantur, Baptiſta, & Apoſtolus, qui & Evangeliſta, Theologus & Presbyter. Evangelii (quod à Tertul. de car. c. 7. κατ' ἐξοχὴν dicitur *ante Marcionem editum*) auctor eſt Apoſtolus & Evangeliſta: *Filius Zebedei, frater Jacobi Apoſtoli, noviſſimus omnium ſcripſit Evangelium*, uti ait Hieron. in catal. tit. Joannes, Adminiſtro Gajo uſus

Miniſterium principium:

eſſe

eſſe dicitur ab Athanaſio in Synopſ. ſcript. f. 155. t. 2. opp. Cujus autem virtute & efficacia? Sixtus Senenſis putat, *cum in cœna ſuper pectus Domini recumberet, talem hauſiſſe ſcientiam, qualem mortalium nullus unquam ſortitus eſt.* lib. 1. Bibl. p. 21. Vereor, ut hæc fundamentum habeant in natura, vel ſcriptura. Hæc enim ſilet, iſta ex nuda inſinuatione influxum non infert. Amoris ſingularis ſignum id erat, non influxus alicujus. Apud Patres quidem ſimile quid videtur occurrere. Orig. in Joh. t. 1. fol. m. 5. ait de Johanne: *majores perfectioresque de Jeſu ſermones reſervat ei, qui ſupra pectus Jeſu recubuit; Nullus enim illorum ἀκραιφνῶς adeo pure manifeſtavit illius divinitatem, ut Johannes:* Sed his verbis ſymbolum tantum aliquod & ſignum, non autem influxum voluit ipſe indigitare. Impulſu præcipuè Spiritus S. Sic enim Epiphanius hæreſ. 51: *Cogit S. Spiritus Johannem recuſantem Evangelium annunciare, ob metum & humilitatem, in ſenecta ipſius, poſt nonaginta annos vitæ ejus, poſt reverſionem ipſius à Pathmo, quæ facta eſt ſub Claudio Cæſare, poſtquam multos annos in Aſia tranſegiſſet, Evangelium exponere.* Hieronymus addit, voluiſſe Joannem, ut, ſe ſcripturo Evangelium, *jejunium indiceretur, & in commune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto revelatione ſaturatum, illud procemium è cœlo veniens eructaſſe: In principio erat verbum* &c. Metaphraſtes, his non contentus, tonitrua, fulgura, atque terrores plures eſſe factos ſcribit, cum Joannes Evangelium ſcribere aggrederetur. Et Baronius an. 99. §. 4. audet defendere, argumento ſumpto ex 2. Cor. III. 7. quaſi vero claritas illa vel de tonitrubus, fulguribus, terroribus intelligenda eſſet, vel Evangelio terrores convenirent. Ne quid dicam de reliquis. Poſt Spiritum Sanctum impulerunt ipſum religioſi viri, quod Hieronymus teſtatur: *Rogatus ab Aſiæ Epiſcopis adverſus Cerinthum, aliosq; hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt, Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Unde & compulſus eſt, divinam ejus nativitatem edicere:* Habes hic impulſum, & ſcopum; nondum tamen omnem. Nam ipſe quoque ſemet impulit, dum Hieronymus porro ſubjungit: *Cum legiſſet Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probavit quidem textum hiſtoriæ, & vera eos dixiſſe firmavit, ſed unius tantum anni, in quo & paſſus eſt, poſt carcerem Joannis hiſtoriam texuiſſe. Prætermiſſo itaque anno, cujus acta à tribus expoſita fuerant, ſuperioris tempo-*

Cauſſa impulſiva.

ris, antequam Joannes clauderetur in carcerem, geſta narravit. Confer. Euſeb. lib. III. hiſt. c. 24. Athanaſ. t. 2. opp. in Synopſ. f. 131.
Finis. Colligitur hinc, quod ipſius Finis fuerit, παραλειπόμενα in reliquos Evangeliſtas ſcribere, ut graſſantibus hæreticis obicem poneret: *Non erat ipſi opus, de incarnationis negotio per longum tractare, jam enim munitus erat is locus. Sed velut à tergo quorundam incedens, & videns ipſos ulterius progredientes, & ad aſperiora ſeipſos exponentes, & in avia, ac ſpinoſa, revocare ipſos in rectam viam cogitavit, & ipſis prædicare conſtituit, ac dixit: Quid erratis? quo vertimini? quo ſeducimini, tu Cerinthe, & Ebion, & alij? non eſt ita, ut putatis. Certè genitus eſt Chriſtus ſecundum carnem, manifeſtum id eſt. Ecce enim ipſe confiteor, quod verbum caro factum eſt. At non, ex quo caro factus eſt, putaveritis eundem eſſe. Non eſt enim à temporibus Mariæ ſolum, velut unusquisque noſtrum, ex quo natus eſt, exiſtit, verum prius, quam natus eſt, non eſt; At ſanctus Deus, verbum, filius Dei, Chriſtus Dominus noſter Jeſus, non eſt à temporibus Mariæ ſolum, neque à temporibus Joſeph ſolum, neque Eli, neque Levi, neque Zorobabel, neque Salathiel, neque Nathan, neque David, neque à Jacob, neque ab Iſaac, neque à temporibus Adam, neque Noa, neque Abraham, neque à quinta die, neque à quarta, neque à tertia, neque à ſecunda, neque ab eo tempore, ex quo cœlum & terra facta ſunt, neque à quo mundus fuit, ſed in principio erat verbum.* Hactenus Epiphanius de materia & ſcopo Evangelii Johannæi hæreſ. LI. Subſcribit Cyrillus, comm. in Joh. c. I. t. 4. opp. f. 9. 10. & Theoph. præfat. in Matth. additque, ideo etiam ſcripſiſſe Johannem, ut *ſuccinctius ab aliis dicta ipſe fuſius in ſuo Evangelio traderet.*

Stylus. §. 32. De ſcopo & materia ſatis: *Stylus* terſus eſt & *Græcus*: Sunt, qui ſcribunt, converſum eſſe ſucceſſu temporis *in Hebræum idioma*, & in gazophylacio Judæorum Tiberienſium repoſitum, auctore Epiphanio hæreſ. 30. referente Sixto Senenſ. Bibl. l. VII. p. 730. Uſitatiora & ſingularia ejus annotavit Glaſſ. phil. p. 240. Materia in ſuas partes diviſa eſt: *Noſtri in XXI. capp. diſtinguunt: Oecumenius, & Euthymius, non enumerato titulo de muliere in adulterio deprehenſa, in decem & octo capita, ſeu titulos, diſtribuunt. Ammonius & Euſebius, eodem titulo prætermiſſo, dividunt in capita* 232. Ita Sixt. Senenſ. lib. 1. Bibl. p. 21.

Locus. §. 33. *Locus*, ubi Evangelium hoc ſcripſit, fuit, juxta Atha-

Athanaſ. in Synopſ. t. 2. f.155. alius ſcriptionis, nempe *Pathmus*, inſula; alius editionis, nempe *Epheſus*, commodiſſimus ſcopo Apoſtoli & Evangeliſtæ. De quo obſervanda verba apud Dn. D. Dannh. Chriſteid. p. 109. *Conſidera mirabile Dei conſilium: Johannes in Epheſum ad littus maris Ægei collocatus eſt: ut inde quaſi ex ſpecula, retro ſuam Aſiam videret, ſuaque fragrantia repleret: Ante ſe vero Græciam, totamque Europam haberet; ut inde, tanquam tuba Domini ſonora, etiam ultramarinos populos ſuis concionibus ac ſcriptis inclamaret, & invitaret ad Chriſtum, præſertim cum ibi fuerit admodum commodus portus, plurimique mercatores, ac homines peregrini; ea loca adierint.* Hæc ille de loco. *Tempus* in præcedentibus jam ſubindicatum eſt: nempe, quod poſt reliquos omnes Evangeliſtas ſcripſerit. *Cum tria Evangelia jam dudum perſcripta, cum in aliorum jam omnium, tum in ipſius etiam manus perveniſſent, fama eſt, eum ea magnopere approbaſſe, & conſtanti ratoque teſtimonio omnia in illis vere fuiſſe ſcripta confirmaſſe, & ſolam illam explicationem nunc literis mandandam reſtare cenſuiſſe, quæ res primo tempore à Chriſto in ipſo ſuæ prædicationis principio geſtas complecteretur.* Ita Euſeb. l. III. hiſt. c. 24. Imperante Nerva, ejusque anno primo, quod probant ex Hippolyti Portuenſis verbis: *Joannes Jacobi frater, cum in Aſia verbum Dei propagaret, imperante Romæ Domitiano, in Pathmum inſulam eſt deportatus; Inde à Nerva revocatus Epheſum, conſcripto Evangelio, & patefactione, quam conſpexerat, vita exceſſit, annos natus centum & ſex.* Hæc ille apud Baron. an. 99. §. 2. Theophylactus exprimit annum, nempe XXXII. poſt aſcenſionem Chriſti, præfat. in Matth. Tempus.

§. 34. *Elogia* Evangeliſtæ hujus & Evangelii illuſtria extant apud Veteres. Tertulliano l. 4. adv. Marc. eſt *fœderis novi inenarrabilis auctor.* Origeni Evangelium eſt ἀπαρχὴ Εὐαγγελίων *primitiæ reliquorum Evangeliorum*, ſicut hæc univerſæ ſcripturæ. comm. in Joh. t. 1. f. 5. Euſebius lib. III. Hiſt. Eccleſ. c. 24. appellat Evangelium τὸ κατ᾽ αὐτὸν εὐαγγέλιον ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐγνωσμένον ἐκκλησίαις. *Evangelium quod omnibus in univerſum in orbe Eccleſiis innotuit.* Refertque inter ἀναντιῤῥήτους γραφὰς; *ſcripturas, quibus non contradicitur*: Scriptorem vero nuncupat θαυμάσιον *admirabilem*. lib. VII. de dem. Evang. f. m. 309. ἁγιώτατον *ſanctiſſimum*: Contr. Marc. lib. 1. c. 18. μέγαν καὶ θεῖον, *magnum & divinum*. l. 2. c. 10. 18. Confer. Elogia.

Hilar. l. 2. de Trin. p. 17. Baſilium t. 1. opp. homil. XVI. f. m. 502. *Omnis quidem Evangeliorum vox reliquis omnibus Sancti Spiritus documentis eminentior eſſe dignoſcitur: quod in aliis per Prophetas ſervos, in Evangeliis autem ipſe per ſe Dominus nos eſt allocutus*, αὐτοῦ γε μὴν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ὁ μεγαλοφωνότατος, καὶ πάσης μὲν ἀκοῆς μείζονα, πάσης δὲ διανοίας ὑψηλότερα φθεγξάμενος, Ἰωάννης ἐστὶν ὁ υἱὸς τῆς βροντῆς. *Inter ipſos autem Evangelicos præcones ſermonis eminet magnitudine is, qui res omnes auditum excedentes, omnique intelligentia ſublimiores prolocutus eſt, Johannes tonitrui filius.* Idque exemplo mox illuſtrat dicti Joh. I. 1. ſqq. quod peculiari homilia explicavit. Succinit Epiphanius lib. 3. t. 1. hæreſ. 73. cum ait, *Joannes revera tonitrui filius per propriam ſuam grandiloquentiam, velut ex quibusdam nubibus, & ſapientiæ ænigmatibus, piam nobis de filio, intelligentiam juxta ſimilem* (Pauli) *modum perſuaſit.* Ambroſius à ſublimitate laudavit præfat. comm. in Luc. *Eſt enim*, ait, *vere ſapientia naturalis in libro Evangelii, qui ſcribitur ſecundum Joannem. Nemo enim, audeo dicere, tanta ſublimitate ſapientiæ majeſtatem Dei vidit, & nobis proprio ſermone reſeravit. Tranſcendit nubes, tranſcendit virtutes cœlorum, tranſcendit Angelos, & verbum in principio reperit, & verbum apud Deum vidit.* Cyrillus Alexandrinus in comment. in Johan. fol. m. 8. totus effuſus eſt in recenſendis laudibus Evangeliſtæ hujus & Evangelii; Inter alia ſcribit: *Non abs re fateberis, Joannis Evangelium* εἰς τε τὸ τῶν θεωρημάτων ἀποβλέπων ὑπερφερὲς καὶ τῆς διανοίας αὐτοῦ τὴν ὀξύτητα, ἢ τὴν συνεχῆ, καὶ ἀλληλεπάλληλον τῶν νοημάτων ἐπιφορὰν, *ſi notionum ſublimitatem, & mentis acumen, & jugem, aliarumque aliis ſuccedentium ſententiarum illationem reſpicias, omnem ſuperare penitus admirationem.* Ad Johan. I. 6. eundem σεμνὸν vocat *auctoritate præditum*, ut habet verſio; item σοφώτατον Εὐαγγελιστὴν *ſapientiſſimum Evangeliſtam* ad verſ. 15. Eundem & Johannem Baptiſtam dicit, ad v. 15. ἀξιολογωτάτην τῶν πνευματοφόρων δυάδα, καὶ ἀξιόχρεων ξυνωρίδα ἀληθείᾳ συντεθραμμένων, καὶ οὐκ εἰδότων τὸ ψεῦδος: *digniſſimum par Theologorum, teſtiumque locupletum, qui veritati innutriti ſunt, & omnis mendacii neſcii.* Ad cap. II. 22. eundem appellat θεσπέσιον Εὐαγγελιστὴν, *divinum Evangeliſtam*; Sicut & Theodoretus comm. in Ezech. c. 47. vocat, cujus Evangelium contineat θεολογίαν ἄβατον ἀνθρώποις καὶ ἀνυπέρβατον, *Theologiam inacceſſam, & ad quam hominibus aſpirare minimè liceat.*

§. 35.

§. 35. *Neque* tamen hic quoque Evangeliſta calumnias effugere potuit, quin traduceretur, & adulterini fœtus ipſi ſupponerentur; vel fabuloſa de ipſo referrentur. *Circuitus Johannis* liber dictus olim circumferebatur, referente Baronio cap. 2. Martyrol. Joannis *actus* (idem, an alius, quam circuitus?) olim mentiebantur Manichæi. Sic enim Epiphanius hæreſ. 54. *Habent Manichæi Beati Joannis Evangeliſtæ actus, & Petri & Pauli ſimiliter, ab Eccleſia reprobatos: quia in his ſigna & prodigia magna Apoſtolos feciſſe narrent, ita ut pecudes, & beſtiæ, & canes loquerentur, & animas hominum, velut canum & pecudum, eſſe dicant.* Ejusdem commatis eſt liber *de tranſitu & aſſumptione Mariæ Virginis:* laudatus à Jacobo Genuenſi Archiepiſcopo in libro annuarum feſtivitatum, ſed improbatus ab ipſo Auguſtino ſerm. 35. de ſanct. dum negat, Joannem de Maria quicquam ſcripſiſſe: Unde hujus fœtus adulterini ſuppudet ipſos Pontificios, Sixtum Senenſ. lib. 2. Bibl. p. 196. Baron. Martyr. not. ad XV. Auguſt. Et quid ni puderet? cum ipſe Gelaſius P. R. decret. XV. librum proſcripſerit. *Epiſtolæ ad Parthos* meminit Auguſt. lib. 2. qq. Evang. q. 39. ſed verba, quæ inde citat, extant 1. Joh. III. 2. ut ideo incertum ſit, quam epiſtolam, priorem illam Joannis, an aliam intelligat? Præterea circumferunt *Symbolum* quoddam Joannis, quod Gregorio Thaumaturgo in ſomniis tradidiſſe fertur Joannes, Vid. Nyſſen. in vita Thaumat. Sed *ſimplicitatem & incogitantiam* in fratre ſuo Nyſſeno ipſe reprehendit Baſilius epiſt. 44. Quis crederet, ſi in Symbolo iſto myſterium *de verbo, Patri ὁμοουσίῳ, limpidiſſime explicatum & pertractatum fuiſſet*, ut ait Corn. à Lap. in argum. comm. in Joan. f. 246. quod orthodoxi Homouſiani non fuiſſent illo adverſus Arianos uſuri? In cenſum hunc ſpectat *liber iſte Evangelii*, quem in viſione Chryſoſtomo tradidiſſe fertur ab eodem Cornelio: Genuinus Chryſoſtomus nuſpiam hujus apparitionis meminit. Contraria ut Suppoſititia.

§. 36. Alii viciſſim erant, qui Evangelium Joannis aliunde acceptum dicerent, ut Numenius ille Platonicus, tanquam Platoni ſuo quædam de verbo ſubduxiſſet. Quorſum referri poteſt, quod Euſeb. lib. III. hiſt. Eccl. habet, quaſi hiſtoria de adultera Joh. VIII. ex Evangelio Nazaræorum deprompta ſit. Euthymius Zigabenus in vetuſtis codicibus Joannis eam deſiderat. Mutuatitia. Eraſa.

Vid.

Digitized by Google

Vid. Sixt. Senenſ. lib. II. Bibl. p. 82. 6. Erant & qui *inteſtatum ac indiſpoſitum* illud eſſe calumniarentur, *& propterea iſtud ſe non ſuſcipere.* Et ne viderentur Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ auctoritatem aſpernari, dicebant, *ſcripta non eſſe ipſa Joannis, ſed Cerinthi, & indigna eſſe ipſa Eccleſia.* Cæterum Epiphanius hæreſ. 51. merito *ἀλόγους irrationales* appellat iſtos homines, alienos *à verbi prædicatione,* quam repudiarent, & ratione, quod Cerintho tribuerent, quæ contra Cerinthum ex profeſſo ſcripta eſſent. Alii obſcuritatem, neſcio quam, in ipſo notabant: *Joannes, ceu ſermone rudis, obſcure ſcripſit: quod conceperat,* ſcribit Origenes Tom. XVII. Citante Sandio ad Joh. IV. 43. 44. paradox. Nec videtur ſibi conſtare Cornelius à Lapide argum. comm. in Joh. cum fol. 245. *obſcuritatis* Joannem accuſat, & tamen mox §. 2. collatione inſtituta ſoli ipſum comparat: *Scimus Eccleſiam inſtar auroræ, & ſolis, ſenſim ſucceſſu temporis creviſſe ad perfectum diem cognitionis myſteriorum fidei. Hinc ſcriptores Hagiographi novi teſtamenti, puta Apoſtoli & Evangeliſtæ, longè clarius & luculentius de iis ſcribunt, quam Moſes & Prophetæ veteris Teſtamenti; inter eos autem ultimus omnium eſt Joannes, ultimum opus ejus eſt Evangelium.* Oportet igitur *clariſſime* omnium & *luculentiſſime* ſcripſiſſe.

Obſcura.

Alia.

§. 37. Præter hæc quatuor Evangelia decantata inveniuntur apud Patres quædam etiam aliorum Apoſtolorum *traditiones,* quæ eatenus recipiendæ, quatenus cum ſcripturis canonicis conſentiunt e. g. *Petri* quædam viva voce prolata refert Clemens Alex. lib. VI. ſtromat. fol. m. 635. ſqq. Eadem cautela opus eſt, cum adducuntur integri libri ſuſpecti: quales erant *Apocryphi Hebræorum,* ex quibus Origenes auſus eſt ſumere argumentum, ut probaret, Joannem Baptiſtam fuiſſe aliquem ex ſanctis Angelis, comm. in Joh I. *Interrogationes Mariæ parvæ & Magnæ,* Gnoſticorum fœtus, unde fragmentum adducit, & refutat Epiphan. hæreſ. XXVI. Ubi & alicujus ipſorum *Evangelii* mentionem facit.

§. 38. Parum quoque congruit quatuor Evangeliſtis, quod ſequioris ætatis homines commenti ſunt de IV. inſignioribus Eccleſiæ Doctoribus; Rem narrat, & exagitat Eraſmus in deſcriptione vitæ Hieronymi: *Operæ precium eſt, audire cenſuram iſtorum, qui cuncta ad certum numerum redegerunt. Doctores Eccleſiæ quatuor eſſe libuit: Et quatuor item ſcripturæ divinæ ſenſus, nimirum ut reſpondeant quatuor Evangeliſtis. Gregorio tribuunt tropologiam, Ambroſio allegoriam, Auguſtino Anagogen, Hieronymo (ne nihil habeat) relinquunt literam, & ſenſum Grammaticum.* Sic Eraſmus.

Digitized by Google

Hiſtoriæ Chriſtianæ,

De

MINISTERIO ECCLESIASTICO.

Art. II. Sect. I.

DE JOHANNE BAPTISTA JESU CHRISTI PRODROMO.

Argumentum.

I*Oannes Baptiſta fuit prodromus Jeſu Chriſti.* 1. *Ejus nomina, Parentes* 2. *Functio* 3. *Locus* 4. *Converſatio, Habitus, & cibus* 5. *Æſtimium* 6 *Virtutes adminiſtrantes, & Sanctificantes* 7. *Martyrium* 8. *Ultio divina hoſtium* 9. *Sepultura* 10. *Reliquiæ, caput multiplex* 11. *Controverſum* 12. *Mentum, digitus, frons, capilli, cineres* 13. *Miracula fictitia, apparitiones* 14. *honores, Ordo Johannitarum: Confraternitas S. Joannis decollati* 15.

§. 1.

HIſtoriam Jeſu Chriſti merito auſpicamur â Johanne Baptiſta, utpote iſtius prodromo. Præcedere enim debebat Meſſiam ſuum Dominum in ſpiritu & virtute Eliæ Luc. I. 17. præparaturus ipſi populum promptum, prædicente Angelo l. c. juxta Prophetiam Eſaiæ XL. 3. & explicationem Evangeliſtæ Lucæ c. III. 4. Meſſias erat prædicans, ipſe vero vox prædicantis, vel clamantis. Matth. III. 2. Meſſias erat Sermo, Johannes vero Sermonis vox: *ἡ φωνὴ πρόδρομος τοῦ λόγου, vox eſt anteambulo ſermonis*, eleganter ait Clemens Alex. πρότρ. f. 7. vel, ut Origenes commentatur hom. 21. in Luc. *primo vox ad aures pervenit: deinde poſt vocem, imo cum voce, auditum ſermo penetrat. Juxta hunc ſenſum â Joanne annunciatus eſt Chriſtus.* Et tom. V. in Joh. f. m. 78.

Joannis Baptiſtæ (1) Nomina & deſcriptiones.

Johannem ait, *veluti vocem exiſtentem ad comparationem Chriſti, qui ſermo eſt, differre à Servatore, qui juxta quandam conſiderationem ſermo eſt.* tom. VI. Joh. *demonſtrat Chriſtum Joannes, quia voce demonſtratur ſermo.* Ita & Epiphan. hæreſ. 69. l. 2. t. 2. explicat: *Vox eſt præparativa auditus hominum. Primum enim inarticulatam vocem ſonantem reddere clamantes ſolent, è longinquo vocantes eos, qui ab ipſis aliquid audire debent. Et ubi illi vocem ſolam audierint, & mentem ad audiendum converterint, aureſque præparaverint, tunc is, qui ſonantem vocem emiſit, de cætero diſtinguit ſermonem, quem dicere voluit; ſic etiam Joannes vox fuit, aures hominum præparans. Non enim erat ipſe verbum, ſed poſt ipſum venit verbum, propter quod præparativa vox fuit*, & ſeqq. Juſtino Martyri eſt κήρυξ Ἰησοῦ παρουσίας, *præco præſentiæ Jeſu*, dial. cum Tryph. f. 246. Clementi Alex. προτρ. f. 7. eſt φωνὴ τοῦ λόγου προτρεπτικὴ, ἐν ἐρήμῳ βοῶσα: *vox verbi adhortatoria, in deſerto clamans*: φωνὴ παρακλητικὴ, προετοιμάζουσα εἰς σωτηρίαν, φωνὴ προτρέπουσα εἰς κληρονομίαν οὐρανῶν; *vox adhortatoria, præparans in ſalutem, vox adhortans ad hæreditatem cœlorum*: ὁ κήρυξ τοῦ λόγου, *præco verbi.* Hierónymo ad Matth. III. eſt *præcurſor Domini*: πρόδρομος, Theophylacto præfat. in Marcum: *Prænuncius Chriſti*, uti appellat Ambroſ. ad Luc. I. 16. μέγας καὶ οὐκ ἄγνωστος ὁ πρόδρομος *magnus, nec obſcurus præcurſor*, appellante Cyrillo ad Joh. I. 15. προάγγελος, *prænuncius.* ad v. 21. Idque jam in utero materno, in quo ad præſentiam Domini ſui adhuc embryonis exultavit Luc. I. 44. ut proinde merito Ignatio laudetur παιδὸς προδρόμου κηρυκεία ἐπὶ τῷ ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ἐν κοιλίᾳ σκίρτησις ἐκ τοῦ προθεωρημένου, *pueri præcurſoris prædicatio de eo, qui ex virgine erat, & exultatio in utero propter eum, qui præviſus erat.* Epiſt. ad Philip. p. m. 40. Atque hæc cauſa eſt, quare Marcus c. I. 1. à publico Joannis Miniſterio Evangelicam hiſtoriam auſpicari voluerit, nempe quia lex & Prophetæ usque ad Johannem pertingebant Matth. XI. 13. Ejus miniſterio intimanda erat Meſſiæ præſentia Malach. III. 1. Ut Johannem merito dicere poſſis horizontem V. & N. Teſtamenti, vel alterum Noachum, qui uno oculo reſpiciebat in Vetus, altero in novum Teſtamentum.

§. 2. Ut autem ordine progrediamur, notetur hujus præcurſoris (1) Nomen, quod in circumciſione à parentibus acce-

accepit, id vero eſt *Johannes:* neque temere impoſitum: Nam Angelus κατὰ τὴν θείαν βούλησίν τε καὶ πρόσταξιν, *divina voluntate, & ordinatione,* Cyril. ad Joh. I. 6. ita ipſum appellandum eſſe denunciavit. Luc. I. 13. *ipſius,* inquiens, *nomen vocabis Joannes:* nempe à *gratia Dei* cum Meſſia exſplendeſcente, Joh. I. 6. vid. Orig. ad l. c. quæ præcipuâ erat concionum Johannæarum materia. Marc. I. 4. Cognomina accepit ab officio & virtutibus. Dictus enim eſt βαπτιστής. Matth. III. 1. XI. 11. ideo, quia novo tum temporis ritu aquis tingebat homines in remiſſionem peccatorum: Item Vox clamantis in deſerto, Matth. III. 3. quia ſonora voce intimabat tempus novi teſtamenti & Meſſiæ præſentis: Eliæ quoque nomen tulit. Matth. XVII. 12. Marc. IX. 13. â Spiritu, Zelo, & virtute, vivendique genere, quo Prophetæ iſti aſſimilabatur, explicantibus ita Chriſto, Angelo, Zacharia, imo ipſo Johanne: Confer Luc. I. 17. 76. Joh. I. 23. Matth. XI. 14. *Helias Joannes dicitur non ſecundum ſtultos philoſophos, & quosdam hæreticos, qui μετεμψύχωσιν introducunt, ſed quod juxta aliud teſtimonium Evangelij venerit in ſpiritu & virtute Eliæ, & eandem Sancti Spiritus vel gratiam habuerit, vel menſuram, ſed & vitæ auſteritas rigorque mentis Heliæ & Joannis pares ſunt.* &c. Hier. ad Matth. XI. 14. confer notata ejusdem ad c. XIV. 4 & Origen. ad Matth. XIV. 2. Idem Hier. in dubio relinquit, & refert ſolum, ſententiam eorum, *qui propterea Joannem Eliam vocari putant, quod quomodo in ſeculo Salvatoris adventu juxta Malachiam præceſſurus eſt Helias, & venturum judicem nunciaturus: ſic Johannes in primo adventu fecerit: & uterque ſit nuncius vel primi adventus Domini, vel ſecundi.* l. c. ad c. XI. Origenes comm. ad Matth. XVII. ambigue de Spiritu Eliæ loquitur: diſtinguens inter varios ſpiritus, diſtinctos ab animabus; *Angelus* dudum prædictus erat in V. Teſtamento; Sic enim ipſum Deus ipſe appellavit Mal. III. 1. & Marcus ad eundem iſtud vaticinium applicavit. c. I. 2. 3. Angelum *dici Joannem non putemus naturæ ſocietate, ſed officii dignitate, i. e. nuncium, qui venturum Dominum nunciarit:* juxta Hieron. ad l. c. Theophylactus ad Marc. I. dictum putat *eo, quod angelicam & materiæ expertem vitam egerit, annunciaveritque, & oſtenderit, Chriſtum venientem; Et* Angelum *ante faciem* propter præſentiam & familiaritatem. *Candela lucens* Joh. V. 35. Cum enim Judæi incurrerent in

Digitized by Google

Chriſti officium, opponit hic ipſis teſtimonium Joannis, qui inſtar facis ardentis hactenus fuerit, & adhuc ſit, etſi jam in carcere detentus. Extat in hunc locum Cyrilli *Ζήτησις ἀκριβὴς diſcuſſio exacta* lib. III. comm. in Joh. ad c. V. 35. *Amicus ſponſi.* Joh. III. 29. Non ipſe ſponſus, qui Chriſtus erat, cui iſte miniſter congaudebat, & inſerviebat in Eccleſia deſponſanda. Alludi huc Luc. III. 16. putat Hieronymus ad Matth. III. 11. cum Joannes ait, ſeſe eſſe indignum, qui Meſſiæ corrigia ſolvat; innuens, *quod Chriſtus ſponſus ſit, & Joannes non mereatur ſponſi corrigiam ſolvere: ne vocetur domus ejus juxta legem Moyſi,* (Deut. XXV.) *& Exemplum* (Ruth. IV.) *domus diſcalceati.* Sed hæc longius petita ſunt. Rectius Cyrillus ad Joh. I. 27. cenſet, conditionem ſervi deſcribi, & vocat *δειπνοκλήτορα καὶ νυμφαγωγὸν*, qui alios ad *cœnam vocet, & ſponſam deducat.* ad Joh. III. 29. (II) Parentes habuit Zachariam & Eliſabetham. Iſte Sacerdos fuit ex ordine Abia, qui inter ordines Davidicos eſt octavus. 1. Paral. XXIV. 4. Satis ſplendidus, quod Abia fuerit filius Eleazari ſummi Pontificis; ſicut & Elizabetha de filiabus Aaronis. Obſervat Ambroſ. comm. ad Luc. I. 5. *Docet nos ſcriptura divina, non ſolum mores in iis, qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari, ut veluti transmiſſa immaculatæ puritatis hæreditas in iis, quos volumus laudare, præcellat. Quæ enim* (applicat obſervationem) *alia intentio hoc loco ſancti Evangeliſtæ, niſi ut ſanctus Joannes Baptiſta nobilitetur parentibus, miraculis,* &c. Sunt qui altius aſcendunt, & Zachariam conſtituunt Summum Pontificem, ſed invito, & repugnante textu, qui ſuam Zachariæ *ἐφημερίαν* tribuit, â quibus exempti erant ſummi ſacerdotes. Alia argumenta conſulto tranſeo. Erat uterque parentum adultior ætate, adeoque per naturam inhabilis ad generationem liberorum, quæ & cauſſa fuit, cur Zacharias noluerit Angelo generationem filii prædicenti credere. Luc. I. 18. Cæterum quod naturæ vires excedebat, idem Deo non erat impoſſibile. v. 37. *Divinum munus eſt fœcunditas parientis*, ait Ambroſ. ad Luc. I. 13. Elizabetha concepit ex Zacharia. verſ. 24. quod Baronius apparat, §. 68. factum eſſe putat *anno ab urbe condita ſeptingenteſimo quinquageſimo, Coſſ. Sabino & Ruſo, Olympiadis centeſima nonageſima quartæ anno primo, Auguſti Imp. â Triumviratu inito*

(2) Parentes.

anno

anno trigeſimo nono, octavo Kalendas octobris, poſt æquinoctium, ſolemnis jejunij tempore. Sic ille, ſatis confidenter, cum neque S. hiſtoria quicquam horum memoret, neque Antiquitas Eccleſiaſtica inter ſeſe conſentiat. Majoris momenti eſt quærere: *An Johannes fuerit pridem vel Angelus, vel Elias propheta, anima in diverſo ſaltem corpore habitante?* Prius affirmavit olim Origenes tom. V. in Joh. ubi ex profeſſo ſententiam ſuam explicat, ſtatuens, *antiquiorem eſſe Joannis animam, quam corpus, & antea ſubſiſtentem miſſam fuiſſe ad miniſterium teſtandi de luce*: idque probare voluit, ut & alii ante ipſum, ex Malach. III. 1. Luc. I. 41. precatione Joſephi, & ex Joh. I. 6. & inde concludere, *Joannem ante incarnationem fuiſſe ſanctum Angelum, & per conſequens, eum peccato originali caruiſſe*: referente Sandio ad Joh. I. 6. Antiquus certè iſte error erat. Nam referente Cyrillo comm. Joh. I. 6. *jam in vulgus multi ſparſerant, verè hominem non eſſe ſanctum Baptiſtam,* ἀλλ' ἕνα τῶν ὄντων ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἁγίων ἀγγέλων, *ſed unum ex ſanctis Angelis in cœlo verſantibus, humano quidem corpore utentem, & miſſum à Deo ad prædicandum.* Certe Origenes comm. in Matth. XIV. 2. ſeqq. rationibus aliquot in medium adductis, docere vult, Herodem & populum non potuiſſe aliter ſenſiſſe, quam quod Angelus aliquis Joanni familiaris olim in Jeſum tranſiiſſet: Ipſe verò hoc quidem in loco huic ſententiæ calculum ſuum non adjicit. Poſterius nonnulli Pythagoreæ Metempſychoſi addictiores concludere voluerunt ex Matth. XI. 14. ubi Chriſtus dicit: *Ipſe* (Joannes) *eſt Elias, qui venturus erat.* Sed vapulant utrique: *Priores*, quod ex tam levibus argumentis tantam rem velint concludere: Erat quidem Joannes Angelus, ſed officio, non eſſentia: τὸ ἄγγελος ὄνομα λειτουργίας μᾶλλον ἐστιν, ἤπερ οὐσίας σημαντικὸν: *Nomen illud, Angelus, officii nomen potius, quam ſubſtantiæ, eſt*, ait Cyril. l. c. Rationes Origenis nullius precii ſunt. Ait (1) non eſſe mirum, ſi Angeli amore ducti inſervierint Chriſto in carne aſſumpta. (2) Motum Joannis in utero eſſe ſignum altioris virtutis. (3) Precationem Joſephi, librum inter Judæos Apocryphum, habere, quod & in V. T. Angeli ſpecie humana induti apparuerint. (4) Quia Jeſaias ipſum vocat Angelum. ℞. ad 1. Quomodo Angeli inſervierint Chriſto incarnato, ſcriptura dicit, nuſpiam autem illa, quod & ipſi carnem aſſumpſerint. Ad 2. ſaltum Joannis excitavit vox ſalutan-

Digitized by Google

ris θεόδοκε, Luc. I. 44. non autem Angelica natura. Iſtud ipſe fatetur Origenes ad Joh. I. 30. commentatus: *Per vocem ſalutationis Mariæ, quæ pervenit ad aures Elizabeth, exilit Joannes infans in utero matris, tum veluti à Sancta Maria ſumentis ſpiritum Sanctum.* Et paulo poſt: *Vox ſalutationis Mariæ, quæ pervenit ad aures Eliſabeth, replevit Joannem ſeipſa: quam ob cauſam ſubſiliit Joannes, materque veluti os filij & prophetiſſa efficitur.* Ad (3) ipſe Origenes dubitat de auctoritate libri, cum ἀπόκρυφον vocat, & εὐκαταφρόνητον, *qui facile repudiari poſſit.* Ad (4) Rx. Cyrillus l. c. Sicut ipſe Origenes comm. ad Matth. XIV. & XVII. Joannem ait fuiſſe Eliam non ſubſtantia, ſed virtute juxta Luc. I. 17. Etſi Elias diceretur: ita N. C. Eſt Angelus, ergo ſubſtantiâ. Miſſus quidem eſt Joannes, ſed non in carnem, quemadmodum ante exiſtens Dei filius. Gal. IV. Verum εἰς τὸ ἀγγέλλειν Cyril. ad *annunciandum* i. e. ad officium ſuum peragendum, quod erat teſtari de luce. Joh. I. 6. 7. ſeqq. Quare Cyrillus l. c. merito cenſet ἀβελτηρίαν τινῶν ὑπόνοιαν, *inconſideratam quorundam ſententiam.* Poſteriores: quod negligant expreſſam Angeli, & ipſius Joannis declarationem, quod Elias ſit virtute & ſpiritu, non ſubſtantia. Luc. I. 17. Joh. I. 21. Subſcribit Tertul. de anim. c. 35. *quomodo,* interrogans, *Elias, Joannes?* & reſpondet: *Habes Angeli vocem*: & ipſe, *inquit*, præcedet coram populo in virtute, & in ſpiritu Heliæ, *non in anima ejus, nec in carne.* Addit rationem: *Hæc enim ſubſtantia ſui cujusque ſunt hominis.* Et Hieron. ad Matth. XI. 14. *Helias Joannes dicitur non ſecundum ſtultos philoſophos, & quoſdam Hæreticos, qui μετεμψύχωσιν introducunt, ſed quod juxta aliud* (Luc. I. 17.) *teſtimonium Evangelij venerit in ſpiritu & virtute Eliæ, & eandem ſancti Spiritus vel gratiam habuerit, vel menſuram.* Pariter nugantur circa mortem hujus Zachariæ, ſuppoſito, quod hic ſit ille inter templum & altare occiſus Zacharias. Matth. XXIII. 35. Tradunt Origenes tract. XX. in Joh. Baſilius homil. de diverſ. f. 590. Gregorius Nyſſenus homil. de Chriſt. nativ. p. 777. Cyrillus adverſ. Anthrop. quod propter prædictionem adventus Dominici ſit interfectus: Petrus Alexandrinus Epiſcopus in epiſtola canonica aliam refert cauſſam, nempe hanc; Cum Herodes miſiſſet, qui infantes interficerent, Zachariæ vero filium non inveniſſet, τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν ἐφόνευσε: *patrem ipſius*

ipſius Zachariam interfecerit : Cæterum, quid de his & ſimilibus ἀγράφοις traditionibus habendum ſit, rotunde cenſuit Hieronymus in XXIII. Matth. *Hoc, quia de ſcripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur* : quæ etiam Euthymii & Theophylacti de cæde Zachariæ ſententia eſt. Id certum eſt ex ſcripturis, quod obmutuerit aliquandiu, donec filius circumcideretur, quod noluerit Angelo prædicenti conceptionem fidem adhibere Luc. I. 20. Idque non ſine myſterio fuiſſe, Patrum ſententia eſt, nempe, obmutuiſſe legem, poſtquam Joannes, verbi vox, loqui, & Meſſias apparere cœpit.

§. 3. Sed nos omiſſo patre ad filium revertimur : cujus (III) *Functio* conſideranda eſt. *Origine* erat divina. Is enim (3) Functio. homo erat, quem Deus miſerat, Joh. I. 6. *θείας οἰκονομίας ἐργάτης, βουλῆς δὲ τῆς ἄνωθεν ὑπουργὸς, divini conſilii executor, voluntatisque supernæ miniſter*, juxta Cyrill. ad Joh. I. 5. Id quod Evangeliſta iſte non temere annotavit : *Decebat enim oſtendere οὐκ αὐτόμολον, οὐ δὲ αὐτοκλήτως ἐλθεῖν πρὸς τὴν ὑπὲρ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰόντα μαρτυρίαν τὸν ἅγιον Βαπτιστὴν, ἀλλὰ τοῖς ἄνωθεν διατεταγμένοις ὑπείκοντα, καὶ τοῖς θείοις τοῦ πατρὸς ὑπηρετοῦντα θελήμασι* : *Sanctum Baptiſtam non per ſe, nec ſua ſponte ad teſtimonium de ſalvatore noſtro ferendum acceſſiſſe, ſed ſupernis mandatis obtemperaſſe, ac divinis Patris nutibus morem geſſiſſe* : explicante Cyrill. ad l. c. Joh. Accedit *auctoritas ſcripturæ ſacræ*, qua ſuam functionem confirmatum ſibat. Joh. I. 23. Ex Jeſ. XL. 3. oſtendens ſimul viam tenendã, quam ὁ τῶν ἁγίων προφητῶν προκηρύξας χορός : *ſanctorum Prophetarum chorus prædixit*. Cyril. h. l. Excipiebant olim hæretici : Chriſtum non opus habuiſſe Prophetarum teſtimoniis, ut Deitas ipſius probaretur : ſed ℞. Origenes ad Joh. I. tom. 5. opp. f. m. 80. poſſe eandem rem diverſis argumentis probari. *Scopus* erat Chriſtus, ut manifeſtaretur, & fide apprehenderetur ab hominibus ſalvandis. Joh. I. 7. Utpote objectum primarium ; Antecedere enim debebat Meſſiam præco & prodromus. Luc. I. 17. eo fine, ut præpararet Domino viam, & planaret callem, c. III. 4. Matth. III. 3. non in rudi terra, ſed in animis hominum : *Animas credentium præparabat, in quibus ambulaturus erat Dominus, ut purus in viis puriſſimis ambularet*. Hier. ad Matth. III. 3. *Animas Judæorum per baptiſmum diſponens, ut ſuſciperent Chriſtum*. Theophyl. ad Marc. I. 1. ubi per *viam* intel-

intelligit N. Teſtamentum, per ſemitas autem veteres eas, *quas olim quidem ſuſceperant, deinde perverſi & claudicantes à ſemitis ſuis inventi ſint*: Convertendis ad priſtinam Patriarcharum fidem, & Sapientiam juſtorum, & obſequium Domini, Luc. I. 17. Debebat teſtimonium perhibere Meſſiæ Lumini, quod in mundum venit, ut omnes homines illuminaret, Joh. I. 6. Nec obſtat, quod Joh. V. 34. Chriſtus videatur teſtimonium Joannis repudiare: Comparate enim, & κατ' ἄνθρωπον loquitur: *pugnans cum obſtinatione Judæorum, ad majora & digniora procedit, aſſeritque, non ex voce quidem hominis de ſeipſo teſtimonium accipere, ſed poteſtate potius naturali Deo convenienti, & miraculorum, præſtantia clarius ſe demonſtraſſe*: uti explicat Cyril. l. c. Hoc ſuum officium auſpicatus eſt Tiberii anno XV. ſub initium Septembris, quo ipſo tempore feſtum tubarum, & trigeſimus jubilæus celebrabatur, adeoq; aliqua vis hominū Hieroſolymis confluxerat. *Objectum* ſecundariū erant omnis generis homines. Severus in catena in Matth. f. 36. ſymbolū ejus facit pilos camelorum, quibus erat indutus, διὸ καὶ ὁ Ἰωάννης Ἰουδαίοις τε καὶ ἔθνεσιν ὁμοίως ἐκήρυττε μετάνοιαν, *ideo & Joannes Judæis ſimul & Ethnicis ſimiliter prædicavit pœnitentiam.* *Medio* uſus eſt non miraculoſo, ſed ordinario; nempe verbo Dei, quod prædicabat, juxta ſcripta prophetica, unde verba mutuabatur. *Materia* erat lex & Evangelium. Nam erat Εὐαγγελίζων, & παρακαλῶν, Luc. III. 18. adeoque veniebat per viam juſtitiæ. i. e. prædicabat legem & Evangelium, organa generandæ pœnitentiæ. Matth. XXI. 31. 33. præſcribebatque agenda, fugienda damnabat, ſine reſpectu perſonarum. Neque enim vel ipſis Phariſæis, qui tamen videbantur σοφώτεροι τῶν ἄλλων Ἰουδαίων *ſapientiores reliquis Judæis*, juxta Chryſoſtom. Caten. in Matth. III. v. 7. vel Sadducæis, pepercit, vel toti populo, quin extremum impœnitentibus exitium comminaretur: Neq; tamen miſeris inſultavit; Nam publicanis & militibus ſuas ſtationes reliquit, ſolum Juſtitiam commendans, & injuſtitiam prohibens. Peccatores conſolatus eſt oſtenſo Chriſto, quod agnus ſit Dei, tollens peccata mundi, Joh. I. 29. 36. Animis ita præparatis adminiſtrabat *baptiſmum*, organum & ſigillum remiſſionis peccatorum Matth. III. 1. ſeqq. Marc. I. 4. ſeq. Secus ac nonnulli ex vetuſtio-

ſtioribus quoque ſenſerunt, tanquam baptiſmus Joannis ad remiſſionem peccatorum non feciſſet, e. g. Euſebius, Theodorus Monachus, Chryſoſtomus, Theoph. ad Marc. I. 2. Cum tamen conceſſerint, & nominatim quidem Chryſoſtomus ad Matth. III. 11. ὃν ὁ πρόδρομος καρπὸν ἔφησε τῆς μετανοίας, ἐστὶ τὸ πιστεῦσαι εἰς Χριστὸν τὸν μετ᾽ ἐκεῖνον ἐρχόμενον: *quod fructus, de quo Præcurſor, fides fuerit in Chriſtum poſt ipſum venturum.* Caten. Poſſin. in Matth. Utrumque ex auctoritate divina. Matth. XXI. 25. Marc. XI. 30. Luc. XX. 4. Joh. I. 6. Chriſtus interrogat ſuos objurgatores de baptiſmo Johannis, ex cœlo, an ex hominibus fuerit? innuens, miniſterium hujus ſui prodromi Deum habere auctorem. Tanti autem fecit hoc Johannis officium Chriſtus ipſe, ut ab eodem voluerit baptizari. Venit enim ad Jordanem, ubi locorum Baptiſta officio ſuo fungebatur, petiitque â Johanne, ut baptizaretur. Repugnavit quidem Joannes tanquam miniſter, qui indign⁹ eſſet, ut tanto Domino, eique ſine peccato, baptiſmum miniſtraret, ſed acquievit tandē voluntati Domini, ne juſtitiæ divinæ deeſſet. Matth. III. 13. Inter tres cauſſas, cur Chriſtus â Joanne voluit baptizari, Hieronymus ſecundam refert, *ut baptiſmate ſuo Joannis baptiſma comprobaret.* Comm. ad l. c. Baptizato Jeſu, & in deſertum abducto, Joannes in officio faciendo ſtrenuè pergebat. Poſtquam enim Meſſias ad Jordanem fuerat manifeſtatus, publice ipſe, & magno Zelo, voceque intenta, concionari, & declamare cœpit: Hic erat, quem nuper vidi Spiritu Sancto unctum, & voce cœlitus miſſa Meſſiam deſignatum: Illum ipſum, quem pridem meis concionibus indigitabam, quod quidem poſt me eſſet, officii manifeſtatione, prior autem eſſentia & exiſtentia, utpote ab æterno genitus. Joh. I. 15. *Fructuoſa* fuit hæc functio. Nam Luc. I. 16. prædicit Angelus, quod multos Iſraelitarum converſurus ſit ad Deum Dominum ſuum: *Non egemus teſtimonio, quod plurimorum ſanctus Joannes corda converterit, in quo nobis Prophetica ſcriptura, & Evangelica ſuffragantur.* Ambroſ. l. c. Fructuoſa autem non tam ſibi, quam Chriſto, cujus gloriam in ſua functione reſpiciebat: *quia dum creditur Joanni, creditur Chriſto: Non enim de ſe, ſed de Domino, prædicabat prænuncius Chriſti.* Idem. In quibusdam vero fructus hic non eſt ſecutus, vitio ipſorum, non

Dei mittentis, nec Joannis miſſi, vel docentis: *Non æquum eſt, ô quicunque vos eſtis, ullam in hoc Joanni culpam adſcribere, ſed incredulorum perverſos ac præfractos mores decet incuſare. Etenim quod ad præconis ſcopum & ſupernæ miſſionis rationem* (εἰς τὸν τοῦ προκηρύττοντος σκοπὸν, καὶ τὸν τῆς ἀποστολῆς τῆς ἄνωθεν τρόπον) *attinet, nemini doctrina defuit, vel fides; ſed cum varia ſint auditorum ingenia, & unusquisque poteſtatem habeat ſuæ voluntatis, à recta ratione quidam aberrarunt, fide repudiata. Idcirco Propheticum illud* (Ezech. III.) *de iis uſurpandum eſt: Qui audit audiat, & qui eſt inobediens non obediat.* Verba ſunt Cyril. comm. ad Joh. I. 7.

(4) *Locus.* §. 4. (IV) *Locus*, ubi præcipua hæc gerebantur, erat deſertum, & in hoc Jordanis vadum. Matth. III. 1. ſeqq. Marc. I. 4. ſeq. Deſertum appellatur, quod minus cultus eſſet locus, & habitatus; eratque deſertum Judææ, alias Siph & Maon dictum, haud ita procul Bethlehemo, natali Meſſiæ ſolo, diſtans: quanquam ſint, qui deſertum Engaddi, & Thecue ſuſpicentur. Id certum eſt, quod juxta vocē: Bethabera (Heracleon & Cyrillus legunt: *Bethaniam*, ſed male, uti dudum ante oſtendit Origen. t. 8. in Joh. f. 130.) fuerit juxta Jordanem, ubi vadum erat, per quod tranſibant, & hinc inde commeabant, loco ſatis frequente populo. Euſebius de demonſtr. Evangel. lib. IX. f. m. 429. myſterium in deſerto, & aquis quærit; in iſto, tanquam ſigno καθαιρέσεως τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῦ περὶ αὐτὴν θυσιαστηρίου, τῆς τε κατὰ τὸν Μωσέως νόμον λατρείας &c. *evertendæ urbis Hieruſalem, & ejus quod in ipſa erat altaris, ritusque illius, qui ſecundum Moſaicam legem ſervabatur, quando non amplius per legitima ſacrificia remiſſio illis peccatorum conciliabatur, ſed per purgationem lavacri, quod in olim ſitibunda ac deſerta, dico autem in collecta de gentibus Eccleſia, tradebatur;* In his verò, *dum malitias in imo quodam fundo, quaſi in convalle poſitas, animarum auferendas, & veteris urbis Hieruſalem, atque eorum, qui in illa imperabant, principum ac Regum, qui montes & colles nominantur, altitudines dejiciendas vaticinatur.* Theophylactus quoque ad Myſticum ſenſum inclinat, intelligens Synagogam Judæorum, ἥτις ἔρημος ἦν παντὸς ἀγαθοῦ *quæ erat deſertum omni bono deſtitutum.* Quanquam propriam ſignificationem non excludat.

§. 5.

§. 5. (V) *Converſatio & habitus erat ſingularis.* Erat Johannes Nazaræus ex utero materno, & non ex lege, ſicut Simpſon quondam; ipſe Deus ad ſingulare hoc vitæ genus ipſum ſegregaverat, eumque ideo, ut hoc modo admirationem ſui, & attentionem excitaret, Angelo ipſo innuente Luc. I. 15. ſeqq. *Veſtimentis* utebatur ex pilis Camelorum contextis, qualis prophetarum piloſus erat habitus. 2. Reg. I. 8. Zach. XIII. 4. *Zona* erat nec linea, nec aurea, ſed pellicea, quali uſus fuerat Elias. 2. Reg. I. 8. Myſterium in hoc habitu quærit Hieron. ad Matth. III. 4. putans, veſtimentum de pilis camelorum indicium eſſe *auſteritatis*: Zonam vero *mortificationis*. In eandem ſententiam interpretatur & Theophylactus. *Cibus* erant locuſtæ, qualibus in regionibus iſtis orientalibus & deſertis locis ſolebant veſci; vide Plin. lib. XI. 29. *Habitatori ſolitudinis congruum eſt, non delicias ciborum, ſed neceſſitatem humanæ carnis explere*, ait h. l. Hieron. Theophylactus ad Marc. I. etiam myſticè explicat de vitio Eccleſiæ Judaicæ. Addebat, mel ſylveſtre, quod apes feræ ſolent conficere, vel dejicere cœlum in ſubjecta arborum folia; certè non ſectabatur luxum, ſed parabili & ruſticante cibo erat contentus. Marc. I. 6. Cyrillus hoc genus vitæ vocat *τὰς εἰς ἄσκησιν ὑπερβολὰς*, Comment. ad Joh. I. 7. *ξένην ἐν ἀσκήσει τὴν καρτερίαν, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις δικαιοσύνης τὸ ἀκρότατον*, ad v. 8. *exercitationis quendam quaſi exceſſum; peregrinam exercitationis fortitudinem: ſummum humanæ juſtitiæ culmen.* Chriſtus autem hoc vitæ genere defendit ipſum contra iniquas populi ſuſpiciones, tanquam in fide erga Meſſiam vacillaſſet, quando miſit duos diſcipulos, qui interrogarent, an verus Meſſias eſſet? Matth. XI. 2. ſeq. vide explicationem Chryſoſtomi ad v. 7. & 8. (5) *Converſatio & habitus.*

§. 6. Iſtam doctrinam, & hanc vitæ ſanctimoniam ſecutum eſt (VI) *æſtimium* viri ingens non ſolum apud vulgum, ſed etiam eminentiores, & proceres Judæorum, imo etiam apud Deum. Magnus enim erat coram Domino, prædicente Angelo, Luc. I. 15. *magnus non virtute corporis, ſed animi magnitudine*; ait Ambroſ. ad l. c. Populus ipſum pro Meſſia habere cœpit, quamvis ipſe hunc honorem, utpote ſibi indebitum, ſeriò declinaret: Negabat palam, ſeſe eſſe Meſſiam, utpote paulo poſt (6) *Æſtimium.*

ſeſe, qui ſolum præcurſor eſſet, appariturum: Inter hujus miniſtros, & minimum quidem, ſeſe eſſe, longe infirmiorem, quam qui vel minimam officii Meſſiani partem, rem divinæ virtutis, expleret: Baptiſmum equidem ſeſe adminiſtrare, aquis immergendo, vel tingendo, ſed virtutem eſſe ex Meſſia, & non ex ſe, utpote illo Domino, ſeſe ſolum miniſtro; Chriſtum aliquando Spiritu Sancto viſibili ignis ſpecie effundendo alium baptiſmum eſſe peracturum: & tandem judicem fore piorum ſalvandorum, & impiorum damnandorum, quæ in ſeſe non quadarent. Hæc Johannes prius de ſeſe teſtabatur, quam Jeſum baptizaret. Matth. III. 11. 12. Marc. I. 7. 8. Luc. III. 15. 16. 17. Baptizato autem Jeſu, & Meſſiæ præſentis fama vulgata, innotuit etiam Synedrio Hieroſolymitano aliquid ejus rumoris. Ejus quia erat cura potiorum ſacrorum, congregabatur, & congregatum ex politicis & Eccleſiaſticis perſonis decernebat ſplendidam ad Johannem legationem; τοὺς διαφέρειν νενομισμένους κατ' ἐκλογὴν θεοῦ ἀπὸ τοῦ ἐξειλεγμένου παρὰ πᾶσαν τὴν λεγομένην γῆν ἀγαθὴν τόπου Ἱεροσολύμων, ἔνθα ὁ ναὸς ἦν τοῦ θεοῦ: *eos, qui præcellere exiſtimabantur, & â Hieroſolymorum loco ſuper omnem terram bonam celebrato, ubi templum erat Dei*; juxta Orig. comm. ad Joh. I. 19. ſeqq. quæ nomine Protoſynedrii interrogaret: an Meſſias ipſe eſſet? Negabat id Joannes, idque ſemel iterumque magna & modeſtia & conſtantia: An igitur, quærebant, ille Zelotes propheta â Malachia promiſſus. c. IV. 5. Negabat & hoc: An igitur Propheta ille magnus Deut. XVIII. 5. promiſſus? vel alius aliquis ex vetuſtioribus, cujus in ipſo anima revixiſſet, iſque gladio armatus politico, ut Samuel ad profligandos hoſtes Iſraelis? Neutrum ſeſe eſſe reſpondebat idem: ſubjiciebant illi: quis igitur tandem eſſet, ut affirmatum reſponſum ſuis referre poſſent, diceret ipſe, qui, quantus, qualis eſſet? Tum vero dicebat, quis eſſet? nempe vox prædicatoris in deſerto, cujus eſſet viam Meſſiæ præparare, juxta Prophetæ Jeſaiæ vaticinium c. XL. 3. Inferebant interrogatores: quandoquidem neque Meſſias, neque Elias, neque Propheta ipſe eſſet, cur igitur baptizaret in remiſſionem peccatorum? quod Meſſiæ competeret: Ezech, XXXVI. 25. Zach. XIII. 1. Cæterum Joannes, jam ante reddita

bap-

Digitized by Google

baptiſmi cauſſa, inſiſtebat reſponſo, ſe Meſſiam non eſſe, quod hic inſuper igne quoque baptizaturus eſſet; ſed Meſſiæ prodromum, qui jamjam in medio ipſorum præſens ſit; ἔσω θυρῶν, quaſi *intra portas*, juxta Cyril. h. l. etſi pro Meſſia nondum agnoſcerent: Hunc quoad officium poſt ſeſe venturum, eſſentia vero, utpote Deum æternum, ante ſe extitiſſe, majorem, quam cui Johannes corrigia ſolvendo viliſſimum ſervi officium præſtaret. ὅσῳ ἐν οἰκέτου τάξει μετρεῖσθαι παρ' ἐκείνῳ, uti explicat Cyril. ad Joh. I. 27. Hactenus teſtimonium Johannis de ſemetipſo, juxta Bethabaram, miniſterii ipſius locum, depoſitum: referente Joh. I. 19. Illuſtre hoc erat de Jeſu Chriſto teſtimonium Joannis, quare Chriſtus operam dedit, ut auctoritas Johannis ſarta tectaque maneret. Matth. XI. 7. ſeqq. Luc. VII. 24. cum Joannes in carcere detineretur, &, ut amat in adverſis fieri, auctoritas ipſius & exiſtimatio vileſcere inciperet, adeo, ut & doctrina ipſius in diſcrimen adduceretur, Chriſtus eandem ſtabilire ſategit, occaſione ab ipſo Joanne ſubminiſtrata. Mittebat Joannes duos ſuorum diſcipulorum, qui interrogantes: an Jeſus eſſet Meſſias? diſcerent, eſſe eum ipſum. Quod & factum. Nam oſtenſis Meſſiæ operibus, edocti ſunt, Jeſum, non Joannem, eſſe Meſſiam. Dimiſſis vero legatis his, ſui magiſtri nimiis olim admiratoribus, Chriſtus ad populum cœpit de Joanne verba facere: quod potior eſſet Prophetis, utpote qui ſua ipſorum doctrina Chriſtum futurum obſcurius prædixiſſent, nec adeo fervidum auditorii applauſum habuiſſent: Joannem autem præſentem digito ipſum monſtraſſe, & efficacia concionum feciſſe homines cœli raptores: fuiſſe & virtute Eliam alterum, Meſſiæ anteambulonem; donis & fide illuſtrem extitiſſe. Neque enim vel adverſis fractum vel ſecundis emollitum. *Quid*, inquit, *exiſtis in deſertum? Nunquid ob hoc, ut hominem videretis calamo ſimilem, qui omni vento circumfertur, & levitate mentis de eo ambigeret, quem antea prædicarat? An forſitan ſtimulis contra me invidiæ cogitur? & prædicatio ejus vanam ſectatur gloriam, ut ex ea quærat lucra? Cur divitias cupiat, ut affluat dapibus? Locuſtis veſcitur & melle ſylveſtri: An ut mollibus veſtiatur? pili camelorum tegmen ejus ſunt. Iſtiuſmodi cibus & veſtis carceris hoſpitio recipiuntur, & prædicatio veritatis tale habet habitaculum. Qui*

Digitized by Google

autem adulatores ſunt, ſectantur lucra, & quærunt divitias, & deliciis affluunt, & mollibus veſtiuntur, iſti in domibus regum ſunt. Hier. ad l. c. Hæc tamen Johannis elogia non eo extendenda ſunt, quaſi ipſe Meſſias, vel potior, aut par Apoſtolis extitiſſet. Minor enim erat minore in regno cœlorum. Jeſus in ſtatu exinanitionis minor videbatur Joanne, erat tamen non hic, ſed iſte magnus Propheta ille Deut. XVIII. 15. Sed & Apoſtoli, Chriſtum reſuſcitatum prædicantes, Joanne potiores erant, quippe qui Meſſiæ neque mortem, neque reſurrectionem ſpectaſſet.

(7) Virtutes. §. 7. (VII) *Virtutes* ipſius cum adminiſtrantes, tum ſanctificantes inſignes extitere. *Adminiſtrantes*, ut erat donum *prophetiæ*; Origenes vocat προφητικὸν λόγον: *Propheticum ſermonem.* Theophylactus præfat. in Marc. ea propter Marco aquilam facit inſigne, quod ἀπὸ προφήτου τοῦ Ἰωάννου *à propheta Joanne inceperit, & prophetica gratia, quia videt procul ſita acutè, aquila eſt*: Ad cap. I. 1. vocat τὸν τελευταῖον τῶν προφητῶν, *ultimum prophetarum*: vaticinabatur enim de Meſſia jamjam venturo, eoque non ſolum adultiori ipſe ætate, ſed etiam cum uterque adhuc embryo eſſet. Luc. I. 41. Matth. III. 11. Marc. I. 7. Scitè Ambroſius ad Luc. I. 15. de ipſo: *in utero matris exiliens Domini Evangelizavit adventum.* Cyrillo ad Joh. I. 31. ὁ πρὸ τῆς ὠδῖνος προφήτης, ὁ ἐν ἐμβρύῳ μαθητὴς *ante partum Propheta, & in utero diſcipulus*, audit. Adultior ætate, cum officio ſuo fungeretur, non ſolum vaticinabatur, Meſſiam præ foribus eſſe, ſed & digito ipſum monſtrabat: Joh. I. 7. & 29. ſqq. *Brevi admodum tempore Propheta ſimul & Apoſtolus evadit Joannes Baptiſta: Quem enim futurum prædicabat, hunc jam monſtrat præſentem*: juxta Cyril. ad v. 29. Hoc ipſo Prophetis in V. T. extitit major, quippe qui ſolum de venturo Meſſia vaticinabantur. Matth. XI. 9. Luc. VII. 26. *Quod quem illi prædicaverant eſſe venturum, hic veniſſe digito demonſtravit, dicens: Ecce agnus, Ecce qui tollit peccatum mundi: Et quia ad privilegium Prophetæ etiam Baptiſtæ acceſſit præmium, ut Dominum ſuum baptizaret*, ideo major erat Prophetis, judice Hier. ad Matth. XI. Cyrillus ait: τὸ προφητῶν ἀνέβη μέτρον *Prophetarum menſuram exceſſit*: Donum *Sapientiæ*: Noverat enim Meſſiam in individuo, quippe quem digito monſtrabat, dicens: Hic eſt. Joh. I. 29. Atque ſic geminam ſuſtinebat per-

perſonam, Prophetæ & Apoſtoli. Eleganter Origenes ad Joh. I. 30. ipſum appellat θεολογῦντα, *Theologū*; Clem. Alex. Lib. 5. ſtrō. f. 573. C. in hunc ſenſum ait, quod Joannes fuerit φανερώτερον λαλήσας, ἐὰν μηκέτι προφητεύων, ἀλλὰ δεικνύων ἤδη παρόντα τὸν ἐξ ἀρχῆς καταγγελλόμενον συμβολικῶς. i. e. *apertius locutus, utpote non amplius prophetans, ſed oſtendens jam præſentem, qui olim annunciabatur ſub Symbolis.* Dicas: Atqui miſit diſcipulos ad Jeſum Nazarenum, qui interrogarent: An Meſſias eſſet ipſe? Matth. XI. 3. ℞. Chryſoſtomus: *Hæc fecit* ὐκ ἀγνοῶν, *non quod ignoraret propheta tantus, illum ipſum eſſe, qui redempturus eſſet Iſraël. Quomodo enim id neſciret, qui & agnum Dei indicaſſet Jeſum, & ſe indignum profeſſus eſſet, qui corrigiam calceamentorum ejus ſolveret. Sed invidiam, qua diſcipuli Joannis ipſius adverſus Jeſum ferebantur, extirpare voluit, perſuadereque illis, ipſum eſſe Chriſtum.* Caten. Poſſin. Agnovit hanc ipſius fidem & conſtantiam ipſe Chriſtus, quare v. 7. eum defendit contra ſuſpicionem populi, tanquam in fide vacillaret. vide Chryſoſtomum ad l. c. *Libertas loquendi* impertertita. Unde κήρυξ ἀληθείας, *præco veritatis* dicitur ab Orig. ad Matth. XIV. 3. Cui idem προφητικὴν παῤῥησίαν *propheticam loquendi libertatem* tribuit. l. c. & θεῖον φρόνημα, *divinum ſpiritum*, quo repletus erat. Videamus exempla: Matth. III. 7. ſeqq. accedunt ad ipſum Sadducæi & Phariſæi, illi Epicuræi, hi hypocritæ; ſed acriter ipſos excepit, vocando, quod erant, genimina viperarum, qui, niſi acta ſeria pœnitentia, & dignis fructibus, venturum exitium non evaſuri eſſent. Ipſi quidem gloriabantur de proſapia Abrahami, ſed vanam hanc eſſe ipſorum gloriam palam aſſerebat parrheſiaſtes: *Non* enim *ſucceſſio carnis quæritur, ſed fidei hæreditas: Dignitas* igitur *originis in operum conſiſtit exemplis, & proſapiæ gloria fidei imitatione retinetur:* juxta Hilar. comm. in Matth. l. c. Imprimis eluxit παῤῥησία in aula Herodis, cum palam diceret, non eſſe rectum, quod Herodes fratris uxorem haberet: *Joannes Baptiſta, qui venerat in ſpiritu & virtute Heliæ, eadem auctoritate, quâ ille Achab corripuerat & Jeſabel, arguit Herodem & Herodiadem, quod illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre vivente germano uxorem illius ducere, malens periclitari apud regem, quam propter adulationem eſſe immemor præceptorum Dei.* Hier. ad Matth. XIV. 4. Ambroſ. ad Luc. I. 17. aliquanto aliter: *ideo fortaſſe,* ait, *in ſpiritu & virtute, quia San-*

ſanctus Helias & virtutem magnam habuit & gratiam & virtutem, ut ad fidem animos populorum â perfidia retorqueret, virtutem abſtinentiæ atque patientiæ, & ſpiritum prophetandi. Iſtam παῤῥησίαν innuit etiam vox *clamare.* Joh. I. 15 explicante Cyrillo : *Non in occulto loquitur, non ſubmiſsè, & clam ſuſurrans, teſtatur, tubam clamantis altius ſonantem audies,* &c. Cum iſta virtute conjuncta erat *conſtantia*, dum non arundinis inſtar hinc inde moveretur. Matth. XI. 7. Vapulat proinde impudentia Gnoſticorum, notata ab Epiphanio hæreſ. XXVI. Johannem iſti habent pro arundine Matth. XI. 7. quæ diverſis Spiritibus, veluti ventis, hinc inde agitaretur. *Agitabatur, ajebant, â multis ſpiritibus, ad ſimilitudinem arundinis, quæ ab unoquoque vento commovetur. Et quum quidem veniebat ſpiritus principis, Judaiſmum prædicabat; Quum vero Spiritus Sanctus, de Chriſto loquebatur, Et hoc eſt, ajunt, quod, qui minor eſt in regno cœlorum, major eſt illo: De nobis, inquiunt, dixit &c.* Hæc illi; Sed Epiphanius ex contextu oſtendit, verborum iſtorum ſenſum potius contrarium eſſe, quod Johannes *non ſit arundo, quæ hominum ſententiis agitatur, aut qui ab unaquaque aut ſimulatione ac fraude, inſtar commotæ arundinis, commoveatur.* *Nazaræatus* : ad quem heroica abſtinentia, & continentia & patientia ſpectant, Luc. I. 15. Angelus prædicit parenti Zachariæ, quod filius â bibendo vino, & ſicera ſibi temperaturus eſſet. vide dicta §. 5. *Sanctimonia* infucata in vita & moribus, ut vel hoſtes ipſum admirarentur. Marc. VI. 20. Herodes ipſum reverebatur, ſciens, quod pius & ſanctus vir eſſet. *Continentia* heroica *calcata omni voluptatis illecebra, parſimoniam prætulit, luxumque contempſit :* Ambroſ. I. 17. Luc. Summam rei complexus eſt Cyrillus comm. ad Joh. I. 7. cum ſcribit: *Univerſam Judæam* τῇ τοῦ βίου σεμνότητι, καὶ ταῖς εἰς ἄσκησιν ὑπερβολαῖς, *cum ſanctitate vitæ, tum pietatis incredibili ſplendore in admirationem ſui ipſum rapuiſſe.* Inſignis *modeſtia*, quando Matth. III. 11. negat, ſe dignum eſſe, qui Meſſiæ calceamenta portet : *Quibus verbis* τὴν ἐσχάτην περὶ αὐτὸν δουλείαν *etiam humillimo viliſſimæ ſervitutis obſequio qui fungatur erga ipſum ſe indignum prædicat*, Explicante Chryſoſtomo in Catena Poſſini ad l.c. Eodem pertinet, quod noluerit Meſſiam baptizare, eo quod ipſe opus haberet ab ipſo baptizari. Matth. III. 14. agnoſcens, quod ſubjaceret & ipſe

πις

Digitized by Google

τῆς παρακοῆς μολύσμασι transgreſſionis, ſeu inobedientiæ Adamiticæ inquinamentis.

§. 8. Etiamſi autem tantus & talis eſſet Johannes Baptiſta, tamen (VIII) *Martyrium* & alias *calamitates* vel ideo expertus eſt. Ipſe hoc prædixit, cum prædixit, fore, ut, Chriſto creſcente, ſua ipſius imminueretur auctoritas. Joh. III. 30. Et factum quoq; eſt. Initio quidem functionis ſuæ magno gaudio recipiebatur à Judæis, ut præ gaudio quaſi exultarent. Sperabant enim ejus ope Romanorum ſeſe jugum excuſſuros eſſe: Hac autem ſua ſpe fruſtrati, utpote Johanne mera ſpiritualia curante, cœperunt eundem faſtidire, & odiſſe. cap. V. 35. *Calumniis* ipſum premebant, dicentes, dæmonium ipſum habere. Matth. XI. 18. Sic ipſe pietatis ob cauſſam variè afflictus eſt. Prædicabat Evangelium in Peræa, vel, ut alii volunt, in Galilæa, ditionibus Herodis Antipæ, quem *regem Trachonitidis* vocat Origenes comm. in Matth. XIV. cum Rex adulterium & inceſtum committeret cum Herodiade, fratris ſui uxore. Joannes igitur coram, ut decebat cordatum miniſtrum, arguebat regem ſceleris, ejusque, ut videtur, in ipſa aula. Ante quidem Joannes in vitia quoque & ſcelera invehebatur, nec indignè ferebat Herodes, dum in generalibus ſubſtitiſſe concionator videtur; Ubi vero ad individuum deſcendit, diceretque: non decet TE uti uxore fratris, tum verò cœpit rex & uxor in eum concitari: Forſan prætexebatur periculum ſeditionis ex illa correctione emerſurum; Joannes enim plurimum in populo valebat: isq; correptionem audiebat: Hac de cauſſa, cum Joannes non deſiſteret arguendo, ex conſilio etiam Phariſæorum, miſit lictores rex, qui vincirent Joannem, & in carcerem, arcem Macherunta, conjicerent: Dubium non eſt, quin Herodias maluiſſet infeſtum hominem ſtatim interfici, ſibi timens, ſed noluit id fieri Herodes, quod ſciret religioſum eſſe ipſum & ſanctum virum; hoc magis ipſum aſſervari curabat; An, ne ex inſidiis occideretur? In carcere detinebatur per integrum annum, & duos ferè menſes. Interea temporis quærebatur opportunum tempus, & prætextus Joannis interficiendi. Maximè autem opportunum videbatur dies Herodis natalitius, quo ex compoſito jubebatur ſcortillum, Herodiadis

(8) Martyrium.

Digitized by Google

filia, ſaltare: Hoc enim eleganter facto, rex vino & libidine ebrius optionem puellæ fecit petendi, quid vellet; idque ſe facturum juramento confirmavit publicè. Puella in conſilium adhibita matre, petiit Johannis Baptiſtæ caput in patina ſibi offerri: *Herodias, timens, ne Herodes aliquando reſipiſceret, vel Philippo fratri amicus fieret, atque illicitæ nuptiæ repudio ſolverentur, monet filiam, ut in ipſo ſtatim convivio caput Joannis poſtulet: dignum operi ſaltationis! dignum ſanguinis præmium!* Hier. ad Matth. XIV. 8. Et paulo poſt: *Caput poſtulat Prophetæ, ut habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguebat.* Herodem hoc petitum male quidem, ſaltem ad ſpeciem, habebat: *Herodes dicitur contriſtatus, quia hoc diſcumbentes putabant. Diſſimulat enim mentis ſuæ malitiam artifex homicida, cum triſtitiam in facie, & lætitiam haberet in mente.* Hier. h. l. propter juramentum tamen coram aulicis factum, non auſus eſt petito deeſſe: *Scelus excuſat juramento, ut ſub occaſione pietatis impius fieret.* Hier. h.l. Quanto juſtius fuiſſet juramentum revocaſſe, quam Joannem mactaſſe! οὐ ταυτὸν γὰρ ἦν ἔγκλημα προπετείας ὅρκων, καὶ τῆς διὰ τὴν προπέτειαν ἐπιορκίας ἔγκλημα ἀναιρέσεως προφητικῆς: *Temere quippe juraſſe non adeo culpandum erat, quam per juramenti temeritatem Prophetam letho dediſſe*, cenſente Orig. ad l. c. Miſit igitur carnificem, qui in carcere Joannem capite truncaret, & abſciſſum caput ſaltatriculæ donum offerret, quod & factum Matth. XIV. 3. ſeqq. Marc. VI. 17. Luc. I. 19. Quod de *conſilio Phariſæorum* diximus fundamentum habet Matth. XVII. 12. Marc. IX. 13. Chriſtus enim ipſe explicans traditionem de Helia, dicit, feciſſe Judæos, quæcunque voluiſſent, in ipſo Heliæ antitypo, innuens, eundem per ipſos fuiſſe tentatum, in officio turbatum, quidni etiam apud Herodem delatum, & oblatum? Certè Origenes comm. ad Matth. XVII. 10. culpam in ipſos rejicit, *quaſi & ipſi cauſam præbuerint, cur ab Herode in carcerem compingeretur, ab eoque trucidaretur:* ὡς συναίτιοι γενόμενοι τῷ αὐτὸν εἰς φυλακὴν βληθῆναι ὑπὸ ἡρώδου, καὶ τὸ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Et paulo poſt: συναίτιοι γεγόνασι τοῖς τετολμημένοις κατ' αὐτοῦ ὑπὸ ἡρώδου: *auctores ſimul extiterunt eorum, quæ Herodes attentavit contra ipſum.* Et Hieron. comm. ad Matth. XVII. 12. verba: *fecerunt in eo &c.* explicat: *Spreverunt, & decollaverunt*

verunt eum: refertque ad Judæos ipſe quoque cauſſam: *Reſpondendum, quod & in Johannis nece Phariſæorum factio conſenſerit*:

§. 9. Eripuerat quidem vitam Johanni Herodes, ſed immortalem conſcientiæ ſuæ plagam propterea inflixit, quæ ſibi ſubinde metuebat. Nec enim adeo diu poſt contigit, cum Chriſtus & emiſſi diſcipuli miracula hinc inde ederent, ut fama percrebeſcente Johannicida ſuſpicaretur, Johannem reſurrexiſſe, idque in ſinum familiarium fateretur. Matth. XIV. 2. Marc. VI. 14. 16. etiamſi extrinſecus diſſimularet animi morbum, vel etiam ſperneret, aulicis anxietatem diluentibus Luc. IX. 7. dicendo: Forſan Elias is eſt, ille ſub hæc tempora futurus Meſſiæ prodromus Malach. IV. 5. & percuſſurus Romanos; quid ergo ab ipſo metuamus? Quid ſi quis veterum prophetarum foret? Hæc illi. Cæterum inani hoc ſolatio conſcientia Herodis ad nullam tranquillitatem redigebatur, quin ſibi metueret. Et ejus conſequentia.

§. 10. Quid porro conſecutum ſit, & contigerit circa Johannem? haud immerito quæris. Nam varia traduntur. Unicum, quod fide divina tenemus, in ſcripturis extat, Matth. XIV. 12. quod diſcipuli Johannis, Magiſtro decollato, venerint, & λείψανον, *reliquias*, ut Origenes ad Matth. XIV. 12. appellat, ſeu truncum corpus *ſepeliverint*, Chriſtoque factum ipſum enarrarint. Sepulchrum ubi habuerit Hieronymus ad Abdiam annotavit, nempe Sebaſte: *Sepulchrum ejus* (Abdiæ) *usque hodie cum Mauſoleo Heliſæi prophetæ, & Baptiſtæ Johannis in Sebaſte venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur.* Quid cum capite factum ſit? Tacent illæ. Hieronymo auctore, ab Herodiade, rabioſa fœmina, acubus compuncta eſt, ut olim Ciceronis â Fulvia, lingua: *Fecerunt hac & Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Johannem, quia veritatem non poterant audire, & linguam veriloquam diſcriminali acu confoderunt.* Sic ille Apol. adverſ. Ruf. t. 3. opp. f. m. 113. Unde habeat traditionem Hieronymus, non addit. Conjecturam probabilem dicerem, non autem exploratam veritatem. Certius certè eſt, quod de ultione divina referunt. Joſeph. lib. XVIII. antiq. Judai c. 7. enarrat, quomodo exercitus Herodis ab Aretha ſocero fuerit profligatus: *Apud Judæos autem fuit opinio,* Sepultura. Pœnæ perſecutorum.

 juſta

Digitized by Google

juſta ultione Numinis deletum Herodis exercitum, propter Johannem, qui Baptiſta cognominatus eſt. Hunc enim Tetrarcha necavit virum optimum, Judæos excitantem ad virtutum ſtudia, & inprimis pietatis ac juſtitiæ, ſimulque ad baptiſmi lavacrum: quod ita demum Deo gratum ajebat fore, ſi non ab uno tantum alterove peccato abſtineant, ſed animis per juſtitiam prius mundatis addant & puritatem corporis. Qumque magni ad eum concurſus fierent, plebe talis doctrinæ avida, Herodes veritus, ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pareret, quod viderentur nihil non facturi ex ejus conſilio, judicavit, ſatius eſſe, prius, quam novi aliquid exoriretur, illum tollere, quam rebus turbatis, ſeram pœnitentiam agere. Itaq; vinctum & miſſum in Macheruntem ſupradictam, illic occidi imperat, quod factum ſecuta eſt Judæorum exiſtimatio, ab irato Deo perditum eſſe Herodis exercitum. Hactenus Joſephus. Genuina an adulterina hæc ſunt verba, Tanaq. Faber nuper diſquiſivit: Sufficit nobis, quod apud veteres iſta pro genuinis ſaltem habeantur: vide Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 11. quodque cæde Johannis perpetrata res Herodis in deterius ruere cæperint, adeo, ut tandem relegatus in Gallias cum ſua Herodiade & privigna miſere perierit, referente Niceph. lib. 1. hiſt. c. 19. Nec Julianus quoque apoſtata impune tulit temerationem Johannæi ſepulchri. Juſſit enim oſſa erui, & comburi, cineres vero hinc inde diſpergi, cui ipſius mandato pagani paruerunt; ſeu, ut Ribadeniræ verbis, ex Floribus Sanct. Auguſt. XXIX. f. m. 424. utar: *juſſit ejus* (Johannis) *corpus exuri, diſpergique cineres, ratus, ea methodo poſſe Chriſti gloriam extingui. Itaque pagani ſuæ non defuerunt impietati, cui magno furore partium ſunt obſecuti.* Hujus, ut & aliorum ſcelerum, gratia miſerè idem tandem periit.

Reliquiæ ut Caput.

§. 11. Non eandem & parem fidem merentur, quæ de inventione, translatione, aſſervatione capitis, manus, Indicis digiti, cæterisq; reliquiis tradunt auctores; Nam inter ipſos nondum convenit. Ex Ruffino, hiſtoria Tripartita, Beda, Simeone Metaphraſte, & aliis referunt, quod Herodias in ſuo ipſius palatio ſepeliverit *caput* Johannis, idque ideo, ne corpori redditum & reſuſcitatum pergeret in adulteram inceſtuoſam debachari. Quod an verè ita factum ſit, vehementer dubito. Nec enim Judæis licuit intra urbes ſepulchra excitare: Neque etiam ratio illud convincit. Potuit enim Herodias alio mittere

tere caput, ubi aſſervaretur, quam in aula; aut etiam plane abolere flammis. Fertur præterea, quod diu poſt idem caput *inventum* fuerit ſemel, iterumque. Primum Hieroſolymis, cujus inventionis memoria celebratur â Græcis & Latinis VI. Kal. Martii. Deinde Comanis VI. Calend. Sept. *quando ejus venerandum caput ſecundo inventum fuit*: ut habent verba Martyrologii Romani: Inde Conſtantinopolin eſt translatum, Theodoſio imperante; ut refertur apud Sozom. l. 7. hiſt. c. 21. Cæterum inter auctores neque de loco, neque de tempore, neque de re ipſa, neque cum veritate convenit. Non de *loco*; Nam Sozomenus refert, quod inventum fuerit apud Monachos Sectæ Macedonianæ, qui Hieroſolymis in Ciliciam migraverant: inde avectum ſit verſus Conſtantinopolin, ſed in via ſubſtiterit Partichii Chalcedonis, deinde depoſitum in pago Coſilai, inde in Hebdomon ante urbem Conſtantinopolitanam translatum ſit: Contra Beda, referente Baronio Martyrol. d. XXIX. Aug. teſtatur, *Edeſſa inventum fuiſſe venerandum caput*. Sed nec de *tempore* convenit. Marcellinus in Chronico, Metaphraſtes in vita Sanctæ Matronæ die octavo Novembris, Beda in Martyrologio c. 6. & lib. de VI. ætat. Uſuardus, Ado, & nonnulli recentiores, referunt ad tempora Marciani Auguſti; ſecus videtur Sozomeno, ut audivimus, & Proſpero in Chronico, qui ad tempora Valentis, & Theodoſii rejiciunt, quibus ſubſcribit Baronius, in notis ad Martyrol. Auguſt. 29. Et in Annal. an. 391. & iſtos refutat, rationibus adductis, & effugiis ſolutis. Sed leve hoc eſt, ſi conſideres ipſam *rem*, i. e. caput ipſum, quod dum diverſi ſibi vendicant, omnes amittunt. Extat operibus Cypriani ſubjunctus tractatus de revelatione ſeu inventione capitis Sancti Johannis, in quo Alexandrinis caput Johannis addicitur. Baronius hanc traditionem improbat, ſicut & alia, quæ ipſi *in illa tractatione diſplicent, ut manifeſta veritati contraria*. Inde infert, nec in Galliis genuinum extare Baptiſtæ caput, ſed alterius Joannis Martyris, qui olim cum Cyro illic paſſus, nempe Joannis patria Edeſſeni. Subdit, *legiſſe ſe ex vita Grati Epiſcopi Auguſtenſis aliam hiſtoriam, â prædictis longè diverſam, de inventione & translatione capitis ſancti Joannis Baptiſtæ, ſed ejusmodi, quæ nullo fulciatur teſtimonio veritatis*. Pergit ad Martyrologium Romanum, quod ait, *Roma*

ejus inventio

Examinatur.

Digitized by Google

mæ caput iſtud aſſervari, in Eccleſia S. Sylveſtri in campo Martio: Baronius addit, *partem illam capitis, mentum dictam, qua illud caret, Auguſtæ Prætoriæ in finibus Subalpinorum haberi, ut perhibetur, licet aliæ Civitates easdem ſacras reliquias ſibi vendicent*: ſed quæ genuinas? *Hæc non diſputo*, reſpondet Baronius. Galli contra, indignè ferentes hunc theſaurum ſibi eripi, eum ſibi peculiari libro, cui titulus: Traitê hiſtorique du chef de S. Jean Baptiſte: auctore Carolo Du Freſne, Domino Enchyi, vendicatum iverunt. Summa, quæ huc ſpectat, refertur ab Ephemeridibus, quas le Journal Des Sçavans appellant, Tom. II. pag. 127. & hæc eſt: *verum S. Joannis Baptiſtæ caput Ambiani eſſe aſſerit; quo fuerit allatum Conſtantinopoli, poſtquam urbs illa intercepta fuit â Gallis; Reliquias autem Engeriacenſes caput eſſe Joannis Edeſſæi. Illud vero, quod Romæ in S. Sylveſtri eſſe dicitur, putavit Sirmondus, eſſe id caput S. Joannis Presbyteri, qui ſuſtinuerit Martyrium Romæ imperante Juliano Apoſtata.* Hactenus Ephemerides. Per hunc Authorem igitur caput Joannis Baptiſtæ Romæ non eſt, ſed Ambiani; id vero, quod Romæ eſt, eſt Johannis Presbyteri. Hinc porro ſequitur, *literas Apoſtolicas Bonifacii VIII. R. P. quibus elargitur indulgentias inviſentibus prædictam* (Sylveſtri) *Eccleſiam ea die, qua ſacratiſſimum caput in alio ornatiſſimo vaſe tunc affabre facto, repoſitum eſt intra argenteum tabernaculum*; ſequitur, inquam, has literas merum fumum vendidiſſe, indulgentias, quia Romæ tum caput non fuit, ſed Ambiani, cujus tamen viſitandi gratia indulgentiæ promulgabantur. Viderit igitur Baronius, *an prædicaverit, quod ſcivit, ac certa traditione didicit, quando Romæ caput S. Joannis extare confidenter pronunciavit*: vereor, ut, Galli ſaltem, eandem ipſi, quam Joh. III. 11. Chriſto, cujus verbis Baronius abutitur, fidem habituri ſint. Ferrandus diſquiſ. reliq. lib. 1. c. 4. deſperat, dicitque: *adhuc ſub judice litem eſſe.*

Judicium fertur.

§. 12. In tanto auctorum diſſidio nemo mirabitur, ſi fidem nos ſuſpendamus, vel omnino narrationibus denegemus. Præſertim ſi fontes ipſos paulò penitius intueamur. Hos vero invenimus apud Sozomenum lib. VII. c. 21. hiſt. Refert is, qui primi fuerint, quibus caput ſcil. Johannis acceptum ferendum ſit; nempe *Monachi ſectæ Macedonianæ; qui cum primum Hieroſolymis habitaſſent, poſtea migrarunt in Ciliciam.* Ab his *fertur repertum*

Digitized by Google

pertum fuiſſe caput: ita Hiſtoricus loquitur. Prodiit autem Macedonius Hæreſiarcha, &, detectus in concilio Conſtantinopolitano, condemnatus eſt, anno Ch. N. 381. computante Baronio §. 18. Quatuor igitur ſecula ferè effluxerant ante, quam caput iſtud reperiretur, ſi omnino repertum fuiſſet eo ipſo tempore, quo Macedonius furebat. Sed nondum compellimur eo usque temporis aſcendere: Nam poſt ipſius demum tempora, poſtquam Monachos aſſeclas habere cœpit, inventio iſta, ſi qua fuit, contigit. Quis jam nobis fidem fecerit, verum fuiſſe, quod Macedoniani iſti Monachi venditabant, Johannis iſtud caput? Negligentem profecto oportet fuiſſe Eccleſiam Hieroſolymitanam, & Epiſcopum, quod paſſi fuerint tantum theſaurum vel latere, vel ſibi auferri ab hæreticis, & ab iisdem aſſervari; Nam Matrona, quæ poſtea ſervabat, ſectæ erat Macedonianæ, eodem teſte Sozomeno.

§. 13. Perinde res ſeſe habet cum cæteris reliquiis Johannæis. *Mentum* Auguſta Prætoria ſibi tribuit; ſed *eaſdem ſacras reliquias aliæ civitates ſibi vendicant*. Baronius prudenter *hæc diſputare* non vult; Credo, ne malam gratiam apud alterutram partem ineat: *Pollicem* quoque diverſi ad ſe trahunt; Scil. pollice Chriſtum oſtendit tum Johannes, ut Reliquiarii contendunt, quod nos hodie ſolemus indice digito præſtare; *Hieroſolymis delatum eſſe in inſulam Melitam à fratribus Hoſpitalis S. Joannis*, Baronius & Ferrandus referunt: Contra ſtat Sigebertus Gembl. qui ſcribit, eundem *apud Galliæ urbem Maurienuam ſervari*; Sed & huic traditioni refragantur Trecæ, utpote quæ ſibi eundem aſſerunt: *Anicienſes verò non modo illum integerrimum oſſibus & carne conſtantem credunt; ſed etiam ipſum omnibus è Chryſtallo ſpectabilem & colendum proponunt*: narrante Ferrando Anicienſi, Jeſuita, & addente: *Hujus rei ego teſtis oculatus à teneris perſæpe fui, & non ſine pia animi admiratione ac voluptate oſcula fixi!* Tranſigant inter ſeſe Cadmæi fratres, penes quem ſit genuinus Johannis index. Certè ſex non unus, & unus non poteſt eſſe ſex digiti. Sed ecce ingenioſum Ferrandi commentum: *ipſarum* (Eccleſiarum) *aliquam dexteræ, alteram,* ait, *ſiniſtræ pollicem*; *alias vero alium quempiam è reliquis utriusque manus digitis habere!* Atqui omnes dicunt, ſe pollicem, vel

De mento Joannis:

De pollice.

vel indicem habere: eumq; dubio procul, qui extabat olim in dextra Johannis, niſi dixerimus ambidextrum fuiſſe, & modo dextro, modo ſiniſtro pollice, rectius indice, objecta oſtendiſſe. Baronius & Suarezius ad Synecdochen *confugiunt*, tanquam ad ſacram anchoram; Particulam igitur ſinguli poſſideant, non totum; Atqui *integerrimum*, non mutilum, oſtendunt. Conſtantinopolitani digito non contenti, totam manum ſumunt, Antiochiæ furto â Diacono ſublatam, ſed â Conſtantino octavo magnificè in civitatem introductam.

De Fronte & Capillis.

Frontem & *capillos* Ovetum apud Aſtures ſeſe poſſidere jactitat! Miſerum caput! & mutilum; dum alii ipſi mentum vel totum, vel partem, alii frontem, alii capillos auferunt, alii integra, alii fruſta. Neſcio, quî hæc conciliaverim cum alia narratione, quam repetit Ribadeneira flor. ſanct. f. 424. quod Julianus apoſtata juſſerit Johannis corpus exuri, diſpergique cineres, *cui impietati non defuerint pagani, ſed magno furore partium ſint obſecuti*: Unde enim reliquiæ, ſi combuſtum cadaver? Reſpondet Ribadeneira, fideles, paganis immiſtos, oſſa ejus collegiſſe: ſed quis credat, in tanto paganorum furore fuiſſe Chriſtianis locum relictum aliquid auferendi? Theodoretus, qui hiſtoriam refert lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 3. nihil hujus rei meminit, dum refert: *Sebaſte Joannis Baptiſtæ arcam aperuerunt*, πυρὶ δὲ παρέδωσαν τὰ ὀςᾶ, ϗ τὴν κόνιν ἐσκέδασαν, *Igni tradiderunt oſſa, & cineres diſperſerunt.*

De Cineribus.

Hinc conſtat, quid de cineribus habendum ſit. Ajunt: *Cineres* Genua habet in ſacello templi Laurentiani. Unde autem illos? forſan ex incendio Juliani? aut quia in cineres tandem membra abierunt, ut reliquorum hominum? Si hoc; quo igitur privilegio gaudet caput, vel mentum, vel digitus, ut ipſa non in cineres redigantur? ſi iſtud, non tantum oportet fuiſſe furorem paganorum, in quem ſupra invectus eſt Ribadeneira, ſecus cineres iſtos Chriſtianis non permiſiſſent.

Miracula.

§. 14. De *miraculis* cur majoris ſentiam, non habeo. Non legitur in ſcripturis Joannes miraculis claruiſſe; quod noſtrates obſervare ſolent adverſus Pontificios, cum hi miracula in Luthero Reformatore ideo deſiderant, quod per hæc fidem ſibi facere debuiſſet. Poſt mortem non unum ſed plura edi-

edidiſſe jactatur, ſed an vera ſint, vehementer dubito. Primum miraculum, quod refertur, eſt, quod noluerit iſtud caput à Valente Conſtantinopolin ideo transferri, quod Arianus is eſſet: *Minus licuit homini Arriano ſancta tractare*, ait Baronius in Martyr. not. *Cum hæreſi infectus eſſet Arriana, noluit hoc eum Deus favore dignari*, nempe ut Conſtantinopolin transferret: Ribadeneiræ judicium eſt; Atqui *Monachi ſectæ Macedonianæ* id ipſum caput Hieroſolymis in Ciliciam ſecum tranſtulerunt? Et Matrona cuſtos ſacrarum ſcil. iſtarum reliquiarum, & Vincentius Presbyter, & miniſter iſtius ſacri, illi ipſi ſectæ erant addicti. Cur igitur non licuerit Arianis, quod Macedonianis? aut minus eſt ſceleris Deitatem ſpiritus ſancti, quam filii, negare? Taceo, ſi hæreſis obſtitit, quo minus Conſtantinopolin usque transferret Valens, etiam obſtitiſſet, quo minus è ſolito loco Pantichium usque & Coſilaum. Matrona rebatur perinde irritum fore Theodoſii conatum, ſicut Valentis fuit, in transferendo capite, quod non æquè putaſſet, ſi hæreſis Arriana obſtitiſſet, quia Theodoſius utique Arianus non fuit. Unde nec Sozomenus eam moræ cauſſam annotavit; Sicut nec alteri relationi de auxiliis Theodoſio præſtitis adeo multum tribuit. Narrat Ribadeneira: *Theodoſianam pietatem S. Joannes liberaliter remuneravit. Nam cum bellum adverſus Eugenium tyrannum ſuſcepiſſet, & prius ad S. Joannis Eccleſiam, quam nomini ejus dicarat, divertiſſet, preces fudiſſet, eumque ſibi patronum adſciviſſet, in eo prælio, quod imminebat, tantum profecit, ut in ipſo conflictu Diabolus provolarit, & in hæc verba clamarit, quaſi cum S. Joanne Baptiſta conqueſtus: Tun' me ſuperes, meumque exercitum diſſipes? Quemadmodum Sozomenus* (VII. 24.) *memorat.* Hæc ille. Atqui Sozomenus Diaboli quidem, & templi, & precum, mentionem facit, ſed ex relatione aliorum; addit enim: *Atque hæc quidem ſic eſſe acta dicuntur*, q. d. ſit fides penes auctorem: Et quis tandem à patre mendacii verum teſtimonium exſpectet? *Cineres* dicuntur à Ribadeneira Genuæ aſſervari, & *multis à Deo miraculis illuſtrari, maximeque ſi qua tempeſtas in pelago cooriatur, exhibitis reliquiis iratum mare placari.* Deſinat igitur poſthac populus mirari & divinari divinam Jeſu virtutem, quod uno nutu maris iras compoſuerit, cum vel cineres meri Cineres.

 ho-

hominis id poſſint, hoc vero neque naturæ, neque ſcripturæ rationes convincunt, ut non mirandum eſſet, ſi quis talia non crederet contigiſſe. *Apparitionibus* ipſius nulla quoque fides debetur. Refert in religioſa hiſtoria Theodoretus t. 3. opp. f. m. 863. quod Joannes Baptiſta aliquando veſtitu indutus niveo, & manu extenſa apparuerit. Sed ſuppoſititium, vel certe corruptum eſſe librum iſtum, inde patet, quod laudet ſanctos, qui poſt Theodoretum vixerunt. Quæritur etiam: *An Chriſtus quemadmodum præſens adfuit (quamvis adhuc virgineo ſuæ matris utero tunc adhuc contineretur) S. Joanni ſecundum carnem naſcenti, ſic etiam affuerit morienti, maximè cum juſtorum mors quædam & quidem melior nativitas ſit?* Quæſtionem movet, & affirmat Jeſuita Ribadeneira in Flor. Sanct. ad Auguſt. diem 29. Nititur etiam confirmare exemplo Protomartyris Stephani: *Nam ſi Stephanus Protomartyr ſaxeo imbre complutus vidit Jeſum ſtantem, ſibique opitulantem, & ex hiſtoriis conſtat, Chriſtum ad SS. Martyres cum morte luctantes inviſiſſe, eorumque ſpiritum ſibi commendatum ſuſcepiſſe, quid mirum, ſi ſimili quoque favore dignatus ſit eum, qui ſecundum carnem, ſpiritumque fuit ei conjunctiſſimus, pluribusque privilegiis & gratiis ornatus, quam quisquam reliquorum ſanctorum.* Mirum quidem non fuiſſet, ſi quod tale beneficium Joanni ſuo prodromo Chriſtus exhibuiſſet, ſed exhibuiſſe, unde conſtat? Neque idonei auctores tale quid tradunt, neque rationes allatæ illud evincunt: Ait quidem: *non deſunt auctores, qui dicant, divinitus* (illam apparitionem) *eſſe revelatam*: ſed qui ſint illi auctores, non exprimit, credo, quia nullos habuit, aut ineptos ipſe habuit teſtes. Largimur, Chriſtum Joanni in morte ſingulari aliqua gratia adſtitiſſe, ſecus caro & ſanguis martyrium non ſuſtinuiſſet ea conſtantia, adſtitiſſe autem viſibili ſpecie, id ego non affirmarim: Non omne, quod ſemel, vel uni, contigit, ut apparitio Stephano, idem tribuendum eſt alteri; Saltaſſet alioquin Joannes etiam in morte, ſicut in utero ſaltavit, præſente Meſſia, patraſſet tot tantumque miraculorum, quot quantumque Apoſtoli perpetrarunt, & quid tandem non?

Honores. §. 15. *Honores* igitur huic alioquin ſancto viro moderatius exhibendi fuiſſent, quo minus baſilicis, Deo ſoli dedican-

(Margin: Apparitiones.)

dicandis, honoraretur. Equeſtris quoque ordo ab ipſius nomine *Johannitarum* appellatur; quanquam adhuc ſub judice lis ſit, â quo Johanne nomen acceperit. Aubertus Miræus R. E. Protonotarius, & Decanus Antverpienſis, patria Bruxellenſis, ſcripſit origines ordinum equeſtrium, quem librum Johannes Gualterius Belga Chronico ſuorum Chronicorum inſeruit, & Andreæ Schotto compilationem iſtam Pontificius Jeſuitæ dedicavit. Iſtarum Originum, qui in tomo ſecundo primus liber ſunt, caput ſecundum hoc argumento prænotatur: *Ordo Equitum Hoſpitalariorum S. Joannis Jeroſolymitani, qui poſt Rhodij, nunc Melitenſes, dicuntur.* Mox in ipſo textu ſequuntur hæc verba: *Sacros inter ordines militia S. Joannis Ieroſolymitani, bellicis hodieque laudibus clariſſima, merito primas damus. Cœpit ea, nomenque induit ab hoſpitali, ſeu Xenodochio Ieroſolymis in gratiam peregrinorum ædificato, & S. Joannis memoria conſecrato.* Hæc extra controverſiam ſunt. Sed pergamus: *Sancti Joannis, inquam, Eleemoſynarii, Epiſcopi Alexandrini, benignitate in pauperes celeberrimi, ut Guilielmus Tyrius* (lib. XVIII. c. 5.) *& Jacobus Vitriacus* (c. 64.) *belli ſacri ſcriptores commemorant.* In hac ſententia non omnes ſunt: Id quod ſubjuncta docent: *Polydorus tamen Vergilius, cujus de rerum inventoribus extant commentarii, Petrus item Gregorius in Syntagmatibus* (Lib. XV. c. 33.) *& Joannes Azorius inſtitutionum moralium ſcriptor egregius* (Lib. XIII. c. 6.) *hoſpitalem hanc domum honori S. Joannis Baptiſta dicatam fuiſſe volunt.* Quam ſententiam argumento aliquo probare conatur Miræus, cum ſubjungit: *Id ipſum ex ſolenni profeſſionis, ut vocant, formula horum Equitum colligi videtur: qua quidem inter cætera, S. Joannes Baptiſta ordinis hujus militaris patronus, ac præſes diſertè agnoſcitur.* Hæc ille. Suo per nos quisque abundet ſenſu ſi tamen dicendum, quid nobis videatur, putamus prioribus majorem deberi fidem, cum quod antiquiores ſint; Nam Tyrius vixit ſeculo XII. & Vitriacus XIII. tum quod viciniores, ut Tyrius, qui Tyri vixit; denique quod ratione nitantur. Neque enim Eleemoſynis inclaruit Baptiſta, ſicut Alexandrinus ille: quæ tamen origo fuit Hoſpitalariorum. Ratio ex adverſo objecta plus non evincit, quam Baptiſtam eſſe ordinis Patronum; non autem, quod ſit conditor. Eſt etiam

Ordo Johannitarum.

Confraternitas Baptiſtæ.

confraternitas quædam *ſub invocatione S. Joannis Baptiſtæ decollati, Miſericordiæ nuncupata*, quæ Romæ inſtituta eſt, & edita bulla ab Innocentio VIII. confirmata anno 1490. Finis eſt, ut marginale habet in Bullario Romano tom. 1. f. 342. *ad pie confortandum & ſepeliendum damnatos ad mortem*; Quo fine ſtruxerunt Eccleſiam *S. Joannis decollati* dictam, ubi ex communibus eleemoſynis ſuſtentant aliquem Capellanum, qui *inibi miſſas & alia divina officia celebraret, & ultimo ſupplicio damnatis in eorum ultimo vitæ ſtatu aſſiſteret, eorumque confeſſiones audiret*, iisdemque *Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtraret*; Ibidemque locorum ſepeliunt eos, qui ultimo ſupplicio affecti fuerant. Non improbamus quidem *miſericordiam* maleficis exhibitam, & miramur, in Papatu olim miſeros illos à ſolatiis Eccleſiaſticis adeo fuiſſe deſtitutos; vel, ut Bulla Papalis loquitur, *plurimos, qui eorum demeritis id exigentibus, aut alias ultimo ſupplicio juſtitia exigente puniebantur, non habuiſſe in eorum ultimo vitæ ſtatu, qui ipſis ea, quæ ad ſalutem animarum pertinent, ad memoriam reducerent*: §. 3. (1) Improbamus tamen *ſuperſtitionem*, quando talia fiunt ſub opinione cultus, meriti, & neceſſitatis. In alterum extremum peccarunt Trullani Patres, quando vetuerunt pingi Joannem Baptiſtam, ſicut digito monſtrat agnum, tollentem peccata mundi. Verba Canonis LXXXII. ſunt hæc: *Inter Venerabilium imaginum picturas agnus digito Præcurſoris monſtratus depingitur, qui figuram receptus eſt* (ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, qui in figuram aſſumptus eſt gratiæ) *adumbrans nobis verum illum per legem agnum Chriſtum demonſtratum. Antiquas ergo illas figuras & umbras, velut quaſdam veritatis notas, adumbrationesque Eccleſiæ traditas vendicantes, gratiam eidem proponimus, & veritatem hanc, ut legis complementum, ſuſcipimus. &c.* Quæ Concilii, à Papiſtis approbati, vide Bellarm. lib. 1. de concil. c. 5. ſententia ſit, inter ipſos Pontificios nondum convenit. Paulus Aringhius Congregationis Oratorii Presbyter tom. II. Rom. ſubter. lib. VI. c. 20. f. 558. cenſet, comparate iſtud locutum eſſe, nempe, *Chriſti imagines ſub humana figura affabre factas præferendas* eſſe figuris agni: Contra Baronius ejusdem Congregationis ſocius an. DC.XCII. §. 44. contendit, *eum canonem ab Eccleſia Romana nequaquam eſſe receptum, imo uſu contrario penitus improbatum.* En fratrum conſenſum! judicio noſtri B. Oſiandri: *Valde tenuis eſt* iſta concilii *conſtitutio*, qua figura Chriſtus pingatur.

Digitized by Google

Sectio II. Articuli II.

De

CHRISTO PROPHETA.

Argumentum.

C*Onnexio* 1. *Chriſti Prophetæ nomina, ut ſunt: Verbum, Rabbi.* 2. *Seminator, Paſtor. Propheta, Lux, Doctor.* 3. *Exiſtentia* 4. *Cauſſæ vel cognitionis* 5. *vel rei, ut ſunt tota Trinitas* 6. 7. 8. 9. 10. 11. *materialis, poteſtas vel ordinis* 12. 13. 14 15. *vel jurisdictionis* 16. *Externa* 17. *finalis* 18. *Circumſtantiæ loci* 19. *Temporis* 20. *Modorum* 21. *qui erant: ſumma fides, παῤῥησία, auctoritas, Zelus, efficacia, gaudium, gratitudo* 22. *Fata indigna* 23. 24. *remedia* 25.

§. I.

PRodromum JESU Chriſti fuiſſe Joannem Baptiſtam, qui viam ipſi, poſt ſe venturo, præpararet, in præmiſſis audivimus. Sequitur igitur *Jeſus Propheta*, ſicut in ſuo officio conſtitutus Eccleſiam novi Teſtamenti condidit & fundavit. Chriſti Prophetæ

§. 2. *Nomina* quædam Chriſti primo ſtatim aſpectu produnt iſtud ipſius officium. Appellatur λόγος *verbum* ſeu ſermo, puta Patris, non ſolum ratione æternæ generationis Joh. I. 1. ſed etiam temporalis revelationis. Deum enim nemo unquam vidit, ſed filius, qui, velut in ſinu patris exiſtens, omnium ipſius arcanorum conſcius eſt, ille ipſe nobis Evangelium revelavit, ut vox, ſeu ſermo revelat ſenſa cordis. v. 18. Utramque appellationis rationem complexus eſt Theophylactus comm. ad l. c. Joh. ſcribens: *ſicut verbum gignitur ex mente, ſine paſſione, ita & hic à Patre natus eſt absque ulla affectione, vel aliter,* αὐτὸν λόγον ἐκάλεσεν, ἐπειδὰν τὰ τοῦ πατρὸς ἡμῖν ἀπήγγελεν, ὥσπερ καὶ πᾶς λόγος τὰ τοῦ νοὸς ἀπαγγέλλει βουλεύματα; *ideo verbum appellavit, quia pa-* 1. Nomina quæ ſunt: verbum.

 terna

Rabbi. *terna nobis annunciavit, quemadmodum omne verbum mentis voluntates annunciat.* *Rabbi.* v. 38. Nempe cum Chriſtus interrogaret quosdam Joannis diſcipulos, quid quærerent, divitias, an potentiam? Reſponderunt illi: Rabbi, ubi locorum habitas? q. d. quærimus à Te, ſumme Prophetarum Deut. XVIII. 15. in ſchola tua informari, ἡ φωνὴ ἀνακηρύττουσα τὸν Χριστὸν διδάσκαλον, *vox eſt, quæ prædicat Chriſtum magiſtrum*: ait Orig. t. 5. op. f. 81. comm. in Joh. & Theophyl. ad l. c. Joh. ῥαββί αὐτὸν καλοῦσιν, ὅ ἐστι διδάσκαλε. *Rabbi ipſum vocant, quod eſt magiſter*: Et ſic quoque Hieronymus ad Matth. XXIII. 8. *Rabbi Latino ſermone Magiſter dicitur.* Eodem ipſum titulo exornat Nathaneel v. 49. Joh. I. poſtquam intellexiſſet ipſius omniſcientiam: *Cum animadvertiſſet, ea Domino patere, quæ tacitus apud ſe verſabat,* διδάσκαλον μὲν εὐθὺς ἀποκαλεῖ, προθύμως ἤδη τὴν ἐπ' αὐτῷ μαθητείαν εἰσβαίνων, *magiſtrum eum illico nominat, ejusque diſciplinæ alacri mente ſe tradit,* explicante Cyril. ad l. c. Sed nec Nicodemus, Phariſæus licet, & inter Judæos princeps, ipſi hunc titulum invidit, quin ab ipſo peteret informari Joh. III. 2. Id quod etiam obtinuit, dum Chriſtus cum ipſo ἱλαρῶς περὶ θείων καὶ ὑψηλῶν διαλέγεται *late de divinis & ſublimibus rebus diſſeruit*: juxta Theophyl. ad l. c. Talem ipſum & alii Judæorum nuncupaverunt, etſi alio animo, quàm iſte. Nam tentationibus ipſum circumvenire ſatagebant. Matth. XXII. 26. Luc. XX. 21. Et ne quod genus hominum deeſſet, etiam promiſcuus populus ſic eum laudavit, poſtquam miraculosè ab eodem eſſet cibatus. Joh. VI. 25. Maria quoque Magdalena, poſtquam è mortuis reſuſcitatum conſpexiſſet. c. XX. 16. Rabbi ipſum compellavit. Atque hic titulus ita ipſi competit, ut nulli alii, perinde ut ipſi: utpote qui unus & ſolus ſit καθηγητής, qui viam ſalutis præeundo monſtret propria & ſapientia, & efficacia, & auctoritate. Matth. XXIII. 8. *Non prohibet Chriſtus, quenquam vocari magiſtrum, ſed ἐμπαθῶς tanta affectione velle vocari & omnibus modis curare, ut ita vocetur;* τὸ γὰρ διδασκαλικὸν ἀξίωμα μόνῳ πρέπει κυρίως θεῷ *docendi enim dignitas proprie* (Principaliter) *ſolius eſt Dei*: Explicante Theophylacto. Hieronymus ad l. c. diſtinguit inter Magiſtrum *verum*, qualis ſit ſolus Chriſtus, & *abuſive* ſic dictum, quales ſunt Doctores hominum qualescunque.

§. 3. Se-

Digitized by Google

§. 3. *Seminatori* ſemet ipſe comparat Matth. XIII. 3. & explicat v. 37. qui ſemen verbi divini diſpergat hinc inde per agrum mundi inter homines, qui ad regnum Dei evocantur. *Significatur ſeminator iſte, qui ſeminat, eſſe filius Dei, & patris in populis ſeminare ſermonem.* ait Hier. ad Matth. XIII. 3. & ad v. 31. *Homo, qui ſeminat in agro ſuo, â plerisque Salvator intelligitur, qui in animis credentium ſeminet.* Et Theophyl. ad Marc. IV. 3. interrogat: τίς ἐστιν ὁ σπείρων? *quis eſt, qui ſeminat?* reſpondet: αὐτὸς ὁ Χριστός. ὃς ἐξῆλθεν ἐκ τῶν κόλπων τῶν πατρικῶν φιλανθρωπίᾳ καὶ συγκαταβάσει ἀνεκφράστως: *Ipſe Chriſtus eſt, qui exivit ex ſinubus paternis humanitate & condeſcenſione ineffabiliter.* *Paſtor* ille bonus eſt, quem prophetæ prædixerunt Joh. X. 12. habens vocem verbi divini, ex qua ab ovibus ſuis agnoſcatur. v. 16. *Propheta.* Matth. XXI. 11. Cum enim Phariſæi interrogarent: quis ille eſſet Jeſus, quem tanto honore populus proſequeretur? reſpondit populus, eſſe eum prophetam illum illuſtrem, Nazarethanum. *Prophetam, quem & Moſes ſimilem ſui dixerat eſſe venturum; & qui propriè apud Græcos ſcribitur cum τοῦ ἄρθρου μαρτυρίᾳ i. e. cum articuli teſtimonio*: juxta Hieron. ad l. c. Luc. XXIV. 19. cum addidamento dicitur propheta potens opere, i. e. miraculis, & ſermone, i. e. doctrina coram Deo, & populo. Huc refert Cyrillus verba colloquii inter Legatos Judæorum & Johannem Baptiſtam Joh. I. 21. dum Judæi quærunt: Propheta es tu? putantes τὸν ὡς προφήτην διὰ τοῦ νόμου κηρυχθέντα: *eum, qui tanquam Propheta â Lege* (Deut. XVIII. 15.) *declaratus fuerit.* Atque eodem ante ipſum retulerat Origenes comment in Joh. f. m. 101. εἷς τις (προφήτης) ὑπὸ Μωσέως προφητευθεὶς ἐξαιρέτως προσεδοκᾶτο, *unus quiſpiam præcipuè exſpectabatur prophetatus* (prædictus) *à Moſe* Deut. XVIII. 18. obſervatque articulum ὁ, & pronomen ἐκεῖνος, *ille*: quo Excellentiſſimus ille prophetarum deſignetur: confer quæ habet fol. 109. *Lux* Joh. I. 4. nempe primigenia & puriſſima: quæ lucem verbi & cognitionis divinæ diſpenſet inter omnes, ut illuminentur. Luc. II. 32. lux gentium, quæ cæcitate ſpirituali laborant; Lux mundi. Joh. VIII. 12. IX. 5. XII. 35. accenſum â patre cœleſti, æterna luce, per generationem æternam, & accendens ipſum lucem fidei & pietatis inter omnes homines; illuminat enim omnem hominem

Seminator. Paſtor. Propheta. Lux.

Digitized by Google

nem venientem in hunc mundum, & deducit illuminatos per vallem mortis ad ſpectandam, & fruendam æternam lucem. Prolixus eſt in hac luce explicanda, & probanda ad Joh. I. 4. & 9. Cyrillus. Aſſerit & probat Lucem ipſum eſſe increatam, per naturam, & non per gratiam, ſicut homines fideles ſumus; Deinde lucem quoque eſſe, quod homines cœcos & ignorantes illuminet: *Cùm homo inter eas* (res creatas) *animal ſit rationale, mentis & ſcientiæ capax, ac divinæ ſapientiæ particeps, neceſſario nobis vir ille divinus* (Johannes) τοῖς ἐν ἀνθρώποις σοφίας χορηγὸν ὄντα τὸν λόγον ἀποδεικνύει σαφῶς, ἵνα νοῆται διὰ τοῦ πάντα ἐν πᾶσιν ὑπάρχων ὁ Θεὸς &c. *illius quoque Sapientiæ, quæ in homines cadit, largitorem eſſe Filium clarè oſtendit, ut intelligatur, Deus & pater per Filium omnia exiſtere in omnibus, vita quidem in iis, quæ vita indigent, lux item & vita in iis, quæ vita & luce carent.* *Doctor* Marci XII. 14. quo titulo ipſum ex hypocriſi quidem, μετὰ κολακείας *ex adulatione*, ut ait Theophyl. h. l. revera tamen, exornabant inſidiatores Phariſæi, & Herodiani. Nam & vulgo ita appellabatur, ut ipſe innuit Matth. XXVI. 18. Marc. XIV. 14. Luc. XXII. 11.

Doctor.

II. *Exiſtentia.*

§. 4. Exiturum eſſe talem aliquem Prophetam, non inter Judæos modo, ſed etiam inter Samaritanos vulgatum erat. Colligitur hoc ex colloquio primorum Chriſti diſcipulorum Joh. I. 46. ſeq. Et Samaritanæ mulieris cum Chriſto. Noverat enim iſta, quod Meſſias omnia Dei conſilia eſſet enarraturus. c. IV. 25. ὡς δεξιωτέρων μαθημάτων εἰσηγητὴς, *tanquam politiorum doctrinarum introductor*: Explicante locum Cyrillo. Dubio procul obverſabatur animis vaticinium Moſaicum Deut. XVIII. 15. de quodam Propheta poſt Moſen venturo ex Dei populo, quem exaudire deberent. Hoc in Jeſum Nazarenum quadrare, vox patris è cœlo audita intimavit. Matth. XVII. 5. Hunc audite! Invidebant quidem Johannis diſcipuli illum Chriſto honorem, ex intempeſtivo amore, & nimio æſtimio ſui Magiſtri Joannis Baptiſtæ, ſed ipſe hic honorem hunc Chriſto divinitus obtigiſſe ad Jordanem fatebatur; ſicut in genere nemo Doctorum Eccleſiæ, ex ſuo ipſius arbitrio & facultate ſibi ipſe ſumere poteſt vel auctoritatem, vel efficaciam, quam, & quantam, ipſe velit, ſed à Deo iſthæc ſunt exſpectanda,

Digitized by Google

da. Joh. I. 30. ſeqq. III. 26. ſeqq. Nathanael quoque, cum Nazarethanum eum eſſe audiviſſet, nolebat credere, eum eſſe, quem Moſes & cæteri Prophetæ prædixiſſent: ſed Philippus merito regerebat: veni, & vide, εἰδὼς, ὅτι ἐὰν γεύσηται τῶν ῥημάτων τοῦ χριστοῦ οὐκ ἀποστήσεται, *ſciens, quod, ſi guſtaret verba Chriſti, non eſſet diſceſſurus*, explicante Theophyl. ad Joh. I. 45. Obſerva locum contra Pontificios, qui volunt prius aliquem habendum eſſe pro Doctore infallibili, quam fides ipſi adhibeatur.

§. 5. Altius hæc, & accuratius expendenda ſunt: Nam potiſſimus ſalutis noſtræ cardo in eo vertitur, ut ſciamus, Jeſum noſtrum eſſe illum in prophetis promiſſum, & divinitus auctoratum Prophetam. Prædictum erat Deut. XVIII. 16. â Moſe, quod aliquando Deus ex fratribus Judæis ſuſcitaturus eſſet Prophetam, ſicut ipſe fuiſſet; Ad quem locum Chriſtus Joh. V. 37. provocat. Judæi ipſi oppoſuerant vocem Dei in Sinai auditam i.e. legem, cum ipſe regeret: atqui Deus tum alium vobis Prophetam promiſit, qui vobiſcum loquatur: quandoquidem majores veſtri vocem iſtam legis ſuſtinere non potuerint. Ex profeſſo de iſto vaticinio diſſerit Cyrillus lib. III. in Joh. c. III. f. m. 265. ſeqq. Facit autem Moſen mediatorem inter Deum & homines διακονοῦντα τῇ συναγωγῇ τὰ θεόθεν τεθεσπισμένα, *quatenus miniſtrabat Synagogæ ea, quæ divinitus ſancita erant*, & ea ratione typum majoris Prophetæ, Meſſiæ: *Hic typum rurſus ad veritatem transferes, & mediatorem Dei & hominum Chriſtum per hac intelliges*, διακονοῦντα τοῖς εὐμαθεστέροις διὰ φωνῆς ἀνθρωπίνης, *miniſtrantem docilibus humana voce, quando propter nos ex muliere natus eſt, Dei ac Patris voluntatem ineffabilem, ipſi certè uni cognita, in quantum & filius ex ipſo, & ſapientia intelligitur, cuncta cognoſcens, etiam profunda Dei.* Hunc Prophetam eſſe Jeſum Nazarenum Joannes Baptiſta intimavit quidem, exerto veluti digito Joh. III. 26. Deus tamen ipſe, cujus teſtimonium omni exceptione majus eſt, illuſtribus argumentis idem demonſtravit. Poſtquam baptizatus Jeſus ex Jordane reſurrexiſſet, ſciſſum eſt ſuper ipſo cœlum, & radio emicante deſcendit, manſitque ſuper ipſo, Spiritus Sanctus, oleum, quo Propheta iſte ungeretur, & â Patre ſuo publicus Eccleſiæ Doctor inaugurararetur. Matth. III. 16. 17.

III. Cauſſæ: vel cognitionis. Deut. 18. 16.

Agnovit idem populus Matth. XXI. 11. explicante Chryſoſt. ad l. c. *Audiverunt enim illam Prophetiam* Deut. XVIII. 15. *Propterea non Prophetam indefinite Jeſum vocant, ſed cum determinatione, articuli, ὁ προφήτης, prophetam illum, videlicet promiſſum exſpectatumq;.* Sic unctus veniebat Spiritu impellente in ſcholas Galilææ Luc. IV. 14. ſeqq. & officii ſui rationem ex prophetarum oraculis demonſtrabat. Præſertim autem in ſchola Nazarethana, quam intraverat. Poſtquam evolviſſet librum Jeſaiæ prophetæ, incidit
Joh. 61. 1. in locum c. LXI. 1. ubi Meſſiæ verba recitantur: Spiritus Domini ſuper me, cujus gratia me unxit: & ſeqq. quo vaticinio prælecto, complicatoque libro, & miniſtro tradito, cœpit diſſerere de iſto textu, & dicere: *Hodie impleta eſt ſcriptura hæc in auribus veſtris*: innuens, ſeſe eſſe illum divinitus unctum, & â Propheta Jeſaia prædictum prophetam. Unctus autem eſt Spiritu iſto non ad menſuram, ut vulgares homines, ſed immenſo modo, quod ex Pſal. XLV. 8. deducit ipſe Chriſtus Joh. III. 34. Alia phraſi iſta unctio dicitur poſitio ſpiritus ſuper ipſo, quam
Jeſ. 42. 1. prædixit Jeſaias cap. XLII. 1. expletam in Chriſto, allegante Matthæo XII. 18. In quæ verba notanda eſt explicatio Chryſoſtomi, cum ſcribit: *Res Chriſti plane omnes prædixerant atque promulgaverant Prophetæ, ut eo veniente nulla eſſet excuſatio credendi in ipſum. Ideo Chriſtus, ὡς πεπωρωμένων αὐτῶν καὶ ἀναισθήτων, tanquam quod excæcati ipſi & inſenſati eſſent, prophetiam profert, ſibi teſtimonium perhibentem.* Caten. Poſſin. ad l. c. Erant quondam ἑτερόδοξοί τινες, uti appellat Origenes, qui dicerent, *opus non eſſe teſtibus, Prophetis, Filio Dei, ut qui fidem ſibi conciliaret, tum ex ſalutaribus ſermonibus, quos denunciabat, potentia plenis, tum ex prodigioſis, & admirandis operibus, quæ vel quemlibet ex ſe perterrere poterant*; ſed ℞. Origenes comm. ad Joh. I. tom. 5. opp. f. m. 80. unius poſitionem, non eſſe alterius remotionem; *quod multæ cauſſæ eſſe poſſint, quæ ad credendum invitent*; nempe alios moveri miraculis, alios demonſtrationibus, alios vaticiniis: *Quin hoc quoque conſiderandum eſt, quod prodigioſa & adadmiranda potentia, eos quidem, qui Domini ætate extitiſſent, invitare poterant ad credendum, at non ſervaſſent poſt multa tempora evidentem demonſtrationem, quinimo fabularum etiam loco habitæ fuiſſent: Plus enim potentiis iſtis & miraculis illius temporis potuit ad perſuadendum prophetia,*

quæ

quæ nunc cum potentiis ipſis & miraculis expenduntur, & comparatur, confirmans prophetiæ indagatores, ut fidem habeant illis potentiis prodigioſis & admirandis.

§. 6. Apparet ex dictis, quod in officio Chriſti pro- vel
phetico & Pater, & Spiritus Sanctus operoſi fuerint. *A patre* Rei, ut ſunt efficiens; Pater ex
per æternam generationem accepit ſecundum divinam naturam ut eſſentiam, ita etiam ſapientiam & ſcientiam omnium myſteriorum divinorum, quod cum ignorarent Nazareni, (Nam Matth. XIII. 54. quærebant: unde huic ſapientia hæc, & virtutes?) *Mira ſtultitia mirabantur, unde haberet ſapientiam ſapientia, & virtutes virtus; ſed error in promptu eſt; quod fabri filium ſuſpicantur*: verba ſunt Hieron. ad l. c. Secundum humanam vero naturam in tempore omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ divinæ ſortitus eſt. *Theſaurus iſte* Matth. XIII. 44. *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, Deus verbum eſt, qui in carne Chriſti videtur abſconditus,* ait Hier. ad l. c. Differit hac de re
cum Nicodemo Chriſtus Joh. III. 11. & inter alia aſſerit magna obteſtatione: ſeſe loqui, quod noſſet, & teſtari, quæ vi- Joh. III. 11.
diſſet, nempe v. 12. ſupracœleſtia. *Neque enim corporalem viſio-* 12.
nem ſignificat, cum dicit: vidimus; ἀλλὰ γνῶσιν ἀκριβεστάτην, ſed cognitionem accuratiſſimam: juxta Theophyl. ad l. c. ad quorum notitiam non penetrare poſſit, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis, qui in cœlo eſt. v. 13. *theſaurarius ſapientiæ divinæ, & principium* 13.
revelationum divinarum. Theophylactus ſenſum ita reddit: *Quia Magiſtrum Dominum & Prophetam nominabat Nicodemus: ne putes me,* inquit Chriſtus, *quaſi prophetam, qui de terra eſt, à Deo miſſum Doctorem, ſed è ſupernis me ſcias deſcendiſſe ut filium, non è terra eſſe.* Joh.
VII. 28 Chriſtus adverſus Judæos rudes horum diſputat de VII. 28.
ſua perſona & officio, quod non ſit merus homo, ut ipſi quidem putabant, ſed filius Dei, genitus ab æterno; neque à ſeipſo veniſſet, ut αὐτόκλητοι ſolent, ſed à patre miſſum, ad explendas promiſſiones patribus factas, eoque verace, quique ſalutari notitia non poſſit cognoſci, niſi à filio, & cui Filius voluerit revelare: *Non veni à meipſo, neque proprio motu miſſus, ſicut vos, ſed de cœlo veni. Verax eſt, qui me miſit, non ut ille veſter amans falſi, nimirum diabolus, cujus ſpiritu afflati etiam falſa prophetare audetis.* Ita

 Cyril.

Luc.10.22. Cyril. verba Chriſti reddit ad l. c. Repetit hic Luc. X. 22. docens, omnia ſibi, adeoque & cognitionem omnium, eſſe tradita â Patre, ut nemo ſciat Filium intime, niſi pater, qui eundem genuerit, & miſerit; nemo etiam Patrem, niſi Filius, qui, utpote in ipſius ſinu exiſtens, conſcius ſit arbiter omnium ſecretorum, cumque filio ille, cui propheta hic voluerit revelare: *Ne quis dubitet, & cujus gratia tibi tradita ſunt omnia, & non alteri fortaſſis Angelo, vel Archangelo: dicit, quod propterea mihi tradidit,* διότι ὁμοφυὴς αὐτῷ εἰμι ϗ ὁμοούσιος *eo quod ejusdem naturæ & ſubſtantiæ ſum cum eo: & ſicut illum nullus ſcit, ita neque me, niſi pater ſolus, & ita merito mihi tradidit omnia, ut ejusdem naturæ ſecum, omnemque cognitionem tranſcendenti, ſicut etiam ipſe ſupra omnem cognitionis vim eſt.* Theophyl.

Joh.7.16. ſeqq. ad l. c. Sed revertimur ad Johannem Evangeliſtam, qui omnium prolixiſſimè iſtas Chriſti diſputationes pro officii ſui divinitate & auctoritate annotavit. Aſcenderat Chriſtus ad feſtum Scenopegiorum, cum in templo ſacram ſcripturam ex Hebræis fontibus explicaret. Mirabantur auditores Judæi, καὶ λόγῳ καὶ γνώσει διαπρέποντα ξένως, *cum viderent inaudita eum ſcientia & dicendi vi præditum*: Cyril. ad l. c. Unde ipſi, qui literas non didiciſſet, fabro, tantum eſſet ſcientiæ? Malevoli quidam murmurabant quidem, magum eum eſſe, adeoque ex diabolo tantum eruditionis habere; Cæterum meliores ſuſpicabantur facile, eum ex Deo eſſe; id quod Chriſtus mox confirmavit. Dixit enim, ſuam ſeſe doctrinam non in ſcholis humanis didiciſſe, ſed divinitus â Patre accepiſſe, juxta Deut. XVIII. 18. *Seipſum æqualem eſſe Deo ac Patri, oſtendit, qui nihil plane didicit, ſed omnium cognitionem habet ex natura ſua, & ab alio non edoctus, propterea, quod omnem intellectum excedit, & ſcientiam creaturarum ſuperat*, Cyril. Divinam autem alicujus doctrinam eſſe, ex tribus κριτηρίοις docet, ἐνεργεστάτην ϗ σαφήνειαν ἐπάγει τὴν λύσιν, *Clariſſimam & manifeſtiſſimam rationem ſubjungit*, juxta Cyril. (1) ut ſit miſſus â Deo vel immediatè, probantibus id miraculis; vel mediatè, teſtibus hominibus. (2) ut non loquatur ex ſemetipſo, ſed ex Deo, vel immediatè, teſte Spiritu Sancto; vel mediatè, conteſtante Dei verbo. (3) ut quærat Dei, non ſuam gloriam, aut gratiam coram hominibus.

8. 28. ſeqq. Joh. VII. 16. ſeqq. Sequenti cap. VIII. 28. eadem materia ventila-

ilatur inter Chriſtum, & Chriſti calumniatores, Empæctásque: Traducebant Judæi Chriſtum, tanquam privata auctoritate aceret, quæ agebat. Hoc vero ipſe ſtrenuè negabat, quandoquidem, quæ à Patre accepiſſet, doceret, qui etiam miraculis & gratiis docenti cooperaretur, & aſſiſteret filio obſequio: ſua ſeſe verba, ab iſtis adeo contemptim habita, accepiſſe à Patre, apud quem per ὁμονοίαν perpetuo eſſet, ſecretorum omnium conſcius, & cujus ſenſa, quantum ex ipſis ad ſalutem neceſſarium, hominibus fideliter referret: perinde, ut olim Danieli; Quod pateret ex colloquio inter Dei filium, divinorum conſcium interpretem, & Gabrielem Angelum. Dan. VIII. 13. 16. Hæc Chriſtus. Cum vero animadverteret, Judæos excepturos eſſe, crederemus tibi, ſi quidem certi eſſemus, te non mentiri, cum dicis, ex Deo Te, tuamque doctrinam, eſſe; ideo præoccupat v. 46. provocando ad ipſorum conſcientiam: Nam quis ipſorum ſit, qui vel mendacii, vel ullius alius peccati reum ipſum agere poſſit? probet id argumentis ſolidis! Cum vero neque in vita, neque in doctrina haberent, quod juſtè criminarentur, manere hactenus, quod vera diceret, ipſi vero malefacerent, fidem dictis ipſius derogando: Quotquot ex Deo patre geniti ſunt, verbum Dei, utpote obſequentes filios, audire; quod cum ipſi facere detrectarent, apparere, quod ex Deo non ſint. Regerebant illi: ideo ſeſe non credere ipſius ſive doctrinæ, ſive miraculis, quod eſſet apoſtata Samaritanus, & magus: v. 48. At Chriſtus hanc blaſphemam calumniam mox retundebat honore divino, quem Patri ſuo exhiberet, & quæreret in concionibus ſuis, ſecus ac ipſi, qui eidem derogarent, calumniantes Filium, in quo pater colendus: idque ſe dicere, non ex aliqua ambitione; Patrem enim ipſum Filii honorem quærere, ut opus non ſit ab hominibus eum exſpectari: ſed ſalutis ipſorum gratia v. 49. 50. Confirmabat dicta v. 51. ex vita æterna, quam habituri eſſent omnes, qui ſuam ipſius doctrinam vera fide amplecterentur; quî igitur unquam fieri poſſit, ut ex diabolo homicida ſit iſta ſua doctrina? quæ non ſolum non poſtponenda, ſed ne quidem conferenda ſit ulli alii do-

ctrinæ, ſi vel Moſaica legalis foret, quippe quod nec hæc vitam iſtam æternam dare poſſit?

§. 7. Quanquam Chriſtus juxta præmiſſa ſatis ſuam probaverat divinitatem quoad officium, ſubinde tamen à contu-
Joh. 12, 47. ſeqq. maciſſimis Judæis, ut idem repeteret, cogebatur. Joh. XII. 47. 48. 49. 50. erant inter auditores, qui, ſpreta ipſius conditione deterriti, nolebant in ipſum credere. v. 57. quorum judicium poſtmodum exponit, docens, quod iſtos ſuos incredulos auditores condemnaturus ſit non ipſe, eosque ex aliqua privata vindicta; neque enim ideo ſe præcipuè in mundum veniſſe, ut propter incredulitatem ſuam mundum condemnaret: qui potius venerit tanquam lux, per quam illuminatus iſte ſalvaretur: Eſſe tamen, quod contemptores tales Meſſiæ & verbi condemnaturum ſit, verbum, quod ipſe prædicaſſet; hujus ſpreti & rejecti gratia condemnatum ipſos iri, nempe propter incredulitatem ſuammet. Neque enim iſtud verbum eſſe meri hominis verbum, ex ſuo ipſius cerebro natum, ut ipſi putabant; ſed eſſe ſibi à patre, qui ipſum prophetam miſerit, mandatum, quid & ageret, & loqueretur; & ſcire ſeſe, ſuum ipſius præceptum eſſe cauſſam vitæ æternæ; adeoque loqui ſeſe omnia ſua juxta quod à Patre accepiſſet: *Jeſus Chriſtus ſuperbum Judæorum populum increpat, ut qui ipſi Deo ac Patri repugnet, & per quæ mandatum ait accepiſſe ab eo, & â ſeipſo non loqui,* ἑαυτὸν ὄντα τὸν προφήτην, ἐπιδείκνυσι σαφῶς, τὸν διὰ νόμου προβοώμενον, καὶ διὰ τῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς φωνῆς ἐκ πολλῶν ἄνωθεν χρόνων προκεκηρυγμένον: *per hæc eadem ſeipſum Prophetam eſſe declarat, qui â lege prædictus ſit, & per Dei ac Patris vocem multis retro temporibus prænunciatus ſit.* Cyril. ad l. c.

§. 8. Erat interdum, cum Chriſtus nollet auctoritatem
Matth. 21, 23. 27. Marc. 11, 27. 33. Luc. 20, 18. & Divinitatem officii ſui directe probare. Matth. XXI. 23. 27. Marc. XI. 27. 33. Luc. XX. 18. redit controverſia de eadem materia inter Chriſtum, & Deputatos quosdam magni Synedrii, principes ſacerdotum, ſcribas, & ſeniores populi: Interrogabant enim Chriſtum: unde docendi auctoritatem accepiſſet? Animadvertebat Jeſus, non diſcendi, ſed calumniandi gratia hæc interrogari, Hieron. ad Matth. XXI. 23. putat, ipſos indi-

Digitized by Google

indigitaſſe, quaſi dæmonum ope talia faceret; quarè non directè, ſed indirectè reſpondet, quæſtionem proponendo de baptiſmo Joannis, unde fuerit? è cælo, an ex hominibus? quam ſi ſolviſſent, & ſe dicturum eſſe, qua auctoritate ſuum officium faceret? *Hoc eſt, quod vulgo dicitur: malo arboris nodo malus clavus, aut cuneus, infigendus eſt. Poterat Dominus aperta reſponſione tentatorum calumniam confutare, ſed prudenter interrogat, ut ſuo ipſi vel ſilentio, vel ſententia condemnentur.* Hier. ad Matth. XXI. Sentiebant Deputati, quam periculoſum eſſet ad alterutrum quæſiti membrum reſpondere: Si enim dicerent, ex hominibus eſſe; metuenda erat offenſa populi, qui Joannem miraretur; Sin, quod res erat, faterentur, è cœlo id officii eſſe, illaturum Jeſum: cur igitur non creditis, Joanni, qui diſerta voce, & exſerto digito me, tanquam Meſſiam, divinitus auctoratum, oſtendit. Tacebant igitur, dicentes, ſe neſcire, unde fuerit: ſubintulit igitur Jeſus: quare nec ego vobis (inſidiatoribus & calumniatoribus) dictito, qua faciam auctoritate, quod facio: *Illi in eo, quod neſcire ſe reſponderant, mentiti ſunt; conſequens ergo erat juxta reſponſionem eorundem quoque dicere: nec ego ſcio; ſed mentiri veritas non poteſt, & ait: nec ego dico vobis. Ex quo oſtendit, & illos ſcire, ſed reſpondere nolle; & ſe noſſe, & ideo non dicere; quia illi, quod ſciunt, taceant.* Hier. l. c.

§. 9. Extra talem caſum promptus erat in officio ſuo & auctoritate comprobanda. Nam in familiari colloquio cum diſcipulis ſuis Joh. XIV. 24. eadem de re ſermones miſcet. **Joh. 14, 24.** Exaggerans enim defectum illuminationis ſpiritualis, & dilectionis, & agnitionis, verbum ſuum, quod negligebant, urget. Hoc enim eſſe verbum non meri hominis, ut repudiari poſſit, ſed Dei; A ſuo enim Patre id ſe accepiſſe, quippe qui ipſum Prophetam conſtituiſſet: *Qui per me tunc illa* (præcepta legis) *veteribus locutus eſt, eadem & ad vos nunc loquutur;* λόγος γὰρ εἰμι ζῶν τῆς τοῦ πατρὸς καὶ Θεοῦ ἀῤῥήτου θελήσεως ἑρμηνευτικὸς, διὸ καὶ κέκλημαι μεγάλης βουλῆς ἄγγελος: *Sermo enim ſum vivus, qui Dei & patris inenarrabilem voluntatem explicat, ideo etiam dicor magni conſilii Angelus ſeu nuncius.* Ita Chriſti verba reddit Cyril. l. c. Cap. XV. 15. dicit, ſeſe diſcipulis **15, 15.** omnia, à patre ſuo audita, myſteria fidei, & morum, τὰν τῶν θείων μυστη-

μυστηρίων γνῶσιν, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς βουλὴν, Cyril. tanquam amicis ſecretioris admiſſionis, *τοῖς πιστεύουσι καὶ ὑπακούουσι τῷ χριστῷ*, *Credentibus & obedientibus Chriſto*, revelaſſe, v. 21. ſeſe à Patre ſuo eſſe miſſum, ut hunc oderit, qui ſeſe oderit. v. 23. 24.

c. 17. 6. XVII. 6. ait, Patris ſeſe nomen, i. e. mandata, promiſſa, voluntatem, veritatem, juſtitiam, miſericordiam hominibus revelaſſe; eaque diſcipulos cuſtodiviſſe. v. 7. addit, hos ſcire, quod Patris ſint omnia, quæ ab ipſo accepiſſet. v. 8. & patris ſe verbum ipſis revelaſſe, & hoc diſcipulos recepiſſe, & agnoviſſe vera fide, quod exiviſſet ipſe à Patre, & credidiſſe, quod Pater miſiſſet ipſum. Egregie hæc explicat Cyrillus lib. XI. in Joh. & docet, quomodo patris nomen filius celebraret, nempe *διὰ τῶν ὑπὲρ λόγον κατορθωμάτων*, *per opera, quæ ineffabilia*; Et per verba, in quibus naturam ipſius revelarit: *Manifeſtavit nomen Patris Filius, non ſolum certiores nos faciendo, & exactam doctrinam dando de ejus divinitate (iſtud enim etiam ante adventum per ſcripturam divinitus inſpiratam prædicabatur) ſed præterquam, quod eſt verè Deus, patrem quoque verè eſſe, ac dici, habentem in ſeipſo, & ex ſeipſo ſuum filium, ſuæ naturæ coæternum.* Adde ſeqq.

§. 10. Ex præmiſſis apparet, quod ſupra ſtatuimus, Chriſtum à Patre ſuo officium Propheticum, auctoritatem, ſapientiam, verbum ipſum accepiſſe, id quod ipſe non modo diſerte aſſeruit, ſed etiam contra acerrimos hoſtes invictis argumentis probavit, & miraculis confirmavit.

§. 11. Item referebat etiam ad *Spiritum Sanctum*. Nam hic non modo erat unguentum, quo ſecundum humanam ſuam naturam repletus eſt omni divina ſapientia, ſed etiam auctoratus ad obeundum officium propheticum, & impulſus ad exercendum. Apparuit ad Jordanem, cum in ſpecie columbæ ſuper ipſius capite conſideret. Matth. III. 16. cum deinde ab eodem in Galilæam impelleretur, ubi locorum docuit per Synagogas Nazarethæ præſertim, ubi in ſchola Jeſaiæ vaticinium c. XLI. 1. ad ſeſe applicuit. Luc. IV. 14. ſeqq. Cum enim in Synagoga iſta ſurrexiſſet lecturus, porrigebatur ipſi volumen Jeſaiæ prophetæ, quod cum evolveret, offerebat ſe ipſi locus allegatus, ubi Meſſias dicit: Spiritus Domini eſt ſuper me, ideo me

Digitized by Google

me unxit, & miſit Evangelii annunciandi, contritorum cordium ſanandorum gratia, concionandi captivis gratiam, ut ſint liberi; & ſeqq. quibus lectis, & libro clauſo, miniſtroque porrecto, dicebat, hodie impleta eſt ſcriptura hæc. Explicat verba iſta Theophyl. comm. ad Luc. I. 1. *ſpiritus Domini unxit me,* τουτέστιν ἀφιέρωσέ με, καθέστησέ με εἰς τὸ εὐαγγελίσασθαι τοῖς πτωχοῖς: h. e. *conſecravit me, conſtituit me, ut Evangelizarem pauperibus h. e. gentibus, quæ neque legem, neque Prophetas habebant, & revera valde pauperes erant.*

§. 12. In hoc officio conſtitutus ſermone & opere, i. e. doctrina, factis, & miraculis excellebat, Luc. XXIV. 19. Theophylactus ita explicat: *Primum opus, & deinde ſermo. Nullus enim ſermo Doctoris firmus eſt, niſi prius docens ſe factorem declaret. Potens igitur eſto primum in opere, deinde & verbi ſolicitudinem habeto, ſic & Deus cooperabitur tibi. Prius enim opus, & deinde illuſtratio ac contemplatio,* ad l. c. Luc. Hactenus bene, quod voluit vitam cum doctrina conjungi. I. *Doctrina* eſt: quam ὁδὸν τὴν διὰ χριστοῦ *viam per Chriſtum* ſtratam vocat *Materialis ut eſt Doctrina cujus principium.*
Cyrillus ad Joh. I. 22. cujus (1) *principium* erat verbum Dei in ſcripturis V. T. contentum: Mature hoc fecit. Nam annos XII. natus, adeoque puer adhuc, jam contulit in auditorio publico cum Doctoribus ex Prophetis, proponendo arduas quæſtiones de perſona & officio Meſſiæ Luc. II. 46. In ſchola Nazarethana in manus ſumpſit volumen Jeſaiæ prophetæ, cujus aliquam legit pericopen, & explicuit. Evolvantur conciones habitæ, & conferantur cum prophetarum verbis, apparebit extra Moſen & Prophetas nihil ipſum docuiſſe. Luc. IV. 46. Si Moſi crederetis, crederetis & mihi, ait Joh. V. 46. Cum Phariſæi acclamationes turbæ ſugillarent Matth. XXI. 16. Chriſtus provocat ad Pſal. VIII. 3. *Ut tacente Domino ſcripturarum teſtimonium puerorum dicta firmaret.* Unde locum habere non poteſt explicatio Hieronymi ad Matth. VII. 29. quaſi Phariſæi docuiſſent ea, quæ in Moſe & Prophetis continerentur, Chriſtus autem præterea quædam addidiſſet: *Illi enim,* ait, *ea docebant populos, quæ ſcripta ſunt in Moſe & Prophetis. Jeſus vero, quaſi Deus & Dominus ipſius Moyſi, pro libertate voluntatis ſuæ vel ea, quæ minus videbantur, addebat in lege: vel commutans prædicabat in populos, ut ſupra quoque legimus: dictum eſt antiquis: Ego autem dico vobis.* Nihil enim Dominus docuit

cuit extra Moſen & Prophetas. Theophylactus igitur de ipſo intelligit verba apud Matth. XIII. 52. tanquam qui *paterfamilias* ille ſit. *In ipſo enim theſauri ſunt ſapientiæ, qui nova docens, ex veteri ſubjungebat teſtimonia. Exempli gratia, dixerat: Pro otioſo ſermone rationem reddes; Hoc enim novum deinde addidit teſtimonium: ex ſermonibus enim tuis juſtificaberis* &c. Prov. XVIII. In verbo Dei non ſemper urſit ῥητὸν, ſed & διάνοιαν. Matth. XXII. 31. reſurrectionem mortuorum probat ex dicti Exod. III. 6. διανοίᾳ. Ubi Moſes dicit, Deum eſſe Deum Abrahami &c. Hinc infert Chriſtus, eos poſt mortem ſupereſſe; *Neque enim poterat fieri, ut eorum eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterent: conſequenter introduceretur & corporum reſurrectio, quæ cum animabus bona malave geſſerunt.* Hier. ad l. c.

Materia. (2) *Materia* erat lex & Evangelium. Remotius eſt, quod Origenes ſentit de verbis Chriſti ad diſcipulos Joannis: venite & videte, Joh. I, 39. *tanquam* voce: *venite, invitaſſet eos ad eam philoſophiæ partem, quæ in rerum actione verſatur; per vocem vero, videte, contemplationem præclarè facta ſequentem.* Quare ad certiora nos

Lex. convertimus: Ea ſunt Lex & Evangelium. Et *lex* quidem non ut novam ferret, ſed ut latam explicaret, vindicaret, applicaret, ubi decebat. Matth. V. 17. diſerte teſtatur, ſe veniſſe, non ut legem tolleret & aboleret, ſed ut impleret: Utque complementum hoc accuratius intelligeretur, explicationem & repurgationem legis mox aggreditur. Cum enim Phariſæi hactenus ſuis Pſeudhermeniis ipſam obſcuraſſent, & corrupiſſent, ipſe genuinum legi ſenſum reſtituit, & quam obedientiam Deus requireret, oſtendit. Chryſoſtomus à Corderio in Catena citatus ait, Chriſtum impleviſſe legem triplici modo, ἑνὶ μὲν τῷ μηδὲν παραβῆναι τῶν νομικῶν, uno quidem, nihil eorum, quæ legis erant, transgrediendo; ἑτέρῳ δὲ, τῷ καὶ δι' ἡμῶν τοῦτο ποιῆσαι, *altero vero, per nos quoque id ipſum faciendo*, nempe per fidem Rom. X. 4. Tertio, futura legislatione, addendo & complendo per ſuam interpretationem. De Sabbatho ſæpius diſſeruit, cujus apud Judæos perverſa & ſuperſtitioſa erat obſervantia, vide Matth. XII. 9. ſeq. Marc. III. 1. ſeqq. Luc. VI. 6. ſed de hoc

& inferius ex profeſſo agemus. Primaria tamen materia erat *Evange-*

vangelium *lium*, quod patet ex ſcopo officii, qui erat homines ſalvare, non

con-

condemnare. Joh. XII. 47. Hujus gratia unctus erat Spiritu Sancto, Jeſ. LXI. 1. Luc. IV. 14. Nam unctus eſt, ut miſeris Evangelium annunciaret. Hinc gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſſe dicitur Joh. I. 17. Et doctrina, cui immorabatur, erat Evangelium, ſubinde repetitum. Joh. III. 31. 34. Matth. IV. 23. Marc. I. 39. Luc. IV. 44. Et in eo Pater, cujus nobis benevolam voluntatem ediſſerebat. Matth. XI. 27. Obſervat Theoph. ad Marc. III. vocem: *ſuum* ſcil. ſemen; ut iſte doceat, *Evangelium* ſuum ipſum prædicaſſe; Verba ſunt: *Quale autem ſemen? Nunquid Moſis? nunquid Prophetarum? Non, ſed ſuum, h. e. ut Evangelium ſuum prædicet.* Quædam hujus materiæ erant præterita, quædam præſentia, quædam *futura*. Matth. XXIV. 1. Futura.
Marc. XIII. 1. Luc. XXI. 5. diſcipulus aliquis, & poſt ipſum aliquot alii ipſum adeunt, oſtenſuri magnificentiam templi, non deſituri; ſed ipſe prædicit ruinam tantam, ut ne lapis quidem tandem ſuper lapide manſurus ſit, ipſis fundamentis evertendis; id quod factum ſub Juliano Apoſtata. Signa quoque in monte oliveti ſedens addidit Matth. XXIII. 3. Marc. XIII. 3. Luc. XXI. 7. cum templi deſtruendi, tum ſui ipſius adventus glorioſi, & conſummationis ſeculi; Ita ut ſignorum iſtorum alia concernant imminentem urbis, & templi Hieroſolymitani deſtructionem, alia Chriſti adventum, & mundi conſummationem; Iſta erant vel remota, vel propinqua; Remotiora concernebant vel Judæos in univerſum, ut Pſeudo Chriſtorum verſutia, & copia; fames, bellum: vel diſcipulos in ſpecie, quos manſuræ erant variæ perſecutiones; propinquius vero ſignum erat abominatio deſolationis in monte oliveti, in quo caſtra metaturi erant Ethnici Romani. Sed de hoc inferius in χριστολογία. Utrumque verbum, imprimis autem verbum Evangelii, ſpretum eſt in oculis mundi, ſimile grano ſynapis. Math. XIII. 31. *Prædicatio Evangelii minima eſt omnibus diſciplinis. Ad primam quippe doctrinam fidem non habet veritatis, hominem Deum, mortuum, & ſcandalum crucis prædicans. Confer hujusmodi doctrinam dogmatibus philoſophorum, & libris eorum, & ſplendori eloquentiæ, & compoſitioni ſermonum, & videbis, quanto minor ſit cæteris ſeminibus ſementis Evangelii.* Hier. ad l. c.

Forma. §. 13. (3) *Forma docendi:* Erat ſimplex, plana, jucunda (utpote parabolis, adagiis, ænigmatibus condita) nervoſa, accurata, & omnibus accommodata. Sic prædictum erat Pſal. LXXVIII. 2. ab Aſapho, beneficia & opera divina Judæis in memoriam revocante; Idque impletum legitur cum alibi, tum Matth. XIII. 35. ubi locorum ſapientiſſimus Doctor profundiſſima myſteria ſub figura obviarum rerum declarabat. Erat menſis Junius, & coloni in conſpectu, cum Chriſtus ſumpta inde dicendi materia de ſemine verbi divini in diverſos agros diſperſi diſſereret, ut à populo audiri, i. e. intelligi poſſet. In genere quoque Elenchtico ea loquendi forma uſus eſt. Matth. XXI. 28. ſeq. Marc. XII. 1. dum Judæis ſuam incredulitatem inexcuſabilem ſub parabolis duorum unius parentis filiorum, item vinitorum perfidorum explicavit. Si quæ erant abſtruſiora, ea dilucidius iis, qui petebant, explicabat. Marc. IV. 33. 34. Vulgatus is mos erat Orientalium: *Familiare eſt Syris, & maximè Palæſtinis, ad omnem ſermonem ſuum parabolas jungere, ut quod per ſimplex præceptum teneri ab auditoribus non poteſt, per ſimilitudinem exemplorum teneatur*, juxta Hieronym. in cap. XVIII. 23. Matth. Isque hodie adhuc mos eſſe fertur à Cornelio à Lap. Chronot. geſt. Chriſti comm. in IV. Evang. f. 13. §. vigeſimus quartus: *Etiamnum Romæ audimus Maronitas, qui Syri ſunt, & incolæ montis Libani, ea quæ dicunt illico allatis ſimilitudinibus & parabolis venuſtare.* Non male Cyrillus comm. in Joh. II. 29. *Figuræ rerum intellectualium ſunt ea, quæ manu palpantur*, καὶ σωματικῶν παραδειγμάτων παχύτης ἀκριβεστάτην ὑποφέρει πολλάκις τῶν πνευματικῶν τὴν ἀπόδειξιν: *& corporalium exemplorum craſſitie accuratiſſime ſæpe res ſpirituales demonſtrantur.* Utplurimum autem parabolarum vim & ſenſum ſub finem apophthegmate complectebatur: *Omnes parabolas brevi ſententia comprehendit, quod eſt in opere vineæ, & in ædificatione domus, & in convivio nuptiali non initia, ſed finis quæratur.* Hier. ad Matth. XXII. 14. Juſtini Martyris judicio Apol. II. 47. βραχεῖς καὶ σύντομοι παρ᾽ αὐτοῦ λόγοι γεγόνασιν. οὐ γὰρ σοφιστὴς ὑπῆρχεν, ἀλλὰ δύναμις θεοῦ ὁ λόγος αὐτοῦ ἦν: i. e. *Breves & compendioſi fuere ſermones ejus. Non enim Sophiſta & cavillator exſtitit, ſed virtus Dei, & verbum ipſius.* Gregorius Naz. fol. 38. poeticis carminibus incluſit Chriſti παραβολὰς,

βολὰς καὶ αἰνίγματα, ſimilitudines & ænigmata genere Elegiaco, jambico, & Heroico. Rationem quoque habuit Chriſtus objectorum, quibuscum ipſi res erat; Erant alii docendi, alii refutandi, alii admonendi, alii corrigendi, alii ſolatiis erigendi, omnibus & ſingulis præſtitit, quæ è re ipſorum erant; *Turba non unius ſententiæ eſt, ſed diverſarum in ſingulis voluntatum. Unde loquitur ad eam in multis parabolis, ut juxta varias voluntates diverſas reciperent diſciplinas. Et notandum, quod non omnia locutus ſit eis in parabolis, ſed multa. Si enim dixiſſet omnia in parabolis, absque emolumento populi receſſiſſent. Perſpicua miſcet obſcuris, ut per ea, quæ intelligunt, provocentur ad eorum noticiam, quæ non intelligunt*, verba ſunt Hieron. ad Matth. XIII. 3. Qui ſalutare hoc monitum ibidem locorum ſubjungit: *Cavendum eſt, ubicunque Dominus exponit ſermones ſuos, vel rogatus â diſcipulis intrinſecus diſſerit, ne vel aliud nec plus quid velimus intelligere, quam ab eo expoſitum eſt.* Et ad v. 73. *nunquam parabolæ & dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad auctoritatem dogmatum proficere.* Confer quæ Sect. III. §. 14. inferius dicuntur.

§. 14. (4) *Objectum*, quod ſua doctrina reſpiciebat, erant juxta antecedentem Dei voluntatem *omnes homines*, Matth. XI. 27. 28. Filius non revelat Dei voluntatem paternam, niſi cui ex beneplacito divino vult; vult autem omnibus; Dicit enim: venite ad me omnes, *πάντας δὲ καλεῖ, καὶ οὐ μόνους τοὺς ἐξ Ἰσραήλ, omnes vocat, & non ſolos Iſraelitas*, ait Cyril. apud Corder. in Caten. ad l. c. Matth. Quare nec ſummi *peccatores* erant excluſi. Id quod illuſtri exemplo mox comprobavit. Cum enim finita iſta concione Simon Phariſæus Chriſtum ad cœnam invitaſſet, oſtenſurus, ſe non eſſe inter adverſarios Chriſti; & famoſa quædam peccatrix, præ humilitate & pudore, utpote ſcelerum maximorum ſibi conſcia, â tergo ipſi immineret, fleret, pedes ungeret, non rejecit ipſam, quod quidem Phariſæo faciendum videbatur, ſed recepit, docens, ſe peccatorum pœnitentium, & ſalvandorum gratia veniſſe: Contradicens hoc ipſo perverſæ Judæorum opinioni, putantium, Chriſtum, utpote Sanctum Sanctorum, Dan. IX. 24. non niſi cum Sanctis converſaturum. Luc. VII. 36. ſeqq. ſimile quid jam ante docuerat & fecerat. Matth. V. 1. ſeqq. Luc. VI. 20. prolixæ ipſius concioni interfuerunt non Judæi ſolum, ſed etiam alii ex Idumæa, Phœnicia, Tyro, Objectum.

 & Si-

Digitized by Google

& Sidone. Matth. IX. 10. ſeqq. Marc. II. 15. ſeq. Luc. V. 29. Cum enim Matthæus telonarius Chriſtum & diſcipulos, cum publicanis & peccatoribus convivio excepiſſet, Phariſæi id indignè tulerunt, adeò, ut etiam diſcipulos à Magiſtro abalienare allaborarent, dicentes, ſcandaloſum eſſe, quod Jeſus cum publicanis, Romanæ avaritiæ miniſtris, & cum peccatoribus, ob varia flagitia publicè infamibus, converſaretur. His reſpondit Chriſtus, ſumpto argumento à ſuo officio, & proximi neceſſitate: Eſſe ſe medicum, hos autem ægros; decere ergo ſe cum his converſari, ut ſanentur Exod. XV. 26. per ſanguinem Salvatoris abluti. Sed ne videretur privata hoc auctoritate feciſſe, allegavit ſcripturam Oſe. VI. 6. ubi dicitur Deo placere miſericordia, non ſacrificia: illa tolli peccata, non his; Pſ. L. 8. Jeſ. I. 12. Jer. VII. 21. veniſſe ſeſe non propter homines adhuc in ſtatu integritatis conſtitutos, vel juſtitiæ opinione turgidos, quales erant Phariſæi, conſilii divini contemptores, ſed propter afflictos, & miſeros ſenſu peccati, & deſiderio gratiæ: *Ibat Dominus ad convivia peccatorum, ut occaſionem haberet docendi, & ſpirituales invitatoribus ſuis præberet cibos. Deníque cum frequenter pergere ad convivia deſcribatur, nihil refertur aliud, niſi quod ibi fecerit, quid docuerit, ut & humilitas Domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinæ ejus in converſione pœnitentium demonſtraretur. Quod autem ſequitur: miſericordiam volo, & non ſacrificium: Et: non veni vocare juſtos, ſed peccatores, de propheta proferens teſtimonium, ſugillat Scribas & Phariſæos, qui juſtos ſe æſtimantes, peccatorum & publicanorum conſortia vitabant.* Hieron. h. l. Luc. XV. 1. ſeqq. geminum exemplum habetur. Cum enim publicani & infames peccatores ad Chriſtum ſeſe contuliſſent, audituri Evangelium de gratuita remisſione peccatorum, & Chriſtus ipſos benigne recepiſſet, mox adſunt Phariſæi, & Legisperiti, quos iſta Chriſti facilitas & converſatio offendit, tanquam indigna officio Meſſiæ, quod ſibi arrogaret. Cæterum triplici parabola, ovis, monetæ, filii deperditi, & recuperati, ipſorum errorem refutavit. *Objicis*: Matth. XV. 23. Chriſtus mulieri Cananææ ne verbulum quidem reſpondit; videtur igitur verbo ſuo non omnes eſſe dignatus. ℞. habuit Chriſtus ſuas horas & moras, quibus quemque vocabat

cabat vel admittebat, alios citius, alios ſerius; *Non de ſuperbia Phariſaica, nec de Scribarum ſupercilio: ſed ne ipſe ſententiæ ſuæ videretur eſſe contrarius, per quam juſſerat, in viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: Nolebat enim occaſionem calumniatoribus dare, perfectamque ſalutem gentium paſſionis & reſurrectionis tempori reſervabat.* Hier. ad l.c. & ad v. 24. *Non quo & ad gentes non miſſus ſit, ſed quo primum miſſus ſit ad Iſrael.* Confirmatur ex Marc. III. 8. ubi eum ſecuti eſſe dicuntur multi etiam ex Idumæa, & transjordanini, Tyrii, & Sidonii, quos curabat: καὶ γὰρ ἠκολούθησαν αὐτῷ πολλοὶ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς: ἀλλὰ καὶ οἱ Τύριοι, καὶ οἱ Σιδώνιοι, ἀλλόφυλοι ὄντες, ὠφελοῦντο. *Etenim ſecuti ſunt eum multi, & ſanavit illos, Quin etiam Tyrius & Sidonius, tametſi eſſent allophyli, proderat.* Theoph. ad l.c. Patres in aliquot Chriſti dictis & factis obſervant indicium aliquod vocationis gentium, e.g. Quando Chriſtus pullum quoque ſibi adduci curavit. Matth. XXI. 1. quando exivit Bethaniam v. 17. vid. Hieron. comm. ad l.c.

§. 15. II. *Sacramenta.* Horum ſunt duo tantum propriè ſic dicta (I) *Baptiſmus*; quem Chriſtus & adminiſtravit, & ſolenniter inſtituit. *Adminiſtravit* autem poſt traditam doctrinam; non tamen ipſe immediatè; Neque enim Jeſus baptizabat. Joh. IV. 2. ſed mediatè per diſcipulos, v. 1. 2. Unde judicium ferri poteſt de traditione illa, quam Niceph. lib. 2. hiſt. c. 3. ex Evodio Epiſcopo Antiocheno recitat, his verbis: *Chriſtus manibus ſuis Petrum tantummodo baptizavit; Petrus porro Andream, & filios Zebedai: ij denique reliquos Apoſtolos: LXX. autem illos Petrus, & Joannes, Theologus dictus, baptizarunt.* Et Pratum ſpirituale c. 76. Clementi Stromatæo imputat, tanquam ſcripſiſſet in hypotypoſ. *Chriſtus dicitur Petrum ſolum baptizaſſe, Petrus Andream, Jacobum, & Joannem; illi autem reliquos.* Nempe falſa hæc ſunt, vel incerta. *Falſum*, quod Chriſtus Petrum baptizarit; Si enim neminem baptizavit, nec Petrum baptizavit: *Incerta*; unde enim ſciunt illi nomina eorum, qui à Petro, vel aliis, baptizati? *Infiituit* autem, & ſolenni quidem ritu, poſt reſurrectionem, antequam cœlos conſcenderet. Matth. XXVIII. 19. (II) *Euchariſtia:* cujus inſtitutio deſcribitur Matth. XXVI. 26. 27. 28. 29. Marc. XIV. 22. 23. 24. 25. Luc. XXII. 19. 20. Poſtquam Chriſtus paſchali & vulgari cœna

Vel *Sacramenta* ut Baptiſmus

& Euchariſtia

Digitized by Google

cœna eſſet defunctus, & ita vetus Teſtamentum cum ſuo paſchate terminaſſet, novi fœderis ſacramentum inſtituit, jamjam in mortem tradendus; inſtituit enim in ea nocte, qua traditus eſt à Juda proditore in manus hoſtium ſuorum: Idque hoc ritu: Accepit in manus ſuas panem, dubio procul azymum, qualis in iſto paſchali tempore tum erat uſualis; & poſtquam Deo patri ſuo pro imminente opere redemptionis gratias egiſſet, panique benedixiſſet, eoque actu ipſum à vulgari cibo ſeparaſſet, tanquam organum corporis ſui futurum, fregit ipſum, ut dividere inter diſcipulos poſſet, fractumque ita dedit diſcipulis in os, an manus? non liquet. Liquet autem, quibus verbis eum dederit, nempe his: accipite, & comedite, ore ſcil. corporis, hoc (ζυμπεπλεγμένον ſcil. ſeu complexum) eſt corpus meum; non metaphoricum ſeu typicum, ſed verum, utpote jamjam in mortem tradendum pro vobis; Hoc facite, diſtribuendo ſcilicet & accipiendo, in mei & beneficiorum meorum, commemorationem. Hoc facto perinde egit, paucis mutatis, cum poculo. Poſtquam enim cœna vulgaris eſſet finita, poculum eodem continuo actu accepit, gratias Deo pro hoc quoque beneficio egit, dixitque iiſdem: Bibite ex hoc, & omnes quidem; neque enim vulgare hoc eſt, vel paſchale, ut ante, poculum; ſed eſt ſanguis meus, ſanguis non hircorum, aut vitulorum V. ſed novi Teſtamenti, ſanciendi inter Deum & homines in ara crucis: qui pro vobis jamjam eſt effundendus in remiſſionem peccatorum. Lucas ex Paulo edoctus verba Chriſti, in cœlos ſublimati, ita refert: Hoc poculum eſt N. T. per ſanguinem meum, jamjam pro vobis effundendum. His dictis omnes inde biberunt diſcipuli, etiam Judas Iſchkarioth, paulo ante etiam corporis Chriſti particeps redditus: ut ex ſerie hiſtorica apud Lucam clare patet.

Claves. §. 16. *Clavium* quoque *poteſtatem* & ipſe exercuit, & pro miniſterio inſtituit. Poteſtas iſta eſt vel Magiſterialis, vel Miniſterialis; Magiſterialis Chriſto competit Matth. IX. 2. ſeq. Marc. II. 5. 7. 10. Luc. V. 20. ſeqq. Chriſtus remittit paralytico ſua peccata, dicens: *confide fili*; *tua tibi remiſſa ſunt peccata*: puta ex propria mea poteſtate. Nam Scribæ, qui miniſterialem

pote-

Digitized by Google

poteſtatem ipſi non denegabant, hoc pro blaſphemia habebant, utique ideo, quod intellexerant, de magiſteriali Chriſtum loqui. Bene Hieronymus ad l. c. annotavit: *Legimus in Propheta* (Jeſ. XLIII. 25.) *dicentem Deum: Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas. Conſequenter ergo Scribæ, quia hominem putabant, & verba Dei non intelligebant, arguunt eum blaſphemiæ. Sed Dominus videns cogitationes eorum, oſtendit ſe Deum, qui poſſit cordis occulta cognoſcere: & quodammodo tacens loquitur: Eadem poteſtate & potentia, qua cogitationes veſtras intueor, poſſum & hominibus peccata dimittere. Ex vobis intelligite, quid paralyticus conſequatur.* Et Nicetas in Caten. Matth. c. IX. 6. 7. exinde concludit, ipſum ſe feciſſe ἴσον τῷ πατρὶ, *æqualem Patri*; addita ratione: οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι δεῖται ἑτέρου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἢ ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν ὁ θεὸς, ἀλλ' ὅτι ἐξουσίαν ἔχει: *Non enim dixit, alio quopiam indigere filium hominis, aut illi Deum dediſſe poteſtatem, ſed habere poteſtatem. Miniſterialis* autem poteſtas miniſterio competit, dependens ab inſtitutione Chriſti Matth. XVI. 19. ubi Petro Eccleſiæ claves dat; *& tanquam Deus magna poteſtate dicit: dabo tibi. Sicut enim Pater Tibi dedit revelationem,* οὕτως ἐγὼ τὰς κλεῖς: *Sic ego claves. Claves autem intelligas quæ ligant & ſolvunt,* h. e. *delictorum vel indulgentias, vel pœnas.* Theophyl. ad l. c. Joh. XX. 23. reliquis etiam diſcipulis committit poteſtatem remittendi, vel retinendi peccata: Imo totum *miniſterium*; Nam Chriſtum auctorem habuit, utpote qui & inſtituit, & mittit Eccleſiæ miniſtros, *habent poteſtatem remittendi & ligandi, qui, ſicut Petrus, Epiſcopatus gratiam aſſecuti ſunt.* Theoph. ad Matth. XVI. 19. quod ſect. III. §. 5. pluribus dicetur. Miniſtros iſtos ſui juris non eſſe, ſed ex arbitrio Domini pendere, clare patet ex parabola Matth. XIII. 28. ſeqq. cum ſervi non audent zizania eradicare, ſed prius ex Domino licentiam quærunt, & inſtructione accepta, ab evulſione ſibi abſtinent. & Miniſterium

§. 17. *Poteſtate quoque externa præditus fuit, eâque miraculosè uſus eſt.* Irrepſerant varii in doctrina errores, in ſacrificiis abuſus, in reliquo cultu defectus, & vitia; eaque in ſancto templi loco; Chriſtus igitur, impleturus vaticinia Malach. III. 1. ſeqq. Hag. II. 8. facto ex rejectaneis forſan funiculis flagello aggreditur præſentes in templo ſive inſtitores, ſive Sacerdotes, eosque qua vi, qua verbis ex loco ſacro ejicit: iisque ejectis etiam Poteſtas externa in reformatione.

 emen-

ementes, Joh. II. 14. *Mandat ut Dominus, ad officium autem manuducit, ut Magiſter, & præterquam, quod caſtigat, delicta aperit, & eorum pudore eum, qui punitur, angi non ſinit:* Cyril. ad v. 16. qui paulo poſt vocat τῆς ἐξουσίας τὸ ξένον *inſolitam poteſtatem*, ad quam *obſtupuerint* Judæi. Simile quid fecit alio tempore, deſcriptum Matth. XXI. 12. ſeqq. Marc. XI. 11. Luc. XIX. 45. Joh. XII. 19. Poſtquam enim ſuper aſina & pullo vectus Hieroſolymam intraſſet, è veſtigio veluti ſummus Propheta templum intravit, & poſtquam omnia curioſè circumſpexiſſet, indignabundus ob profanationem cœpit ejicere omnes vendentes & ementes in eo, menſasque nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertere, dicens: Scriptum eſt (Jeſ. LVI. 7.) domus mea domus precationis vocabitur; Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Altero die poſtquam in templum rediiſſet, & eundem loci abuſum deprehendiſſet, ſimul etiam, qui vaſa profana per templum portarent, denuo accenſus Zelo cœpit ejicere fœneratores, & portantes â templi tranſitu prohibere. Marc. XI. 15. 16. 17. Hieronymus in comm. ad Matth. XXI. 23. maximum hoc Chriſti miraculorum putat fuiſſe: En verba ipſius: *Plerique arbitrantur, maximum eſſe ſignorum, quod Lazarus ſuſcitatus eſt, quod cœcus ex utero lumen acceperit, quod ad Jordanem vox audita ſit Patris, quod transfiguratus in monte gloriam oſtenderit triumphantis; Mihi inter omnia ſigna, quæ fecit, hoc videtur mirabilius eſſe, quod unus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, ut poſtea crucifigeretur, Scribis & Phariſæis contra ſe ſævientibus, & videntibus lucra ſua deſtrui, potuerit ad unius flagelli verbera tantam ejicere multitudinem, menſasque ſubvertere, & Cathedras confringere, & alia facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus. Igneum enim quiddam & ſidereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majeſtas lucebat in facie.* Hæc ille.

& Miraculis.

§. 18. Aliis quoque *miraculis* doctrinam ſuam confirmabat. Matth. IV. 23. Evangelium prædicat, deinde homines ab omnis generis morbis & defectibus liberat. Luc. V. 3. docet ex navi, & poſtquam docuiſſet, procurat miraculoſam piſcaturam diſcipulorum v. 4. ſeqq. ut hac ratione priorem ſuam concionem confirmaret. Marc. I. 22. prius docet in ſcholis, quam

Digitized by Google

quam miracula perpetraret. Matth. VIII. 1. poſt habitam longiorem in monte ſermonem ſubjicit, deſcendens inde, illuſtre miraculum in leproſo, dubio procul eo fine, ut doctrinam ſuam confirmaret, dubitantes alliceret, & applicationem doctrinæ auditæ in leproſo declararet: *Recte poſt prædicationem atque doctrinam ſigni offertur occaſio, ut per virtutum miracula præteritus apud audientes ſermo firmetur.* Hieron. ad l. c. & ad Matth. IX. 35. *poſt prædicationem atque doctrinam curabat omnem lanquorem, & omnem infirmitatem, ut, quibus ſermo non ſuaſerat, opera perſuaderent.* Joh. X. 25. cum peteretur probare Meſſianam ſuam, quam hactenus docuerat, auctoritatem, & Deitatem, opera ſua allegat, quæ feciſſet. Imprimis huc ſpectat c. IX. 1. ſeqq. hiſtoria cœci illuminati; Nam ex iſto miraculo cœcus Jeſum habebat pro propheta, & contra Judæorum inſtantias aſſerebat, ipſum ex Deo veniſſe. Hiſtoria ita ſeſe habet: Joh. IX. 1. ſeqq. cum Jeſus Hieroſolymam verſus aſcenderet Luc. XIII. 22. occurrebat ipſi ad viam ſedens *cœcus à nativitate,* quem intentis intuebatur oculis; Diſcipuli ipſius eundem videntes quærunt præceptorem ſuum, cujus peccato, proprio ſuo, an parentum? in hanc inſignem calamitatem incidiſſet miſer homo? Reſpondit Jeſus, neutros, neque ipſum cœcum, neque parentes ipſius, ut præ aliis hac ipſe pœna afficeretur, ſed id factum eſſe, ut eventualiter Dei & juſti & miſericordis opus in ipſo manifeſtaretur: In hunc finem miſſum ſeſe eſſe divinitus, ut in hac carnalis ſuæ & corporalis converſationis die exequeretur opera à Deo ſibi injuncta: ceſſatura, ſi per mortem & aſcenſionem viſibilem ſui præſentiam hominibus ſubduxiſſet; dum enim in mundo viſibiliter verſaretur, lucere doctrina ipſum & miraculis, adeoque etiam eo fine veniſſe, ut hunc ſibi objectum cœcum oculis & corporis & animi redonaret. Hac informatione præmiſſa ad miraculum ipſum ſeſe accingit, exſpuit in terram, & ex ſputo, pulvere miſto, pinſit lutum, eoque inungit oculos cœci: unctum remittit ad piſcinam Siloa (quod vertunt, miſſus) ut in aqua iſta ſeſe lavaret: abit cœcus, lavatur, recipit viſum: Id vero ideo fecit Jeſus, ut oſtenderet, mediis tam ſpretis vim ſeſe Deum omnipotentem tribuiſſe, quam alias ſuis

ſacrificiis in piſcina Betheſda lavari ſolitis, tribuebant Judæi. Vicini, & qui alias ipſum cœcum viderant mendicantem, quærunt: an hic is ipſe eſſet, qui paulo ante juxta viam mendicabundus ſediſſet? affirmabant alii, alii ſimilem ipſum putabant, ipſe vero diſerte aſſerebat, ſeſe eum ipſum eſſe: Pergunt iſti interrogando: quo pacto viſum recepiſſet? reſpondebat ille: homo iſte, ſcil. noſtris adeo inviſus, cui nomen eſt Jeſus, is oculos luto unxit, juſſitque in piſcina Siloa me lavari; abii, lavi, & vidi: Abierat interea Jeſus, ne gloriolæ aucupandæ gratia miraculum feciſſe crederetur; igitur, cum inſtarent interrogatores quærere, ubi is eſſet? reſpondebat ipſe: neſcio: Cum ergo Jeſum ipſum comprehendere non poſſent malitioſi homines, cæcum ſanatum comprehendunt, & ex adulatione erga Clerum Phariſæis ipſum offerunt: tanquam participem violatæ de Sabbato, quo ſanatus erat, legis: Phariſæi & ipſi oblatum interrogant, quomodo viſum recepiſſet? reſpondebat ille, quod prius: Regerebant Phariſæi, non potuiſſe id fieri per Jeſum, tanquam divinitus miſſum, quandoquidem operando Sabbatum violarit: Alii autem meliora ſentientes, opponebant miraculi magnitudinem, quale nemo vulgarium hominum & peccatorum deſignare poſſet, hinc natum eſt inter Cadmæos fratres diſſidium: judicium igitur tertio, nempe ipſi cœco, committunt, quærentes, quid ſentiret de Jeſu iſto, quem diceret aperuiſſe ſibi oculos? Reſpondebat ille: Prophetam ipſum aliquem eſſe; Hoc cum non ſatisfaceret, placuit religioſioribus Judæis evocare parentes cœci, quandoquidem ipſi non crederent, ipſum iſtum cæcum revera fuiſſe, ſimulaſſe forſan cæcitatem; cum parentes interrogant: hic ne eſſet ipſorum filius? An cœcus natus? quomodo viſum accepiſſet? duo priora affirmant; poſterius ad filium remittunt, ut ipſe reſponderet; Metuebant enim ſibi â Judæis, ne juxta decretum factum propter Chriſtum excommunicarentur; ſed hoc ipſo peccabant infirmitate. Judæi igitur ſecunda vice evocabant cœcum, & cum ſevera obteſtatione, gloriæ divinæ, jubent dicere quæ vera eſſent; quandoquidem ſcirent certe, quod inſignis peccator eſſet homo iſte, quem hactenus ſibi viſum reddidiſſe aſſeve-

ſeveraſſet: reſpondebat ipſe, ſui hoc muneris & virium non eſſe, inquirere, & definire, an peccator tantus eſſet? id ſcire ſe, quod cœcus natus, nunc autem viſu prӕditus, eſſet. Inſtabant iterum: quid igitur fecit tibi, cum oculos aperiret? Cœcus, ubi videbat, ipſos ad priora relabi, & ſolum captare verba, quӕ in calumniam abriperent, indignabundus reſpondet: ſe jamjam dixiſſe, annon audiviſſent? quid opus repetitione? an vellent & ipſi diſcipuli fieri Jeſu? Tum vero ad maledicta ipſi converſi, potiores ſeſe ipſo cenſebant, utpote diſcipuli Moſis diſcipulo Jeſu; de iſto conſtare ex S. literis, quod â Deo veniſſet; de hoc, unde veniſſet, minime; Regerebat cœcus, miram hanc eſſe ignorantiam, cum miraculo edito oſtenderit, unde veniſſet; nempe à Deo, qui ſceleratos peccatores non exaudiret ad patranda tanta miracula, ſed eos, qui ipſum audirent, voluntatemque proſequerentur divinam; ut audiverit Jeſum, patrato miraculo, quale ab orbe condito auditum non eſſet, ut cœco nato oculi fuiſſent aperti: Quale quid perpetrare non potuiſſet, niſi ex Deo eſſet, Exaſperati Judӕi, totus, ajebant, in peccatis natus es, utpote cœcus quondam, & malitioſus nunc apoſtata, impudens quoque, qui clerum docere prӕſumis: mox â verbis ad verbera converſi, ipſum ritu ſolenni excommunicabant, & è ſynagoga ejiciebant. Inſolens factum fama narrante etiam ad Chriſtum deferebatur, qui inde ſumebat occaſionem confeſſoris ſui quӕrendi, quem ubi invenit, interrogabat, an in Filium Dei crederet? Regerebat ille quӕrendo, ne cœcus crederet, quis ille eſſet, ut fide illuminata in ipſum crederet; Jeſus reſpondebat, ſe eſſe eum, qui, utpote Patris ӕternum verbum, cum ipſo loqueretur: Hoc ubi audivit iſte, credo, dicebat, & proſtrato corpore tanquam ſummum Deum adorabat. Deitas hinc Chriſti probatur, partim miraculo, quale nemo hominum potuiſſet perpetrare, partim diſerta aſſertione, quod eſſet Filius Dei; partim adorationis cultu, quo ſanatus ipſum venerabatur.

§. 19. *Finis* hujus & doctrinӕ, & operum erat *gloria* Dei, & *ſalus* hominum: Loquor autem de fine primum intento; Nam ſecundarius finis erat etiam condemnatio hominum incre- Finalis.

credulorum. Joh. V. 41. Chriſtus negat gloriam ſeſe ſibi ex hominibus captare. q. d. *Non in diſciplinam meam auditores provoco, honores aut â vobis, aut ab aliis, ſicuti vos, affectans, neque doctrina mercedem iſtam reportaverim, qui abſolutiſſimam â me ipſo claritatem habeo, qua longè inferior eſt illa veſtra.* Cyrill. ad l. c. Cap. VII. 16. doctrinam ſuam refert ad eum, â quo miſſus erat, nempe ad Deum, ex quo loquebatur Filius ὁμοούσιος v. 17. cujus propterea & honorem quærebat v. 18. *Oſtendit ſe gloriam non aucupari docendo, quod peregrinis quibusdam & â lege alienis ſermonibus non utatur.* Cyril. ad l. c. A quo tamen honore divino Chriſtus non erat excluſus. Etiamſi enim non ipſe ſuum honorem, ex inordinato affectu humano, & φιλαυτίᾳ, quæreret, attamen patrem ipſum filii ſui gloriam, ex divina ejus natura reſultantem, & in officii operibus reſplendeſcentem, intendere, & promovere. VIII. 50. non quæro, ait, meam gloriam, eo ſcil. modo, quo vos putatis; Eſt tamen, qui illam quærit modo legitimo, nempe v. 54. Pater meus, quem vos Deum veſtrum dicitis, ait ipſe ad Judæos. Sed *nec Spiritus Sanctus* ab iſto honore divino erat excluſus. Nam ad hunc unctionem humanæ ſuæ naturæ referebat; Luc. IV. 14. ſeqq. Hunc promiſit diſcipulis ſuis poſt mortem & reſurrectionem, & aſcenſionem, & ſeſſionem ad dextram Dei venturum, tanquam paracletum, doctorem, teſtem. Joh. XV. 26. XVI. 8. ſeqq. In gratiam hominum venit, ut illuminarentur. Venit enim annunciare ipſis conſilium Patris de ſalvandis vel damnandis. Matth. VIII. 11. ἃ γὰρ μεγάλα ἐβεβούλευτο ὁ πατὴρ, εἴς τε πάντας τοὺς εὐαρέστους γενομένους αὐτῷ καὶ γενησομένους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς ἀποστάντας τῆς βουλῆς αὐτοῦ ὁμοίως ἀνθρώπους καὶ ἀγγέλους. i. e. *Res enim magnas, quas in conſilio ſuo conſtituerat pater, erga homines omnes ſibi placitos, & placituros, & adverſus eos, qui â voluntate ejus deſciviſſent, homines juxta, & Angelos,* ait Juſtinus Martyr. dial. cum Tryph. f. 235. Quod conſentit cum eo Chriſti, ad Phariſæos arrogantiores in diſcernendis rebus religionis: veniſſe ſeſe, dicentis, in mundum, ad judicium diſcretionis exercendum, ut cœci, qui ſimplici laborant ignorantia, eamque, ut cœcus ille Joh. IX. 46. agnoſcunt, illuminarentur luce Evangelica admiſſa; videntes autem, qui ſibi viderentur res religionis profundiſſime intelligere, ut alios do-

cere

Digitized by Google

ceſe poſſint, quales erant Phariſæi, cœci redderentur, partim convictione, quod nihil adhuc dum intelligerent, partim excœcatione, utpote in ſenſum reprobum dati. v. 39. ſeqq. Atque huc referri poſſunt, quæ inferius de officii Chriſti fine generaliter dicturi ſumus.

§. 20. *Locus*, ubi Chriſtus docuit, erat Galilæa, Judæa, Peræa, Samaria, & fines horum locorum. In *Galilæa* auſpicatus eſt publicum docendi officium. Puer equidem duodecim annos natus primum Hieroſolymis, & in templo ſeſe ſtitit inter medios Doctores, interrogando, & reſpondendo. Luc. II. 41. ſed erat iſtud præludium tantum quoddam officii, ſuo tempore pleno uſu exercendi. Quod factum eſt primò in Galilæa, dicentibus Judæis ipſius accuſatoribus, Luc. XXIII. 5. atteſtantibus Matth. c. IV. 12. ſeqq. Poſtquam enim audiviſſet, Johannem, præcurſorem ſuum, & publicum hactenus præconem, carceri incluſum eſſe, ipſe officium ſuum aggreſſus eſt, continuaturus illud, quod iſte hactenus cœperat. Sedem autem fixit in metropoli Galilææ, Capernaum, quod celebre erat emporium, per quod tendebat iter ex Chaldæa, Meſopotamia, Syria, Trachonitide, & mari magno: Habebant propterea ibi locorum Romani Centurionem, Judæi ArchiSynagogum, Herodes Regulum: Hunc Chriſtus celebrem locum delegit, ut exinde ſubinde excurreret in circumjectam regionem Zabulon, & Naphthalim. Hoc vero temere factum non eſt. Sic enim & propheticum vaticinium adimpletum eſt Eſai IX. 1. & vocatio gentilium auſpicium cœpit: *Sane hæc omnia propter Prophetiam expoſui, quæ in Galilæa magnum lumen fore pollicetur, & in regione Zabulon, & Nephthalim, cum tamen neutra ſit Galilæa gentium*; Ita Euſebius lib. 9. demonſt. Evangel. poſtquam allegaſſet locum Matth. IV. 12. ſeq. & Jeſ. IX. 1. ſeqq. ſubjungit idem quæſtionem: *Cur* Jeſus *in Galilæa gentium plurimum diverſatus ſit?* Reſpondet: τῆς ἐθνῶν κλήσεως προοίμια καταβαλλόμενος. *ut omnium gentium vocationis exordia conſtitueret*; *Etenim inde profectos diſcipulos ſuos evocavit*; puta Matthæum, Philippum, Andream, Petrum: quorum nomina idem ſubjungit. Luc. IV. 15. venit in *ſcholas* Galilææ, & in his ſacram ſcripturam interpretatur. Luc. VIII. 1. ſeq.

Circumſtantia Loci.

Digitized by Google

ſeq. adit Galilææ *Civitates* & *Caſtella*, ut in ipſis prædicato Evangelio aliquam ſibi Eccleſiam colligeret, & collectam confirmaret. Nec *vicos* ignobiliores breves ſprevit. Marc. I. 38 adit vicos inhabitantes, ut erant in Galilæa frequentes & populoſi vici, teſte Joſepho lib. V. de bel. Jud. c. 2. *Non in ſolis civitatibus docebat Dominus, ſed & in vicis, ut nos diſcamus, parvas non deſpicere, neque ſemper magnas quærere civitates, ſed & in contemptis oppidulis prædicemus, ſeminando ſermonem.* Theophyl. ad Marc. VI. 1. Poſt Galilæam venit in *Judæam,* & hujus metropolin *Hieroſolymam,* quam Hieronymus ad Matth. XXI. 1. appellat *urbem pacis, & locum viſionis Dei, & arcem ſpeculatorij*; & Hieroſolymis in *templum*; quod ſua doctrina, miraculis, & præſentia erat illuſtraturus. Hoc enim denuo ante prædictum erat Hag. II. 10. Gloria domus ſecundæ major futura erat, quam primæ; Non gloria humana; Hâc enim Salomonea domus illuſtrior erat poſterioris domus gloriâ; Eſr. III. 12. ſed divinâ, quia Meſſias ſua divina majeſtate, & præſentia ſplendidiorem domum ſecundam redditurus erat. Ad feſtum Scenopegiorum eo adſcendit, quartâque die, peractis ceremoniis, templum adiit, & in ipſo palam docuit. Joh. VII. 14. Rediit in idem ex oliveto, ſeditque in medio populi, ad ipſum aggregati, docens audientes, & confundens Phariſæos tentantes. VIII. 1. comparuit in eodem, cum Encænia celebrarentur. cap. X. 23. Sæpius frequentavit idem morte ſibi imminente, ut ſolet eſſet ſplendidior ſol, cum occidere vult. Marc. XI. 15. 17. 27. XII. 35. Matth. XXI. 23. Luc. XX. 1. ſeqq. Ultima vice adierat, cum ſederet ad gazophylacium, & è regione videret immittentes donaria. Quo tempore templo & urbi excidium prædixit, eoque vale dicto nunquam in idem rediit. Matth. XXIV. 1. ſeq. Marc. XIII. 1. Luc. XXI. 1. 37. 38. Inſerviit hic locus ipſius apologiæ. Cum enim Judæorum globus ipſum in horto oliveti velut maleficum intercepiſſet, mentionem ipſe fecit templi, in quo hactenus palam ſediſſet, docens verbum Dei, quo in loco ut comprehenderent ipſum tanto molimine opus non fuiſſet Marc. XIV. 49. Idque exprobrabat ſummis Pontificibus, cuſtodibus templi, & ſenioribus, qui una aderant. Luc. XXII. 52. ſeqq. *Medius*

Digitized by Google

dius fere locus inter Galilæam , & Judæam , erat Bethabara, quorſum Jeſus conceſſerat ſub initium anni quarti ſui miniſterii. Joh. X. 40. 41. 42. Docuerat Johannes Baptiſta ibidem jam ante triennium ; Chriſtus igitur, quia inſuper populoſus erat locus, propter trajectum Jordanis, voluit ibi quoque docere , ut confirmaret, & illuſtraret doctrinam anteambulonis; quod & feliciter perfecit. Nam multi in ipſum crediderunt, qui pridem Johannem ibi concionantem & baptizantem audiverant. Hæc omnia eo tendebant, ut appareret, Jeſum non metuere lucem, aut clanculariùm eſſe graſſatorem, ſed legitimè vocatum, & cordatum Doctorem. Quare, cum Pontifex maximus Judæorum, Caiphas, captioſe interrogaret Jeſum, de diſcipulis, tanquam ſeditioſum globum ſibi adſumpſiſſet, & de doctrina, tanquam hæretica eſſet , reſpondit Jeſus, non in latibulis ſeſe docuiſſe, ut ſeditioſi, & hæretici ſoleant, ſed *in ſynagogis*, & templo, adeoque in medio ipſorum; Joh. XVIII. 20. In Synagogis cur docuerit, rationem Chryſoſtomus ad Matth. XIII. 54. hanc reddit, *ut auferret Judæis prætextum calumniandi ipſum, quaſi docentem contra legem*: Quam & Theophylactus ad l. c. reddit.

§. 21. *Tempus* quoque idoneum captavit. Sicut enim Deus incarnationi ipſius certum tempus conſtituerat, ita & prædicationi publicæ. Luc. IV. 21. poſtquam in ſchola Nazarethana Eſaiæ locum LXI. 1. prælegiſſet, explicare cœpit tempus, quo complementum iſtud Vaticinium acceperit, nempe *hodie*, i. e. eo ipſo tempore, quo publicum docendi officium ipſe adiiſſet. Exſpectavit etiam donec Johannes in carcerem compingeretur ; hoc enim facto tum demum prodiit ipſe in publicam lucem , & palam docuit. Matth. IV. 12. 13. ſeqq. *Specialius* loquendo, obſervandum eſt, quod inſigniores ſuas conciones habuerit in feſtis Judæorum ſolennioribus, ut erant feſtum paſchatis Joh. III. 5. 6. Tabernaculorum. c. VIII. 2. ſeqq. Encæniorum. c. X. 22. Pentecoſte. Matth. V. 1. ſeqq. Dies Sabbathi. Matth. XII. 3. XIII. 1. Marc. IV. 35. Luc. VIII. 22. Chriſtus eodem die Sabbati & cum Phariſæis diſputavit & ſcribis; & populum docuit myſteria verbi. Ita nimirum ſcivit cum feſſis loqui juſto tempore Jeſ. L. 4. Duravit officium iſtud Temporis.

Digitized by Google

ipſius publicum annos tres cum dimidio. Prædictum eſt Danielis IX.27. his verbis: *Et confirmabit pactum multis hebdomada una &c.* quæ verba citat, & explicat Euſeb. lib. VIII. de dem. Evangel. f. m. 402. cujus ſumma huc redit: ἱστορεῖται δὲ ὁ πᾶς τῆς διδασκαλίας καὶ παραδοξοποιΐας ὁμοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν χρόνος τριῶν ἥμισυ γεγονὼς ἐτῶν, ὅπερ ἐστὶν ἑβδομάδος ἥμισυ. i.e. *Proditum eſt memoria, omne doctrinæ eruditioniſque miraculorum Salvatoris noſtri tempus, trium annorum, & ſemis fuiſſe.* Frequenter ſolent juxta paſchata numerare annos hoſce. Apud Matthæum equidem, Marcum & Lucam unius tantum paſchatis fit mentio, unde veteres nonnulli anſam ſumpſerunt, putandi, unum tantum annum miniſterio Chriſti tribuendum eſſe; Cæterum Johannes plurium paſchatum mentionem facit. c. II. 13. V. 1. VI. 4. XI. 55. XIII. 1. ſeq. XVIII. 28. quo fine etiam Euſebius ad Johannis Evangelium loc. alleg. provocaſſe videtur: Nolumus autem nos immittere in contentiones Chronologorum de iſtis paſchatis, cum inſtituti noſtri ratio id non permittat, ſed noſtram malumus ſententiam breviter explicare, quæ hæc eſt: Termini miniſterii Chriſti ſunt baptiſmus Johannis, & paſſio. Sic enim Petrus Act. I. 21. ait: *Toto tempore, in quo ingreſſus & egreſſus eſt inter nos Dominus Jeſus, incipiens â baptiſmo Joannis usque ad illum diem, quo aſſumptus eſt â nobis.* Ingredi & egredi eſt deſcriptio terminorum in publica miniſterii functione: Iſti autem fuerunt, & quidem â parte ante, baptiſmus Jeſu, quo veluti auctoratus eſt ad officium publicum; â parte poſt autem eſt paſſio ipſius, & mors. Intra hos terminos quatuor paſchata continentur, primum Joh. II. 13. ſecundum c. V. 1. quod feſtum paſchatis fuiſſe colligitur ex quatuor menſibus ad meſſem reſiduis c. IV. 3. qui reſtabant ad feſtum c. V. 1. deſcriptum, quod non poteſt eſſe pentecoſtale, utpote intra quod, & paſcha non intercedunt quatuor menſes: Nec Tabernaculorum, aut Encæniorum: hoc enim incidebat in Novembrem, iſtud in Septembrem; iſti vero quatuor menſes auſpicandi ſunt â decembri, vel Januario, â quo usque ad meſſem in Aprili vel Majo haberi ſolitam ſunt quatuor menſes: adeoque feſtum tabernaculorum, & Encæniorum jam præterierant. Relinquitur igitur nullum aliud divinitus inſtitu-

ſtitu-

Digitized by Google

ſtitutum feſtum, quam paſcha; & hoc ſecundum; Tertium numeratur Joh. VI. 4. Quartum denique deſcribitur Joh. XIII. 1. XVIII. 28. quod Chriſtus ultimum paulo ante mortem ſuam celebravit; ſic habemus tres annos integros, quartum vero currentem. Confer Mart. Chemnit. prolegom. in harm. Evangel. c. 3.

§. 22. Intra hoc tempus Propheta maximus officio ſuo Modorum; fungebatur; ſed quomodo? divina ſapientia, ſumma Fide, ut ſunt: penetrante efficacia, magna παῤῥησίᾳ, flagrante Zelo, illuſtri auctoritate, & læto ſucceſſu. *Divina ſapientia.* Videtur equi- Sapientia. dem interdum ἀπροσδιονύσως ad propoſita & quæſita reſpondiſſe, ſed videtur; Revera enim ſapientiſſime reſpondit. Audiamus judicium Cyrilli ad Joh. X. 1. quod ſic habet: *Moris eſt Servatori Chriſto, quando aliqui ad eum accedunt,* μὴ πρὸς μόνους ἀποκρίνεσθαι τοὺς διὰ φωνῆς ἀποκλυπτηθέντας λόγους *non ad ſolum voce editum verbum reſpondere, ſed quoniam ſcrutatur renes & corda* καὶ πρὸς ἐνθυμήσεις ἀπολογεῖται μόνος, *etiam ad conceptus & cogitationes ſolas reſpondet. Omnia quippe nuda ei & aperta ſunt, neque ulla eſt creatura inviſibilis in conſpectu ejus.* In eandem ſententiam ſcribit Hier. ad Matth. XXII. 18. *prima virtus eſt reſpondentis, interrogantium mentem cognoſcere, & non diſcipulos, ſed tentatores vocare.* vide exemplum §. 8. ſupra propoſitum. *Summa fide.* Loquebatur enim verbum Dei, non hominum; Fides. cæleſte, non terreſtre. Joh. III. 31: de cœlo deſuper veniens eſt ſuper omnes, qui vero de terra eſt, terram ſapit, & terrena i. e. erronea, ut miniſtri ſibi relicti ſolent, loquitur; iſte autem veriſſima. Et talis erat Chriſtus. Loquebatur enim ille, quæ in arcano Trinitatis conſilio ipſe viderat, & audiverat, ſecus ac miniſtri, qui ex menſurata & limitata revelatione habent, quæ norunt; præterea & Spiritum Sanctum ipſi dederat; qui in Chriſto ſine; in Miniſtris cum menſura loquitur. Proinde eminentiſſimè, profundiſſimè, & perfectiſſimè conſilia Dei noverat; & quæ noverat, ea, quantum opus erat, revelabat diſcipulis & auditoribus fideliſſime. Niſi ita ſe res haberet cum manſionibus, in domo Patris ſui præparatis, nihil earum ipſis dixiſſet, ne creduli fallaci ſpe deluderentur. Joh. XIV. 2 Ipſis velut amicis admiſſionis intimæ revelavit omnia à Patre de

Digitized by Google

ſalute & officio hominum audita. XV. 15. Quare merito gloriatur, quod ſuos ſibi à ſuo patre commiſſos diſcipulos conſervarit hactenus in vera Dei agnitione, ut non perierit ex illis, niſi unus proditor, filius ſua culpa perditionis, ſcripturis prædicentibus Pſal. CIX. 8. Joh. XVII. 12. Quod ſit via, per quam eatur in cœlum; Et veritas, quod in verbo Evangelii recte docuerit, per quam viam perveniendum ſit in cœlum; & vita; Nam per fidem tali verbo accenſam habemus vitam æternam. Joh. XIV. 6. Ipſi hoſtes teſtimonium veritatis, & ſinceritatis ipſi perhibent. Matt. XXII. 16. Marc. XII. 14. Luc. XX. 21. Ex hypocritico quidem ore, accommodato tamen ad communem fidem, quam de Chriſto auditores habebant, quibus ipſi non audebant palam refragari. Hujus fidei ſuæ fiducia auditoribus ſuis & juratis hoſtibus liberam dat poteſtatem judicandi de ſua perſona, doctrina, & vita, num quis ullius ipſum peccati poſſit convincere? Joh. VIII. 46. Παῤῥησία magna erat & imperterita. Joh. VII. 37. in ſummo vitæ diſcrimine videbatur verſari, Synedrio adverſus ipſum congregato, & miſſis, qui ipſum comprehenderent, miniſtris, cum ipſe ſtaret in frequentiſſima populi corona, & alta voce clamaret, doceretque, omnis generis beneficia ſuos obſequioſos eſſe manſura. c. VIII. 44. omnium acerrime invehitur in Phariſæos, ſuos adverſarios, cum ipſos in blaſphemando & contradicendo videret induratos. Idque etiam geſtu ſignificabat. Nam inter concionandum & diſputandum oculos figebat in eos, quos potiſſimum notabat, ut colligitur ex Matth. XIX. 26. Marc. X. 21. 27. Luc. XXII. 61. Joh. I. 42. *Phariſæi intelligentes de ſe dici parabolas, quærebant eum tenere & occidere.* Matth. XXI. 46. *Hanc eorum ſciens Dominus voluntatem nihilominus increpat ſævientes: nec timore ſuperatur, quo minus arguat peccatores.* Hier. ad Matth. XXII. 1. ſeqq. *Summa auctoritate.* Docebat enim non ut miniſter, ſed ut Magiſter, ſuo ipſius nomine, efficaciſſimè, liberrimè, miraculosè. Marc. I. 22. 27. & os aperiebat ad dicendum, præmeditato conſilio, tanquam graves viri ſolent, ne temerè quid ipſis excidat. Matth. V. 2. Et ſedit docendo, in Synagoga Nazarethana. Luc. IV. 10. in nave. c. V. 3. in monte Matth. V. 1. In templo. c. XXVI. 55. *Ardenti Zelo.* Venerat

[Margin: Παῤῥησία. — Auctoritas. — Zelus.]

nerat ignem Evangelii prædicandi miſſurus in terram, & ingenti deſiderio tenebatur, ut longè latèque illud arderet, verbo ubique vulgato. Luc. XII. 49. ut qui venerit in mundum egreſſus à Patre Joh. XVII. 8. Quod ipſius officium ut feliciter ſuccederet, ardentiſſimè oravit, & iſta ſua oratione diſcipulos quoque ſuos accendit, ut per aliquem ex ſuo ipſorum numero rogarent, formulam precandi ſibi præſcribi, qualem & Johannes Baptiſta ſuis diſcipulis dediſſet: quod & promptè fecit. Luc. XI. 1. Ipſo quoque opere alio, oſtendit, nempe, cum aliquoties ementes & vendentes è templo vi pelleret (de quo ſupra §. 17.) allegato vaticinio Pſal. LXIX. 10. Joh. II. 17. Zelus domus tuæ conſumpſit me. Gallinæ ſe comparat Matth. XXIII. 37. ob amorem intenſiſſimum, quo ſtudebat Judæis convertendis: *Hieruſalem non ſaxa & ædificia civitatis, ſed habitatores vocat: quam patris plangit affectum, ſicut & in alio loco* (Luc. XIX.) *legimus, quod videns eam fleverit. In eo autem quod dicit: quoties volui congregare filios tuos, omnes retro Prophetas à ſe miſſos eſſe teſtatur.* Hier. ad l. c. *Efficacia penetrantiſſima.* Cum in ſchola Nazarethana Efficacia.
Eſaiam explicaſſet, omnium ſuffragium tulit. Luc. IV. 22. Capernaitæ in ſtuporem abripiuntur, audita ipſius doctrina gratiæ plena. Marc. I. 22. In feſto ſcenopegiorum jamjam comprehendendus & occidendus evadit incolumis, habita concione tam efficaci, ut Miſſionarii Judæorum perculſi, & convicti re infecta diſcederent, & virtutem concionantis palam deprædicarent. Joh. VII. 37. Obſervat Cyrillus ad Joh. I. 46. ὅτι περ ἦν θειά τις καὶ ἄρρητος χάρις τοῖς τοῦ Σωτῆρος λόγοις συνεκτρέχουσα, καὶ τὰς τῶν ἀκροωμένων ψυχὰς καταθέλγουσα *divinam quandam & ineffabilem gratiam in Salvatoris ſermone ac verbis fuiſſe, qua delinirentur etiam auditorum animi.* Probat ex Luc. IV. 22. & ſubjungit: *Sicut ejus oratio efficax erat ad agendum, ſic etiam ad perſuadendum erat idonea.* Momentum attulerunt *argumenta*, quæ verbis ſuis admiſcuit, e. g. quando cum Nathanaele colloquebatur οὔπω τὴν διὰ σημείων ἐπιτηδεύσας ἐπίδειξιν *nullis adhuc ſignis & miraculis editis manifeſtatus*, juxta Cyril. ad v. 47. argumento ipſum convicit, quod erat θεοπρεπὴς γνῶσις, *cognitio ſoli Dei conveniens, omnia enim noſſe uni Deo convenit.* Interdum nervoſis ſyllogiſmis uſus eſt. Qualem obſer-

vavit Hier. ad Matth. XXIII. 29. ſeqq. *prudentiſſimo Syllogiſmo coarguit eos, filios eſſe homicidarum &c. probato ſuperioribus dictis, quod filii eſſent homicidarum, & eorum, qui Prophetas occidiſſent, nunc concludit, quod voluerat, & quaſi extremam ſyllogiſmi partem ponit:* Non quidem apud omnes eum internum effectum ſive verbis, ſive miraculis conſecutus eſt; aliquando enim miraculum ediderat, quô tamen una ſolum uxor afficiebatur, nec ea ſatis. Luc. XI. 14. ſeqq. Adegit tamen ad ſilentium, & convicit ita adverſarios, ut non invenirent, quod reſponderent: Exemplum narratur Luc. XIII. 17. de ArchiSynagogo, cui Chriſtus ita os obduravit, ut & alii vel pudore ſuffunderentur, vel admiratione caperentur. Sic & Phariſæos Scribasque exceperat Matth. XV. 3. in diſputatione de lotione manuum & aliis traditionibus. *Ex uno ſermone omnis ſuperſtitio obſervationum Judaicarum fuerat eliſa: qui in cibis ſumendis, abominandisque religionem ſuam ſitam arbitrabantur.* Hier. ad l. c. & ita etiam Sadducæos tractavit Matth. XXII. 34. & Phariſæos, cum Herodianis. v. 16. 46. Neque enim poterant vel verbum reſpondere. Ex quo intelligimus, *venena invidia poſſe quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere.* juxta Hieron. ad l. c. Erant igitur inexcuſabiles, quod non converterentur. Matth. XII. 41. Chriſtus collationem inſtituit inter ſeſe & Jonam, quod ad hujus concionem, licet ἄσημον, reſipuiſſent Ninivitæ, ad ſuas vero conciones, & miracula tot tantaque non reſipiſcant ipſi. *Jonas ſecundum LXX. interpretes triduo prædicavit: Ego tanto tempore: Ille Aſſyriis, genti incredula, Ego Judæis populo Dei: Ille peregrinis ego civibus: ille voce locutus eſt ſimplici, nihil ſignorum faciens, ego tanta faciens ſigna. Beelzebub calumniam ſuſtineo:* Sic verba Chriſti explicat Hieron. ad l. c. Confer dicta Cyrilli ad Joh. VI. 14. Fine ſuo hac ratione obtento ſummo *gaudio* perfundebatur. Luc. X. 21. Cum LXX. diſcipuli, in Judæam Evangelii prædicandi gratia emiſſi, rediiſſent, & retuliſſent, quam feliciter ſua ipſis functio ceſſiſſet, adeo gaviſus eſt Chriſtus de primitiis Eccleſiæ, licet ſpretis coram mundo, ut coram Deo patre ſuo veluti præ gaudio exultaret. Eo fine comparat ſeſe paſtori, qui ovem, pridem amiſſam, deinde inventam, cum gaudio ponat in humeris ſuis, & reportet. Joh. XV. 5. Cum Sponſo, qui ex ſponſa ſummam capit

Gaudium.

Digitized by Google

capit voluptatem. c. III. 29. Tale gaudium etiam in ſuis excitat miniſtris & fidelibus. Luc. X. 17. gaudent LXX. de felici ſucceſſu Evangelii. Marc. IV. 16. Verbum Dei ſuſcipitur cum gaudio. Confer Luc. II. 10. VIII. 13. XIX. 6. Joh. XV. 11. Nec oblitus eſt *gratiarum actionis*. Noverat unde omnis iſta verbi & operum, & miniſterii vis originem traxerit, nempe â Patre ſuo, quare huic gratias agit ardentiſſimas, quod voluntate ſua conſequente celarit iſta myſteria coram ſapientulis & argutulis hujus mundi principibus, revelarit autem ſimplicibus, qui infantum inſtar vera fide dogmata recepiſſent, Matth. XI. 25.

§. 23. In hoc ſuo officio, tantâ virtute adminiſtrato, non caruit Sanctiſſimus Salvator præmio, quod diabolus & mundus Prophetis dare ſolet, nempe tentationibus, variis judiciis, odio, contemptu, calumniis, & aliis perſecutionum generibus. Vix erat initiatus miniſterio, cum â Spiritu in deſertum ductus â diabolo periculoſiſſimè *tentaretur*. Matth. IV. 1. ſeqq. Fungens miniſterio ſuo *variis judiciis* erat obnoxius, quæ ferebantur non modo ab alienis, ſed etiam â cognatis ipſius. Marc. III. 21. ipſi cognati dicunt (ἐξέστη) nimia ipſum vehementia excandeſcere, nec moderatione uti in officio. In feſto Scenopegiorum alii ipſum timiditatis arguebant, alii pro ipſo loquebantur; alii contra murmurabant, tanquam eſſet ſeductor populi. Joh. VII. 11. ſeqq. alii ipſum prehendebant, alii laudabant ipſum. Eadem & ſimilia etiam aliis temporibus contingebant. Joh. VI. 41. Judæi, vitio ſibi familiari, *murmurabant* adverſus Chriſtum, quod non ad palatum reſpondiſſet, panem cœleſtem pro triticeo proponendo, dicendoque ex cœlo ſeſe veniſſe, quem ipſi putabant merum eſſe hominem, ex parentibus ſibi notis natum. c. VII. repetunt murmur, quaſi eſſet ſeductor populi. Luc. XI. 45. legisperitus â Chriſto reprehenſus, injuriam ſibi & contumeliam eſſe factam conqueritur. XIX. 7. murmurant, quod apud Zacchæum, inſignem publicanum divertiſſet. *Contemptum* hæc ſapiebant, quem alias etiam prodebant. Joh. IV. 44. Cum reliqui Galilæi ipſum honorificè excepiſſent, ſoli Nazarethani contribules ipſum ſpernebant; more

Fata indigna ut erant *Tentationes*;

Varia *judicia*.

Murmura.

Contemptus.

more majorum, penes quos Prophetæ concives erant contemptui, qui apud exteras gentes magni fiebant; ut proinde recte dixerit Chriſtus, nusquam minus, quam in patria, valere Prophetam. Alio tempore ſimile quid factum eſt. Matth. XIII. 54. ſeqq. Marc. VI. 1. Etiamſi enim cum ſtupore auditorii Nazarethæ concionaretur, Sympatriotæ tamen in ipſum credere nolebant, offenſi ipſius educatione, cognatione, opificio, & familiaritate. Hinc factum, ut pauca admodum miracula ibi edere potuerit, incredulitate civium obſtante. *Oportebat ſane magis gloriari de Domino, qui ipſorum patriam ita ornaret, & doctrina, & miraculis, atqui illi deſpexerunt illum ob humilitatem generis. Tam atrox malum eſt invidia. Semper enim obſcurat bona, nec illa ab invidis videri ſinit.* Theophyl ad Marc. VI. 1. ſeqq. Mirum proinde non eſt, ſi & alii Judæi in ipſum credere noluerint, eo quod ſpretorum, ſibique familiariter notorum parentum filius eſſet: Joh. VI. 42. VII. 27. *Stupendum eſt hoc vitium.* Erat Chriſtus divinitus miſſus, eamque ſuam vocationem ſatis comprobarat, nec tamen recipiebatur à Judæis; qui tamen Pſeudoprophetas maximi faciebant: Joh. V. 36. *Irriſio* non ipſis erat religioni. Joh. VI. 34. cum de pane ſpirituali ſublimiter diſſereret, Judæi de artificiali interpretantes ſarcaſticè rogant, ut ſemper ſibi daret panem i. e. omnis generis commoda carnalia, ne iſta ſudore & labore quærere cogerentur. *Incredulitate* plerique auditorum laborabant. Tanta inter Judæos, Galilæos præſertim miracula erant edita, & conciones habitæ, ut vel Sodomitæ olim, & Tyrii Sidoniique converſi fuiſſent, ſi id ipſis contigiſſet, nihilominus Capernaitæ, Chorazini, Bethſaidani, & reliqui ſeſe converti repugnabant. Matth. XI. 20. ſeqq. Alio tempore ipſi res erat cum Phariſæis & Scribis, non contentis, quod ſtupenda hactenus miracula Chriſtus edidiſſet; Nam aliud ex cœlo illuſtrius petebant; quos ipſe propterea graviter caſtigabat. Matth. XII. 39. ſeqq. allegato Ninivitarum exemplo, qui reſipuiſſent ad concionem Jonæ, è ceto liberati; Et Reginæ Auſtri, quæ Salomonem nudum hominem auditura veniſſet; ipſis vel Meſſiam audire nolentibus, Jona & Regina iſta longe præſtantiorem doctrina, & miraculis. Luc. XXII. 67. 68. ſæpius

[Margin: Irriſio.]

[Margin: Incredulitas.]

pius hactenus concionando dixerat, & probaverat, ſe eſſe promiſſum illum Meſſiam, miraculis quoque id ipſum confirmaverat; neque tamen Judæi voluerint ipſi credere, aut manu ſibi ab ipſo abſtinere. Si qui ad ipſum converſi fuerant, ſucceſſu temporis ***apoſtaſiam*** committebant, & agnitum abnegabant. Joh. VI. *60.* diſcipuli quoque Chriſti offenduntur ſermone de pane cœleſti & vivifico, unicè ad ſalutem & vitam æternam neceſſario. Nam durum, intolerabilem, blaſphemum habebant Chriſti de eo ſermonem. Scilicet hactenus cum ipſo manſerant, dum alios taxaret, miracula ederet; &c. poſtquam verò audiunt, nullam eſſe terrenam felicitatem exſpectandam apud Jeſum, retrocedunt ab ipſo. Petri quoque exemplum notum eſt, ut Magiſtrum ſuum vel cum execratione abnegarit. Matth. XXVI. 71. ſeq. Marc. XIV. *69.* ſeq. Luc. XXII. 58. ſeq. Joh. XVIII. 25. Alii ***calumniis*** ipſum proſcindebant, & variorum ſcelerum inſimulabant: partim in ***doctrina***, partim in ***vita***, partim in ***operibus***. In ***illa*** ipſum inſimulabant ſeductionis & hæreſis Joh. VII. 12. 47. Matth. XXVII. *63.* vel certè Syncretiſmi cum Samaritanis Joh. VIII. 48. In ***iſta***; tanquam præcepta Dei & Eccleſiæ veteris transgrederetur, ***Blaſphemiæ*** ipſum incuſabant, cum Deo ſeſe exæquaret Joh. V. 18. Matth. IX. 3. XXVI. *65.* ***Violati Sabbati.*** Joh. V. 17. VII. 19. ſeqq. ***Crapulæ***; quaſi eſſet ***vinipotor.*** Matth. XI. 18. ***Seditionis*** excitatæ. Luc. XXIII. 5. Cum ſtaret ante tribunal Pontificis, interrogabat hic, & interrogando inſimulabat ipſum hæreſis, per diſcipulos, & ſeditionis per populum attentatæ. Joh. XVIII. *9.* In ***operibus*** miraculoſis ſugillabant ipſius poteſtatem, tanquam eſſet magus, & ex colluſione cum dæmonum principe miracula perpetraret. Joh. VII. 12. VIII. 48. Matth. XII. 24. XXVII. *63.* A verbis perveniebatur ad ***verbera.*** Odio erga ipſum flagrabant hoſtili, quare conſilia capiebant, qua ratione ipſum commodè interficerent. Sanaverat ægrum Sabbato, idque ſuum factum invictis argumentis probaverat, cum ipſi nihilominus furore quodam adacti ***conſilia*** caperent cum Herodianis, Judæorum licet infenſiſſimis hoſtibus, de tollendo è medio Jeſu. Matth. XII. 14. ſeq. Marc. III. *6.* ſeq. Ipſi Nazarethani, cum ulcus ipſorum Chriſtus tetigiſſet, adeo id indignè ferebant, ut contumelioſè ipſum de civita-

Calumniæ.

Odia capitalia.

Digitized by Google

vitate ejicerent, & publico Synagogæ decreto ad præcipitium damnarent. Luc. IV. 23. ſeqq. Ut autem ſpecioſius ipſum trucidarent, *captioſas quæſtiones* ipſi proponebant, quibus eum in ſermone irretirent, & accuſarent. Luc. XI. 53. 54. cum Chriſtus Phariſæos, Scribas, & Legisperitos variorum vitiorum & criminum poſtulaſſet, & convicisſet, exaſperati iſti ad inſidias ſeſe converterunt, variis, iisque captioſis, quæſtionibus propoſitis, ſi quod ex ore ipſius periculoſe dictum excipere poſſent, cujus gratia publicè ipſum accuſarent, tanquam legis divinæ corruptorem. Joh. IX. 10. 15. populus, Phariſæi, & Judæi, ex cæco aliquid captare allaborant. Imprimis Matth. XXII. 15. ſeq q. id agebant propoſita quæſtione de cenſu Cæſari dando; ſive enim affirmaret eam: ſive negaret, ſperabant ipſum iri irretitum. Cap. XXVI. 63. ſeqq. Marc. XIV. 61. 62. Cajaphas operoſus eſt in quæſtionibus vexatis proponendis: An Chriſtus eſſet? An Filius Dei eſſet? quos diſcipulos habuiſſet? quam doctrinam tradidiſſet? ut negantem, vel tergiverſantem in ignominiam; affirmantem autem in periculum adduceret. *Abripiebant verba ipſius in alienum ſenſum*, ut illa Joh. II. 19. de templo deſtruendo, & tridui ſpatio reſtaurando, Matth. XXVII. 40. Marc. XV. 29. Item illa Pſal. XXII. 2. Eli, Eli, quaſi aliquem ex Sanctis invocaret. Matth. XXVII. 47. Marc. XV. 35. Tandem ad *manifeſtam vim* perventum eſt. Nam Joh. VII. 19. 30. quærebant ipſum ad necem, volebantque comprehendere, quanquam hora nondum veniſſet. cap. VIII. 59. lapides tollunt, quos in ipſum, tanquam blaſphemum, conjicerent: Nec quieſcebant, donec in crucem ſuſtuliſſent: i. e. impleviſſent parabolam de occiſo filio Domini vineæ, quam ipſis recitaverat Matth. XXI. 33. ſeqq. Marc. XII. 1. Quo de inferius agetur in fatis Eccleſiæ.

Vis manifeſta.

Paupertas.

§. 24. Præter has calamitates ipſi confligandum fuit etiam cum *paupertate*. Matth. VIII. 18. 20. Luc. IX. 58. cum quis ipſi Hieroſolymam adſcendenti comitem ſeſe offerret, reſponſum accepit, fruſtra ipſum ex hac ſequela aureos ſibi montes polliceri, cum Filius hominis eſſet omnium pauperrimus, utpote non habens, ubi caput ſuum reclinet, & divertat, cum tamen vel vulpeculæ, exoſa animalcula, & aviculæ ſua habeant receptacula. Matth. XVII. 27. ne ſtaterem quidem habet, un-

de

de ſuetum tributum ſolveret; quod *auditorem ædificat, cum tanta Dominus fuerit paupertatis, ut, unde tributa pro ſe, & Apoſtolo redderet, non habuerit.* Hier. ad l. c. Sed de his & ſimilibus plura inferius in ſtatu Exinanitionis dicenda erunt.

§. 25. Adverſus tales adverſitates & moleſtias Chriſtus ſeſe munivit variis modis. (1.) *Verbo Dei*; cum diabolus ipſum temeritate tentaret, oppoſuit ipſi verbum Dei, quod ſperanda, credenda, facienda, & omittenda præſcriberet. Matth. IV. 4. ſeqq. Cum Pharisæi ipſum ſubinde inſimularent violatæ legis, remiſit ipſe leproſum curatum ad ſacerdotem, Matth. VIII. 4. quo verbum Dei volebat ipſum remitti. Lev. XIV. 4. *ne, quod in ipſo ſæpiſſime criminabantur, legem videretur infringere.* Hier. ad l. c. Alia refutationis ſpecies erat, quando miracula perpetrabat, eoque ipſo criminationes iniquas refutabat, & errores redarguebat. Violatæ diei Sabbati accuſarant ipſum Judæi, cum hominem aridâ manu laborantem ſanaret in ipſo Sabbato: τὸ θαυματουργεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀνθρώπου, θεῖόν ἐστι· οὐκ ἄρα παρανομεῖ ὁ ἐν τῷ σαββάτῳ μὴ κακόν τι ἐργαζόμενος, *miraculum facere in ſalutem hominis, divinum eſt: non igitur prævaricatur, qui in Sabbato, quod malum non eſt, operatur.* Theophyl. h. l. (2) *Fiducia* Dei, à quo miſſus; doctrinæ, quam ſciebat veram; officii, quod ſibi demandatum; conſcientiæ, quæ nullius mali ſibi conſcia erat. Exempli loco ſit illuſtris apologia, quam edidit adverſus Phariſæos, miraculorum ſuorum calumniatores. Matth. XII. 21. ſeqq. Ex his apparet, quomodo ſeſe Chriſtus adverſus varia, præſertim autem iniqua, judicia & calumnias defenderit. (3) *Diſceſſu, derelictione, & fuga.* Joh. IV. 1. tempore miniſterii ſui nondum expleto, fugit inſidias Phariſæorum, concedens ex Judæa, ubi illi dominabantur, in Galilæam, ditioni Herodis ſubjectam. Matth. IV. 13. cum Nazarethani ipſum excommunicaſſent, & de monte præcipitem dare vellent, ſeceſſit inde Capernaum, ibique domicilium ſuum habuit, ſicut ante Nazarethæ. Matth. XII. 1. *Receſſit inde, ut Phariſæis contra ſe occaſionem impietatis auferret.* ait Hier. ad Matth. XII. 15. *Secedit, nondum enim erat patiendi tempus.* Theophyl. ad Marc. III. 7. magno Sabbati die impranſus extra civitatem ſeſe proripit, & fugit, ne à Judæis occidatur, infeſtis ipſi propter Sab-

Remedia ut erant verbum Dei.

Fiducia.

Diſceſſus & Fuga.

batum ſcil. violatum. verſ. 15. ſecedit ad mare, audito, quod Phariſæi cum Herodianis, terræ Dominis, iniiſſent conſilium de ipſo publicè interficiendo, utpote Sabbati, ſua opinione, violatore. Trahebat autem ſecum ingentem vim hominum ex Judæis & gentibus excitam de variis mundi angulis, ſed etiam in fuga ſuo fungebatur officio, & oſtendit, regnum Dei perſecutionibus non minui, ſed augeri. Luc. IV. 30. per medios ſuos hoſtes, ex præcipitio jam dejiciendus, tranſit. IX. 57. à Samaritanis excluſus hoſpitio, in aliud ivit caſtellum. Joh VIII. 57. cum lapides Judæi tollerent, in ipſum eos conjecturi, abſcondidit ſeſe, & per medium circumſtantium globum tranſivit aliorſum. c. X. 39. iterum è manibus ipſorum ſeſe extricavit, cum prehendere vellent. c. XI. 54. poſtquam Judæi in Synedrio decreviſſent, & deliberaſſent, quod, & quomodo Jeſum interfecturi eſſent, tempus verò paſſioni deſtinatum nondum adeſſet, ſeceſſit ipſe, relictis Judæis, Ephrem, quæ eſt ſuperioris Galilææ, tribus Naphthali, eremo vicina, urbecula, & aliquot ibi dies cum diſcipulis verſatus eſt, officio diligenter fungens. Matth. XIV. 13. audito, Joannem eſſe decollatum, ſecedit in deſertum, *ut nobis preberet exemplum vitandæ ultro tradentium ſe temeritatis: quia non omnes eadem conſtantia perſeverant in tormentis, qua ſe torquendos offerunt. Ob hanc cauſſam & in alio loco* (Matth. X. 23.) *præcipit: cum vos perſecuti fuerint in iſta civitate, fugite in aliam; Eleganter quoque Evangeliſta non ait: fugit in locum deſertum, ſed ſeceſſit, ut perſecutores vitaverit magis, quam timuerit.* Hieron. ad I. c. vide Athanaſ. t. 2. opp. interp. dict. & parab. S. ſcript. f. m. 397. Cap. XVI. 4. Chriſtus, à Phariſæis tentatus, ipſis relictis, aliorſum diſcedit, oſtendens, contumaces contemptores & hypocritas eſſe relinquendos. Joh. XII. 37. poſtquam de ſua paſſione ejusque fructu inſignem concionem habuiſſet, Judæi vero reſponſatores in calumniam iſthæc abriperent, ſub finem diei Bethaniam ſeſe ſubduxit. Matth. XXIV. 1. Marc. XIII. 1. ſeq. Luc. XXI. 5. ſeqq. Cum paucos dies ante paſſionem ſuam miraculis perpetrandis, & concionibus habendis tranſegiſſet, nec Judæi converterentur, aut grato animo oblatam gratiam reciperent, deſeruit templum, nec unquam in idem rediit. Fugæ addidit (4) *preces.* Luc. XI. 1. ſeqq. poſtquam vidiſſet furorem hoſtium ſuorum, ſeceſſit in locum ſecretiorem, & ardentiſſimè ad Deum patrem ſuum oravit pro incremento Eccleſiæ, contra furorem hoſtium. (5) *Diſputationes* & colloquia Matth. XXII. 33. Luc. XX. 40. ſuo reſponſo, tentantibus Phariſæis & Herodianis, dato, auditores in admirationem rapit, hoſtes vero ita conſtringit, ut non auderent quicquam ipſum interrogare. Idem paulo poſt factum Marc. XII. 34. cum Scribæ tentanti de ſummo legis præcepto ita reſponderet, ut ipſe cogeretur reſponſionem approbare; quo facto nemo audebat ipſum amplius interrogare. (6) *Liberalitas* fidelium ſuccurrebat inopiæ. Luc. VIII. 2. 3. laudantur religioſæ fæminæ, Maria à Magdala vico dicta Magdalene, ex qua VII. dæmonia ejecerat: Johanna Chuſæ uxor, qui Procurator extiterat Herodis; Suſanna. & aliæ, quæ miniſtrabant ei de ſuis facultatibus: Plura addi poſſent his, & præcedentibus, niſi ea reſervaſſemus ſectioni ſequenti, in qua de miniſterio Eccleſiaſtico ex profeſſo acturi ſumus.

Preces.

Diſputationes & Colloquia.

Liberalitas.

Digitized by Google

Sectio III. Articuli II.

De
MINISTERIO ECCLESIASTICO IN GENERE.

Argumentum.

M*iniſt.rium Eccleſiaſticum ſuis nominibus inſigne eſt. Dicuntur enim miniſtri verbi, teſtes, amici Sponſi, Rabbi, meſſores, piſcatores hominum, lucernæ ardentes, Lux mundi, Sal terræ, civitas in monte poſita, conſilium Dei, ſeminatores, vinitores, Fœneratores, venditores olei, Oeconomi, ſervi, Prophetæ, ſcribæ, ſapientes, operarii. An & Mater Chriſti?* 1. *Eorum deſcriptio* 2. *Auctor primarius eſt Deus,* 3. *nempe Pater* 4. *Filius* 5. *Spiritus Sanctus* 6. *Vocatio* 7. *Ordinatio & miſſio* 8. *Materia ex qua deſumuntur,* 9. *forma eſt officium* 10. *diſtributum in poteſtatem ordinis,* 11. *nempe prædicandi verbi* 12. *legalis* 13. *& Evangelici* 14. *didaſcalicè, elenchtice* 15. *pædeutice* 16. *Epanorthotice* 17. *paracletice* 18. *& adminiſtrandi Sacramenta* 19. *vel juriſdictionis internæ & externæ* 20. *Finis eſt vel principalis vel minus principalis* 21. *Efficacia* 22. *æqualitas* 23. *dignitas* 24. *virtutes* 25. *ut ſunt fides in officio adminiſtrando* 26. *Conſtantia* 27. *patientia in adverſis* 28. *dilectio Dei* 29. *& proximi tolerantia,* 30. *Humilitas* 31. *concordia, prudentia* 32. *αὐτάρκεια,* 33. 34. *præmia* 35. *calamitates* 36. *ut ſunt mundi contemptus, calumniæ, perſecutiones* 37. *quarum cauſſæ ſunt odium Chriſti, & ignorantia Dei* 38. *Remedia ſunt auxilium divinum, fuga, ſolatia, prudentia* 39. *vitia ſub variis figuris adumbrantur* 40. *impingunt vel in vocationem, vel intentionem, vel adminiſtrationem, vel adjuncta* 41. *diſtinguendum autem inter vitia perſonarum & officiorum* 42. *Iſtarum pœnæ,* 43. *& illorum remedia recenſentur.* 44.

§. 1.

CHriſto Prophetæ ſubordinatur miniſterium Eccleſiaſticum, quod (1) *Nominibus* ſuis inſigne eſt. Vocantur *Miniſtri verbi* Luc. I. 2. quod ipſorum curæ commiſſum eſt; *Teſtes*, qui de luce teſtantur, adeoque ipſa primigenia lux non ſunt: Unde & Johannes c. III. 28. ſuos diſcipulos docet diſtinguere inter

Miniſterii I. *Nomina* ut ſunt: Miniſtri verbi, Teſtes.

Digitized by Google

inter Meſſiam ipſum, & Meſſiæ prodromum, ſive miniſtrum, qui ipſe ſit: ut deſinant plus ipſi tribuere, quam par eſſet. v.29. diſtinguit inter ſponſum ipſum Eccleſiæ, qui eſt Chriſtus, & *Sponſi amicum*, qui ſunt paranymphi, & Miniſtri, non ipſe ſponſus, qui ſolus eſt Chriſtus, qui carne aſſumpta, & expiatione, & unione facta Eccleſiam ſibi copulavit, quorum nihil Eccleſiæ miniſtri faciant. Meritò igitur oportebat Johannis auctoritatem minui per varias perſecutiones, ut aſſurgeret gloria Chriſti Domini: v. 30. Chriſtus ſolus eſt è cœleſtibus cœleſtis, & ſuper omnes; Miniſtri vero ſunt è terris terreni, i. e. homines ſuis defectibus obnoxii: Iſte ſolum cœleſtia, divina, vera loquitur; hi vero, ſi de ſuo loquuntur, loquuntur terrena, falſa, erronea, ut fides ſine examine præmiſſo adhibenda ipſis non ſit. Judicare proinde poſſumus, an diſcipuli Johannis Magiſtrum ſuum recte vocarint *Rabbi?* in controverſia de eminentia Meſſiana, quaſi docendi & baptizandi auctoritas penes ipſum eſſet: nempe male; cum ipſe non fuerit Meſſias. Joh. III. 26. Confer Matth. XXIII. 8. & Hier. ad l. c. qui reſpondet ad objectionem, cur igitur Apoſtolus Paulus (Col. I. 27.) ſeſe vocet Doctorum gentium, & *in Ægypti monaſteriis ſe invicem patres vocent*: nempe *abuſive*. *Meſſores*, & *operarii* in meſſe facienda, Joh. IV. 35. ſeq. Matth. IX. 37. 38. Luc. X. 2. in parabola, quam de tempore meſſis ſumpſit, quæ ipſo eo tempore, quo hæc dicebat, erat ſecunda, paulo ante feſtum tabernaculorum: *Meſſis multa omnis turba credentium eſt. Operarii autem pauci, Apoſtoli & imitatores eorum, qui mittuntur ad meſſem,* explicante Hieron. ad l. c. *Piſcatores hominum*. Matth. IV. 19. Marc. I. 17. Luc. V. 10. ſeqq. Origenes XII. homil. in Jerem. explicat per piſcatores *animarum, quas Apoſtoli de mari liberare, & ex acerbiſſimis fluctibus ad auram perducere liberiorem, docti ſunt à Salvatore, ſuperfundendo eis gyro artificis gratiam ſermonis, ita ſcripturarum ratione contextam, ut retia.* Sic ille. In eandem ſententiam Hieronymus ad Matth. XIII. 47. ſeqq. *Contexuerunt ſibi* (piſcatores Apoſtoli) *ex Veteri & N. T. ſagenam Evangelicorum dogmatum, & miſerunt eam in mare hujus ſeculi, quæ usque hodie in mediis fluctibus tenditur, capiens de ſalſis & amaris gurgitibus quidquid inciderit, i. e. bonos homines & malos, & optimos piſces & peſſimos.*

Amici Sponſi.

Rabbi.

Meſſores.

Piſcatores.

Dicun-

Digitized by Google

Dicuntur & *lucernæ ardentes.* Joh. V. 35. Univerſus mundus in tenebris verſatur, Deus igitur accenſo per miniſterium lumine illuminat caligantem, dum de luce teſtantur Miniſtri. Joh. I. 8. Alio autem ſenſu, quam Chriſtus, lux ſunt, nempe aliunde accenſa. Nam Joannes erat καιόμενος, aliunde accenſus, & ardens. *Lux mundi* expreſſe dicuntur Matth. V. 14. Etiamſi enim primario ad Apoſtolos ſpectet iſte titulus, utpote in orbem univerſum prædicandi Evangelii gratia mittendos, hactenus tamen omnibus Eccleſiæ miniſtris congruit, quatenus mundo tenebris ignorantiæ immerſo, & malitiâ excœcato, ipſi à ſole Juſtitiæ, Chriſto, illuminati, tanquam lychni & lucernæ doctrina & ſanctimonia vitæ luceant; illuminentque cœcos & impios. Probè autem diſtinguendum eſt inter lucem & lumen: Iſta enim ſolus Chriſtus eſt, hoc etiam miniſtri Chriſti. Apparet diſtinctionis fundamentum ex Joh. I. 8. & 9. cum negatur Johannes Baptiſta lux fuiſſe, fuiſſe autem Chriſtus affirmatur. Obſervatio hæc eſt Cyrilli in comm. ad l. c. Joh. *Etenim,* ajens, *beatum Baptiſtam, aut Sanctum quemlibet, lucem quoque merito vocari, non inficias ibimus* (propter dicta Matth. V. 14. Pſalm: CXXXII. 17. Joh. V. 35.) *veruntamen, quamvis lux ſancti & lucerna Baptiſta dicantur, non ignoramus tamen ipſos* χάριν καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ φωτὸς χορηγίαν, *gratiam ac donum luminis accepiſſe*: Hæc ille, & paulo poſt diſtinguit inter φῶς φωτίζον οὐ φωτιζόμενον *lucem lucentem ſeu illuminantem, non autem illuminatam,* & φῶς κατὰ μίμησιν, *lumen ſecundum imitationem.* Confer quæ prolixe diſſeruit ad Joh. V. 35. Talem lucem Marc. IV. 21. vult in omnium oculos animosque incurrere; Vetatque ſub modio & lecto poni perverſæ rationis, & libidinum, voluptatumque: Quidquid denique mundus indigne ferat, his facibus lucentibus ſua vitia manifeſtari. *Sal terræ.* Matth. V. 13. Inſulſus nimirum eſt mundus, & corruptioni propter peccatum obnoxius, miniſterium igitur *per doctrinæ virtutem,* ut ait h. l. Hilarius, & acrimoniam verbi ſibi commiſſi, recteque applicati, corrigit iſtud vitium, ut placeant homines Deo, & ab æterno exitio præſerventur. Alluditur huc Marc. IX. 50. Cum enim Chriſtus diſcipulos de primatu altercantes dehortaretur, ſubjicit, debere ipſos eſſe inſtar ſalis, quorum

Lux mundi.

Sal terræ.

rum & verbo & facto nemo ſcandalizetur, ſed potius à peccatis præſervetur: quod niſi faciant, velut inſulſos & inutiles è regno cœlorum ejectum iri. Applicatur parabola h.l. ad ſolos quidem Apoſtolos: *Sal appellantur Apoſtoli, quia per illos univerſum hominum conditur genus*: ait Hieronymus: attamen ratio adjecta evincit, quod competat omnibus Miniſtris Eccleſiæ; id enim condiendi officium omnium eſt. *Civitas in monte poſita.* Eminet talis aliqua civitas, & omnium oculis eſt expoſita, ſed & periculis; quamvis tuta ſit per petram, cui ſuperſtructa. Ita miniſterium in omnium oculis verſabatur doctrina, & vita. Nec metuat hoc ſibi à periculis; Nam ſuſtentatur à Chriſto, lapide angulari. Matth. 5. 16. *Conſilium Dei.* Luc. VII. 30. Sapientia enim divina veluti habita deliberatione ſeria decrevit per miniſterium verbi reſtaurare genus humanum in peccata lapſum. *Seminatoribus* quoque Matth XIII. 3. & *vinitoribus* comparantur cap. XX. 1. ſeqq. Rationem collationis facile eſt invenire. *Fœneratores* nuncupantur Luc. XIX. 13. ſeqq. Regius enim juvenis, qui eſt Chriſtus, peregrè abiturus ad occupandum regnum gloriæ, committit ſervis ſuis, decem minas uni, alteri quinque, tertio unam minam, ut interea cum illis negocientur, & lucrentur. Cui parabolæ ſimilis eſt illa de *venditoribus olei* Matth. XXV. 9. quatenus prædicant verbum Dei, ex quo fides, & Chriſtianæ virtutes accenduntur. Spectat huc, quod Origenes commentatur ad Matth. XIII. 45. ubi Chriſto ſermo eſt de prudente mercatore, qui uniones quærit; *alloquitur* enim, juxta Origenem, *diſcipulos ſuos Servator*, *ὡς ἀνθρώποις ἐμπόροις*, *tanquam homines mercatores*. Luc. XII. 42. appellantur *diſpenſatores domus*, quales olim in magnis ædibus, & frequentioribus familiis ſolebant eſſe, alimenta domeſticis diſpenſantes. Confer Matth. XXIV. 45. ubi patribusfamilias comparantur: *Exemplum patrisfamilias h. e. ſui & fidelium ſervorum i. e. Apoſtolorum & cohortationem ſolicitæ mentis interſerit, ut ſpe præmiorum miniſtrent conſervis in tempore ſua cibaria doctrinarum.* Hieron. ad l. c. XXV. 14. ſeqq. *Servi* regis, qui filio ſuo nuptias inſtruxit. Matth. XXII. 3. *Prophetæ.* c. XXIII. 34. ſimiles illis in V. T. quos Deus miſit in vineam, ut fructus colligerent. Matth. XXI. 34. ſeqq. Marc. X. 2. Luc. X. 10. ſeqq. ſcri-

Civitas in monte. | Conſilium Dei. | Seminatores. | Vinitores. | Fœneratores. | Venditores Olei. | Oeconomi. | Servi. | Prophetæ.

Scribæ, à ſcriptura ſacra, quam docti ſunt, Matth. XIII. 52. *Scribas vocat eos, ut doctos in lege; & licet docti eſſent in lege, non manſerunt tamen in lege, ſed docti ſunt ad regnum h. e. Chriſti ſcientiam, & poſſunt proferre ea, quæ ex novo, & quæ ex Veteri*: Theophyl. h. l. *Sapientes*, à ſapientia cœlitus revelata. Matth. XXIII. 34. *Operarii*, in meſſem miſſi. Luc. X. 2. In his ex ſimilibus nominibus & titulis omnibus cernis, officium miniſterii eſſe laborioſum, non otioſum; ſervitium, non dominium; An & *mater* Chriſti? Sic putat Hieronymus, explicans verba Chriſti Matth. XII. 49. *Iſti ſunt mater mea, qui me quotidie*, &c. quod longius petitum eſt. — Scribæ. Sapientes. Operarii. An Mater?

§. 2. *Definitio* & *deſcriptio* Miniſterii ex dictis facile concinnari poteſt. Juſta definitio habetur Luc. I. 2. Appellantur enim ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου Miniſtri Verbi. Luc. XII. 4. dicuntur ſervi, quos Paterfamilias conſtituerit ſuper famulitium ſuum, ut dent illi in tempore cibum dimenſum. Joh. X. 1. ſeqq. poſſet talis concinnari: quod Eccleſiæ miniſter ſit paſtor legitimè à Chriſto vocatus, & agnitus ab auditoribus ex voce verbi divini, quod prædicat, & ductu ovium, quas ad fontes Iſraelis deducit, ita ut ipſius opera non pereant, ſed æternum ſalventur. — (II.) Definitiones.

§. 3. *Auctor* miniſterii eſt Deus: Quod patet (I.) Ex *nominibus expreſſu*: Dicitur enim *Dominus meſſis*, extrudens operarios in meſſem maturam. Luc. X. 2. *Dominus familiæ*, ſuper quam conſtituit diſpenſatores, & conſtitutis leges præſcribit, & juxta præſcriptas deinde examinat, fideles remuneraturus, infideles autem puniturus. Luc. XII. 42. Confer Matth. XXIV. 45. ſeqq. Marc. XIII. 34. ſeq. *Paterfamilias*, qui mane exit, idque aliquoties, conducitque, & mittit operarios in ſuam vineam. Matth. XX. 1. ſeq. *Parens*, qui duos habet filios, eosque in ſuam vineam ablegat. cap. XXI. 28. ſeqq. *Dominus ſervorum*. Matth. XXV. 19 quos præficit familiæ, ut ipſam curent. c. XXIV. 45. (II.) Ex *actionibus*, quæ hactenus recenſitæ. Adde vocationem, qualis fuit Johannes Luc. III. 2. Vox enim divina quædam cum ipſo loquebatur, ut prædicaret, & baptizaret. Joh. I. 33. Os hic præbuit, per quod Deus locutus eſt. Marc. III. 1. 2. Marc. I. 4. Luc. III. 4. unde cum Judæi ex ipſo quære- — (III.) Auctor ejus nomina. & Actiones:

Digitized by Google

rent: quis eſſet? tandem reſpondit: ſeſe eſſe vocem clamantis in deſerto: i. e. divinitus miſſum & auctoratum. Deus ſapientiam ſuppeditat, ut Johanni Baptiſtæ, qui nullis, quæ quidem legantur, ſcholis frequentatis, eruditiſſimus tamen evaſit. Idque ut fiat, precibus opus eſt. Matth. IX. 38. *Per orationem enim ac precem hoc nobis à Deo munus effundetur.* ait Hilarius.

Eſt Trinitas ut

§. 4. Opus hoc eſt totius *S. Trinitatis*: Unde Didymus Alex. de Spirit. Sanct. apud Hieron. t. IX. opp. f. m. 196. laudat Eccleſiæ miniſtros, tanquam quos ipſe *Magiſtros eſſe præceperit Chriſtus, & pater probarit, & ſpiritus Sanctus diſpenſatores & Præpoſitos in Eccleſia conſtituiſſe perhibeatur.* Sed hæc demonſtremus ex ipſis noſtris Evangeliſtis.

Pater.

Et quidem (1) quod *Pater* ſit miniſterii auctor, inde patet, quod miſerit Filium Prophetam, & hic miniſterium reliquum; Sicut miſit me Pater, ſcil. ad prædicandam pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum, eodem modo mitto & ego vos, Joh. XX. 21. ait ad diſcipulos ſuos Chriſtus. Eundem jam ante rogaverat, ut eosdem in agnitione nominis ſui conſervaret, & ſanctificaret in veritate, quæ Dei verbum eſt. Joh. XVII. 9. 17. Merito ſic ille rogabat; Nam pater per æternum decretum hos miniſtros ipſi dederat informandos tanquam in ſchola. v. 6. Pater eſt, qui vineam Eccleſiæ ſuæ elocat vinitoribus, qui & ſervos mittit ad colonos, ut fructus vineæ ab ipſis exigant. Joh. XX. 21. Pater eſt Rex, qui filio nuptias perſonales facit, & propterea emittit ſervos, qui convivas ad epulum invitent. Matth. XXI. 33. ſeq. Marc. XII. 1. ſeqq. Luc. XX. 9. ſeqq. Ut igitur Pater fons eſt officii Chriſti Prophetici, ita etiam miniſterii. Matth. X. 40. Nam hoc à Chriſto eſt inſtitutum: *Apoſtoli nobis à Chriſto Evangelizaverunt: Jeſus Chriſtus à Deo; Miſſus enim eſt Chriſtus à Deo; & Apoſtoli à Chriſto, & factum eſt utrumque decenter ex voluntate ejus;* Scribit ad Corinthios Clemens Rom. epiſt. 1. ad Corinth. p. 54. Id quod uberius declaramus. Nam

Filius, ut patet ex fundamento.

§. 5. (II.) *Filius* quoque eſt minſterii auctor. Ut autem diſtinctè procedamus, notetur (1) *Fundamentum*: hoc vero eſt ὁμοούσια inter Patrem & Filium. Joh. XVII. 7. 10. ait Chriſtus: Omnia, quæ Pater habet, habet & Filius, & exinde deducit,

Digitized by Google

ducit, diſcipulos eſſe ſuos, perinde ut Patris ſunt, adeoque merito ſe quoque pro ipſis in veritate agnitionis & verbi divini conſervandis ſolicitum eſſe rogando. Optimè Cyrillus ad h. l. ὅτι τὰ &c. p. 968. *Ubi enim naturæ perfectiſſima in omnibus relucet identitas, ibi dignitatis eadem eſt plane gloria, non ſecrſim uni aliquid tribuens, alio excluſo, ſed æqualem, unam, & eandem in omnibus gloriam impertiens. Nam cum divinarum ſui Patris dignationum ſubſtantialiter ſit hæres, habere quidem cernetur ipſe omnia quæ ſunt Patris, & Patrem oſtendet habere omnia quæ ſua ſunt. Alter enim in altero naturaliter relucet, & effulget quidem Filius in Patre, Pater autem viciſſim in Filio. Hunc enim modum nos divinitus inſpiratæ Scripturæ docuerunt. Cùm ergo ex Patris dignationibus una ſit, in cuncta imperium habere, erit iſta quoque in filio. Character enim eſt ſubſtantiæ ejus, nullam plane diſſimilitudinem aut mutationem admittens, clarificatum autem ſe in iis, qui ſemel dati ſunt, aſſeruit, juſtiſſimam veluti retributionem eſſe dicens, quod pro ipſis rogat.* (2) *Doctrina*, quâ ipſe Chriſtus hoc tradidit. Joh. X. 7. 8. ſeſe vocat januam ad oves, per quam, quisquis non intraverit, aut intravit, is fur eſt, & latro, deſtitutus legitima vocatione, & ſalvifica doctrina, quorum utrumque ſolus ipſe præſtare poſſit. Luc. XIX. 13. generoſus Nobilis. i. e. Filius Dei ab æterno à Patre genitus, & in tempore ex virgine regia, ope Spiritus Sancti, natus, vocat ad ſeſe ſervos ſuos, antequam peregre abiret, i. e. cœlum conſcenderet, regnum gloriæ occupaturus, & diſtribuit inter ipſos aliquot minas donorum, lucri faciendi gratia, donec reverteretur, rationes cum ipſis initurus. Matth. XXV. 14. comparat ſeſe Domino, qui ad ſeſe evocat quoſdam, quos ſervos & adminiſtratores bonorum ſuorum conſtituat, à quibus etiam ſuo tempore rationes poſtulet. Joh. XV. 16. ait Apoſtolis, quod ipſi eum non elegiſſent, ſed ipſe iſtos, & conſtituerit per legitimam vocationem & miſſionem, ut impigrè abirent officio ſuo functuri, ad procurandos fructus cum privatos, tum publicos, in æternum manſuros. Hanc Chriſti doctrinam illuſtrant (3) *Facta*, quæ ſunt vocatio ad diſcipulatum, & ipſum deinde miniſterium, informatio, collatio donorum, miſſio, benedictio laborum. Initiatus officio Prophetico diſcipulos evocavit: Joh. I. 39. ſeqq. nempe Petrum & Andream,

Doctrina.

Factis ejus.

Luc. V. 10. Matth. IV. 19. Johannem & Jacobum v. 11. & v. 22. Matthæum Levi, Alphæi Filium, cum ad telonium ſedens vectigalia tractaret. Prætериens enim locum iſtum ſequi ſeſe juſſit, quæ ipſius vox adeo fuit efficax, ut publicanus ille confeſtim ſequeretur, dives pauperem, gratioſus odioſum. Matth. V. 1. ſeq. Marc. III. 14. Luc. VI. 13. ſeqq. erat Pentecoſte, cum Chriſtus montem conſcenderet, cum ſuis diſcipulis, hactenus in ſchola ſua informatis, ut ipſos auctoraret ad Evangelium in Judæa prædicandum; Abſtraxit autem ipſos à reliquis diſcipulis & Auditoribus, interea in planitie exſpectantibus, in montem ſecum abduxit, & miniſtros verbi eſſe juſſit. Poſtea, ut vocatio aliis quoque innoteſceret, deſcendit cum iisdem, & populo vocatos ſtitit, & ſolenniter renunciavit, confirmavitque ſuum & ipſorum officium, editis finita concione miraculis. Marc. III. 10. Luc. IV. 17. Sequere me, jubet illum Luc. IX. 59. ſcilicet prædicando Evangelium, cumque iſte moras necteret, volens prius Patrem ſuum ſepelire, alter vero domi ſuæ res diſponere, prohibentur id facere, quandoquidem præcepta divina de rebus ſpiritualibus ſint præferenda temporalibus. Luc. X. 1. ſeqq. deſideratum novi Teſtamenti annum auſpicaturus LXX. diſcipulos ex Samariæ vicinia circumquaque in Judæam emiſit præcones Evangelii, ut viam præpararent ſibi, paulo poſt ſuperventuro, & de laboribus ipſorum judicaturo. Joh. XV. v. 19. ait ipſe, ſuos ſeſe diſcipulos elegiſſe de mundo, ut jam non amplius ſint de mundo, operarii malorum. Joh. XVII. 6. diſcipulorum ſuorum, quos à Patre erudiendos acceperat, mentionem ſeriam facit in precibus ſuis ad Patrem miſſis, ut impetret ipſis à Patre futuram aſſiſtentiam, illuminationem, & conſervationem in agnita ſemel veritate. Joh. XXI. 15. ſeqq. à mortuis reſuſcitatus Petrum tertia vice evocat ad paſcendas ſuas oves, & agnos. Tandem ex poteſtate ſibi divinitus conceſſa omnes Apoſtolos jubet ire in orbem univerſum, ut diſcipulos ſibi faciant omnes gentes prædicando Evangelium, & adminiſtrando Sacramenta. Matth. XXVIII. 20. *Erudiens docuit regnum cœlorum prædicare in veritate, magnum illud ac ſum-*

Digitized by Google

ſummum ſignificans diſcipulis, ac dicens : Docete gentes ; h. e. transferte gentes à malitia ad veritatem, à ſectis ad unam unitatem : baptiſate ipſos in nomen Patris , & Filii , & Sancti Spiritus , in dominicam dominationem Trinitatis, ſanctum ac regium ſigillum, ut oſtenderet ex nomine, nullam alterationem eſſe unius unitatis. Paraphraſis eſt Epiph. hæreſ. lib. I. hæreſ. XX. Marc. XVI. 15. promittit, ſeſe cum ipſis, quoad ſcripta, & ſucceſſores, fore usque ad conſummationem ſeculi, verbo & laboribus præſentes benedicendo.

§. 6. (III.) *Spiritus Sanctus*: Sanctiſſimus hic Spiritus ſummum Prophetam Jeſum replevit unctione donorum ſuorum, cum baptizaretur ad Jordanem, eundemque ita initiatum expulit in deſertum, ut jejunio defunctus miniſterio ſuo fungeretur Matth. IV. 1. ſeqq. Suppeditat idem vires reliquis Eccleſiæ miniſtris ; Johannes enim anteceſſit Meſſiam in Spiritu Eliæ. Luc. I. 17. Oſtiarius ille eſt, qui aperit oſtium ad Eccleſiam miniſtris legitimè vocatis, & orthodoxè ſentientibus, docentibusque Joh. X. 3. Paracletus ille eſt, qui per miniſterium mundum redarguit propter peccatum, & convincit de juſtitia, deque judicio c. XVI. 8. Spiritus eſt, quo diſcipulos ſuos afflavit Chriſtus, ut neceſſariis χαρίσμασι, & poteſtate exornarentur. XX. 22. Nam Chriſtus per Spiritum Sanctum Apoſtolis mandavit, quid docere & facere deberent. Act. I. 2. *Mandata accipientes Apoſtoli, & per reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti plena certitudine imbuti, Deique verbo confirmati, cum certa Spiritus S. fiducia egreſſi ſunt, annunciantes regni Dei adventum. Per regiones igitur, & urbes verbum prædicantes, primitias eorum ſpiritu probantes, Epiſcopos, & Diaconos eorum, qui credituri erant, conſtituerunt*: ſcribit ad Corinthios Clemens Rom. p. 54. 55. Et Baſilius homil. XV. de fid. f. 501. Spiritus Sanctus, ait, *ſi publicanum deprehendat credentem, Evangeliſtam conſtituit: ſi piſcatorem inveniat, Theologum reddit: ſi perſecutorem pœnitentem, gentium Apoſtolum, præconem fidei, vas electionis, declarat.* Adde ſequentia, ubi de donis miraculoſis, ab eodem Spiritu Apoſtolis datis, agit. *Spiritus Sanctus.*

§. 7. Miniſter Eccleſiæ habeat legitimam *vocationem.* Hanc enim ſi habeat, non habent alii, quod in ipſo deſiderent. Joh. III. 27. Johannitas miniſterium Chriſti ſugillantes Ba- *Vocatio.*

ptiſta monebat, divinitus vocatum illum eſſe, vocatione ad officium neceſſaria. Imo ipſe vocationem ſuam ex Iſai. LXI. 1. Luc. IV. 16. ſeq. Joh. II. 18. demonſtravit. Idem requiritur ab Eccleſiæ miniſtris, ſi velint eſſe paſtores, & non mercenarii. Joh. X. 1. 7. 8. Quod, quia opus eſt divinæ gratiæ, exorandum eſt à Domino meſſis, ut ipſe mittat operarios. Matth. IX. 38. Luc. X. 2. Eſt autem vocatio illa vel *immediata*, vel *mediata*; Iſta, cum Deus ipſe ſine medio interveniente hominem vocat. Talis erat Joannis Baptiſtæ: Luc. III. 2. Andreæ & Joannis Evangeliſtæ: Joh. I. 39. Philippi. v. 43. reliquorum Apoſtolorum. Marc. III. 13. Luc. VI. 12. ſeq. Septuaginta diſcipulorum, quos in Judæam prædicandi Evangelii cauſſa Chriſtus ablegavit. Luc. X. I. ſeqq. *Mediata* analoga eſt illa Petri, ab Andrea, & Nathanaelis à Philippo facta. Joh. I. 41. 45. Vel *una* eſt, vel *iterata*; Matth. XXI. 34. 36. Marc. XII. 2. 4. ſeqq. Luc. XX. 10. ſeq. Petrus pridem lapſus tertia vice ad paſcendas oves à Chriſto evocatur. Joh. XXI. 15. ſeqq.

vel immediata vel mediata

vel una vel iterata.

Ordinatio.

§. 8. Electi & vocati *ordinabantur*. Innuitur Matth. X. 1. ſeqq. Marc. VI. 7. dum Chriſtus dat poteſtatem Eccleſiaſticam ſuis diſcipulis. Matth. XXV. 27. idem jubet pecuniam dari nummulariis: *Pecunia & argentum prædicatio Evangelii eſt, & ſermo divinus: qui dari debuit nummulariis trapezitis, i. e. vel cæteris Doctoribus, quod fecerunt & Apoſtoli, per ſingulas provincias Presbyteros, & Epiſcopos, ordinantes; vel cunctis credentibus, qui poſſunt pecuniam duplicare, & cum uſuris reddere*: explicatio eſt Hieron. ad l. c. Luc. X. 1. ſeq. clarius exprimitur. Cum enim Chriſtus LXX. diſcipulos emiſſurus eſſet præcones, ἀνέδειξεν demonſtravit ipſos, cæremoniis quibusdam, ut ſolent aliquæ obſervari in perſonarum publicarum inauguratione. Ordinationem ſequitur *Miſſio*. Idem enim Chriſtus, præmiſſa ardentiſſima precatione, ſuos in ſchola informatos diſcipulos in circumjectam Judæam primum mittit, ut primum quaſi ſpecimen functionis ſuæ ederent. Marc. III. 13. ſeq. Luc. VI. 12. ſeqq. Repetiit actum Matth. IX. 38. X. 1. ſeqq. Luc. X. 1 ſeq. & parabola declaravit hominis, qui aliquoties mittit ſervos i. e. prophetas ad colonos ſuæ Eccleſiæ tanquam Spiritualis vineæ, qui fructus repeterent à perſonis Eccleſiaſti-

&

Miſſio.

Digitized by Google

ſiaſticis & politicis. Matth. XXI. 34. 36. Marc. XII. 2. 4. 5. Luc. XX. 10. 11. 12. Clarius idem dicit, ſe ſcil. mittere Eccleſiæ Doctores. Matth. XXIII. 34. & exemplo comprobat; mittit enim diſcipulos, ſicut ipſe miſſus erat à Patre. Luc. XXIV. 47. Matth. XXVIII. 19. Quod obſervandum eſt contra ἀτάκτους illos, qui putant vocationem mediatam & expreſſam *neceſſario non requiri ad prædicandum verbum Dei. Quilibet enim homo, qui ſe idoneum judicat, ex jure naturæ obligatur, & vocatur, ad erudiendum in divinis fratrem ſuum, quem videt aberrare. Ob legem autem civilem non eſt turbandum officium miniſtri à Magiſtratu in certum locum introducti.* Ita Sandius in notis ad Joh. XX. 21. 22. ℞. Non quidem neceſſario requiritur vocatio *mediata*, requiritur tamen ordinariè vel immediata, vel mediata expreſſa: obligatur quidem omnis homo ad officium charitatis alteri præſtandum, ſed ſalvo ordine divino & humano, ne falcem mittamus in alienam meſſem.

§. 9. *Materiæ* ideam præbent Apoſtoli. Erant hi homines, non Angeli: quod obſervandum contra Origenem comm. in Joh. f. 15. qui & Angelos facit Evangelii miniſtros, quando illud prædicandum erat in univerſo orbe terrarum; Profeſſione plerique piſcatores, i.e. vulgatioris erant profeſſionis. Petrus enim, Andreas, Joannes, Jacobus, dum in piſcando occupati ſunt, & retia ſarciunt, ad diſcipulatum evocantur. Matth. IV. 18. ſeq. Marc. I. 16. Luc. V. 10. 11. Thomas quoque piſcator fuiſſe videtur. Nam referente Joh. XXI. 2. piſcatum abiit cum reliquis diſcipulis; forſan & Philippus Bethſaidanus. Jacobus Alphæi, Judas Jacobi, & Simon Zelotes agris colendis operam dabant, ut ex Egeſippo docet Euſebius, quæ & Bartholomæi profeſſio fuiſſe nonnullis videtur. Statum ipſorum notat Baſil. homil. XXII. d. humil. f. 553. *primi ſunt*, ajens, *beati diſcipuli, qui pauperes ac nudi orbem percurrerunt, non in ſapientia ſermonis, non ſequacium multitudine ſuffulti, ſed ſoli,* καὶ ἀλῆται, *& piſcatores, & deſolati, terram ac mare peragrantes, flagris cæſi, lapidati, perſecutione jactati, tandem occiſi.* Et Hieron. ad Matth. IV. 19. *iſti primi vocati ſunt, ut Dominum ſequerentur: Piſcatores, & illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non virtute Dei, ſed eloquentia atque doctrina fieri putaretur.* Sciendum tamen, quod prius fuerint in ſchola Johannis Joh. I. 37. & Chri-

(IV.) *Materia* ex qua

Digitized by Google

& Chriſti probe informati, per $3\frac{1}{2}$ fere annos, & tum demum in orbem vel omnem, vel aliquem emiſſi ad prædicandum. Math. V. 1. ſeq. X. 1. ſeq. Marc. III. 13. ſeq. VI. 7. ſeq. Luc. VI. 12. Obſervat Hier. ad Math. XIII. 51. quod Chriſtus, diſcipulos ſuos: an explicantem parabolas intellexiſſent? interrogarit ideo, *ut non audirent tantum, ut populus, ſed intelligerent, ut Magiſtri futuri. Patria* erant, plerique ſaltem Galilæi, Act. II. 7. quod erat genus hominum calidioris ſpiritus, qualia ingenia, ſi feliciter excoluntur, optima ſunt ſuo ordinato θυμῷ. Petrus, Andreas, & Philippus erant Bethſaidani: Jacobus & Joannes Capernaitæ; Joh. I. 21. cujas fuit & Matthæus. Luc. V. 27. Jacobus Alphæi, & Judas Thaddæus erant Nazarethani. Marc. VI. 3. Simon Cananites. *Genere* nonnulli Chriſto erant cognati, ut appareret, licere & ſuos officiis Eccleſiaſticis admovere. Conſobrini enim erant Jacobus minor, Judas Thaddæus, & Simon Zelotes: Joannes autem & Jacobus major erant filii Salome, quæ fuit ſoror Joſephi, nutritii Chriſti. *Judas Iskarioht* evaſit fur, & proditor, & tamen Electus erat Apoſtolus, ut oſtenderet Chriſtus, bonis etiam malos eſſe admixtos, quorum tamen miniſterium ſit æquè efficax, ac iſtorum; & doceret, non eſſe in hominibus, ſed unicè in Deo, fiduciam reponendam. Hoc fine puto Matthæum quoque, olim publicanum, eſſe evocatum. Matth. IX. 9.

(V) *Forma* eſt Officium.

§. 10. *Officium Eccleſiaſticum* ſub variis figuris adumbratur. Comparatur cum meſſe. Joh. IV. 35. Cum clavibus, quibus mediantibus cives intra urbem recipiuntur, theſauri diſpenſantur, peccatis remiſſis, vel concluduntur, retentis iiſdem. Matth. XVI. 19. Cum diſpenſatione cibi demenſi Luc. XII. 42. Dicitur enim Dominus conſtituiſſe œconomum ſuper ſuum famulitium, ut daret ipſis in tempore cibum demenſum i. e. media ſalutis, & pietatis, habita prudenti ratione loci, temporis, perſonarum, ut quæque ſingulis conducere viderit. Confer. Matth. XXIV. 45. Cum negociatione, quæ fit per minas, unde fœnus redundat, aliud majus, aliud minus, Matth. XXV. 14. ſeqq. Cum paſtura, dum Petro aliquoties dicit, paſce oves, Chriſtus paſtum

Digitized by Google

paſtum eas ducendo. Joh. XXI. 15. ſeqq. Cum nuncio ; Dicitur enim annunciatio regni Dei. Luc. IX. 61. *Eſt Spirituale, non politicum.* Ipſe enim Chriſtus oblata mundi regna, & judicis politici poteſtatem declinavit. Matth. IV. 10. Joh. VI. 15. quare voluit, ut ſui quoque ſervi ſpirituales eſſent. Cum Joannes & Jacobus regnum mundanum ambientes repulſam cum matre ſua intercedente â Chriſtô tuliſſent, reliqui vero diſcipuli ipſis ſuccenſerent, interponebat ſeſe Chriſtus, & docebat, mundanam gubernandi formam competere magiſtratui politico, ipſis minime, qui invicem miniſtri eſſent, & ſervi. Matth. XX. 24. ſeq. Marc. X. 41. Putabant diſcipuli, Chriſtum eo fine Hieroſolymam aſcendere, ut mundanum ſuum regnum auſpicaretur, cum ipſe parabolam proponeret ſervorum, qui minas â Domino acceperint eo fine, ut interea, donec ipſe è regno gloriæ reverteretur, illis lucrarentur. Luc. XIX. 13. *Laborioſum eſt, non otioſum.* Nam ſervis eo fine talenta commiſerat, ut uſuræ iſta exponerent, cumque eſſet, qui defoderat, hunc Dominus indignabundus reprehendit, & punivit. Matth. XXV. 16. ſeqq.

Spirituale, non politicum: | Laborioſū, non otioſum.

§. 11. Poteſtas vulgo ſolet diſtribui in poteſtatem ordinis, & jurisdictionis, quam Matth. X. 1. ſeq Marc. VI. 7. *δύναμιν ϗ ἐξουσίαν facultatem & poteſtatem* Chriſtus appellat; Alibi *Cathedram,* ut eſt cathedra Moſis: *Per cathedram doctrinam legis oſtendit*: ait Hier. l. c. Hilarius comm. ad Matth. V. p. 257. vocat *poteſtatis virtutem*; Poteſtas *ordinis* conſiſtit in prædicatione verbi, & adminiſtratione Sacramentorum. Obſcurius hæc innuit Chriſtus Joh. X. 7. 8. dum latrones vocat & fures, quotquot non per ipſum i. e. doctrinam ipſius & Sacramenta in ovile intrant. Clarius id expreſſit Baptiſta, cum miniſterium ſuum prædicando & baptizando auſpicaretur. Matth. III. 1. 2. Marc. I. 3. Luc. III. 3. & Chriſtus ipſe, quando diſcipulos ſuos in orbem miſſos, jubet docere & diſcipulos facere omnes gentes, verbo, & Sacramentis. Matth. XXVIII. 19. 20. Marc. XVI. 15. Ubi tamen ordo diverſimodè obſervandus. In adultis enim prædicatio verbi præcedit Sacramentorum adminiſtrationem; Johannes enim prius prædicavit, quam baptiſmum miniſtravit. Luc. III. 3. In infantibus

Poteſtas eſt duplex vel *ordinis.*

Digitized by Google

vero præcedit Sacramentum initiationis. Nam Matth. XXVIII. 19. 20. jubet ſibi fieri diſcipulos baptiſmo, & informatione.

ut eſt prædicatio verbi. §. 12. Prædicationem verbi ab Eccleſiæ miniſtro requiri Chriſtus ſuo docuit exemplo, & mandato: Idemque Chriſti prodromus Johannes, & diſcipuli ablegati. Joh. I. 23. Baptiſta quæſitus, quis eſſet? ℞. vocem prædicantis. i. e. Chriſti. Diſcipulis electis Chriſtus concionem habet ſatis prolixam, in qua de prædicandis diſſerebat, innuens, vocatos eſſe Apoſtolos ad prædicandum Evangelium. Matth. V. 1. ſeq. Luc. VI. 20. ſeq. Sicut ipſe concionibus habendis operam dedit. Joh. VI. 26. Matth. XIII. 3. ſeqq. Reſuſcitatus à mortuis, & undecim collectis, dixit, oportet impleri ſcripturam etiam in eo, ut prædicatur in nomine meo pœnitentia, ac remiſſio peccatorum. Luc. XXIV. 27. *Summa* erat pœnitentiæ baptiſmus in remiſſionem peccatorum. Luc. III. 3. prædicante Johanne; quæ & concionum à Chriſto habitarum ſumma erat, quod patet ex textu Jeſ. IX. 7. Jerem. XIII. 5. de regno Meſſiæ, in quod transferantur homines pœnitentia, & vera fide, quod explicuit Matth. IV. 17. Eadem materia erat diſcipulorum prædicantium. His enim, cum ablegaret, dicebat Chriſtus: prædicate: appropinquavit regnum cœlorum, quare agite pœnitentiam Matth. X. 7. Luc. IX. 2. Id quod & fecerunt. Nam pœnitentiam dicuntur, & Evangelium, prædicaſſe. v. 6. *Concinno ordine.* Agnitio enim peccati & pœnarum debet præcedere eorundem remiſſionem, id quod eſt regnum Dei prædicare: *Ardenti ſtudio.* Poſtquam Chriſtus integro triennio per Judæam, Galilæam, Peræam, Evangelium docuiſſet, ultimo ſemeſtri viſitationem quandam Eccleſiaſticam inſtituit, itinere per civitates & caſtella Hieroſolymam verſus ſuſcepto. Luc. XIII. 22.

Legalis. §. 13. Materia concionum diſtribui poteſt in legem & in Evangelium. *Legales* enim conciones & prodromus, *Johannes*, & Chriſtus habuerunt. Johannes; hic enim rationibus ex lege petitis negavit, juſtum & honeſtum eſſe, ut Herodes haberet fratris uxorem. Luc. III. 19. Nec temere factum eſſe videtur, quod juxta mare mortuum prædicarit pœnitentiam; Id enim ideo factum eſt, ut vivo Sodomorum exemplo homi-

nes

nes à peccando deterreret. v. 3. *Chriſtus* quoque conciones ſuas lege condivit. Joh. III. 3. Utque idem facerent *diſcipuli*, recens electos illos ad docendum quondam Dei verbum imbuit vera legis ſententia, quam explicuit, & à corruptelis Phariſaicis vindicavit; innuens, in miniſterio ſummi momenti rem eſſe, ut doctrina legis rectè tractetur. Eoque ipſo refutare voluit calumnias adverſariorum Phariſæorum, quaſi legem Dei tolleret, tollens ipſorum falſas traditiones; & opinionem auditorum tanquam liberi eſſent à lege etiam morali, liberati à coactione & maledictione ejus, nec non à jugo legis forenſis & cæremonialis. Matth. V. 17. Luc. VI. 27. Talibus concionibus admixtæ erant minæ, quales admiſcuit Chriſtus, in concione, qua invehebatur in Phariſæos incredulos empæctas, & perſecutores, comminans ipſis deſertionem gratiæ divinæ, mortemque æternam, dum ſeſe Deo veraci, & Meſſiæ fideli Doctori, mundique Salvatori opponerent. Joh. VIII. 21. ſeqq.

§. 14. *Evangelium* ſubjungebatur legi. Quid ſit *Evangelium?* Prolixe explicat Origenes tom. 1. comm. in Joh. Proponit ejus aliquot definitiones: *Evangelium*, ait, *eſt oratio, quæ bonam & convenientem rationi rerum annunciationem continet, quæ lætum reddunt Auditorem propter utilitatem, ſimul, atque ab ipſo admiſſa fuerint, quæ nunciantur*, vel: *Evangelium eſt oratio, continens boni præſentiam, cuicunque credenti*; vel: *oratio affirmans adeſſe bonum, quod exſpectabatur.* Ad ſpeciem deinde deſcendit, & applicat definitiones præmiſſas ad Evangelium Jeſu Chriſti: Definitiones iis conveniunt, quæ inſcribuntur Evangelia: *Unumquodque enim Evangelium continens res nunciatas, utiles credenti, ei, qui à ſe illud non rejecerit, cum pro ſuo jure afferat utilitatem, jure optimo etiam lætitiam affert, docens, ſalutarem adventum ad homines, primogeniti omnis creaturæ, nempe Jeſu Chriſti.* vel: *Evangelium eſt oratio, docens boni Patris in Filio adventum, ad volentes eum excipere*: Prædixerant Prophetæ præcurſore Joanne Evangelicam prædicationem initium eſſe habituram. Marc. I. 1. 2. ſeqq. Confirmabatur à Zacharia ipſius parente, dicente, quod daturus eſſet ſalutis ſaltem viam, ſeu veram agnitionem, quodq; ſalutis noſtræ ratio conſiſtat non in noſtris meritis, ſed in gratuita remiſſione peccatorum. *Summa* erat: Ecce agnus Dei & Evangelici.

Digitized by Google

tollens peccata mundi Joh. I. 29. Indigitabat his verbis, neminem inter homines, utpote omnes peccatores, non indigere hoc Salvatore unico, qui ſit agnus non vulgaris, & Leviticus, ſed Dei, qui peccata in ſeſe ſuſcipere, & tollere poſſit. Joh. III. 3. Chriſtus ipſe præmiſſa concione legali ſubjungit Evangelicam de modo obtinendi vitam æternam, non per opera, ſed per fidem in ſeſe, in cruce aliquando erigendum. Matth. IX. 35. ſeq. Marc. VI. 6. annum miniſterii ſui tertium auſpicaturus prædicat Evangelium, illud ipſum quod præcedentibus annis prædicaverat. Matth. X. 12. Luc. X. 5. jubet diſcipulos domum ingreſſuros apprecari incolis pacem, i.e. gratiam Dei, remiſſionem peccatorum, bona ſpiritualia, & corporalia. Marc. XVI. 15. jubet eosdem prædicare Evangelium, nempe præcipue. Nam & lex Matth. XXVIII. 20. inſinuatur.

Modus tractandi vel Didaſcalicus

§. 15. *Modus tractandi* quintuplex potiſſimum reperitur. Quorum I. eſt *Didaſcalicus.* Docebant enim ſumma fidei capita vel catecheticè, vel acroamaticè Luc. I. 3. 4. Hoc enim fine Lucas ait hiſtoriam ſeſe Evangelicam ſcripſiſſe, ut catechumeni haberent, quod porro accuratè legerent, & fidem ſuam confirmarent. Si qui in erronea verſabantur opinione, hos rectius informabant, ut Johannes legatos Hieroſolymitanos. Joh. I. 19. Si qui plane rudes erant, hos prima fidei elementa docebant, quod juſſit Chriſtus Matth. XXVIII 19. (2) *Elenchticus* Verſatur circa falſam doctrinam legis, vel Evangelii, item facta indigna. Erant tempore Joannis Baptiſtæ ſectæ nonnullæ, quæ à primæva Patriarcharum ſententia recedentes, male ſentiebant, & docebant, ſeſe præcepta Dei exactè ſervare poſſe, ideoque immunes eſſe à peccatis, dignos autem vita æterna: hos juſſit Joannes *μετανοεῖν*, i. e. agnoſcere ſua peccata, & veniam ipſorum petere. Luc. III. 3. Idem argumentum tractat Matth. III. 7. refutaturus hypocriſin Phariſæorum, & ſecuritatem Sadducæorum, quod propria juſtitia juſti non eſſent, nec effugituri iram divinam: eosque ipſorum errores eſſe venenatos, & vitia non perſonæ, ſed doctrinæ fructus, quorum ſemen heterodoxia, ſeminarium autem ſerpens antiquus, utpote mendacii pater. Luc. III. 19. redarguit factum Herodis inceſtuoſi, rationibus

vel Elenchticus.

Digitized by Google

nibus ex ſcriptura ſine dubio allatis. Lev. XVIII. 28. 29. XX. 10. 21. Malach. II. 13. Similia fecit *Chriſtus*, qui aliquoties in materia de lege contradixit Judæis heterodoxis. Joh. V. 17. ſeqq. acriter cum ipſis diſputat de ſanctificatione Sabbati, perſona ſua, & officio, ea oppugnantibus, poſtquam audiviſſent, male quondam affectum hominem à Chriſto die Sabbati eſſe ſanatum. Matth. XII. 2. ſeqq. recruduit diſputatio de Sabbato inter ipſum & Phariſæos, diſcipulis ſpicas die ſabbati evellentibus; confer. Marc. II. 24. Luc. VI. 2. ſeqq. Obſervat Hieron. ad Matth. XII. 33. artem dialecticam à Chriſto uſurpatam: *Conſtringit eos Syllogiſmo, quem Græci vocant ἄφυκτον: nos inevitabilem poſſumus appellare, qui interrogatus hinc inde concludit, & utroque cornu premit. Si, inquit, diabolus malus eſt, bona opera facere non poteſt, ſi autem bona ſunt, quæ facta cernitis, ſequitur, ut non ſit diabolus, qui ea facit. Neq; enim fieri poteſt, ut ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum.* Nec *obſtat*, quod interdum eminetiores ſint noſtri adverſarii. Nam Math. XII. 34. Phariſæos appellans progeniem viperarum: *oſtendit illos arborem malam, & tales afferre fructus blaſphemiæ redundantes, qualia habeant ſemina diaboli.* Hier. l. c. Matth. XVI. 6. ſeq. Marc. VIII. 15. non veretur Jeſus noſter reprehendere Phariſæos, Sadducæos, & ex utrisque conflatos Syncretiſtas aulico-politicos Herodianos, quod falſam doctrinam ſanæ admiſcerent, veluti maſſæ fermentum. Offenduntur illi quidem, ſed curandum id anxiè non eſt. Matth. XV. 13. ſeq. diſcipuli, audito Chriſti adverſus emiſſarios Hieroſolymitanos elencho, putabant acriorem eum fuiſſe, eo quod hoſtes ipſo rigore irritarentur: ſed reſpondit Chriſtus, emiſſarios iſtos ex Deo originem non traxiſſe in ſua falſa doctrina, quare eorum talem rationem habendam non eſſe; potius eradicandos eſſe & fugiendos. Duces quidem ipſos ſeſe venditare rudium, ſed ipſosmet eſſe cœcos, & credulos ſibi in exitium æternum ſecum abripere. Joh. VIII. 21. ſeq. Judæi iterum offenduntur ipſius concione, quod ſe mundi ſalvatorem dixiſſet, ſed ipſe pergebat ipſos coarguere, & ad Dei tribunal invitare. *Tale quid voluit etiam ſuos diſcipulos.* Nam Matth. VII. 15. ſeqq. Apoſtolos ſuos ad futurum miniſterium inſtruens, prædicit, fore quosdam Pſeudoprophetas, quos ipſi cavere, notare, abigere,

S 3 de-

Digitized by Google

debeant refutando. *Idque inſignem habet uſum.* Hac enim ratione Chriſtus hoſtes ſuos, quales erant Phariſæi elencho notati, ad ſcabellum pedum ſuorum projicit Matth. XXIII. 2. collato cum Matth. XXII. 44. Dociles verò ad verum verbi ſenſum revocat. Matth. XVI. 12. ignorantiam & imperitiam ſuorum diſcipulorum acrius caſtigarat, cum demum intelligerent, quis verborum Chriſti de cavendo fermento Phariſaico ſenſus eſſet. Luc. XXIV. 25. Stultos, & tardos corde ad credendum propheticis de ſe vaticiniis vocat ſuos comites Emaunticos. Sed hoc modo cordibus flagrabant. Marc. XVI. 14. ſuis etiam Apoſtolis exprobrat incredulitatem ſuam, & cordis duritiem, qnod neque oculatis teſtibus, neque ſuo verbo, neque propheticis oraculis fidem adhibuiſſent. Unde ſimul apparet, *Elenchum exercendum eſſe etiam adverſus fidei domeſticos*, ſi qua in re aberrent â veritate.

vel Pædeuticus.

§. 16. (3) *Pædeuticus.* Verſatur hic modus circa officium hominis erga Deum & proximum: quod conſiſtit in dilectione Dei & proximi. Matth. XXII. 37. 38. 39. Utrumque decet mandare, & commendare. Deum adoremus eique ſoli ſerviamus, imperante Deo, Deut. XVI. 13. & Chriſto. Matth. IV. 10. V. 24. ſeqq. Sufficeret quidem Chriſtum & miniſterium talia mandaſſe, & ſuaſiſſe, placuit tamen divinæ ſapientiæ *rationes* quoque & argumenta utriusque officii faciendi addere, quarum quædam generales ſunt, quædam ſpeciales pro una vel altera virtute. Præcipuæ rationes deſumptæ ſunt ab *honeſto*: Decet gratos nos eſſe pro beneficiis divinitus acceptis, quod Zacharias ſacerdos monet Luc. I. 47. & Chriſtus, curatis leproſis. c. XVII. 17. Decet & officii ſui rationem habere, ut diſcipulos Chriſti, quos ipſe voluit lucere bonis operibus. Math. V. 14. ſeqq. & manſuetos eſſe. Luc. IX. 55. 62. ſeqq. & humiles. Matth. XX. 26. Ab *utili*, quale eſt regnum gratiæ, cujus gratia Chriſtus monuit, pœnitentiam agi. Matth. IV. 17. & regnum gloriæ, quod promiſſum eſt omnibus pie viventibus. vide Matth. III. 12. V. 3. ſeqq. Joh. V. 39. Luc. VI. 21. 35. A *neceſſario*, nempe Dei mandato. Luc. X. 37. & voluntate. Joh. IV. 34. *A facili*, ſuum enim onus lene, & jugum leve eſſe dicit Chri-

Digitized by Google

Chriſtus. Matth. XI. 30. A *poſſibili*, ut audiat, quisquis aures habet. Luc. XIV. 35. A *glorioſo*: Bonis enim operibus promovetur gloria divina. Matth. V. 16. 47. 48. & ſuo quodam modo etiam noſtra, dum nos exhibemus tanquam filios Dei. Math. V. 45. XIX. 28. ſeqq. & pro Chriſti conſecraneis agnoſcimur etiam in judicio extremo. Luc. XII. 8. convivio nuptiali adhibemur. v. 37. 38. Matris & fratrum Chriſti loco cenſemur. Matth. XII. 50. Marc. III. 35. Luc. VIII. 21.

§. 17. (4) *Epanorthoticus* invehitur in vitia quorumvis hominum, argumentis deſumptis ab *inhoneſto*, cum non ſentit homo divina, Matth. XVI. 23. utplurimum autem ab *inutili & damnoſo*. Comminatus enim eſt Chriſtus male operantibus iram Dei, excidium non temporale ſolum, ſed etiam æternum, Matth. III. 7. 10. 12. Luc. III. 7. 9. XII. 5. XIII. 3. 5. XVII. 29. carentiam præmii. Matth. VI. 1. 16. Denegatio remiſſionis peccatorum. Matth. VI. 15. XII. 31. 32. XVIII. 35. & æterni convivii. Luc. XIV. 24. Ab *indecoro*, dum pro Chriſti ſociis non agnoſcentur. Matth. X, 33. Luc. XII. 8. 9. indigni, qui ipſius nomen gerant. Matth. X. 37. vel Epanorthoticus.

§. 18. (5) *Conſolatorius*. In gratiam miſerorum unctus erat Chriſtus, ut ipſis denunciaret Evangelium, corda contrita ſanaret, prædicaret captivis liberationem; Luc. IV. 18. Quod ſummæ fide præſtitit, dum ad ſeſe peccatis onuſtos invitavit. Matth. XI. 28. & dimiſſis peccatis bene ſperare & confidere Matth. IX. 2. 22. & conſternatos juſſit eſſe ſecuros. Matth. V. 12. Marc. VI. 15. vel Conſolatorius.

§. 19. Alter actus ordinis eſt *adminiſtratio Sacramentorum*: quæ ſunt Baptiſmus & Euchariſtia. *Baptiſmus*, quem adminiſtravit Johannes, inde Baptiſta dictus. Matth. III. 5. ſeqq. Marc. I. 4. Luc. III. 3. ſeqq. auſpicabatur baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, docens, & abluens â peccatis, quotquot ipſa agnoſcebant. Atque hoc faciebat in planitie circa Jordanem, & Ænon juxta Salim, (ad differentiam Damaſcenæ Ænon, Ezech. XLVII. 17.) Opus hoc erat divinitus mandatum; Nam erat opus juſtitiæ divinæ, quæ vel in Chriſto baptizando erat adimplenda. Matth. III. 15. & ex cœlo, quod innuit Chriſtus Matth. XXI. 25. Marc. XI. 30. Luc. XX. 4. Joh. I. 6. Huic *Et adminiſtratio Sacramentorum: Baptiſmi.*

Digitized by Google

Huic ordini divino ipſe ſeſe Chriſtus ſubjicit, baptiſmum â Joanne ſuſcipiendo, *ut, ſi Deus ab homine accepit baptiſmum, nullus â conſervo dedignetur accipere*, Hier. ad Matth. III. 15. Ordine tamen adminiſtrandum, nempe adultis prius informatis. Nam & Chriſtus prius hinc inde docuit, quam per diſcipulos ſuos (vid. Tert. de Bapt. c. II.) baptiſmum auditoribus impertiretur. Joh. III. 22. Deinde prius in Judæa, ultimo inter omnes gentes. Has adiri juſſit diſcipulos Chriſtus, cum paulo ante aſcenſionem ſuam in cœlos ipſis diceret: Euntes in mundum univerſum, diſcipulos mihi facite omnes gentes, baptizantes ipſas in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Matth. XXVIII. 19. ſeqq.

& Euchariſtiæ.

Euchariſtiam diſtribuere eosdem juſſit, cum diceret: Hoc facite in mei commemorationem. Luc. XXII. 19.

vel *Juriſdictionis* Internæ.

§. 20. *Juriſdictionis* poteſtas eſt vel interna, vel externa. *Interna* eſt poteſtas clavium, ligantis & ſolventis. Matth. XVI. 19. Chriſtus Petro iſtas cœli claves promittit, i. e. poteſtatem vel potius miniſterium remittendi vel retinendi peccata, eorundemque pœnas. Quod officium omnibus deinde diſcipulis commiſit. Joh. XX. 23. omnibus diſcipulis ait: quorumcunque remiſeritis peccata, remittentur eis, quorumcunque retinueritis, eadem retenta ſunt. Divina eſt iſta poteſtas & efficax, quare non ſpernenda. Matth. XVIII. 18. Chriſtus eo de valore agit contra contemptores Eccleſiæ: *Quia dixerat: Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus; & poterat contemptoris fratris hæc occulta eſſe reſponſio, vel tacita cogitatio: ſi me deſpicis, & ego te deſpicio; ſi tu me condemnas, & mea ſententia condemnaberis: Poteſtatem tribuit Apoſtolis, ut ſciant, qui â talibus condemnantur, humanam ſententiam divina ſententia roborari.* Explicatio eſt Hieron. ad l. c. Metaphora deſumpta vel â civitate, ſeu domo, quæ ſuas habet ſeras, ut claudatur, & claves, ut reſeretur: vel â foro, in quo ſiſtuntur vincti, â judice vel abſolvendi, dum vincula demuntur, vel damnandi, dum arctius conſtringuntur, vel in carcerem detruduntur: Id quod patebit in die pantocritico. Abutuntur dicto, qui poteſtate ſua pro arbitrio abutuntur; in quos invehitur Hieronymus comm. ad Matth. XVI. 19. verba ipſius ſunt: *Iſtum locum Epiſcopi & Presbyteri non intelligentes ali-*

Digitized by Google

aliquid ſibi de Phariſæorum aſſumunt ſupercilio: ut vel damnent innocentes, vel ſolvere ſe noxios arbitrentur: cum apud Deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum vita quæratur. Illuſtrat ſimili analogo, deſumpto à ſacerdotibus V. T. qui leproſos non faciebant, ſed declarabant, quales ante fuerant: *Quomodo leproſum ſacerdos mundum vel immundum facit, ſic & hic alligat, vel ſolvit Epiſcopus & Presbyter; non eos qui inſontes ſunt, vel noxii, ſed pro officio ſuo, cum peccatorum audierit varietates, ſcit qui ligandus ſit, quive ſolvendus.* Hæc ille. *Externa* poteſtas non eſt politica: ſed Eccleſiaſtica, Matth. XX. 24. & vel ordinaria, vel extraordinaria. Iſta concernit regimen Eccleſiæ commune, ſicut facit ad ſalutem ipſius; Eph. IV. 12. Hæc vero chariſmata Apoſtolis conceſſa, etiam in malos ſpiritus. Matth. X. 1. ſeqq. Quoad politicam vero poteſtatem ſunt ſub magiſtratu politico ordinario, ita ut etiam vectigalia ſolvere teneantur Matth. XVII. 24. ſeqq. Chriſtus ſolvit didrachmam pro ſeſe, & pro Petro: ὡς ἔχων τὴν τοῦ δούλου ἐκείνου μορφὴν, τέλος καὶ κῆνσον δίδωσιν, οὐχ ἕτερον παρὰ τὸν διδόμενον ὑπὲρ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ: *Tanquam ſervilem hanc formam gerens, tributum & cenſum, non alium, quam quem ipſius diſcipulus, ſolvit.* Origen. ad l. c. Diſcipulus erat Petrus, civis Capernaiticus, quare ab ipſo exigebant Romani cenſum, qui erat didrachma, pro ſingulis capitibus: cum vero neſcirent, cujas eſſet Jeſus, & ubi? & an ſolvere ſoleret didrachmam? interrogant Petrum, utique, reſpondebat ille, docens, etiam ſuum magiſtrum magiſtratui ſeſe ſubjeciſſe.

vel Externæ.

§. 21. *Finis* in genere eſt lucrum, quod Eccleſiæ miniſtri facere debent. Luc. XIX. 13. 23. generoſus eſt, qui minas commodat ſervis, ut cum ipſis negotientur ipſi, vel apud nummularios deponant. Matth. XXI. 34. ſeq. Marc. XII. 2. ſeq. Luc. XX. 10. ſeqq. Dominus vineæ exigit à colonis fructus. Poteſt diſtribui in principalem, & minus principalem. *Iſte* eſt viam præparare Chriſto. Eſai. XL. 3. Luc. I. 17. III. 4. Dixerat Propheta de populo ex captivitate Babylonica reducendo, cum deflecteret ad vaticinium de futuro Meſſia, cui Joannes per prædicationem & baptiſmum viam paraturus eſſet in cordibus hominum, colles Phariſæorum deprimendo, valles autem

(VI) *Finis* eſt vel principalis.

con-

conſcientiarum pavidarum ſolatiis Evangelicis extollendo, & obliquas opinionum variarum vias rectificando: Adducere Chriſto ſponſo ſponſam Eccleſiam, veluti Paranymphi olim ſolebant, ſponſas compellantes, conciliantes, adducentes, reducentes profugam, monentes quaſi immorigeram, &c. Joh. III. 29. Hieronymus comm. ad Matth. XXI. 6. 7. typum quærit in veſtimentis, quæ Apoſtoli Chriſto ſuper aſina vecto ſubſtraverant: *poſtquam* (homines) *ſuſcepère Apoſtolicas veſtes, pulchriores effecti, Dominum habuere ſeſſorem. Veſtis autem Apoſtolica, vel doctrina virtutum, vel ediſſertio ſcripturarum intelligi poteſt, ſive Eccleſiaſticorum dogmatum varietates, quibus niſi anima inſtructa fuerit, & ornata, ſeſſorem habere Dominum non meretur.* Hæc ille. *Hic* vero eſt ſalus Eccleſiæ, quod variis modis & vicibus inſinuatur. Matth. IV. 19. Chriſtus ſuos Apoſtolos vocat piſcatores hominum non ideo, quaſi ad mortem eos capturi eſſent, ſed potius ad vitam. Id quod obſervavit auctor qq. & RR. ad orth. vulgo Juſtinus Martyr creditus, quæſt. XX. ſic enim format quæſtionem: *Si ad mortem & exitium piſcatores ex aquis piſces extrahunt, quomodo Dominus Chriſtus per Apoſtolos in vitam ſempiternam homines producturus, hominum ſe eos piſcatores facturum promiſit?* Reſpondet: *Quandoquidem ab Apoſtolis captos homines regni ſagena emori, & è priſtina in peccatis acta vita excedere oportuit: non abs re piſcium captura Dominus capturam hominum comparavit. Addidit autem: in vitam, ut, quod in ſimilitudine deficeret, in re, cujus demonſtrandæ gratia ea eſt adducta, compleret.* Hæc ille. Per agnitionem Chriſti, miniſterio plantandam, ſalvandi ſunt homines, opus propterea habentes teſtimonio, quod Jeſus ſit verus Propheta. Joh. V. 34. Eccleſia Dei domus eſt, in qua verſantur domeſtici, neceſſariis vitæ ſuſtentandi, quod facere debent miniſtri Eccleſiæ. Luc. XII. 42. Horum enim ſcopus ſit non dominari, ſed ſervire in domo Dei. Matth. XX. 26. ſeq. Marc. X. 42. ſeqq. ire, & fructus ferre, cum privatos, tum publicos, qui maneant, dum Eccleſia manet, & ſalus ex Eccleſia reſultans. Joh. XV. 16.

[margin: vel minus principalis.]

[margin: (VII) *Affectiones* & Effecta; ut Efficacia:]

§. 22. Hi fines ut obtineantur, opus eſt *efficacia*, quæ dictis & exemplis probari poteſt. *Dictis.* Nam Matth. V. 13. 14. diſcipuli Chriſti, qua Eccleſiæ miniſtri, comparantur ſali condienti,

dienti, & luci lucenti, & illuminanti mundum; *Exemplis & ſimilibus.* Joh. XV. 16. comparantur arboribus frugiferis. Cap. XX. 23. œconomis, qui habent claves reſerandi & includendi. Matth. XXV. 16. mercatoribus, qui lucrum faciunt. Luc. IV. 20. 21. 22. Chriſtus prædicans omnium in ſeſe ora convertit, & corda, ita convictorum, ut ne contradicere quidem poſſent. Matth. IV. 13. prædicat Evangelium fructuoſè inter Galilæos, gentem rudem, bellicoſam, & pertinacem. Luc. X. 17. revertuntur ad Chriſtum diſcipuli quondam emiſſi, & cum gaudio referunt, quod inſignes fructus feciſſent, prædicantes, ita ut vel dæmonia, genus hoſtium acerrimum, coacti fuerint nomini ipſius cedere, adeo nihil obſtare poteſt efficaciæ miniſterii. Confirmat hoc Chriſtus v. 18. cum ait, vidiſſe ſe oculo ſuæ omniſcientiæ, quomodo Sathanas, ipſis Evangelium annunciantibus, inſtar fulguris dejectus ſit è cœlo ſui dominii, quo hactenus inter infideles & impios graſſatus erat. Addit v. 19. ſeqq. novam promiſſionem de poteſtate adverſus ſerpentes cum naturales tum ſpirituales, ut & ſcorpiones, i. e. diabolum ejusque organa, qui quidem virtutes habeant ſuas, & venena, i. e. artes, inſidias, & furores, ſed in vanum; calcanda enim eſſe iſta à miniſterio, cauſſam Dei, & veritatis fortiter agente, nec cedente ſive per ſyncretiſmum, ſive per timorem, diabolo & perſecutoribus furentibus. Huc pertinet, quod Matth. X. 1. ſeq. Chriſtus promittit diſcipulis & confert poteſtatem ſuper immundos ſpiritus, ut eos expellant, & vim curandi omnis generis morbos & contagiones: *Benignus & clemens Dominus ac Magiſter, non invidet ſervis atque diſcipulis virtutes ſuas. Et ſicut ipſe curaverat omnem languorem & omnem infirmitatem, Apoſtolis quoque ſuis tribuit poteſtatem, ut curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem in plebe.* Hier. ad l. c. Sed quo fine hanc ipſis poteſtatem conceſſerat? ut fidem inveniret concio Evangelica v. 7. Sic enim idem Hieronymus: *Ne hominibus ruſticanis, & absque eloquii venuſtate indoctis, & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna cœlorum, dat poteſtatem infirmos curare, leproſos mundare, dæmones ejicere, ut magnitudinem promiſſorum probet magnitudo ſignorum!*

Æqualitas. §. 23. Hactenus de officio miniſterii. Sciendum autem quod *æquales* ſint Eccleſiæ miniſtri omnes, quoad iſtam ordinis & juriſdictionis internæ poteſtatem: ut adeo nullus anſam habeat alteri ſeſe præferendi. Matth. XVI. 19. Petro quidem dantur claves, ſed Joh. XX. 23. eædem etiam reliquis traduntur diſcipulis. Notanda paraphraſis & explicatio Chryſoſtomi: *Ut Pater meus*, inquit Chriſtus Petro, *dedit tibi notitiam myſterii, ſic & ego dabo tibi claves regni*, h. e. τοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν τὰ τῶν ἀνθρώπων σφάλματα: ἔχουσι γὰρ ἐξουσίαν τοῦ συγχωρεῖν καὶ δεσμεῖν, καὶ οἱ κατὰ πέτρον τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιωθέντες χαρίσματος: οὐ μόνῳ δὲ τῷ πέτρῳ τοῦτο δεδώρηται, ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς μαθηταῖς: *poteſtatem ligandi ſolvendique hominum peccata. Habent porro ſimilem poteſtatem dimittendi, ligandique & ij, qui ſecundum Petrum ſummi ſacerdotii gratia dignati ſunt. Nec vero id Petro uni ſucceſſoribusque ejus reſervatum, ſed & aliis communicatum diſcipulis, quando illis dictum eſt* (Joh. XX. 23.) *quorum remiſeritis*, &c. In Caten. Matth. Et Hieron. lib. I. adverſ. Jovin. f. m. 16. conferens Petrum & Johannem Apoſtolos inter ſeſe, ſibi format objectionem: *At dicis: ſuper Petrum fundatur Eccleſia*: reſpondet: *id ipſum in alio loco ſuper omnes Apoſtolos fit, & cuncti claves regni cœlorum accipiunt.* Hilarius lib. VI. de Trinit. omnes Apoſtolos ita compellat: *Vos ô ſancti & beati viri ob fidei veſtræ meritum claves regni cœlorum ſortiti, & ligandi atque ſolvendi in cælo & in terra jus adepti.* Matth. XVIII. 1. ſeqq. Marc. IX. 33. Luc. IX. 46. diſcipuli Chriſti, ſumpta occaſione à prædicta magiſtri ſui paſſione, morte, reſurrectione, controverſiam de primatu in regno cœlorum ſibi invicem movent, uter maximus illorum futurus eſſet? Chriſtus, ut litem decideret, evocat ex æqualibus ſuis aliquem humilem & ſimplicem puerulum, ſiſtitque exemplar humilitatis, ut diſcerent, qui majores reliquis eſſe vellent, humiliare ſeſe præ illis, ut vel puerulos recipere non dedignentur. Matth. XX. 26. Marc. X. 43. recrudeſcit ambitio, ſed Chriſtus denuo jubet ipſos eſſe humiles, ut alter alterius ſit miniſter & ſervus, à primo usque ad noviſſimum. Matth. XXIII. 8. iidem Chriſto ſuo collati appellantur fratres, nempe in fide, condiſcipuli, qui æque omnes ab ore Magiſtri ſui pendeant. Quare deſinant magiſtri, patres, ductores vitæ, Rabbi appellari,

Digitized by Google

lari, præ reliquis prærogativam quærentes; ſtudeant potius humilitati, ut, qui vel officii dignitate, vel nominis auctoritate, vel donorum ſublimitate alios antecellit, reliquorum ſit miniſter, ſi velit exaltari. v. 9. 10. 11. 12. Poſt tot admonitiones tandem ſapere debuiſſent, ſed non eſt factum. Nam recruduit contentio paulo ante obitum Chriſti, cum putarent, glorificationem Chriſti mundanam imminere. Sed tertia vice revocantur ad humilitatis ſtudium, quod, qui major inter ipſos eſt, fieri debeat ſicut junior, ſeu inferior; quique princeps, ſentiat ſicut miniſter. In quam rem ipſe ſe ſiſtit exemplar, qui, licet Dominus ſit, miniſtraverit tamen paulo ante ipſis ſuis diſcipulis ad menſam accumbentibus tanquam potioribus.

§. 24. Hæc autem non eo accipienda ſunt, quaſi nulla miniſterio *dignitas* competat. *Competit utique.* Ipſe Chriſtus remittit leproſum â ſeſe curatum ad Sacerdotes etiam Judaicos, *ut Sacerdotibus deferre honorem videatur*, juxta Hier. ad Matth. VIII. 4. Arceſſenda illa eſt â divina vocatione, & fine miniſterii. Matth. XI. 7. Luc. VII. 24. ſeqq. Chriſtus commendaturus Joannem Baptiſtam, argumentum ſumit à vocatione divina, S. literis prodita, & fine miniſterii, qui ſit, Chriſto viam præparare, & homines convertere. Matth. VIII. 5. Chriſtus quidem loquitur de parvulis ætate, ſed Hieronymus accommodat ad parvulos & ſinceritate, & officio, nominis tamen ſui facit mentionem, *prudenter, ne, cum delatum fuerit Apoſtolis, ſe putent honoratos, adjecit, non illos ſui merito, ſed magiſtri honore ſuſcipiendos.* Unde tanta non eſt miniſterii dignitas, ut non examinandum ſit verbum, quod prædicant, verbo ne Dei congruum ſit? an non? Joh. VII. 16. Chriſtus ejus examinis puncta & objecta docet, nempe: an quis legitimè ſit vocatus? Verbum Dei doceat? gloriam Dei, an ſuam ipſius, quærat? Sic vero inquirere & explorare poterit, qui non ſuis affectibus ſeſe dederit, ſed paratus ſit voluntati divinæ ſeſe ſubjicere; & diligenter deinde inquirat: Tali Spiritus S. gratia non deerit, ſed revelabit, quid huic vel iſti Doctori tribuendum ſit? Dignitas.

§. 25. Fomentum dignitatis ſunt *virtutes*, quibus imprimis miniſterium ſtudere debet. Sint lucentes & ardentes fa- Virtutes

Digitized by Google

ces, præbendo aliis ſalutaria exempla virtutum ſuis virtutibus, & Zelo doctrinæ. Matth. V. 16. Marc. IV. 21. Chriſti monitum eſt ad ſuos Apoſtolos : *Hoc loco admonet Apoſtolos* λαμπροὺς εἶναι κατὰ τὸν βίον καὶ τὴν πολιτείαν : *ut ſint claræ & honeſtæ vitæ* ; Dicit enim ; *Sicut lucerna ponitur, ut luceat,* οὕτω καὶ ὁ ὑμέτερος βίος πᾶσι περίβλεπτος ἔσται *ita & vita veſtra omnibus conſpicua erit, & omnes ad ipſam reſpicient.* Explicatio eſt Theophylacti ad Marc. l. c. Sicut & illud, quod habetur Marc. IX. 50. cum vult ipſos in ſemet ipſis habere ſalem, & mutuam pacem, quod fit, ſi ſapientes ipſi fuerint in doctrina, & pacifici in externa converſatione. Compendium officii eſt, ſequela Chriſti, quam ipſe Petro imperat Joh. XXI. 19. ſequere me, puta in officii fideli adminiſtratione, & patienti adverſorum, mortis cumprimis, tolerantia. Nimirum non ſufficit Eccleſiæ miniſtrum recte docere, ſed decet & ſancte vivere : *Beatitudo perfecta eſt, quæ ſermone docueris, opere complere:* cenſente Hieron. ad Matth. V. 19.

Fides in officio. §. 26. Diſtinctius de his loquendo, competit miniſterio *fides in officio adminiſtrando*, quæ maneat intra vocationis & modeſtiæ limites, ſtrenue peragendo id, quod dicere, & facere Deus ſuos juſſit miniſtros : cætera Deo commendando. Joh. I. 23. Joannes Baptiſta, rogatus, quis eſſet ? reſpondet, ſeſe eſſe vocem prædicantis, non ſacrificulum, aut politicum aliquem alaſtora. Cap. III. 29. idem ſeſe nuncupat non ipſum ſponſum, qui ſit Chriſtus, ſed ſponſi amicum, qui delectetur voce ſponſi, ſuam ſponſam evocantis. Matth. V. 14. vocat ipſos Chriſtus lux mundi, quæ abſcondi non poſſit : *Docet fiduciam prædicandi, ne Apoſtoli abſcondantur ob metum, & ſint ſimiles lucernæ ſub modio, ſed tota libertate ſe prodant, ut, quid audiverant in cubiculis, prædicent in tectis* : Explicatio eſt Hieron. ad l. c. Cap. VII. 15. ſeqq. Chriſtus ſuos Apoſtolos, & in ipſis omnes verbi miniſtros, jubet notare Pſeudoprophetas, & cavere ſibi & ſuis ab ipſis. Marc. IV. 21. idem jubet verbum commiſſum veluti lumen ſeu candelam in candelabro, ſedula & pura prædicatione poni, ut & voluntatem Dei, & hominum vitia revelet. Si hoc fecerit, fructum Deo commendet. Quod idem innuit ſomno, docens, ſi miniſter Eccleſiæ officium fecerit ſuum, cætera, quæ fructum ſpectant, Deo committat, & ſecure

Digitized by Google

curè ipſius benedictionem exſpectet, quandoquidem corda auditorum ſuorum nemo paſtorum habeat in ſua ipſius manu, niſi ſolus Deus, qui convertere poteſt, 1. Cor. III. 6. Nec minus decet in theſi verbum Dei proponere. Nam Matth. X. 27. idem præcipit diſcipulis primum in Judæam ablegatis, ut commiſſam ſibi doctrinam vel in tectis (plana ea erant in Palæſtina) deprædicent. q. d. *quod audiviſtis in myſterio, apertius prædicate, quod didiciſtis abſcondite, publicè loquimini, quod vos erudivi in parvulo Judææ loco, in univerſis urbibus, & in toto mundo audacter dicite*, ut verba Chriſti reddidit Hieron. l. c. Quod & ſtrenue fecerunt. Nam Luc. IX. 6. Marc. VI. 12. referuntur prædicaſſe pœnitentiam, & Evangelium, additis miraculis, & ſic confirmaſſe, euntes per caſtella, & publica loca, inſuper habitis minis, & periculis ex Phariſæis impendentibus. Videtur equidem officium charitatis & humanitatis erga proximum aliud requirere, ſed vocatione Dei ita volente, poſtponendum eſt iſtud. Luc. IX. 59. ſeq. Chriſtus vocat diſcipulum aliquem ad Evangelium prædicandum, qui moras nectebat, cauſſatus officium erga parentem grandævum, & morti vicinum; ſed objurgatur propterea à Chriſto, docente, in ſpeciali ejuſmodi vocatione curanda eſſe, quæ ſunt Dei, ut eſt prædicatio Evangelii, & non quæ ſunt hominis. Ita Luc. X. 4. neminem vult ſalutari in via à diſcipulis LXX. in Judæam ablegatis, i. e. nullum vult moras nectere in officio ſuo adminiſtrando: Debet enim œconomus eſſe πιστὸς fidelis, faciendo ſui Domini voluntatem, quæ vergat ad ipſius gloriam, Eccleſiæ vero ædificationem. Luc. XII. 42. debet eſſe inſtar nummulariorum. Luc. XIX. 13. 15. ſeqq. Servi a Domino ſuo accipiunt aliquot minas, quibus fœnus exerceant interea, donec ipſe revertatur; quod unus & alter fecerunt, lucrati, iſte quidem decem, hic vero quinque alias minas; quod propterea Dominus laudavit; Tertio autem ſuccenſuit, quod nihil eſſet lucratus, ut ſaltem nummulariis in lucrum dediſſet minam, à Domino cum fœnore aliquando recipiendam, Confer Matth. XXIV. 45. XXV. 16. ſeqq.

§. 27. Non autem ſufficit fidelem eſſe in officio, ſed oportet & *conſtantem* eſſe adverſus tentationes ſortis ſive ſecundæ, Conſtantia.

dæ, ſive adverſæ. Joh. I. 20. ſeqq. ſplendida legatio ad Joannem adornatur, quæ vel deterrere ipſum, vel inflare potuiſſet opinione Meſſianæ dignitatis. Sed neutrum fiebat. Confitebatur iſte conſtanter, & modeſtè, quis non eſſet, & quis eſſet, quidque hactenus populum docuiſſet : non metuens auctoritatem Synedrii, à quo legatio miſſa erat. Idem Auditorio ſæpius inculcavit præſentiam veri Meſſiæ v. 29. 36. ne ſibi id dignitatis tribueret. Scilicet non erat calami inſtar arundinei, qui cum vacuus ſit & levis, quovis vento inclinatur ; qualis mos eſt Ecebolorum, qui ſeſe in doctrina & moribus accommodant ad rationem ſtatus, temporum, hominum, etſi antea erecti ſtare viderentur. Idem nec mollibus utebatur veſtimentis, i. e. non diffluebat delitiis aulicis, ut ſecundis ſaltem emolliretur, qui adverſis non frangebatur ; Nec placere ſtuduit potentibus, ut per ipſos divitiis & præmiis frueretur. Confer dicta art. II. ſect. 1. §. 7. Idem nos docet ſuo exemplo Chriſtus Matth. XIII. 1. ſeqq. Etſi enim Phariſæi & ſcribæ putarint, ſuis ſeſe calumniis Chriſtum defatigaturos eſſe, & deterrituros ab officio docendi, ipſe tamen fortius poſthac inſtitit, & concionem eo ipſo die egregiam habuit de verbo Dei.

Patientia. §. 28 Huc pertinet *patientia in adverſis*. Matth. VIII. 18. ſeqq. Marc. IV. 35. ſeqq. Chriſtus alicui Scribæ, diſcipulatum ſui ambienti, innuit, quæ ipſius ſors futura ſit, nempe non melior, quam Magiſtri, ab omni humana commoditate deſerti, comparet igitur ſeſe ad heroicam patientiam. Marc. VI. 8. ſeq. Chriſtus emittit ſuos diſcipulos, ſed ſine pera, in qua neceſſaria continerentur; ſine pane, i. e. victu; ſine ære in Zona; pecuniam enim in Zonis ſolebant geſtare ; ſine binis. i. e. mutatoriis tunicis, cum ſolo baculo & ſandaliis, ut ipſos prępararet, ad futuras neceſſitatis anguſtias patienter ferendas ; Imo alio tempore & baculos & ſandalia ferre prohibuit. Matth. X. 10. Luc. IX. 3. nempe baculos armatos, ut ſunt lanceæ, offendendi, vel ſui defendendi gratia ; aut calceamenta, qualia ſolebant ſervi poſt Dominos ſuos ferre. Marc. X. 38. Idem crucem, ſupplicii & mortis genus ut ignomioſiſſimum, ita doloroſiſſimum, commendat ſuis diſcipulis, ne puderet ipſos ejus, vel hor-

Digitized by Google

horrerent eandem, Deo, vel perſecutoribus eam imponentibus, quia Chriſtum præeuntem promptè ſequantur. Joh. XXI. 18. ſeq. poſtquam Chriſtus Petro paſcendas oves ſuas commiſiſſet, & hic ſuum erga magiſtrum amorem commendaſſet, ſubjecit Chriſtus de futuro ipſius martyrio, quod vinculis conſtringendus, & ad mortem adducendus eſſet, idque prædixit, ut maturè ſeſe componeret ad ferendas patienter calamitates.

§. 29. Facit hæc ille, qui Deum *diligit* ſuper omnia, adeoque & ſuper res chariſſimas, quales ſunt parentes, quos ardenter, & liberi, quos tenerius, & nosmetipſi, quos tenerrimè omnium & ardentiſſimè diligimus; Secus ſi fiat, indigni ſumus, qui Chriſti ſervi vel diſcipuli dicamur. Luc. IX. 59. Chriſtus ne quidem parentes ſepeliri, aut domeſticis valedicere permittit præ verbi prædicatione. Joh. XXI. 15. cum Petrum denuo vocaſſet ad officium Apoſtolicum, interrogavit, idque ter: Simon Johannis, diligis me? innuens, dilectione Dei opus eſſe ei, qui officio Eccleſiaſtico ritè defungi velit. **dilectio Dei.**

§. 30. Opus autem eſt etiam *dilectione proximi.* Joh. XIII. 34. Chriſtus, jamjam prodendus, & interficiendus, novum dat ſuis diſcipulis præceptum, ut ſe invicem diligant ea ſinceritate, qua ipſe illos hactenus dilexiſſet, eo ipſo charactere dignoſcendi ab aliis aliorum diſcipulis & miniſtris. Repetit cap. XV. 12. 17. rationibus graviſſimis in medium adductis & deſumptis à ſua antecedanea dilectione ad mortem usque protenſa v. 13. ab amicitia familiari, in quam ipſos recepiſſet; v. 14. à revelatione omnium myſteriorum divinorum v. 15. ab electione gratuita, & reconciliatione Patris, preces ipſorum prona aure exaudientis v. 16. Præſente hac virtute præſto eſt *tolerantia aliorum*, ad quam Chriſtus hortatur Matth. XVIII. 1. ſeq. Marc. VIII. 38. ſeqq. Luc. IX. 49. Johannes, audita ſevera Chriſti de humilitate ſincera ſectanda concione, alio flectere vult Chriſtum, propoſita querela de aliquo θαυματέργῳ, qui in nomine Jeſu dæmonia ejiciat, neque tamen ipſos ſectetur; tacitè petens, prohibendum, & rejiciendum eſſe: ſed alia Chriſti mens erat; ſciebat iſte ex infirmioribus iſtum θαυματέργον, ideoque manſuetè tractandum eſſe: adducendum fuiſſe ad ſeſe, & me- **& proximi** **Tolerantia:**

V lius

Digitized by Google

lius informandum: quandoquidem non facile ſoleat nomen Chriſti blaſphemare, qui per ipſius nomen dæmonium ejicit; & quisquis hoc facit, eum neque ipſis Apoſtolis, neque Chriſto, idem facientibus, contrarium eſſe: Imo, ſi præmia recepturus eſt is, qui vel aquam in Chriſti nomine bibendam porrexerit, cur non recipiat θαυματουργος, in nomine Chriſti vel dæmonia ejiciens?

Humilitas. §. 31. Ex dilectione mutua fluit etiam *Humilitas*: quam virtutem præ reliquis ſæpiſſime ſuis diſcipulis Chriſtus inculcavit. Erant inter diſcipulos, quibus aliqua præ reliquis prærogativa videbatur deberi, Jacobo Alphæi, & Simoni Cananæo, quod conſanguinei eſſent Chriſti: Andreæ, quod primus omnium eſſet vocatus ad diſcipulatum; Simoni, quod Cephæ cognomen accepiſſet; eidem, ut & Jacobo & Joanni, quod intimæ eſſent admiſſionis; neque tamen Chriſtus conceſſit, ut alter præ altero emineret, cum ipſe, Dominus licet, oblata mundi regna recuſarit, & judicis officium declinarit. Matth. IV. 10. Joh. VI. 15. Alio tempore, cum Joannes & Jacobus primatum in regno Chriſti ambiiſſent, reliqui vero diſcipuli ipſis propterea ſuccenſuiſſent, intervenit Chriſtus, docuitque omnes humilitatem in miniſtrando, qualem ipſe obſervaret, miniſtrando aliis, & animam pro ipſis ponendo. Matth. XX. 25. ſeqq. Marc. X. 42. ſeq. Eandem virtutem urſit Matth. XXIII. 8. 9. 10. 11. 12. cum vetuit ipſos vocari Rabbi, Magiſtros, Patres, Ductores viarum, quo ſenſu ambitioſiſſimi Scribæ & Phariſæi volebant appellari: commendavitq; ipſis miniſterium, quod, ſummi licet inter ipſos putati, exhibeant infimis, ne ſemetipſi exaltantes, humilientur, ſed potius exaltentur, ſemet humiliantes. Huc referri poteſt *Subjectio* ſub magiſtratu. Decet enim etiam Eccleſiæ miniſtros magiſtratui tributum dare. Matth. XXII. 2. jubet Chriſtus dari Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: *quomodo & ipſe reddidit tributa pro ſe & Petro.* Hieron. ad l. c. vide ſupra §. 20.

Concordia. §. 32. Affinis eſt his virtutibus *concordia*, præſertim in doctrina, in qua Joannes Baptiſta & Chriſtus conſpirabant, uterque prædicantes regnum Dei: Matth. IV. 17. *Eadem prædicat*

Sal-

Digitized by Google

Salvator, quæ Joannes Baptiſta ante prædixerat, & ita *oſtendit ſe ejuſdem Dei eſſe filium, cujus ille Propheta ſit.* Hieron. ad l. c. Matth. In eadem doctrina diſcipulos ſuos Chriſtus exactiſſimè voluit conſentire. Joh. XVII. 11. Eundem in finem tendebat, juxta Hieronymum lib. I. adverſ. Jovin. f. m. 16. quod Chriſtus Petrum collegii Apoſtolici quoddam quaſi caput voluerit eſſe, *ut capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio*: qua de re videatur integer tractatus Cypriani de unitate Eccleſiæ, oppoſitus Novatiano, qui Eccleſiam novis Epiſcopis ſcindebat. Cum qua conjuncta ſit *prudentia* in doctrina iſta diſpenſanda. Oeconomus enim Prudentia. bonorum Eccleſiaſticorum ſit prudens in diſpertiendis alimentis, tribuendo cuique, quod ratio loci, temporis, & perſonæ requirit. Luc. XII. 42. Chriſtus aliquoties ſuis diſcipulis hanc virtutem commendavit, dum non omnia quovis tempore voluit prædicari. Matth. XVI. 20 vetat evulgari, quod Meſſias ipſe eſſet; cum adhuc temporis eſſet intempeſtivum: *poteſt fieri, ut idcirco ante paſſionem & reſurrectionem ſe noluerit prædicari, ut completo poſtea ſanguinis ſacramento, opportunius Apoſtolis diceret: Euntes, docete omnes gentes.* Et Matth. XVII. 9. prohibet promulgare viſionem in monte factam, donec à mortuis reſurrexiſſet: *Non vult hoc in populos prædicari, ne & incredibile eſſet pro rei magnitudine, & poſt tantam gloriam apud rudes animos ſequens crux ſcandalum faceret.* Hier ad l. c. Sed & in *Zelo* contra heterodoxos. Matth. XIII. 29. prohibet paterfamilias Zizania eradicari: *præmonet Dominus, ne, ubi quid ambiguum eſt, cito ſententiam proferamus, ſed Deo judici terminum reſervemus, ut, cum dies judicii venerit, ille non ſuſpicionem criminis, ſed manifeſtum reatum de ſanctorum cœtu ejiciat.* Hier. ad l. c. Huc ſpectat denegatio myſteriorum facta iis, qui inſtar porcorum & canum ea conculcant: Matth. VII. 6. qualis erat Herodes. Quare cum miſſum ſibi à Pilato Jeſum empæcta iſte multa interrogaret curioſa & profana, nihil reſpondit ipſi, nedum ut aliquod in gratiam ipſius ſignum edidiſſet. Sed & ſibi proſpiciat. Vult enim Chriſtus ſuos diſcipulos eſſe prudentes inſtar ſerpentum. Matth. X. 16. ut ſalvi evadant in imminentibus periculis. Studeant quoque concordiæ inter ſuos auditores condendæ. Matth. X. 12. 13. jubet Chriſtus diſcipulos imprecari pacem domui, quam

Digitized by Google

intraturi eſſent, q. d. *Introeuntes domum pacem imprecamini hoſpiti, & quantum in vobis eſt, diſcordiæ bella ſedate. Sin autem orta fuerit contradictio, vos mercedem habebitis de oblata pace: illi bellum, quod habere voluerint, poſſidebunt.* Hier. h. l.

Αὐτάρκεια. §. 33. Αὐτάρκεια quoque inſignis virtus eſt miniſterii. Quare cum Chriſtus ſuos diſcipulos primum ablegaret in Judæam, Evangelii prædicandi gratia, vetuit ipſos quicquam propterea accipere, quos tamen ſine pera, ſine Zonis pecuniferis, ſine auro & argento ablegaverat. *Prohibet eis quicquam tollere, vel peram, vel as, vel panem, docens per hæc τὸ ἀφιλοχρήματον διὰ τούτων illos à divitiarum ſtudio eſſe debere alienos, & quod hi, qui ipſos videbunt, bene afficientur erga eos, qui poſſeſſionum contemptum doceant, ex eo, quod ipſi nihil habeant.* Theophyl. ad Marc. VI. 8. Juſſit præterea in ædibus, in quas ſemel divertiſſent, manere, donec opus ſuum perfecerint, nec ſtatim in commodiores excurrere, ne viderentur lucri gratia commodiores ſedes quærere. Matth. X. 10. ſeqq. ad quem locum vid. Hier. comm. Marc. VI. 9. Luc. IX. 4. ſeqq. Hæc vero non eo intelligenda ſunt, quaſi non liceret beneficiis, ab auditorio oblatis, frui, quandoquidem mercede ſua dignus ſit operarius. Confirmatur ex Marc. I. 44. dum Chriſtus jubet leproſum, à ſeſe mundatum, abire ad ſacerdotem, ut ſeſe iſti ſiſtat explorandum, & offerat ſuetum donarium. vid. Theophyl. ad l. c. Jubet ingredientes domum pacem apprecari habitatoribus, ut ex benevolo affectu hoc ad capeſſendam doctrinam invitentur Luc. X. 7. Quo igitur fine? ut avaritiam caverent: Matth. X. 8. gratis accepiſtis, ait Apoſtolis ſuis Chriſtus, gratis date: *Quia ſemper dona ſpiritualia (ſi merces media ſit) viliora fiunt, adjungitur avaritiæ condemnatio*, ait Hier. ad l. c.

Obj. §. 34. Videntur equidem Apoſtoli *paupertati* ſtuduiſſe:
14. Omnia enim reliquerunt; & debuiſſe ſtudere, cum Chriſtus præceperit: Matth. X. 8. gratis accepiſtis, gratis date. Sed illud intelligendum eſt de uſu, non de ipſo dominio rerum deſerto; Petrus enim ſuam retinuit domum Capernaumi, ad quam ſubinde revertebatur, ubi & didrachmam, tanquam civis ſolvebat Matth. XVII. 24. Idem poſt reſurrectionem Chriſti

rediit

rediit ad uſum quoque valorum ſuorum, naviculam, & retia. Joh. XXI. 11. Tale quid contigit etiam cum Matthæo. Nam Matth. IX. 10. in ædibus Matthæi Chriſtus epulis accumbit; Unde cum Luc. V. 28. refertur omnia reliquiſſe, & Chriſtum ſecutus eſſe, de affectu id intelligendum eſt, non de expropriatione. *Hoc* verò intelligendum eſt de verbo, & miraculis, quod ea non ſint divendenda pecunia: laborem vero in iſtis expediundis inſumptum, non eſſe penſandum, id non dicit, quandoquidem ſua operarius mercede dignus ſit. Matth. X. 10. Quo fine Chriſtus ipſe leproſum remiſit ad ſacerdotes, *quia lege præceptum erat, ut, qui mundati fuerant à lepra, offerrent munera ſacerdotibus*: ait Hieron. ad Matth. VIII. 4. Et mulieres religioſæ, Chriſtum magiſtrum ſecutæ, de facultatibus ſuis ex more ipſi miniſtrabant. Luc. VIII. 3. & Chriſtus ipſe ſuis diſcipulis de neceſſariis proſpexit. Luc. XXII. 35. de præterito miſſionis tempore loquens, interrogat, nunquid neceſſariorum ſive in victu, ſive in amictu ipſis, etſi ſine pera, ſine crumena, ſine calceamentis miſſis, defuerit? reſpondebant ipſi: nihil. Imo ipſi ſibi de neceſſariis vitæ proſpiciebant, operam dantes piſcaturæ. Joh. XXI. 2. ſeqq.

§. 35. Quicunque ſuo officio & virtutibus decentibus ita fuerint defuncti, *præmia* accipient. Luc. XII. 43. beatus prædicatur ille œconomus, qui fideliter & prudenter diſpenſaverit famulitio domeſtico ſuum cuique debitum cibum: Nam Dominus Deus ipſum promoturus erat ad altiora, præficiendo eum omnibus, quæ ipſe poſſideret. i. e. æternum beando. C. XIX. 17. 19. 24. 26. Idem Dominus rationes init cum ſuis ſervis, & ei, qui decem minas lucrifecerat, aſſignat decem civitates adminiſtrandas; & præterea jubet tradi minam ignavi illius, qui nihil lucri fecerat. Alterum, qui quinque minas fecerat, quinque civitatibus præfecit. i. e. Chriſtus aliquando ad judicium extremum venturus abunde retribuet miniſtris ſuis præmia pro fideli opera præſtita. Idem ſimili parabola docetur Matth. XXV. 21. Cum qua conferri poſſunt, quæ habentur Joh. IV. 36. 37. Luc. XXII. 28. 29. 30. ubi Chriſtus diſcipulis, qui ſecum in tentationibus manſiſſent, promittit Præmia.

tit regnum ſuum: ſicut id ſibi â Patre ſit diſpoſitum; Et in eo delicias ac honores, & poteſtatem judicandi duodecim tribus Iſraël, â quibus injurias antea experti fuiſſent. Colligit inde Hieronymus inæqualitatem præmiorum, quod attinet gradus, *Tollitur*, ajens, *talentum, & datur ei, qui decem talenta fecerat, ut intelligamus, licet in utriusque labore æquale ſit gaudium Domini, h. e. & ejus, qui quinque in decem duplicaverat, & ejus, qui duo in quatuor, tamen majus deberi præmium ei, qui plus in Domini pecunia laborarit.* comm. ad Matth. XXV.

Calamitates. §. 36. Accipient autem hæc præmia â Deo, Domino ſuo; *Mundus* enim, & diabolus peſſima quæque fidelibus Dei miniſtris rependunt. Chriſtus vix erat initiatus ſuo officio Prophetico, cum in deſertum ductus â diabolo tentaretur. Matth. IV. 1. ſeq. Quid igitur mirandum, ſi miniſtrorum ſubordinatorum non melior fuerit conditio? Matth. VIII. 20. Scribæ, grandia ſibi de Meſſiæ regno pollicenti, Chriſtus dicit, quæ eſſet filii hominis conditio, nempe deterior, quam odioſiſſimarum, & viliſſimarum beſtiarum, vulpium, qui ſuas foveas; & avicularum ſubcæleſtium, quæ nidos ſuos haberent; cum ipſe non habeat tantum, quantum requiritur, ut quis in eo cubet. Hier. comm. ad Matth. IIX. 20. comparat iſtum ſcribam Simoni mago, qui empturiebat facultatem miraculorum patrandorum, ut inde diteſceret: *oſtenditur nobis, & ob hoc ſcribam repudiatum, quod ſignorum videns magnitudinem, ſequi voluerit Salvatorem, ut lucra ex operum miraculis quæreret. Hoc idem deſiderans, quod & Simon Magus â Petro emere voluerat. Talis ergo fides juxta ſententiam Domini, damnatur, & dicitur ei: quid me propter divitias, & ſeculi lucra cupis ſequi? cum tantæ ſim paupertatis, ut ne hoſpitiolum quidem habeam, & non meo utar tecto.* Non igitur diſſimulavit Chriſtus eam ipſorum ſortem fore; Certè ex profeſſo Matth. X. 16. ſeqq. id agit, cum ovibus inter lupos comparat diſcipulos ſuos jamjam ad prædicandum Evangelium emittendos. *Symbolum* harum & ſimilium calamitatum erant tempeſtates marinæ, aliquoties contra Chriſtum & diſcipulos concitatæ. Matth. VIII. 23. cum ipſe & diſcipuli nave veherentur, excitat diabolus tempeſtatem horrendam, ut diſci-

puli

puli in extremo vitæ periculo verſarentur. Matth. XIV. 23. Marc. VI. 47. Joh. VI. 16. ſeqq. juſſi à Domino ſuo diſcipuli per mare navigare, agitantur tanta tempeſtate per octo horas, ut cum morte colluctarentur.

§. 37. *Species* talium calamitatum & malorum variæ fuerunt, verbales aliæ, aliæ reales. Erat *contemptus*, qualem expertus eſt Joannes Baptiſta. Joh. III. 30. V. 35. ſeqq. Ipſe Chriſtus. c. IV. 44. V. 36. & ſervi emiſſi. Matth. XXII. 3. 5. Idque potiſſimum fit *in patria.* Matth. XIII. 57. non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. *Propemodum naturale eſt, cives ſemper civibus invidere. Non enim conſiderant præſentia viri opera, ſed fragilis recordantur infantiæ, quaſi non & ipſi per eoſdem ætatum gradus ad maturam ætatem venerint.* Hieron. ad l. c. & Cyril. ad Joh. IV. 44. *ita ferè natura comparati ſumus*; ὅπως ἐδὲν ἡγῶνται τὸ σύνηθες, κἂν ὑπάρχοι μέγα ϗ τίμιον, *ut, quod familiare nobis eſt, licet eximium & pretioſum ſit, nihili ducamus.* Confer Origen. comm. ad Matth. XIII. fol. m. 224. qui explicat, quod modis Propheta ſpernatur, *primum quidem, cum juxta hiſtoriam eos inſectatur populus: ſecundo autem cum Propheta eorum fidem populus non adhibet*: quod exemplis ſubjectis illuſtrat. & Theophyl. ad Matth. l. c. & Marc. VI. 4. *Calumniæ.* Matth. X. 17. dicuntur diſcipuli Chriſti exhibendi ſynedriis, quibus tradi ſolent, qui de hæreſi vel ſeditione ſuſpecti ſunt: ſcilicet, ut ſimiles fiant ſuo Magiſtro Chriſto, quippe quem Caiphas Joh. XVIII. 19. interrogabat, (& hoc ipſo ſceleris inſimulabat) de diſcipulis ſuis, & de doctrina, quaſi manipulum ſeditioſorum ſibi feciſſet, & hæreſin introduxiſſet, iſtam corporis, hanc animæ peſtem. *Reales perſecutiones.* Has Chriſtus prædixit Matth. X. 18. ſeqq. ubi locorum ait, ducendos olim eſſe diſcipulos ſuos ad reges, & principes, ad exſequenda ſynedrii ſanguinaria decreta: confer Act. IV. 5. V. 40. XXII. 23. ſeqq. nempe non venerat ipſe terrenæ, carnalis, & vitioſæ pacis mittendæ gratia, ſed potius gladii; quamvis per accidens, dum diabolus ex Evangelii prædicatione anſam ſumpturus eſſet turbas, & bella, & cædes ciendi; easque inter conſanguineos, quorum amor, alias intenſiſſimus, ſit convertendus in acerbiſſimum odium, & implacabilem inimicitiam, qualis eſſe ſolet inter alias maxime neceſſarios. Item *para-*

Contemptus.

Calumniæ.

Perſecutiones.

Digitized by Google

parabola aliqua luculenter propoſuit: Matth. XXI. 33. ſeqq. Marc. XII. 1. ſeq. Luc. XX. 9. ſeqq. propoſita parabola de vinea, ingratis agricolis elocata. Hi enim plures ſervos, à Domino vineæ miſſos, fructuum colligendorum gratia, alios cæciderunt, & vacuos dimiſerunt, alios jactis ſaxis cum ignominia repulerunt, alios vulneribus affectos rejecerunt, alios alio modo afflixerunt, & occiderunt, vel, ut Hieronymus explicat: *apprehenſos vel ceciderunt, ut Hieremiam; vel occiderunt, ut Eſaiam; vel lapidaverunt, ut Naboth: & Zachariam, quem interfecerunt inter templum & altare:* comm. ad l. c. Matth. Imo ne filio quidem Domini pepercerunt. Nam & hunc extra vineam ejectum occiderunt. Hac parabola Chriſtus repræſentare voluit, quæ fata habiturus eſſet ipſe & Miniſterium apud Judæos. Matth. XXII. 6. idem proponitur in parabola de nuptiis filio regio paratis. Nam erant inter vocatos, qui ſervos evocantes contumeliis, imo & morte, afficerent. Matth. XXIII. 34. ſeqq. remota parabola *diſertè* ait: prophetas & Sapientes divinitus ad Judæos mittendos, à Judæis occiſum iri, & crucifixum, & flagellatum, & alio modo afflictum. *Symbolis* quoque id ipſum innuit. Luc. XXII. 36. 37. Ut enim magnitudinem imminentium periculorum, & malorum diſcipulis ob oculos poneret, jubet, venditis crumenis, peris, tunicis, gladios emi, q. d. tanta imminent pericula, ut, ſi humano more vos defendere velletis, opus ſit, venditis vel neceſſariis emere gladios ad reſiſtendum. Eodem reſpexerunt vincula Petri, & ductio, prædicta â Chriſto, poſtquam Petro officium paſcendi oves, & ſequendi magiſtrum, commendaſſet. Joh. XXI. 18.

Quarum cauſa ſunt Odium Chriſti.

§. 38. *Cauſſæ* calamitatum harum & perſecutionum miniſterio infeſtarum indagandæ ſunt. Eminent in his (1) *Odium Chriſti.* Cum Chriſtus mentionem injeciſſet de odio, quo diſcipulos mundus proſequeretur, cauſſam hanc aſſignat, quod de mundi genio non participarent, ſed à Chriſto ſelecti eſſent, & docti verbum patris, v. 14. c. XVII. Joh. & ſecreti de mundo profano, qui non niſi ſua diligeret: Chriſtum autem odio proſequeretur, & propter ipſius nomen, verbum nimirum & doctrinam, etiam ſuos ipſius ſervos & miniſtros: Joh. XV. 19. 20. 21. Gratis igitur ipſum & ſuos ipſius oderant. v. 25. Pſ. XXV. 19. Idem prædixe-

Digitized by Google

dixerat Matth. X. 22. quod odio futuri eſſent propter ſuum ipſius nomen. i. e. doctrinam: Cujus gratia vel ipſorum neceſſariorum fide carituri eſſent: *non* enim *ullus eſt inter eos fidus affectus, quorum diverſa fides eſt,* ait Hier. ad Matth. X. 21. (II) *Ignorantia Dei.* Hunc alterum odii mundani fontem aperit Joh. XV. 21. quod ignorent eum, à quo ſit miſſus. Si enim agnoſcerent, Deum eſſe, qui Chriſtum, & per Chriſtum Apoſtolos miſiſſet, haudquaquā iſtos Dei miniſtros odio tanto proſequerentur. Eſſe autem affectatam iſtam ignorantiam, cum venerit ipſe, & revelarit originem divinam ſuæ doctrinæ & officii, verbis factisq; ut adeo iſti non habeant prætextum ſuæ ignorantiæ & erroris. v. 22. 23 & Ignorantia Dei.

§. 39. *Remedia* contra has calamitates erant (1) *Auxilium divinum.* Cum diſcipuli in tempeſtate conſtituti animis ſuis angerentur, adeſt Chriſtus, & compeſcit tempeſtatem: Petrum quoque ſuper mari, quoad Deo fiſus, ſuſtinebat. Matth. XIV. 23. Marc. VI. 47. Joh. VI. 16. innuens, Deo in calamitatibus eſſe fidendum. (2) *Fuga.* Jubet enim Chriſtus ſuos diſcipulos ex una civitate in aliam fugere, ſi ſuſtinuerint perſecutiones. Matth. X. 23. ſeqq. Quorſum referri debet excuſſio pulveris de pedibus, facienda, cum non recepti fuerint Eccleſiæ miniſtri. Matth. X. 14. *Pulvis excutitur de pedibus in teſtimonium laboris ſui, quod ingreſſi ſint civitatem, & prædicatio Apoſtolica ad illas usque pervenerit: ſive excutitur pulvis, ut nihil ab eis recipiant, ne ad victum quidem neceſſarium, qui Evangelium ſpreverint.* Hieron. ad l. c. confer. Theophyl. ad Marc. VI. 11. Suo ipſe exemplo remedium nos iſtud docuit, cum tradito Joanne in Galilæam ſeceſſiſſet: Matth. XIV. 13. ita reſpondet Athanaſius, vel quisquis eſt auctor interpp. parab. ſcript. t. 2. f m. 397. nempe: *ἡμᾶς παιδεύειν φεύγειν τοὺς πειρασμοὺς, ut nos doceret fugiendas eſſe tentationes.* (3) *Solatia,* quæ ampliſſima ſuis diſcipulis ſuggeſſit Chriſtus adverſus calamitates, & tentationes. *In compendio* ea habentur Matth. X. 16. ſeqq. Nam Chriſtus conſolatur & confirmat ſuos diſcipulos (1) à *perſona mittentis,* dicens: Ecce *Ego* mitto vos: Ego veſter conſanguineus, potentiſſimus, præſentiſſimus, juſtiſſimus, miſericordiſſimus &c. paraſtata, ut non putetis, vos derelictum iri, qui mei eſtis ſervi. (2) *ab aſſiſtentia Spiritus Sancti.* Non enim vult ipſos, qui rudes videbantur & ſimplices plebeii, diffidentes eſſe, & nimium ſo-

Remedia ut ſunt: Dei auxilium: Fuga. Solatia.

licitos coram tribunalibus regum callidis, aut Synagogis eruditorum aculeatis, quandoquidem Spiritus Sanctus, qui prophetis verbum Dei inſpiravit, ipſis quoq; ſingulis, quibus rationem fidei reddituri ſunt, horis ſuggeſtur⁹ ſit, velut ἀπὸ μηχανῆς, quid commode loqui debeant, & poſſint. (3) *ab auxilio.* Nam vel aſſeveratione facta promittit, etſi graviſſimæ futuræ ſint perſecutiones, ſemper tamen fore locum, ubi tuto conquieſcant & lateant, hoſtes quoq; ſeſe judicem præſentiſſimum eſſe habituros. Sicut factum poſt perſecutionem Stephani, cum Romani imminerent Judææ, & perſecutores funditus vaſtarent: Chriſtiani vero in oppido Pella tutum haberent refugium. (4) ab *exemplo* ſuimet, qui ſit Dominus domus myſticæ Eccleſiæ, & tamen coactus fuerit pati Judæorum convitia & calumnias, quippe quem Beelzebub vocitarunt; Ipſi igitur ſervi & domeſtici Domino ſuo inferiores ne indignè ferant convitia & calumnias hoſtium: & licet innocentia aliquandiu lateat alios, ſucceſſu tamen temporis velut è tenebris emergit, ut hoſtium calumniæ pudefiant, etiam ſubtiliſſimæ & occultiſſimæ, noſtra vero gloria augeatur. Quare ex metu calumniarum & convitiorum ne ceſſent miniſtri in officio Zelotæ eſſe, ſed palam dicant ſibi commiſſa, quod ſolent, qui tecta domuum conſcendunt, & alta voce, veluti præcones verba faciunt. (5) *A collatione* corporis cum anima, & Dei cum hominibus: Homines poſſunt quidem occidere corpus, adeoque temporali nos vita privare; non tamen æterna; quam Deus & dare & auferre poteſt; quare hunc præ iſtis metuamus, & ſequamur, quandoquidem iſta jactura tanti non eſt. Præſertim cum hoſtes ne quidem iſtam in vitam noſtram temporalem poteſtatem habeant ex ſeſe, ſed ex Deo permittente, cujus ſine arbitrio & nutu, ne paſſerculus quidem occidi poteſt, qui tamen viliſſima avium, & μικρόβιος eſt Luc. XII. 6. & quid vilius capillis? neq; tamen vel ex his unicus excidit, Deo neſcio, vel in vito: quanto minus ipſe homo negligatur à Deo, & promiſcue hoſtis poteſtati permittatur. Eſto amittamus vel animam vel vitam quam chariſſimã habemus, propter Evangelicam profeſſionem, nihilominus nulla ea erit jactura, quandoquidem recepturi ſimus ipſam Dei beneficio, quem magis dileximus. Luc. XXII. 28. 29. 30. Idem conſolatur ſuos diſcipulos adverſus calamitates hactenus exantlatas, & porro ſuſtinendas per *regnũ*, quod ipſis

Digitized by Google

ipſis teſtamentario quaſi beneficio legaturus eſſet, & convivium, quod ſumpturi eſſent in cœlo, omnibus deliciis cumulandi; & poteſtatem judicandi duodecim tribus Iſrael, à quibus tot tantumque malorum erant toleraturi. Joh. XIV. 1. ſeqq. prolixa extat conſolatio diſcipulorum à Chriſto propoſita adverſus imminentem ſuam mortem, & ipſorum calamitatem. Conſolatur autem eos *fructu ſuæ mortis*, qui erat, parare manſiones & loca in domo patris cœleſti, & redire ad judicium, recipere ad ſeſe fideles, ut ſint, ubi ipſe: quod ex doctrina hactenus tradita manifeſtum ſit: & v. 12. facere majora, quam Filius in miniſterio, opera, eaq; per & propter abitum ipſius ad Patrem; & exaudiri in precibus. v. 13. quæcunque etiam petierint. v. 14. & beari, ſi quidem pii fuerint. v. 15. Spiritu Sancto, qui verus paracletus eſt. v. 16. ſeqq. Joh. XV. 18. totus eſt in conſolandis illis. Dicit, ſi mundus ipſos oderit, meminerint, quod ſeſe ante ipſos odio habuerit. v. 19. ſi forent de mundo nebulones & maleferiati, fore, ut in pretio apud mundũ, ſua diligentem, ſint: quandoquidem autem de mundi fecibus non ſint, ſed inde à ſeſe electi, ideo odio haberi à mundo: v. 20. ſi igitur ea adverſa Domini fata in mundo fuerint, quid mirum, ſi non ſit melior ſervorum conditio? ſi Dominum fuerint perſecuti, perſecuturos eſſe etiam ſervos: Sique ſervarint Domini verbum, ſervaturos eſſe etiam ſervorum; v. 21. Redundare igitur. Injuriam perſecutionis in ſe, cujus gratia iſthæc faciant perſecutores, injuriam merito dixit; Nam v. 25. gratis ipſum oderunt Pſ. XXXV. 19. Quia autem hoc Chriſti de ſeſe teſtimonium diſcipulis ſuſpectũ videri poterat, ad teſtes Chriſtus provocat, Spiritũ S. & ipſoſmet. Nam meminit deinde Spiritus Sancti v. 26. quem paracletum in periculis futurum miſſurus eſſet exaltatus à patre; qui cum ſit Spiritus veritatis, à patre ab æterno procedens, teſtificaturus erat de Chriſto teſtimonium, mundi & diaboli de Chriſto mendaciis oppoſitum, & Chriſti dicta factaque confirmans: quo ipſo & ipſi futuri ſint teſtes eorum, quæ in ſchola ipſius vidiſſent, & audiviſſent. v. 27. Joh. XVI. 33. prædictis diſcipulorum in mundo afflictionibus ſubjungit ſolatium, ſumptum à victoria ſua, quam à mundo i. e. hoſtibus & perſecutoribus reportaſſet. Matth. XXVIII. 18. 19. diſcipulis ait, data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, euntes ergo docete q. d. ne metuatis vobis à mundo, prædicaturi

Digitized by Google

Evangelium: Ego enim ſum Dominus cœli, qui aſſiſtere; & terræ, qui tyrannos coercere poſſum. &c. confer. Origen. comm. in Matth. XIII. fol. 226. ſeqq. (4) *Prudentia* ſerpentina. Matth. X. 16. jubet Chriſtus diſcipulos ſuos, jamjam in Judæam egreſſuros, eſſe prudentes inſtar ſerpentum, & ſimplices inſtar columbarum: *ut per prudentiam devitent inſidias, per ſimplicitatem non faciant malum. Serpentis aſtutia ponitur in exemplum, quia toto corpore occultat caput, & illud, in quo vita eſt, protegit. Ita & nos toto periculo corporis caput noſtrum, qui Chriſtus eſt, cuſtodiamus. Simplicitas ſpiritus Sancti ſpecie demonſtratur. Unde dicit & Apoſtolus: malitia parvuli eſtote!* Hier. ad l. c.

Prudentia.

(VIII) Vitia.

§. 40. *Vitiis* quoque ſuis obnoxium eſt miniſterium; Id quod Chriſtus ſub variis parabolarum figuris deſcripſit. *Salis infatuati* Matth. V. 13. Sal infatuatur, cum acrimoniam ſuam amittit, & ita ineptus fit ad reprimendos vitioſos humores, & putredinem: Ita miniſtri Eccleſiæ inutiles fiunt, cum falſam & corruptam doctrinam fovent, vel certe male applicant veram; vita inſuper ſcandaloſi ſint, ut auditores non meliores, ſed deteriores evadant: *Arborum putrium*, qui malos fructus proferunt: Matth. VII. 16. Luc. VI. 43. *Theſauri* mali, qui mali cordis eſt. v. 45. *Servorum* & *œconomorum* infidelium. c. XII. 45. *Ignavorum & meticuloſorum*, c. XIX. 20. ſeqq. Matth. XXV. 24. ſeqq. Cum enim Dominus rationes poneret cum ſervis ſuis, adeſt tertius ignavus, qui minam ſibi concreditam in ſudario involutam ſine lucro reddit, cauſſatus metuiſſe ſeſe ſibi â Domino, qui auſterus eſſet, & tolleret, quod non poſuiſſet, & meteret, quod non ſeminaſſet. Cæterum Dominus ex ſuis ipſum verbis convicit, dicens: Si noſti, quod auſterus ego eſſem, tollens, quod non poſui, & metens, quod non ſeminavi, quare igitur non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum uſuris illam exegiſſem? *Furum & latronum.* Joh. X. 1. ſeqq. qui non per legitimum oſtium, Chriſtum, juſta vocatione, & orthodoxa doctrina, intrant, ſed aliunde, humana ſcil. intruſione, & ſui propria imaginatione, irrumpunt, quale genus hominum auditores non ad vitam æternam, ſed mortem adducit, ut ſolent fures & latrones non niſi diripere, & mactare. *Mercenariorum.* v. 12. ſeqq. qui imminente ovibus lupo fugiant, relictis huic iſtis, utpote quæ ſuæ non ſint propriæ.

Digitized by Google

priæ. *Colonorum & vinitorum ingratorum.* Matth. XXI. 35. ſeqq. Marc. XII. 3. Luc. XX. 10. ſeqq. qui Domini ſui non ſervos modo, ſed & filium familias, inanes à ſeſe dimiſerunt, ignominia affecunt, cæciderunt, ejecerunt, & tandem etiam occiderunt.

§. 41. Ex his parabolis, collatis aliis ſcripturæ locis, apparet, diverſimode peccari in miniſterio: (1) *in vocationem*, cum legitima ea non eſt; Illegitima autem eſt, cum non fit per Chriſtum, tanquam oſtium. Joh. X. 1. ſeqq. (2) *In intentionem*, cum miniſter Eccleſiæ ſuam gloriam, & comoda quærit. Hoc faciunt, qui doctrinam ſuam & actiones attemperant placitis hominũ, ut favorem ipſorum, gratiã, dona reportent, ut olim fecerunt Pſeudoprophetæ, gratioſi in mundo, ſed væ talibus! Luc. VI. 26. Tales Chriſtus comparat cum aulicis, qui mollibus utantur veſtimentis, pulvillos ſuis auditoribus ſupponentes, ut gratiam ipſorum, & præmia conſequantur. Matth. XI. 8. Luc. VII. 25. Diſplicuit hoc genus hominum Chriſto, id quod aliquoties ſatis perſpicuè declaravit. Cum quidam vellent parentibus prius ſuprema officia præſtare, aut cum bona ipſorum venia Chriſtum ſectari, reprehenduntur propterea. Luc. IX. 5. & 61. Confer. Matth. X. 37. ubi Chriſtus indignos ſeſe judicat, perdituros etiam id, cujus gratia receſſerunt à Deo, qui amorem neceſſariorum i. e. parentum, liberorum, ſuorumque, nempe famæ, gloriæ, vitæ, majoris fecerint amore Chriſti, doctrinæ veræ, & veritate. Cum diſcipuli redirent LXX. & referrent non tam de profectibus veritatis à ſeſe prædicatæ, & vera Meſſiæ agnitione, quam de dæmoniis à ſeſe ejectis, i. e. ſua gloria, Chriſtus ipſos corrigit, dicens, in eo potius gaudendum eſſe, quod agnito Meſſia aliquando ſalvandi eſſent. Luc. X. 17. Graviſſime idem invehitur in Phariſæos & ſcribas, quod omnia ad ſui gloriam referant, amplificantes phylacteria, & dilatantes fimbrias, affectantes primas hinc inde ſedes, in menſa, & ſynagoga, ſalutationes in foro ambitioſas, appellationes Rabbinorum, tanquam eſſent magiſtri fidei infallibiles, ductores cæcorum, & patres in doctrina, quod tamen nominis ſoli magno Prophetæ, Chriſto, competat, & Patri, qui è cælo nos doctos reddat, hominibus ſolum condiſcipulis exiſtentibus, & obligatis, ut, qui maximi inter ipſos ſunt, reliquorum miniſtros ſeſe exhibeant, ne ſemet-

Contra vocationem:

Intentionem.

ipſi exaltantes , deprimantur. Matth. XXIII. 5. usque ad 12. Marc. XII. 38. Luc. XX. 46. ſeqq. Hoc vitio, ambitionis puto & Philautiæ, inſigniter laborarunt diſcipuli Chriſti, toties de primatu inter ſeſe contendentes. Vide quæ dicta ſunt ad §. 22.

Adminiſtrationem. (3) *In adminiſtrationem*, eamque vel privative, negligendo officium debitum; vel poſitivè, ſeu contrariè, contrarium faciendo. *Privativè*, cum ſunt, qui dormiunt. Matth. XIII. 25. *Homines, qui dormiunt, magiſtros Eccleſiarum intellige.* ait Hier. ad Matth. XIII. 37. & paulo poſt: *Quamobrem non dormiat, qui Eccleſiæ præpoſitus eſt, ne per illius negligentiam inimicus homo ſuperſeminet Zizania h. e. hæreticorum dogmata*; talentum ſuum defodiunt, nec uſura exponunt; Matth. XXV. 24. ſeqq. qui ſalis infatuati inſtar non mordent falſam doctrinam & malam vitam. Matth. V. 13. Qui nec ipſi cœlum intrant, neque aliis permittunt, & viam ſternunt, ut intrare poſſint. Matth. XXIII. 13. Qui veniente lupo fugiunt. Joh. X. 12. *Poſitivè*, quando corruptam doctrinam proponunt, nempe malum theſaurum cordium ſuorum. Matth. V. 45. vel peſſimam agunt vitam. Matth. VII. 16. Luc. VI. 43. *deſciſcentes à vera doctrina & fide*, ut Pſeudoprophetæ. Matth. VII. 22. Jactabunt quidem illi, in nomine Chriſti ſeſe prædicaſſe; idque vere, ſed ad tempus: poſtea autem receſſerunt à fide vera, & officio; quare Chriſtus illis dicturus eſt: non novi vos: ſuperbos ſcil. & ſecuros hypocritas: Quorſum ſpectant, qui *majoris faciunt ſuos neceſſarios*, quam Chriſtum cum ſua doctrina. Matth. X. 37. *Perſequentes* vel conſervos, vel domeſticos, Matth. XXI. 35. ſeqq. Quos percutiunt, & tyrannicè habent. Luc. XII. 45. à quo vitio non omnino alieni erant diſcipuli Joannis, Phariſæis ſeſe conjungentes adverſus diſcipulos Chriſti, non jejunantes. Matth. IX. 15. Fons vitii utplurimum eſt *ſecuritas.* Luc. XII. 45. comparatur talis ſervo, ſeu œconomo, qui ſaltem in corde ſuo dicit, differt Dominus meus reditum; â tali exulat timor Dei, & charitas erga proximum, ſequitur autem tyrannica inſolentia, luxuria in cibo, & potu, prava ſodalitia, ſomnolentia; Confer Matth. XXIV. 48. 49. Marc. XIII. 36. Ex quibus apparet, impingi quandoque

Adjuncta. etiam (4) in *adjuncta miniſterii officia*: & ipſum (5) *Effectum* qui impeditur, Marc. IV. 21. ſeqq. notantur illi, qui lumen verbi,

ſibi

Digitized by Google

ſibi commiſſi, ponunt vel ſub modio, vel ſub lecto, i. e. vel ſuæ rationis & prudentiæ decempeda volunt metiri, quod ipſum officit claritati verbi: Vel ſuis libidinibus & alia vita ſcandaloſa ſcandalum præbent auditoribus, quo minus ipſum verbum audiant, agnoſcant, & amplectantur. Digitum huc intendit Chriſtus Matth. XXIII. 13. cum væ clamat ſuper Phariſæos & ſcribas, non intrantes regnum cœlorum, idemque præ hominibus claudentes, falſa doctrina & ſcandaloſa vita: *Omnis magiſter, qui ſcandaliſat malis operibus diſcipulos ſuos, claudit ante eos regnum cœlorum.* Hier. Decet miniſterium conſtantia; Peccant igitur, qui inſtar calamorum arundineorum variis doctrinæ & affectuum ventis circumagitantur. Matth. XI. 7. Luc. VII. 24. qui manum, quam ſemel aratro admoverunt, retrahunt. Luc. IX. 62.

§. 42. Diligenter autem diſtinguendum eſt inter perſonas, & inter officium. Enumerata enim vitia ſunt perſonarum, non officii. Unde officio nihil decedit, etſi perſona ſuis vitiis laboret. Diſcimus hoc ex Matth. XXIII. 2. ſeqq. ubi Chriſtus acriter quidem in vitia Phariſæorum invehitur, officium tamen Sacro-Sanctum vult haberi, dum fatetur, ipſos ſedere in cathedra Moyſis: *Quid manſuetius, quid benignius Domino? Tentatur à Phariſæis, confringuntur inſidiæ eorum, & ſecundum Pſalmiſtam: Sagittæ parvulorum ſunt factæ plagæ eorum: & nihilominus propter Sacerdotii & nominis dignitatem, hortatur populos, ut ſubjiciantur eis, non opera, ſed doctrinam conſiderantes.* Hier. ad l. c. Diſtinctio

§. 43. Perſonas iſtis & ſimilibus vitiis laborantes Deus non impune dimittit, ſed ſuo tempore graviter punit. Luc. XII. 46. collat. cum Matth. XXIV. 49. 50. 51. Dominus Oeconomiæ ſuperveniet injuſtis & ſecuris ſuis ſervis, die, quo non exſpectaſſent ipſi, & hora, quam ignorabunt, medioſque curabit diſſecandos, ut tum ſolebant ſervi infideles & rebelles tractari; ſic enim & Deus animam à corpore ſeparabit, vel utrumque condemnabit ad ignem & ſulphur, velut ollam ebullientem; quare pœnam duplo graviorem ſuſtinebunt illi Eccleſiarum miniſtri, qui ex verbo Dei Domini erga ſeſe voluntatem cognoverint, & tamen ſpreverint. Mitius autem agetur cum illis, qui per virium imbecillitatem non cognoverint, deliquerint tamen. Hanc pœnarum diverſitatem requirit juſtitiæ ratio. Pœnæ.

Digitized by Google

tio. Quisquis enim plura dona divinitus acceperit, & ampliorem diœceſin, ab iſto etiam multum officii & pœnarum, ſi iſtud neglexerit, repoſcetur. Huc pertinet parabola Luc. XIX. 22. ſeqq. Cum Dominus ſervo ſuo exprobrat ignaviam, quod minâ ſua nihil lucri feciſſet; malitiam, quod culpam rejiciat in Dominum, tanquam juſto ſeveriorem; quandoquidem iſte Domini rigor ad diligentiam potius impellere debuiſſet in officio adminiſtrando: Indignitatem, dum juſſit ab ipſo auferri minam concreditam, darique eam ſervo alteri, qui decem minas lucratus fuerat. Matth. XXV. 26. ſeqq. ſervus ille inutilis jubetur conjici in tenebras exteriores, ubi eſt fletus & ſtridor dentium, i. e. exquiſitiſſimi dolores.

Remedia. ut exploratio doctrinæ.

§. 44. *Remedia* Deus ordinavit, & uſurpavit adverſus eadem vitia. Qualia ſunt prudens *exploratio doctrinæ*, quæ fit per fructus. Pſeudoprophetæ externa ſua ſpecie glaucoma hominibus incautis objiciunt, igitur avertamus oculos ab iſta externa larva, & convertamus ad fructus, qua tales, doctrinæ ex theſauro vitioſi cordis prolato. Luc. VI. 45. Bonus autem ille eſt theſaurus, qui reſpondet voluntati patris cœleſtis. Matth. VII. 21. ut bonum ferat fructum, qui, quæ juſſit Chriſtus, fecerit. i. e. ſanam doctrinam docuerit. Luc. VI. 46. malus, qui non fecerit, ſed contrarium tulerit. Tale vult caveri. Matth. VIII. 15. Eſt *correptio.* Chriſtus enim Phariſæos vocat cœcos, & cœcorum duces, qui non adeo curandi. Matth. XV. 14. *Remotio.* Sal infatuatus non prodeſt, ſed dignus eſt, qui foras projiciatur, & pedibus conculcetur. *Caveant Doctores & Epiſcopi, & videant, potentes potenter tormenta ſuſtinere; nihilq; eſſe remedii; ſed majorum ruinam ad tartarum ducere*; judicat Hieronymus ad l.c. Unde patet, quod tandem *æterna condemnatio* tales maneat. Matth. VII. 19. confertur excidio arborum putridarum. Cap. XXI. 41. Marc. XII. 9. Luc. XX. 16. venturus dicitur dominus vineæ, & perdituus eſſe ſervos nequam, vinea aliis elocata. *Fuga.* Matth. XV. 14. Chriſtus jubet omitti Phariſæos & ſcribas tanquam cœcos, & cœcorum duces. *Hoc eſt, quod Apoſtolus præceperat: Hæreticum hominem poſt unam & alteram correptionem devita: ſciens, quod perverſus ſit hujuscemodi: & à ſemetipſo damnatus. In hunc ſenſum & ſalvator præcipit doctores peſſimos dimittendos arbitrio ſuo, ſciens, eos difficulter ad veritatem poſſe trahi, & cœcos eſſe, & cœcum populum in errorem trahere.* Hier. ad l.c.

Correptio.

Remotio.

Fuga.

Digitized by Google

Art. II. Sect. IV.

De

MINISTERIO IN SPECIE.

i. e.

JOHANNITIS, APOSTOLIS, ET LXX. DISCIPULIS.

Argumentum.

D*Ifferentia eſt inter Eccleſiæ miniſtros* 1. *Diſcipuli Johannis, eorumque exiſtentia, doctrina & fides, virtutes & vitia.* 2. *Apoſtoli, eorumque nomina.* 3. *Deſcriptio.* 4. *Cauſſæ & quidem efficiens.* 5. *Materialis.* 6. *Formalis.* 7. *Finalis.* 8. *Affectiones, ut ſunt: numerus, matrimonium, afflictiones.* 9. *Virtutes.* 10. *Vitia errorum.* 11. *Morum.* 12. *Remedia.* 13. *Septuaginta diſcipulorum nomina, vocatio, functio.* 14. *Traditiones aliquot erroneæ.* 15. 16. *Nomina cur lateant.* 17. *Singulorum Apoſtolorum deſcriptiones, Petri.* 18. *Andreæ.* 19. *Jacobi majoris* 20. *Johannis.* 21. *Philippi.* 22. *Bartholomæi.* 23. *Thomæ.* 24. *Matthæi.* 25. *Jacobi Alphæi.* 26. *Judæ Thaddæi.* 27. *Simonis Cananæi.* 28. *Judæ Iſchkariotht.* 29. *Omiſſis Matthia & Paulo, & cur?* 30. *Iſtorum deſcribuntur nomina, parentes, patria, profectiones, vocationes, functiones, virtutes, res geſtæ, vitia, fata. Elogia.*

§. I.

DE *miniſterio* Eccleſiaſtico in genere diſſeruimus hactenus, progredimur ad ſpeciem. Eſſe inter miniſtros Eccleſiæ aliquam differentiam functionum, donorum, morum, patet ex aliquot locis. Matth. XXIII. 34. Chriſtus aliquot ordinum recenſet, nempe Prophetas, Sapientes, & ſcribas, doctos ad regnum cœlorum: Matth. XIII. 52. Prophetæ futura prædicunt, vel explicant; Sapientes myſteria Evangelica produnt; Scribæ in ſcripturis potentes ſunt. *Obſerva juxta Apoſtolum ſcribentem* Miniſterii diſtinctio.

 ad

Digitized by Google

ad Corinthios (1. Corinth. XII. 4.) *varia eſſe dona diſcipulorum Chriſti: Alios Prophetas, qui ventura prædicunt; alios ſapientes, qui noverunt quando debeant proferre ſermonem: alios ſcribas in lege doctiſſimos:* Hier. ad l. c. Matth. Luc. X. 1. refertur de Chriſto, quod præter Apoſtolos LXX. diſcipulos ordinarit. Alii ipſorum quinque talenta, alii duo, unum alius à Domino accipit. Matth. XXV. 15. ſeqq. Alii utiles ſunt, lucrum faciendo; alii inutiles, nullum faciendo. v. 30. Alii fideles ſunt in officio gerendo, & prudentes in diſpenſando, alii minus. c. XXIV. 45. ſeqq.

Diſcipuli Johannis, eorumque (1) Exiſtentia.

§. 2. Præcipuum ſibi locum vendicant (1) Diſcipuli Joannis (2) Apoſtoli. (3) Septuaginta Diſcipuli Chriſti. *Diſcipulorum Joannis* notetur (1) *Exiſtentia.* Joannem Baptiſtam habuiſſe diſcipulos, palam eſt ex ſcripturis ſacris. Nam & nomen hinc inde occurrit Matth. IX. 14. XI. 2. Marc. II. 18. Luc. V. 33. VII. 18. Joh. I. 35. III. 25. 26. Et res ipſa loquitur. Erant enim, qui ex iſtius tanquam Magiſtri ore pendebant: utpote quos docuit Meſſiam agnoſcere. Joh. I. 35. preces fundere. Luc. XI. 1. Nomen etiam unius exprimitur, nempe Andreas. Joh. I. 40. (2) *Doctrina & Fides.* Dubium non eſt, quin ſumma fuerit regnum Dei, quod adveniſſe Baptiſta iſte prædicabat. Matth. III. 2. In ſpecie erat doctrina pœnitentiæ, ut abſtinerent ſibi à peccato, & Meſſiam, jamjam proditurum, vera fide amplecterentur. De pœnitentia dubium non eſt; Nam expreſſe ponitur l. c. ſed nec de Meſſia; Nam hunc digito indice oſtendit ſuis diſcipulis. Joh. I. 36. Eodemque fine jam captivus ablegat ad eundem aliquot ipſorum, qui ex ipſo Chriſto veram fidem in Meſſiam docerentur. Matth. XI. 2. ſeqq. cumque Jeſum detuliſſent, tanquam qui baptizaret, & homines ad ſeſe alliceret, reſponſum dedit, ſe Meſſiam non eſſe, ſed eum ipſum, quem ipſi detuliſſent. Joh. III. 25. ſeqq. Factum hinc eſt, ut nonnulli ex Johannitis Jeſu Nazareno ſeſe applicarent, eumque ſectarentur. Joh. I. 37. ſeqq. Nec dubium eſt, quin genuini Johannis diſcipuli id ipſum etiam alios docuerint. Docuiſſe & ipſos colligi poteſt ex Joh. III. 25. ſeq. ubi ζήτησις *quæſtio* orta eſſe dicitur inter diſcipulos Joannis & Judæos, de purgatione, quandoquidem & Jeſus Nazarenus baptizaret, pu-

(2) Doctrina.

Digitized by Google

ta per ſuos diſcipulos. Joh. IV. 2. Sicut autem Jeſus baptizabat per diſcipulos, ita & Johannes baptizaſſe videtur etiam per diſcipulos, perque eosdem docuiſſe. Certè alii erant diſcipuli Joannis, alii Auditores qualescunque: Iſtos dubio procul in ſcholam ſuam privatam recepit, erudivit, & aptos reddidit, qui & ipſi alios docerent, ſicut Chriſtus diſcipulos quosdam è reliquo Auditorum numero exemit, ſibique adſcivit docendos prius, quam ipſos conſtitueret docentes. (3) *Virtutes ſuas habebant* juxta tabulam cum priorem tum poſteriorem. (3) Virtutes. Poſtquam ex Magiſtro ſuo audiviſſent, Jeſum Nazarenum eſſe verum Meſſiam, nonnulli ipſorum, illico Meſſiam hunc ſectabantur, petebantque informationem. Joh. I. 37. ſeq. Magiſtrum ſuum Joannem ardenti amore proſequebantur, adeo, ut nonnunquam etiam excederent, quo de poſt; Id laudandum eſt, poſtquam capite iſte eſſet truncatus, quod venerint illi, nullo deterriti periculo, & corpus terræ mandarint. Matth. XIV. 12. (4) *Vitiis tamen ſuis illi ipſi quoq; laborabant.* (4) Vitia. Joannem ſuum pro vero Meſſia habebant, etiamſi toties ex ipſo audiviſſent, quod ipſe is non eſſet, ſed Jeſus Nazarenus. Matth. XI, 2. Joh. I. 19. ſeq. Luc. VII. 18. Iſta *ignorantia* & *infidelitas*, juxta Chryſoſt. ad Matth. III. 4. ſeqq. faciebat, nt *invidia* (φθόνον vocat Chryſoſt. ad Matth. XI. 2. 3.) Jeſum proſequerentur; tanquam qui ſuo magiſtro, diſcipulisque ejus officeret, eadem faciendo, quæ Joannes. Joh. III. 26. Præterea Phariſæis quoque ſeſe jungebant adverſus Chriſtum, & diſcipulos, cum viderent, hos non jejunare, ut ipſi cum Phariſæis jejunabant. Matth. IX. 15. Hoc ipſo ſimul prodebant *fermentum judaicum*, tanquam tales veterum traditiones eſſent neceſſariæ. Confer Marc. II, 18. Luc. V. 33. Bene Theophyl. ad Marc. II, 18. obſervat: *Diſcipuli Joannis*, ἀτελέστερον διακείμενοι τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἑπόμενοι ἔθεσιν. *Imperfectiores adhuc Judaicis moribus ſtudebant; Unde quidam accedebant ad Chriſtum in exemplum ipſos proferentes*, ϗ αἰτιώμενοι *taxabant*, *quare diſcipuli ejus non jejunarent, ſicut ipſi.* Hæc ille.

§. 3. Diſcipulos Joannis excipiunt *Apoſtoli.* Apoſtoli, & cor. Horum obſerva (1) *nomen.* (1) Nomina. Generale eſt *diſcipuli*, diſtincti & exempti è *turba* promiſcua: qua de diſtinctione lege explicationem Origenis

 ad

Digitized by Google

ad Matth. XIV. 22. fol. m. 237. Etymon expreſſit Marc. III. 14. cum refert, qua de cauſſa Jeſus ordinarit Apoſtolos duodecim, nempe *ἵνα ἀποστέλλῃ αὐτοὺς, ut ablegaret ipſos.* Confer Joh. XIII. 16. Ubi in genere Apoſtolus dicitur, qui negocii alicujus agendi, vel ferendi nuncii gratia, aliquo mittitur. Nervoſe Tertullianus: eos *hæc appellatio miſſos interpretatur.* de præſc. c. 20. Apoſtolorum erant varia genera: Nam & diabolus & ipſius aſſeclæ ſuos habebant legatos: quare diſcriminis ergo iſti dicebantur *Chriſti* Apoſtoli, quos *ſuos* appellarat. Joh. XIII. 16. à Patre ſibi deſtinatos ab æterno. XVII. 6. XVIII. 9. *Filiolos*, ab amore tenerrimo, quo ipſos amplectebatur, & ipſi ſeſe invicem proſequi debebant. cap. XIII. 33. *Amicos*, qui parati eſſent ipſius ſervare præcepta, ſingulari affecti privilegio, nempe revelatione omnium myſteriorum divinorum, quotquot ad fidem, pietatem, & officium ipſorum ſpectant, quod meris ſervis non obtingat. Joh. XV. 14. 15. *Homines*, utpote ex communi hominum ſorte delectos, & datos à Patre ſuo Chriſto per æternam prædeſtinationem. c. XVII. 6. 9. *Oves*, diſpergendas tempore paſtoris. i. e. Chriſti capti & damnandi. Zach. XIII. 7. Marc. XIV. 27. *Fratres.* Joh. XX. 17. Matth. XXVIII. 10. *Filios ſponſi.* Marc. II. 19. phraſin explicat Theophyl. h. l. *Filios thalami, ὡς τῆς χαρᾶς τοῦ Κυρίου καὶ αὐτοὺς καταξιουμένους, καὶ παντὸς ἐπουρανίου ἀγαθοῦ καὶ πάσης ἡδονῆς μετόχους, utpote & ipſis Dominicum gaudium aſſecutis, & omnis cœleſtis boni ac voluptatis totius participes.* Hæc & ſimilia Apoſtolorum nomina ita ſunt comparata, ut quædam ipſorum etiam reliquis Eccleſiæ miniſtris competant, ut Sectione præced. eſt oſtenſum. An & *Dii* dicantur? ſic putat Hieronymus comm. ad Matth. XVI. 13. 14. quaſi Chriſtus oppoſitionem feciſſet inter *homines* & ipſos Apoſtolos, tanquam Deos: ſed ſubtilius hæc, quam verius dicuntur. Succeſſu temporis Apoſtoli dicti ſunt & Apoſtolici etiam Epiſcopi quicunque, *οἱ τὴν καθολικὴν ἐπισκοπὴν πεπιστευμένοι quatenus univerſalis inſpectio Eccleſiæ ipſis erat concredita.* uti loquitur Clemens neſcio quis in conſtit. lib. VI. c. 13. vel, uti explicat Cyprianus epiſt. 65. quatenus *Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt Epiſcopi.* Unde ſimul patet, non ſolis Romanis Epiſcopis id tituli competere, ſed aliis quoque Epi-

Epiſcopis, ſicut Syneſius Epiſt. 56. laudat in ſede Alexandrina αὐθεντίαν τῆς Ἀποστολικῆς διαδοχῆς, *auctoritatem Apoſtolicæ ſucceſſionis.*

§. 4. (II) *Deſcriptiones.* Ex præmiſſis nominibus variæ concinnari poſſunt. Didymo Alex. in tr. d. Spiritu S. ſunt *principatum in Sacerdotio poſſidentes, & initiatores fidei à Chriſto demonſtrati*: & paulo poſt: *quos Chriſtus magiſtros eſſe præcepit, & pater probavit, & Spiritus Sanctus diſpenſatores & præpoſitos in Eccleſia conſtituiſſe perhibetur.* Chryſoſtomo Apoſtolatus eſt ὑπατεία πνευματική: *in Spiritualibus quidam quaſi conſulatus.* i. e. Suprema dignitas. ἀρχὴ πνευματικωτάτη, *principatus maxime ſpiritualis*; τῶν πνευματικῶν ἀρχῶν κεφαλὴ, καὶ ῥίζα, καὶ ὑπόθεσις: *ſpiritualium poteſtatum caput, & radix, & fundamentum.*

(2) Deſcriptiones.

§. 5. (III) *Cauſſæ.* Et quidem (1) *Efficiens.* Origo Apoſtolorum ſine dubio divina eſt: Hi enim erant, quos *Pater* ab æterno dederat *Filio.* Joh. XVII. 6. Actor. X. 41. quos aliquando adſciſceret diſcipulos, informaret, & inter homines ablegaret, Spiritus Sancti donis prius inſtructos. Id quod optima fide præſtitit. Cum circa feſtum Pentecoſtes in monte verſaretur, & inſignem ad populum concionem habuiſſet; elegit ex reliquorum diſcipulorum numero Duodecim, quos familiarius informaret, futuros Apoſtolos. Matth. V. 1. ſeq. Marc. III. 14. ſeqq. Luc. VI. 12. Informatos ita primum emiſit, lapſo biennio, veluti ſpecimen officii edituros, in Judæam, Matth. X. 1. Marc. VI. 7. ſeqq. Moriturus iiſdem promiſit Paracletum ſuo nomine â Patre mittendum, eo fine, ut omnia ipſos Evangelii myſteria doceret, & audita in memoriam revocaret. Joh. XIV. 26. Repetiit promiſſionem cap. XVI. 13. ſeqq. Dicto enim, quod hoc rerum ſtatu perturbati, &, ſapientes carnalia, inepti eſſent ad ea, quæ porro dicenda haberet, ſubjungit de ſpiritu Sancto promiſſionem, Spiritu, qui ſpirituales ipſos redditurus eſſet, Spiritu veritatis, à quo ſive docentes, ſive ſcribentes in omnem veritatem eſſent deducendi. Progreſſus ſermone ſuo eosdem cœleſti Patri eximie laudat, quod verbum ſuum bona fide hactenus retinuiſſent, ſcientes omnia, quæ ipſis dediſſet, verbum, quod Patris eſſet, à Filio auditum. cap. XVII. 6. 7. Interceſſit igitur ardentibus apud Patrem preci-

(3) Cauſſæ. 1. Efficiens.

 bus

bus, pro ipſis, in agnita veritate, & fide conſervandis. v. 9. ſeqq. Rogavit enim in ſpecie pro hiſce ſuis diſcipulis, ut in nomine Patris i. e. vera Dei agnitione confermarentur v. 11. & ſanctificarentur veritate verbi divini, paulo poſt ab ipſis in univerſo orbe prædicandi: v. 17. 18. Sanctitate, quam ſibi, Chriſto, deberent, pro ipſis ſanctificandi. i. e. in paſſionem & mortem tradendi. Hæc ille morti vicinus. Poſtquam autem devicta morte in in vitam rediiſſet, repetiit vocationem diſcipulorum, non ſolum ſingulorum, ut Petri, quem oves & agnos ſuos paſcere juſſit. Joh. XXI. 15. ſeqq. ſed etiam reliquorum, adeoque omnium. Omnes afflavit Spiritu ſuo Sancto, poteſtatemque omnibus, & mandata dedit clavium exercendarum, verbi prædicandi, adminiſtrandorum Sacramentorum. Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15. Actor. I. 8. Eph. IV. 11. ſeq. Sic omnia Apoſtoli Magiſtro ſuo debebant, apud quem initio fuerunt, αὐτόπται & αὐτήκοοι omnium; Quod neceſſarium erat teſtibus ipſius, fide dignis, futuris. Luc. XXIV. 48. Act. I. 8. Ex dictis apparet, quod *Spiritus* quoque *ſancti* opus ſit Apoſtolatus, utpote fontis infallibilitatis, procedentis à Patre, & Filio. Joh. XVI. 13. ſeqq.

2. Materialis. §. 6. (2) *Materia.* Ex plebe plerique erant electi; Erant enim piſcatores. Matth. IV. 18. 21. Marc. I. 16. 19. Joh. XXI. 2. ſeqq. Ex quibus evaſerunt piſcatores hominum. Matth. IV. 19. *In piſcatorum allectione ex hominum arte futuri eorum officii opus proditur: ut piſcibus è mari, ita hominibus deinceps à ſeculo in locum ſuperiorem i. e. in lumen cœleſtis habitaculi protrahendis.* verba ſunt Hilarii comm. ad l. c. Illiterati pridem. Act. IV. 13. quod dictum cum Matth. XIII. 52. conciliare allaborat Origenes comm. ad Matth. l. c tanquam ſolus Petrus & Johannes fuiſſent illiterati; vel ideo idiotæ dicantur, *quia ſcripturas tropice interpretari neſciant, quæque ad anagogen ſpectant, non capiant, ſed nuda litera credant, eamque tueantur.* Hæc ille, literæ infeſtior, & allegoriis addictior. Secus ſenſit Baſilius Seleucienſis, cujus oratio in verba Domini Matth. IV. 19. venite poſt me &c. meretur lectionem diligentem. Patria ipſorum & omnium quidem Act. II. 7. erat *Galilæa*: Decebat enim impleri Prophetiam David Pſ. LXIIX. 28. ſeqq.

28. ſeqq. quam explicat Euſebius lib. IX. dem. Evángel. f. m. 441. *Hoc quoque in loco*, ajens, *eos, qui dicantur Principes Nephthalim, non alios eſſe cenſeo, quam Apoſtolos*, ἐνθένδε γὰρ αὐτοὺς ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν ἀνείλεχε) *Inde enim eos Salvator ac Dominus noſter elegit, ut à Matthæo ſcriptum eſt.* Paulo ante explicuerat Vaticinium Jeſaiæ IX. 2. collato Matthæi cap. IV. 14. Et facta enumeratione oſtenderat, Apoſtolos exinde evocatos fuiſſe: *Invenies*, ajens, *Matthæum de Galilæa vocatum eſſe, & in alio* (Evangelio) *rurſus Levi; Philippus autem, ut apud Joannem legitur, de Bethſaida profectus eſt, civitate Andreæ & Petri; Atqui hæc ipſa erat Galilæa.* Accedit alia ratio, nempe, quod animoſi fuerint Galilæi: *pugnaces ſunt ab infantia Galilæi, & omni tempore plurimum multitudine abundant*, καὶ οὔτε δειλία πότε τοὺς ἄνδρας, &c. *neq; aut formido unquam viros, aut eorum regiones penuria occupavit*: uti loquitur Joſeph. lib. 5. de bel. Jud. c. 4. Nomina ipſorum recenſentur Matth. X. 2. nempe *primus* Matth. X. 2. Simon, cognomine Petrus, Andreas ipſius frater, Jacobus Zebedæi filius, & Johannes iſtius frater; Philippus & Bartholomæus; Thomas & Matthæus publicanus; Jacobus Alphæi filius, Lebbæus cognomine Thaddæus, Simon Canæus, & Judas Iſchariohtt, proditor deinde factus. Repetitur enumeratio, ſed aliquanto aliter, Act. I. 13. Petrus & Jacobus, Joannes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus Alphæi filius, Simon Zelotes, & Judas Jacobi. Omiſſus eſt proditor, utpote qui in ſuum locum abierat. Act. I. 25. & *ordo* enumerationis aliquanto aliter ſeſe habet apud Matthæum quoque, Marcum, & Lucam, (excepto Petro, & Juda proditore) an, ut æquales fuiſſe Apoſtolos doceretur? Certè ſi *ordo* fuiſſet argumentum ſuperioritatis, nunquam inter ſeſe contendiſſent diſcipuli de eminentia, utpote per ordinem lite jam deciſa. *An, & à quo, baptizati fuerint, prius quam in diſcipulatum & Apoſtolatum adſciſcerentur?* quæritur. Obſcurius reſpondet Tertullianus de bapt. c. 11. & videtur ſtatuere, Chriſti baptiſmo Apoſtolos eſſe tinctos poſt reſurrectionem demum Chriſti; ſine dubio reſpiciens ad Act. II. 5. & ſic confundens baptiſmum flaminis, cum baptiſmo fluminis. Auguſtini epiſtola 108. ſubinnuit, iſta ætate diſceptatum adhuc fuiſſe in Eccleſia

cleſia Dei, quo baptiſmo, Joannis, an Chriſti? fuerint initiati. Noſtra ſententia utroque illi baptizati fuerant, quia à parte rei unus & idem ſpecie fuit Johannis & Chriſti baptiſmus; à Joanne autem baptizatos fuiſſe, ſaltem aliquos, colligitur ex Joh. I. 29. ſeqq. Nec dubitandum de reliquis, quin & ipſi prius fuerint baptizati, quam alios baptizarent.

3. Forma. §. 7. (3) *Forma.* Apoſtolum conſtituit: *immediata vocatio*, quod patet exemplo eorum, qui Apoſtoli dicti erant; Omnes enim immediate à Chriſto, quem viderant, vocati erant. Ἄρχοντές εἰσιν ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντες οἱ Ἀπόστολοι: *Miſſio in univerſum orbem*: πάντες κοινῇ τὴν οἰκουμένην ἐμπιστευθέντες; *omnibus in commune concreditus eſt orbis*, ut ait Chryſoſt. Innuitur Matth. V. 13. quando Chriſtus ipſos vocat *Sal terræ*, adeoq; non *Judææ* ſolum, ſed & reliquæ *terræ*; in quam totam olim Prophetæ, & deinde 70. diſcipuli ablegati non fuerunt. Parabola alia rem innuit Marc. IV. 30. 31. ſinapi comparando regnum cœlorum, quod adultum in immenſum excreſcit: *Nam prædicatio miſſa ſuper terram, dilatata eſt, & crevit, ita ut volatilia cœli h.e. omnes ſublimes ſcientia & ſenſu in ipſo habitent. Quot enim ſapientes relicta ſapientia gentilium in prædicatione requieverunt! Maxima igitur fuit prædicatio, & magnos ramos fecit. Unus enim Apoſtolorum ad Indiam, alius ad Romam, alius in Achaiam, & alius in aliam partem terræ, diviſi ſunt ut rami.* Verba ſunt Theophyl. ad l. c. Marc. Tertulliano Apoſtoli ſunt *deſtinati nationibus miniſtri.* Chryſoſtomo tom. VIII. opp. f. 11. ſunt ἄρχοντες ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντες: Ἄρχοντες οὐκ ἔθνη καὶ πόλεις διαφόρους λαμβάνοντες, ἀλλὰ πάντες κοινῇ τὴν οἰκουμένην ἐμπιστευθέντες: *principes à Deo conſtituti, principes, qui non gentes aliquas, aut urbes diverſas regendas acceperint; ſed quorum fidei orbis terrarum in commune fuit concreditus.* Hæc ita ſeſe habere clara ſcripturæ dicta evincunt. Joh. XVII. 18. in *mundum* ablegat Chriſtus diſcipulos: Clariſſimè idem explicat Matth. XXVIII. 19. Marc. XVI. 15. dum jubet eosdem ire in univerſum orbem terrarum, Evangeliumque prædicare omni creaturæ: Quod Act. I. 8. per partes enumeratur: Eritis teſtes mei Hieroſolymis, & in univerſa Judæa, & Samaria, & usque ad terminos terræ, ſic Chriſtus ad Apoſtolos ſuos: *Chariſmata Singularia*, quæ nimirum neceſſaria erant ejus-

ejuſmodi legatis ubique locorum & hominum Evangelium prædicaturis. Subinnuuntur uno verbo virtus ex alto Luc. XXIV. 49. virtus Spiritus Sanctus & Sancti, ſuper ipſos venturi Act. I. 8. In his erant: Singularis *Sapientia* in rebus & myſteriis divinis, ut non erraient à Spiritu S. in omnem veritatem ducti. Joh. XVI. 13. *Eloquentia* & παῤῥησία & πολυγλωττία, diverſis linguis eloquendi verbum Dei. Matth. X. 19. 20. *Donum miraculorum.* Matth. X. 1. accipiunt poteſtatem in Spiritus immundos, morbos, & varias infirmitates. Repetitur promiſſio poſt reſurrectionem Chriſti. Marc. XVI. 17. 18. Erant quidem, qui negarent iſtam ipſis vim θαυματουργικὴν, eo quod montes transferre non potuerint, in quos invehitur Hieron. ad Matth. XXI. 21. his verbis: *Latrant contra nos gentilium canes* &c. Interdum adhibebant externa ſive ſigna, ſive media. e. g. *Oleum* Marc. VI. 13. *eſt oleum & ad labores utile, & lucis fomentum, & hilaritatis affectivum, ſignificatque miſericordiam Dei, & gratiam ſpiritus, per quam à labore liberamur, & lucem ac gaudium, hilaritatemque ſpiritualem accipimus*, explicante Theophyl. ad l. c. Denique *Singularis Sanctitas* in vita & externa converſatione. vide Dn. D. Dannh. Chriſteid. p. 95.

§. 8. (4) *Finis*: Erat teſtimonium perhibere Chriſto, quod homo factus mortem ſuſtinuiſſet, à mortuis reſurrexiſſet, in cœlum adſcendiſſet, redemptor generis humani, & debellator peccati, mortis, inferni, & diaboli. Joh. XV. 27. Luc. XXIV. 48. Act. I. 8. Adeoque gloria Dei; & ſalus hominum, quos ſuis concionibus ad fidem, & per hanc ad vitam æternam perducturi erant. Hoc fine enim pro ipſis oravit. Joh. XVII. 20. 23. & ipſi, qua voce, qua ſcriptis officio ſuo functi ſunt. c. XX. 31. 4. Finis.

§. 9. (IV) *Adjuncta*, ut ſunt: *Numerus*; Erant de jure XII. ita ut in nomen ipſorum quaſi proprium tranſierit, dum *Duodecim* dicebantur; Matth. X. 5. XXVI. 14. 47. Dicuntur quidem etiam *undecim*, ſed de facto. Marc. XVI. 14. Cur autem totidem, non plures, vel pauciores? Omiſſis aliis ſententiis, vid. Tertull. IV. cont. Marc. Auguſtin. in Pſ. CIII. cum B. Brentio dicimus, ideo id factum eſſe, quod duodecim eſſent tribus Iſraëliticæ, juxta quarum numerum teſtes numerabantur, cum *Adjuncta. ut Numerus.*

Digitized by Google

igitur Apoſtoli teſtes Jeſu Chriſti eſſe debuerint, numerò duodecim eligebantur. vid. Brent. ad Act. I. In prima autem miſſione duo ſimul emittebantur; quare hoc? ℞. Theophyl. ad Marc. VI. 7. *Binos mittit, quo & alacriores ſint. Nam ſi unum miſiſſet, fuiſſet unicus ille minus alacris. Iterum, ſi plures, quam duos, non ſuffeciſſet numerus in plures pagos. Duos igitur mittit. Meliores enim ſunt duo, quam unus, dicit Eccleſiaſtes.*

Matrimonium. *Matrimonium.* De quo refert Euſebius lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 30. ex Clemente invectivam in contemptores matrimonii: *An forte*, interrogat Clemens, *Apoſtolos improbabunt. Petrus enim & Philippus liberos ex legitimis nuptiis procrearunt? Philippus etiam filias viris collocavit. Paulus quoque in quadam epiſtola ſuam ipſius conjugem compellare non veretur.* Adde ſeqq. imprimis autem narrationem de uxore Petri, quam ad mortem usque conjugali amore, & fide proſecutus eſt maritus.

Afflictiones. *Afflictiones*, quas ipſis aliquoties prædixit Chriſtus, ut docent loca ſuperius, ſect. 3. §. 34. 35. adducta: & explicanda, quando inferius de perſecutionibus acturi ſumus.

Virtutes. §. 10. *Virtutes* quædam erant illuſtres, quibus Apoſtoli erant præditi. Nonnullas enumerabimus. Prima omnium erat *acceſſus ad Jeſum*, à quo ad Chriſtianiſmum & diſcipulatum evocabantur. Matth. IV. 19. 20. Petrus & Andreas vocati à Chriſto, relictis ſuis retibus, ſequebantur; v. 22. Joannes & Jacobus vel patre relicto idem faciebant. Unde Petrus ipſorum nomine dicebat Chriſto; Ecce, omnia reliquimus, & te ſecuti ſumus. Matth. XIX. 27. Factum hoc erat propter finem diſcipulatus & officii, ut cum Chriſto Magiſtro ſine impedimento converſari poſſent, & officio ſuo deinde fungi. Hoc nomine ipſis Chriſtus copioſam gratiam promittit v. 28. *Qui propter fidem Chriſti, & prædicationem Evangelii omnes affectus contempſerint, atque divitias & ſeculi voluptates, iſti centuplum recipient, & vitam æternam poſſidebunt.* Hier. ad l. c. Eſt *vera agnitio, fides, & profeſſio* ejusdem. Matth. XVI. 16. *Petrus ex perſona omnium Apoſtolorum profitetur de Jeſu: Tu es Chriſtus filius Dei vivi*, explicante Hieron. l. c. Unde Chryſoſtomus Petrum appellat τὸ ςόμα τῶν ἀποςόλων, *os Apoſtolorum.* quod mox explicat: dicens: ὁ τοῦ χόρου τῶν ἀποςόλων κορυφαῖος πάντων ἐρωτηθέντων, αὐτὸς ἀποκρίνεται: *Chori Apoſtolici apex,*

cum

cum omnes interrogarentur, ipſe reſpondet. Joh. XIII. 13. ipſo Chriſto teſte appellarunt eundem Magiſtrum & Dominum: cumque aliquem ex ipſis ſuum fore proditorem ipſe dixiſſet, conſternantur invicem, tanquam ad immane flagitium. v. 22. Defendit Auguſtinus per totum librum primum de conſenſu Evangeliſtarum Apoſtolos contra calumnias Gentilium & Judæorum, dicentium, ipſos *aliud, quam ab illo (Chriſto) didicerant, docuiſſe*: ſumpto argumento à Vaticiniis Propheticis, in quibus prædicta eſſent ea ipſa, quæ Apoſtoli concionabantur de Chriſto: *Si nolunt credere, Chriſtum talia docuiſſe, Prophetas legant, qui non ſolum ſuperſtitiones idolorum everti præceperunt, verum etiam Chriſtianis temporibus hanc everſionem futuram prædixerunt. Qui ſi fefellerunt, cur tanta manifeſtatione completur? Si verum dixerunt, cur tantæ divinitati reſiſtitur?* cap. 16. & cap. 26. *Quomodo diſcipuli Chriſti docuerunt, quod à Chriſto non didicerunt, ſicut ſtulti deſipiendo jactitant, ut Deorum gentilium & ſimulacbrorum ſuperſtitio deleretur? nunquid & illas Prophetias, quæ nunc leguntur in codicibus inimicorum* (Judæorum) *Chriſti, poſſunt dici finxiſſe diſcipuli Chriſti?* Peccato deſignato *pœnitentiam* agebant, ut Petrus, reſpiciente Chriſto tanta pœnitentia ductus, ut ſtatim ſeſe proriperet extra atrium Pontificis, & amariſſimè fleret. Matth. XXVI. 75. Marc. XIV. 72. Luc. XXII. 62. Joh. XVIII. 27. *Gaviſi* ſunt, cum ex mortuis reſuſcitatum intellexiſſent. Joh. XX. 20. iidem magno cum gaudio ex monte oliveti reverſi ſunt, audito, quod è cœlo aliquando reverſurus eſſet cum gloria. Luc. XXIV. 52. Corona virtutum eſt *gloria*, quæ Deo datur. Cum Jeſus ſuper aſina, interdum & pullo, vectus Hieroſolymam ingrederetur, veluti rex ſuam regiam, excitabat Spiritus Sanctus comitatum antecedentium & ſubſequentium diſcipulorum, una cum turba Bethanienſi & Hieroſolymitana, ut ſublata voce laudes Deo canerent, ex Pſal. CXVIII. ſolitas decantari in ſolenni Scenopegiorum feſto, dicentes: *Hoſianna, Hoſianna, filio David*, &c. Matth. XXI. 9. Marc. XI. 9. Luc. XIX. 37. Joh. XII. 13. Idem fecerunt poſt aſcenſionem Domini, Luc. XXIV. 53. In templo enim collecti laudabant Deum, & benedicebant pro opere redemptionis feliciter peracto.

Vitia (1) *Errorum* de *Deo* & *Chriſto* ejusque *Officio* Sacerdotali.

§. 11. *Infirmitatibus* tamen ſuis *&* *vitiis* iidem non caruerunt. Deprehendes in ipſis (1) Errores fidei: quibus in articulum de Deo, Chriſto, & homine impingebant: *De Deo*, ut Philippus, qui petebat, patrem ſibi oſtendi, tanquam viſibilis ipſe eſſet. Joh. XIV. 8. De *Chriſto*, & ejus quidem *Officium Sacerdotale*, cujus præcipuum opus, nempe paſſionem & mortem non intelligebant. Matth. XVI. 22. cum Chriſtus cœpiſſet de paſſione ſua & morte imminente explicatius docere, à diſcipulis ſuis, Petro interprete & ſeorſim ducente acerbius correptus eſt, quod ipſe Dei filius, & Meſſias, ſacrificulis ad necem ſeſe permiſſurus eſſet; *Non vult* (Petrus) *deſtrui confeſſionem ſuam, nec putat, fieri poſſe, ut filius Dei occidatur:* Hieron. ad l. c. qui paulo poſt verba Petri ita reddit: *Non poteſt fieri, nec recipiunt aures meæ, ut Dei filius occidendus ſit*: & vocat: *pravam confeſſionem.* Ubi Petrus eo confidentiæ proceſſit, ut, quandoquidem ipſe ſalutis ſuæ rationem nullam omnino habere vellet, ipſos ſaltem Apoſtolos ſeſe defenſuros eſſe jactaret. Peccaſſe hac magiſtri increpatione & Petrum & reliquos diſcipulos (ſunt enim, qui excuſatum eunt) probatur ex reprehenſione Chriſti, majore, quam alias unquam. Nam iisdem, quibus Sathanam. Luc. IV. 8. Petrum verbis increpatum à ſeſe repulit, quod Sathanæ conſiliis obſecutus reſiſteret Patris ſui æterno decreto, & vocationi Chriſti, quam impediturus ibat: Proximus erroris fons erat deſiderium mundanorum, & prava opinio *de regno* Domini ſui mundano, de quo poſtea Matth. XIX. 13. Marc. X. 13. Luc. XVIII. 15. Impingunt in officium Chriſti iidem. Erant matres, qui ad benedicendum liberos ſuos Chriſto offerrent, ſed diſcipuli eos repellebant, rati, indignum hoc eſſe Meſſiæ officio: Sed Chriſtus propterea ſuccenſuit diſcipulis, quod eos arcerent, quorum ita eſt regnum cœlorum, ut non habiturus ſit æternam vitam, niſi qui per fidem ſimplicem, ut eſt infantum, habiturus eſt. Hieronymi ad l. c. Matth. ſententia, ideo prohibuerunt, quod *nec dum habuerint pleniſſimam fidem, putantes in ſimilitudinem hominum, offerentium importunitate laſſari.* Frequentiſſimè autem peccabant in regnum Chriſti ſeu *Officium Chriſti regium:* Matth. XVIII. 1. ſeqq. refertur

& Regio.

Digitized by Google

tur de diſcipulis, quod quæſtionem de primatu ſibi invicem moverint, poſtquam audiviſſent, moriturum eſſe magiſtrum ſuum, & reſurrecturum: quis nimirum, illo per mortem ſublato, regnum interea adminiſtraturus eſſet? quisque ipſo in vitam revocato, proximum juxta ipſum gradum eſſet habiturus? Rationes quisque ſuas proferebat, hic cognationem, iſte ætatem, tertius dona, alius alia. Matth. XX. 20. ſeqq. Marc. X. 35. ſeqq. audito, quod Hieroſolymam aſcenſurus, paſſurus, & reſurrecturus eſſet Jeſus, Jacobus & Johannes, filii Zebedæi, putantes mundanum ipſum regnum eſſe auſpicaturum, per matrem, & ipſi, rogabant Jeſum, ut proximi poſt ipſum gradus, alteri ad dextram, alteri ad ſiniſtram, ſibi aſſignarentur: Quo intellecto reliqui quoque diſcipuli cœperunt tumultuari, eodem ſcil. morbo laborantes; Alio tempore de eodem Eridis pomo controverſias ſibi invicem moverant. Matth. XVII. 1. ſeqq. Marc. IX. 33. Luc. IX. 46. ſeqq. Nec depoſuerant eundem, cum abituriret, imò jam cœlos conſcendiſſet Jeſus. Interrogabant enim: *Domine, num in tempore hoc reſtituis regnum Iſraëlis?* Cumque nubes ſublimatum in aërem jam recepiſſet, ſtabant, fixis in cœlum oculis, exſpectantes glorioſam ejusdem apparitionem cum exercitu ſcilicet, ut mundanum regnum auſpicetur. Act. I. 6. ſeqq. Eodem errore excœcante, neſciebant, quid eſſet à mortuis ipſum reſurgere; Neque enim poterant conciliare cum ſua præconcepta opinione. Matth. XVII. 9. Marc. IX. 10. Neque intelligebant, qualem Malachias IV. 5. Eliam intellexiſſet? Sibi enim imaginabantur aliquem cum ignito curru Eliam, qui gladio armatus Judæorum hoſtes mactaturus eſſet, ſicut iſte Baalitas. Unde Chriſtus opus habuit verum ipſius officium explicare. l. c. Baſilius Seleucienſis eo usque extendit diſcipulorum ignorantiam, ut dicat: ἠγνόουν ἔτι τῆς οἰκονομίας τὸ βάθος, οὐκ ᾔδεισαν, θεότητα κεκρυμμένην ἐν ἀνθρωπότητι: *neſciebant adhuc incarnationis profunditatem; neque noverant Deitatem in humanitate abſconditam*: In ἀνθρωπολογίαν quoque impingebant: & quidem ſtatum peccati, quem minus intelligebant. Joh. IX. 2. interrogant Chriſtum de cœco, ipſe, an parentes peccaſſent? innuentes, quod crederent, inſigni defectu corporis non labo- Et homine.

 rare

rare niſi eos, qui inſignes ſunt peccatores, vel peccatorum filii. Sunt, qui putant, ipſos μετεμψύχωσιν aliquam ſtatuiſſe, putantes, animas parentum, pridem peccatorum, tranſire in filios. Matth. XXVI. 10. Marc. XIV. 4. Joh. XII. 4. ſeqq. inſigniter errant, putantes, opus ſecundæ tabulæ, ut erat diſtributio eleemoſynarum inter pauperes, potius eſſe opere primæ tabulæ, ut erat inunctio Jeſu Chriſti, facta à Maria Bethanienſi, cui diſcipuli propter effuſam pretioſiſſimam nardum ſuccenſebant. Ipſe Chriſtus Mariam propterea defendit, addita ratione, quod pauperes ſemper ſecum haberent, Meſſiam non item, utpote paulo poſt moriturum; neque perderetur, quod Chriſto impenditur, ſed in bonum potius converteretur. *Imo in rationem quoque naturalem nonnunquam incurrebant.* Cum enim Chriſtus, & hypotheticè quidem, Petro de Joanne dixiſſet: ſi eum velim manere, donec veniam, quid ad Te? Sermo inter ipſos vulgatus eſt, quod Joannes non ſit moriturus; neſcios, quod conditionalis nihil ponat in eſſe. Joh. XXI. 22.

(2) *Morum.* Contra Tabulam I. Ignorantia.

§. 12. (II.) *Vitia morum*, quibus lædebant tabulam decalogi vel priorem, vel poſteriorem: *Priorem* ſua *ignorantia* & *ſtupore* in rebus divinis. Joh. XII. 16. refertur de ingreſſu Chriſti in Civitatem Hieruſalem, adeoque complemento vaticiniorum Jeſ. LXII. 11. Zach. IX. 9. ſed diſcipuli, excœcati opinione de regno Meſſiæ politico, non intelligebant mentem prophetarum, donec Chriſto in cœlos ſublimato à Spiritu Sancto illuminarentur. Matth. XVI. 9. ſeqq. Chriſtus jubet diſcipulos ſuos ſibi cavere à fermento Phariſæorum, Sadducæorum, & Herodianorum, putans, impuram doctrinam, quam debeant fugere; ipſi autem intelligebant de fugienda ipſorum civili converſatione, ita ut vel à pane ipſorum abſtinendum ſit, Cum tamen cibus coram Deo nos neque meliores, neque deteriores reddat. Luc. IX. 45. non intelligunt mortem Chriſti, tantum ſtuporis induxerat opinio de regno Meſſiæ politico, cum quo mortem non poterant conciliare. Joh. XIV. 4. Idem ſeſe ſtupor manifeſtabat, dum neſciunt terminum, quo Magiſter iturus erat, nempe ad Patrem & gloriam in cœlis; & viam, qua eundum, nempe paſſionem & mortem. v. 5. fatente

Digitized by Google

tente Thoma, & Philippo, dum v. 8. petit â Chriſto Patrem ſibi oſtendi, innuens, Patrem ſeſe non noſſe, ſicut nec filium accurate, Patri ὁμοούσιον; quare à Chriſto v. 9. merito caſtigatur. Joh. XVI. 5. ad mentionem de diſceſſu Domini factam ita ſtupent, ut non quærerent de abitu iſto informari, qui tamen ſalutaris ipſis erat futurus. Unde & Chriſtus multa ipſos myſteria tacuit, cum videret nondum ipſos eſſe capaces talium. v. 12. Id quod illuſtri exemplo mox declarabant, non intellecto, quid eſſet dictum puſillum eſt, cum me non videbitis, & cum iterum videbitis, abiturum ad Patrem. Mera hæc ipſis proverbia erant & ænigmata, faſcinatis opinione regni Meſſiani politici. Cum ignorantia erat conjuncta *incredulitas.* Adducebatur aliquando ad diſcipulos puer lunaticus, quem tamen ipſi ſanare non poterant propter incredulitatem ſuam, conceptam ex diſputationibus Phariſæorum & Scribarum. Matth. XVII. 14. ſeqq. Marc. IX. 14. ſeq. Luc. IX. 37. Adeoque *culpa* ipſorum erat juxta Hier. ad Matth. l. c. *Tumor* quoque bonorum operum, tanquam meritorium ipſos nonnunquam inflabat. Matth. XIX. 27. Petrus reliquorum nomine deprædicat magnificè, quomodo omnia ſua reliquerint, ſecutique fuerint Dominum, & interrogando petit, iſta ſibi recompenſari. *Grandis fiducia! Petrus piſcator erat: dives non fuerat, cibos manu & arte quærebat: & tamen loquitur confidenter: reliquimus omnia!* Hier. ad l. c. Erat *timiditas* & *puſillanimitas.* Joh. XI. 8. conabantur diſcipuli Jeſum deterrere ab itinere in Judæam, veriti, ne una cum ipſo in mortis periculum adducerentur; & licet regereret Chriſtus, non dum inſtare tempus mortis ſuæ, inſtabant tamen ipſi. v. 12. Cumque dixiſſet: Lazarus dormit, ſubinferebant illi, melius ergo ſeſe habet, ut obtinerent, non eſſe cur Hieroſolymam aſcenderet ipſe, ſecumque in diſcrimen adduceret diſcipulos: cum vero viderent, ſtare ipſi ſententiam aſcendendi, Thomas quaſi deſperabundus dixit: eamus, & cum ipſo moriamur. v. 16. Cum iidem aliquando ſæva tempeſtate jactarentur, ita perterrefiebant, ut de ſeſe actum cenſerent, indignarenturque ſuo Domino, quod in tanto ſuorum periculo ſterteret ipſe. Hæc illi tum, qui tamen ex concione paulo ante

Incredulitas.

Tumor.

Timiditas.

ante habita debebant firmiorem fidem concepiſſe. Matth. VIII. 23. ſeqq. Maxime pudenda erat fuga, quam arripuerunt una omnes, poſtqnam Dominum ſuum captivum vidiſſent: Matth. XXVI. 56. Marc. XIV. 50. cum tamen paulo ante ſalvum quaſi quondam conductum à Domino ſuo accepiſſent, vetante, ne quis ipſorum læderetur. Joh. XVIII. 8. Nec ultimum hoc erat timiditatis ipſorum ſpecimen. Nam cum mortuus ipſe eſſet, neque adhuc temporis vivus apparuiſſet omnibus, claudebant ipſi fores præ metu Judæorum; neque adhuc audebat Thomas illis ſeſe reddere, Joh. XX. 19. 24. Sic illi ante pugnam leones: Nam vel in mortem cum Magiſtro volebant ruere. Matth. XXVI. 35. evaſerunt poſt captivitatem & mortem ipſius lepores. Noverat hanc ipſorum infirmitatem Chriſtus, quare aliquoties prædixit ex Zach. XIII. 7. Sub idea ovium fugitivarum paſtore percuſſo. Marc. XIV. 27. Joh. XVI. 33. Contrarium vitium erat *ſecuritas & ſomnolentia*: Cum Magiſter in agone eſſet conſtitutus & ſummum periculum ipſi immineret, ipſeque eos propterea juberet vigilare ſecum & orare, ſecure illi & in utramque aurem ſtertebant. Matth. XXVI. 40 43. 45. Marc. XIV. 37. 40. Luc. XXII. 45. *Poſteriorem*; ut *Ambitione* qua inſigniter laborabant. Quoties enim controverſias ſibi invicem movebant, Magiſtroque ſuo moleſti erant de prima ſede capeſſenda in regno Meſſiæ politico? Matth. XVII. 1. ſeq. XVIII. 1. ſeq. XX. 20. ſeqq. Loca §. 11. explicuimus ſcandalum id fuiſſe, Chriſtus innuit, quando ſumpſit inde occaſionem differendi de ſcandalo: *Juxta conſequentiam ſermonis etiam contra Apoſtolos dictum intelligi poteſt, qui interrogando? quis major eſſet in regno cælorum: videbantur inter ſe de dignitate contendere; & ſi in hoc vitio permanſiſſent, poterant eos, quos ad fidem vocabant, per ſuum ſcandalum perdere.* Matth. XVIII. 6. Hieron. Ex ambitione naſcebatur *æmulatio & invidia* mutua: Id quod apparuit in indignatione diſcipulorum reliquorum adverſus Jacobum & Johannem primatum ambientes. Matth. XX. 24. *Decem Apoſtoli non indignantur matri filiorum Zebedæi nec ad mulieris audaciam referunt, poſtulantis, ſed ad filios, quod ignorantes menſuram ſuam immodica cupiditate exarſerunt, quibus & Dominus dixerat: neſcitis, quid petatis. Subintelligitur autem vel*

Securitas.

ex reſponſione Domini, vel ex indignatione Apoſtolorum, *quod filii matrem immiſerint ad grandia poſtulanda.* Hier. ad l. c. Paulo poſt *indignationi* conjungit *livorem. Vindicta privata* laborabant non duo tantum, ſed plures, imo omnes, cum in horto oliveti defendere ſe & Magiſtrum vellent ab illata vi. Matth. XXVI. 51. Marc. XIV. 47. Luc. XXII. 49. Joh. XVIII. 10. Nec dubium eſt, quin in tanta ambitione mutuis quoque odiis ſe invicem fuerint proſecuti, ut verbis quoque infeſtis inter ſeſe colliderentur. Quorſum referri debet *Zelus intempeſtivus*, qualis erat adverſus aliquem, qui dæmonia ejiciebat. Marc. IX. 38.

§. 13. Non deſtiterunt autem ſive Chriſtus, ſive Joannes Baptiſta *remedia* his vitiis & erroribus tollendis adhibere. Contra errores mentis adhibebant ſcripturas, fideles informationes; & ipſam ſanam rationem. Contra vitia morum verò dehortationes, increpationes, & comminationes. Cum diſcipuli Joannis ſublimius, quam par erat, de ipſo, & abjectius, quam decebat, de Jeſu Nazareno ſenſiſſent, ablegabantur ad Jeſum à ſuo præceptore, ut melius informati rectius ſentirent, quod & factum eſt. Chriſtus enim remiſit ipſos ad oracula Prophetarum de vero Meſſia & ejus operibus. Matth. XI. 2. ſeqq. Cum ſibi non poſſent perſuadere, & imaginari Meſſiæ paſſionem, mortem, & ſepulturam, juſſi ſunt conſulere oracula Prophetarum, quæ talia prædixiſſent. Matth. XXVI. 31. Cum ex conditionali categoricam feciſſent, corrigit ipſos Chriſtus, quod conditionatè dixiſſet, ſi *volo*; & non: non moritur. Joh. XXI. 23. Ambitionem curavit humilitatis commendatione: *voluit deſiderium gloriæ humilitatis contentione ſanare*, ait Hier. ad Math. XVIII. 1. Remedia.

§. 14. Apoſtolis ſubjungimus LXX. diſcipulos. Et obſervamus (1) *Nomen* ipſorum. Dicuntur à numero ἑβδομήκοντα *Septuaginta*, vulgata *duos* addit, ut ſint 72. Sed ſine certa auctoritate; Certe ſeptuaginta ſolum, non ſeptuaginta duos agnoſcunt poſt Græcos fontes Luc. X. 1. etiam Patres Tertull. lib. IV. adverſ. Marc. Hieronymus ad Fabiolam; Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 12. Ambroſius ad l. c. Lucæ, Ad eundem Theophylactus, & alii: quos opponimus citatis à Baron. an. 33. 38. Figuræ *Septuaginta* diſcipuli. 1. Nomina.

 guræ

Digitized by Google

guræ & analogiæ Veteris Teſtamenti variæ excogitari, vel dari poſſunt, vid. Chemnit. harm. cap. 97. Appellantur ab officio etiam *operarii*, quales in meſſem ſolent mitti. Luc. X. 2. A periculis autem *Agni*, v. 3. qui inter lupos periclitantur. (II.) *Vocationem*. Hanc debebant Chriſto tanquam *Domino*, qui dixit: *Ecce* EGO *mitto vos*. Luc. X. 1. 3. Meditabatur jam mortem, cum iſtos Eccleſiæ ſuæ miniſtros ordinaret, ut per univerſam Judæam verbo Evangelico docendo operam darent, quo paratos inveniret auditores, in ultima, quam parabat, viſitatione. Actus indigitatur voce *ἀνάδειξις*, *deſignatio*, qua exprimunt ſolennem ritum inſtitutionis: cujus conſequens eſt *miſſio*, binorum & binorum, ut teſtes ſibi invicem eſſent, & Coadjutores. Concomitans autem eſt *inſtructio*: Jubet ſerias ipſos ad Deum fundere preces pro felici miſſione; Prohibet contra onuſtos eſſe & ſolicitos de rebus mundanis, quandoquidem habituri ſint unde vivant, ſi officio fungantur fideliter; Docet, quid facere, quidve docere debeant, quidque exſpectare illi, qui ipſos ſpreverint, nempe graviſſimas pœnas. (III.) *Functionem*. Fecerunt illi, quod juſſi erant facere, & docere, idque reverſi Magiſtro ſuo laudarunt. Luc. X. 17. qui idem uberius explicavit, & novis promiſſionibus adauxit. v. 18. 19.

2. Vocatio.

3. Functio.

Traditio.

§. 15. Tantum de 70. diſcipulis ex ſcripturis habemus. Ex *traditionibus* nonnulli diſcere volunt, quæ ſingulorum nomina & fata fuerint, ſed pleraque incerta, nonnulla etiam fabuloſa & falſa ſunt. Quorundam nomina expreſſit Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 12. modeſtè tamen, & ingenue. Verba ipſius ſunt hæc: *quod ad LXX. diſcipulos attinet, eorum ſeries nullibi perſcripta reperitur. Fertur tamen ex eorum numero unus fuiſſe Barnabas* &c. *Ex iisdem etiam Soſthenem fuiſſe perhibent* &c. *Etiam Cepham*, illum, cui Paulus reſtiterit; &c. *Matthiam quoque*, deinde Apoſtolum; & *Barnabam*; *Thaddæum* quoque: Hæc ille: Minus errans aliis, errans tamen, utpote qui Apoſtolum Petrum, & Cepham, diverſos eſſe putat. Epiphanius lib. 1. adverſ. hæreſ. t. 2. ſ. m. 23. ex numero LXX. diſcipulorum ait fuiſſe ſeptem viduis præfectos Diaconos, Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Timonem, Parmenam, & Nicolaum. Ante hos

vero

Digitized by Google

vero Matthiam, poſtea Apoſtolum: poſt omnes hos Marcum, Lucam, Juſtum, Barnabam, Apellem, Rufum, Nigrum. Quam ſententiam ſaltem probabilem cenſemus.

§. 16. Dorotheus neſcio quis, in Synopſi de diſcipulis Chriſti, turpiter ſeſe in hâc materia dat; Nam *ab iſto numerantur inter LXXII. diſcipulos Chriſti, omnes, qui ab Apoſtolo Paulo nominantur, etiamſi Ethnici fuerint, vel fœminæ: & illos omnes non ſolum diſcipulos Domini, ſed etiam Epiſcopos facere* allaborat: judicium eſt Bellarmini de ſcript. Eccleſ. n. 285. tit. De Dorotheo Tyr. Appellat autem hos: Jacobum, Juſtum, Timotheum, Titum, Barnabam, Ananiam, Stephanum, Philippum, Prochorum, Nicanorem, Simonem, Nicolaum, Parmenan, Cleopham, Silan, Sylvanum, Creſcentem, Epænetum, Andronicum, Amplian, Urbanum, Stachyn, Apellem, Ariſtobulum, Narciſſum, Herodionem, Rufum, Aſyncritum, Phlegonem, Herman, Hermen, Patrobam, Agabum, Eraſtum, Linum, Gajum, Philologum, Olympam, Rhodionem, Jaſonem, Soſipatrum, Lucium, Tertium, Eraſtum, Phigellum, Hermogenem, Demam, Quartum, Apollios, Cepham, Soſthenem, Tychicum, Carpum, Epaphroditum, Cæſarem, Marcum, Joſephum, Arteman, Clementem, Oneſiphorum, Evodum, Philemonem, Zenam, Aquilam, Priſcam, Juniam, Marcum, Ariſtarchum, Pudam, Trophimum, quibus annumerat Marcum, & Lucam. Euſeb. autē lib. 1. c. 13. hiſt. Eccl. inter ipſos refert quendā quoq; Thaddæum, à Thoma Apoſtolo ad Edeſſenorum regem Agbarum miſſum, cujus & Euſebius ſupra meminit. Nomina.

§. 17. Præſtat igitur intra ſcripturæ ſacræ terminos ſeſe continere, & neſcire, quod ipſa tacuit. Dubio procul voluit illa præſtantiſſimorum virorum nomina pleraque tacere, ut ſcirent Eccleſiæ miniſtri, etiamſi in hac vita ſint incogniti, extare tamen ipſorum nomina in libro vitæ deſcripta, unde non delebuntur. Judicium.

§. 18. Ad certiora convertimur, nempe hiſtoriam Apoſtolorum, ſicut ea in ſcriptis Evangeliſtarum hinc inde delibata eſt: pleniorem autem reſervamus Actis Apoſtolicis & Epiſtolis, & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, i. e. iſtis temporibus, ubi reliqua ipſorum vel contigerunt revera, vel contigiſſe traduntur. *Petri* (1) Nomina.

Digitized by Google

Primus eſt inter Apoſtolos *Petrus.* Matth. X. 2. (1) *Nomina* ipſi aliquot fuerunt. Dicebatur enim *Simon* ab audiendo. Joh. I. 42. Cognomen accepit à Chriſto, ut diceretur Syriaco idiomate Cephas, quod Græcè ſonat *Petrus*, q. d. lapideus, à Petra, ſeu lapide Chriſto. *Non enim à Petro Petra, ſed Petrus à Petra; ſicut non Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto vocatur. Ideo quippe ait Dominus, ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, quia dixerat Petrus: Tu es Chriſtus, filius Dei vivi. Super hanc igitur, inquit, Petram, quam confeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam. Petra erat Chriſtus, ſuper quod fundamentum etiam ipſe ædificatus eſt Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo ponere poteſt, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus.* Verba ſunt Auguſtin. tract. in Joh. 124. Confer tract. 7. & ſerm. XIII. in Matth. Et lib. 2. de Trin. c. 17. Sic igitur appellatus eſt Petrus à Petra Chriſto, & quidem tum, cum vocaretur Joh. I. 47. vide Auguſt. lib. 2. de conſ. Evang. c. 17. & cap. 53. & lib. 4. c. 3. Secus ac aliis videtur: *Ex diſcipulis ſuis unum Chriſtus, Simonem prius nominatum, Petrum appellavit* κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀποκάλυψιν ἐπιγνόντα αὐτὸν, *quod ſe per Patris ſui cœleſtis revelationem filium Dei eſſe cognoverit*: Juſtini Mart. dial. cum Tryph. f. m. 255. ſententia eſt, quâ videtur ſentire, tum demum Petrum eſſe vocatum, cum confeſſionem Chriſti ederet. Matth. XVI. 17. 18. Jam ante enim Petrus erat dictus, quamvis hic loci opus fecerit, nomine ſuo dignum, nempe Filii Dei confeſſionem. Vehementer æſtuant Pontificii circa nomen iſtud, ut obtineant, Petrum eſſe Petram iſtam, cui Eccleſia inſuperabilis innitatur. Allegant aliquot Patrum dicta: Sed poſſumus & nos allegare Patres, qui vel dubitant, quorſum petra pertineat, ad Chriſtum, an Petrum; ut de Auguſtino fatetur ipſe Baronius an. XXXI. 24. vel diſertè aliò, quam ad Petrum, nempe ad ipſum Chriſtum, vel ad fidem Petri, confeſſionem de Chriſto, & doctrinam referunt. vide Hilar. lib. II. & VI. de Trinit. Ambroſium ſerm. 84. Nyſſenum ſerm. contr. Jud. cap. ult. Chryſoſtomum homil. 55. in Matth. Iſidorum Peluſ. lib. 1. epiſt. 235. Controverſia hæc alibi prolixius tractatur, vide Gerh. confeſſ. Cathol. lib. 1. part. 2. c. 2. p. 290. ſeqq. Cham. Panſtr. Cathol. lib. XI. de P. R. c. 1. f. m. 192. ſeqq. nobis

Digitized by Google

Nobis ſufficit, eandem digito notaſſe. (2) *Parens* ipſius erat Jonas, dicitur enim Barjona, filius Jonæ, Joh. I. 42. Matth. XVI. 17. An hoc nomen contractum ſit ex voce Johannes; vel diſtinctum ſit, & columbam ſignificet? quæritur. Hoc putat Hieron. comm. ad l. c. Matth. *Barjona in noſtra lingua ſonat filius columbæ.* Refert tamen & alteram ſententiam, ſic pergens: *Alii ſimpliciter accipiunt, quod Simon, i. e. Petrus, ſit filius Johannis, juxta alterius loci interrogationem:* (Joh. XXI. 15.) *Simon Johannis, diligis me? Qui reſpondit: Domine, tu ſcis.* Tranſeant hæc: Sed quæ ſequuntur permittere non poſſumus: *Volunt ſcriptorum vitio depravatum; ut pro Barjohanna, hoc eſt, filius Johannis, Barjona ſcriptum ſit, una detracta Syllaba.* Nihil in ſcripturis ſanctis, quæ hodiè extant, vitio ſcriptorum eſt depravatum: contractiones vocum non ſunt corruptiones vocum. (3) *Patria* ipſi fuit Bethſaida, civitas inter decem Decapolis computata. Joh. I. 44. (4) *Genus vitæ* erat piſcatoria, Luc. V. 2. 3. præludium ſanctioris piſcaturæ, quæ hominum futura erat. Adultior ætate (5) *conjugium* iniit; habuit enim ſocrum. Marc. I. 3. (6) *Vocatio* triplex ei contigit, ad Chriſtianiſmum, miniſterio Johannis, inter cujus diſcipulos & auditores fuit, baptiſmo initiatus. Joh. I. 40. Ad diſcipulatum Chriſti. Matth. IV. 19. Luc. V. 10. 11. Denique ad Apoſtolatum, quo functus eſt primum in Judæa. Matth. X. 1. ſeqq. deinde in univerſo orbe terrarum. Act. I. 8. In hac ſua functione reliquerat quidem omnia, & in his etiam ædes, non tamen ita, ut proprietate rerum ſeſe abdicaret. Nam Marc. I. 29. Chriſtus venit in domum, quæ Simonis erat & Andreæ Capernaum, ubi iſti habitabant, & ſocrus Simonis ægra decumbebat. (7) *Prærogativis* aliquot inſignibus præditus fuit! Intererat miraculis Chriſti & ſingularibus quibusdam factis. Spectator filiæ Jairi ex mortuis ſuſcitatæ, gloriæ Domini ſui in monte glorificati: Agonis ejusdem in oliveto: Reſurrectionis Dominicæ primum accepit nuncium. Marc. V. 37. Math. XVII. 1. ſeq. XXVI. 37. Marc. XVI. 7. Caput quoddam Collegii Apoſtolici eſt conſtitutus; An propter ætatem, quam majorem reliquis habuit? juxta nonnullos. *Ætati delatum eſt, quia Petrus Senior erat,* ait Hieron. lib. I. adverſ. Jovin. male prop-

(2) Parens. (3) Patria. (4) Genus vitæ. (5) Conjugium. (6) Apoſtolatus. (7) Prærogativæ.

Digitized by Google

terea habitus à Baronio & ejus Epitomatore Aurelio Peruſino lib. 1. an. 31. vid. Caſaub. Exerc. XIII. n. 12. Plures cumulant Pontificii, nodum in ſcirpo quærentes; ut obtineant prærogativas Petri præ reliquis omnibus Apoſtolis; ſed quædam ſunt ipſi communes cum aliis. e.g. agnitio filii Dei. Matth. XVI. 16. Nam & Nathaneel Joh. I. 49. & Martha. Joh. XI. 27. Aliique Matth. XIV. 33. eundem agnoverunt. Unde Irenæus recte lib. III. c. 11. *Pater*, ait, *per filium ſibi ſui dat agnitionem his qui diligunt eum: A quo & Nathanael diſcens cognovit, cui & teſtimonium reddidit Dominus, quoniam verus Iſraelita eſt.* Et Maldonatus Jeſuita, de Marthæ confeſſione verba faciens, clarè aſſerit: *Nihil amplius confeſſus erat Petrus, cum Chriſtus illum beatum prædicavit; & ſuper ipſum Eccleſiam ſuam ſe fundaturum eſſe promitteret.* Imo ſuccenſet iis, qui Petro aliquam prærogativam in hoc arrogant: *Injuriam huic fœminæ videntur illi facere, qui alio animo, aliâq; quam Petrum fide, eam hæc dixiſſe, interpretantur:* Quia Tu es Filius Dei vivi. Quare Petro hoc commune eſt cum aliis etiam Laicis; Qua de re vide Origenem ex profeſſo diſputantem tom. XII. in Matth. f. m. 275. Alia ſaltem cum Apoſtolis & reliquis Eccleſiæ miniſtris, ut eſt poteſtas clavium. Matth. XVI. 19. Joh. XX. 23. *Habent eandem judiciariam poteſtatem alii Apoſtoli, quibus poſt reſurrectionem dictum eſt, accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata* &c. Hieron. Et ante ipſum Origenes Comm. in Matth. XVI. tom. 12. interrogat: *An ſoli Petro dantur à Domino claves regni cœlorum: nec quiſquam beatorum alius eas accipiet? quid ſi & id aliis commune eſt,* dabo Tibi claves &c. Nec obſtat, quod ſoli Petro Chriſtus locutus ſit: *Nam cæteri Apoſtoli meruere credendo, ſicut & Petrus: & præmium iis redditur. Quia tamen ſolus hic Petrus locutus eſt: reſpondet ei ſoli Chriſtus, dirigendo verba ad eum, & tamen verba quæ Petro dantur, pro hac fide, dantur etiam aliis, cum eadem eſſet fides omnium.* Verba ſunt Toſtati. Alia ſaltem nonnullis Apoſtolis e. g. mutatio nominis. Illud enim ἐξαίρετον, ut appellat Chryſoſtomus, etiam Jacobo, Johanni, & Paulo tributum eſt, propter *πλείονα οἰκείωσιν familiaritatem propiorem* cum Chriſto. Confer. Juſtin. Martyr. dial. cum Tryph. f. 261. Et vide Hieronym. lib. 1. adv. Jovin. f. 16. qui plures recenſet prærogativas Johannis Apoſtoli, præ prærogativis Petri: Quæ-

Quædam nullam plane dignitatem, vel auctoritatem inferunt. E.g. quod Chriſtus conſcenderit navem Petri. Luc. V. 3. (8) *Virtutibus* idem excelluit cum ſanctificantibus, tum adminiſtrantibus: *Sanctificantibus*, ut erat fides in Chriſtum filium Dei, quem ingenue confitebatur. Matth. XVI. 16. 17. Joh. VI. 68. deſiderium ſciendi myſteria divina. Matth. XV. 15. Luc. XII. 41. Marc. XIII. 4. Dilectio Dei ſuper dilectiſſima humana. Matth. XIX. 27. Joh. XXI. 15. ſeqq. pœnitentia ſincera poſt admiſſam abnegationem. Matth. XXVI. 15. *Adminiſtrantibus*, ut erat poteſtas ſuper immundos ſpiritus: & morbos varios pellendos. Matth. X. 1. 2. (9) *Vitiis* tamen ſuis idem quoque laboravit: *Sapientia carnali*, quando paſſionem & mortem Domino ſuo diſſuadebat; Sathan propterea cognominatus. Matth. XVI. 22. 23. τὸ μὴ παθεῖν με, τῆς τοῦ Διαβόλου γνώμης ἐστι: *me non pati debere diaboli de ſententia eſt*; uti verba Chriſti reddit Chryſoſt. vel, ut Theophylactus explicat: Sathanam vocat Petrum Chriſtus, ἐπεὶ καὶ τῷ Σατανᾷ ἀθέλητον ἦν τὸ παθεῖν τὸν χριστὸν, *quandoquidem nec Sathan voluerit Chriſtum pati. Confidentia & audacia*, quando ſtricto gladio irruit in hoſtes Chriſti. Matth. XXVI. 58. & nemine vocante vel in mortem cum Chriſto ruere parabat. Joh. XIII. 37. Unde merito audit à Chryſoſtomo ὁ πανταχοῦ θερμὸς *ubique fervidus*. ad Matth. XVI. ubi reliquis diſcipulis προπηδᾷ *praſilit*. Vide Caſaub. exercit. Anti-Baron. XIV. n. 5. p. 283. Timiditate tanta, ut non ſolum fugeret, ſed etiam abnegaret Magiſtrum ſuum Chriſtum. Matth. XXVI. 56. 70. puſillanimitate, cujus vitio cœpit mergi in mari. Matth. XIV. 30. Inobedientia cum nollet pedes ſibi lavari. Joh. XIII. 6. ſeqq. Curioſitate, cum vellet ſcire fata Johannis, moriturus, an non? eſſet. Joh. XXI. 15. 18. 21. Iracundia & animo difficulter reconciliabili. Matth. XVIII. 21. XXVI. 51. Ne quid dicam de aliis vitiis, ipſi cum reliquis Apoſtolis communibus. (10) *Elogia* Petri inſignia extant apud Patres: Euſeb. lib. 2. hiſt. Eccleſ. c. 14. Petrum vocat γενναῖον τοῦ Θεοῦ στρατηγὸν, *generoſum Dei militem*; quo tamen nomine Iſidor Peluſ. l. 3. ep. 25. Paulum quoque laudat, γενναῖον καὶ ἄριστον στρατηγὸν; *generoſum & optimum militem.* Chryſoſtomus ipſum appellat τῶν Ἀποστόλων κορυφαῖον, τὴν κρηπῖδα τῆς Ἐκκλησίας. *Omnium*

Apo-

(8) virtutes.

(9) Vitia.

(10) Elogia.

Digitized by Google

Apoſtolorum caput, *dicit* Optatus Milevit. l.2. contr. Parmen. Ἀρχηγὸν *ducem diſcipulorum* Epiphanius hæreſ. 51. *principem Apoſtolorum Excellentiſſimum*, Cyril. Hieroſol. Catech. 2. *principem diſcipulorum.* Theophyl. in c. 22. Luc. κορυφαῖον τοῦ χοροῦ, *Coryphæum chori Apoſtolici*; Iſid. Peluſ. lib. 1. epiſt. alii ἔξαρχον, κεφαλὴν τῶν Ἀποστόλων, βάσιν πίστεως, θεμέλιον τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας; vide Montac. part. II. Orig. p. 173. ſeqq. Caſaub. Exerc. XV. n. 12. Quæ tamen & ſimilia nomina in Petro nullum inferunt Oecumenicum Pontificatum, ſed primatum ordinis & præſtantiæ in collegio Apoſtolico, vel virtutem verbi & officii divinam.

II. *Andreæ* Nomen & alia.

§. 19. II. *Andreas* frater Petri, major an minor ætate iſto? Sunt, qui majorem dicant, ut Epiphanius hæreſ. 55. Sunt qui minorem, ut Beda; Nobis non liquet, vide Caſaub. Exerc. XIII. n. 12. *Nomen* accepit Græcum, ut tum in Judæam quoque irrepſerat Græciſmus: Andreas autem dicitur à virilitate: *Parentem* habuit, quem Petrus, Jonam, ſeu Johannem: *Civitate* erat Bethſaidanus; quanquam Capernaumi quoque domum habuit. Marc. I. 29. *Profeſſione* pridem piſcator; deinde diſcipulus Johannis, & ex hoc Chriſti, & primus quidem omnium, qui poſtquam habitationem Jeſu vidiſſet, diem & noctem apud ipſum commoratus, fratrem ſuum Petrum Meſſiæ adduxit, Joh. I. 35. 40. Matth. IV. 18. Luc. V. 10. VI. 13. ſeqq. Tandem cooptatus eſt in numerum etiam Apoſtolorum, Matth. X. 2. ſeqq. emiſſus primum in Judæam, deinde in univerſum orbem. Act. I. 8. ſeq. Inter *Apoſtolorum principes* computatur ab Euſebio Emiſſeno homil. in natali Apoſtol. Petri & Pauli.

III. *Jacobi* majoris nomen.

§. 20. III. *Jacobus Zebedæi.* Tertius hic eſt in ordine Apoſtolorum. *Nomen* accepit à conculcando, & cognomen à Parente, Zebedæo, ut diſtingueretur à Jacobo Alphæi filio. Matth. X. 3. Marc. III. 17. A tonitru, dictus Boanerges, filius tonitrui. Lutherus in gloſſa marginali explicat de officio Apoſtolico & Evangelico. Dicitur & *Major*, collatus cum Jacobo Alphæi: ſtatura? ætate? an virtute? *Parentes* ipſi fuerunt, & pater quidem Zebedæus, Mater vero Maria Salome. Matth. XX. 20. XXVII. 56. *Patria* ipſi fuit Galilæa; Sed quæ in ſpecie, Berſaida? an Capernaum? Non liquet certo. Hoc tamen probabilius.

Parentes.

Patria.

Digitized by Google

cilius. *Profeſſione* fuit piſcator. Matth. IV. 21. Luc. V. 10. poſtea Chriſti diſcipulus, & Apoſtolus Judææ & orbis terrarum. Matth. X. 1. Luc. VI. 13. ſeqq. *Privilegiis* & ipſe gaviſus eſt, ſecretorum Domini ſui conſcius Marc. V. 37. Matth. XVII. 1. XXVI. 37. *Vitiis* quoque laboravit, ut ambitione. Marc. X. 35. Luc. IX. 54. In qua matri quoque ſcandalum præbuit, quippe quam ipſe & frater *immiſerant ad grandia poſtulanda:* uti loquitur Hieron. ad Matth. XX. 24. Iracundia. Marc. XIII. 3. *Martyrio* vitam finivit, capite truncatus ab Herode. Act. XII. 2. Vitæ genus. Privilegia. Vitia. Martyrium.

§. 21. IV. *Johannes*, cujus obſerva (1) *Nomen*, quod erat Joannes, à gratia divina derivatum: Diſtinctionis gratia cognominatur à parente, filius Zebedæi; Apoſtolus, Evangeliſta, frater Jacobi, Matth. IV. 21. X. 2. XVII. 1. An idem fuerit ille Pontifici Maximo notus diſcipulus? Joh. XVIII. 15. Communiter affirmant. Nollem tamen dicere, quod alii, notitiam illam ex *nobilitate* Johannis piſcatoris fluxiſſe. Quæ enim nobilitas piſcatoris? idiotæ? qualis erat Joannes, vide Hieron. in Epitaph. Marcellæ. *Deſcribitur*, quod fuerit diſcipulus, quem Jeſus diligebat. Joh. XXI. 19. Dictus eſt & ipſe Boanerges, à tonitru verbi divini & Evangelii, quod inſtar fortiſſimi tonitru conſcientias hominum penetrat, & percellit. Juxta Hieronymum lib. 1. adverſ. Jovin. adoleſcens adhuc erat, cum ad diſcipulatum & Apoſtolatum vocaretur: *Johannem tunc fuiſſe puerum, manifeſtiſſimè docent Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quod usque ad Trajani vixerit imperium, i. e. poſt paſſionem Domini Sexageſimo octavo anno dormierit.* (2) *Functionem*; olim & ipſe fuit piſcator piſcium, deinde vero evaſit piſcator hominum. Evocavit ipſum Chriſtus una cum Jacobo fratre. Matth. IV. 21. Putant fuiſſe ipſum alterum diſcipulorum Johannis, de quibus mentio fit Joh. I. 35. Poſtquam in ſchola Chriſti profeciſſet, ut & alios docere poſſet, emiſſus eſt in Judæam cum aliis diſcipulis, ut prædicaret Evangelium. Matth. X. 2. (3) *Virtutes* erga Deum & proximum. Iſtum; Jeſum enim tenerrimè diligebat, unde ab ipſo amore reciproco diligebatur. Joh. XXI. 19. Vapulat fabula apud Rupertum Tuitienſem: *Tradunt hiſtoriæ, quod eum* (Johannem) *de nuptiis, volentem uxorem ducere, vocaverit Chriſtus; & propter-* IV. *Johannis* Nomen. Functio. Virtutes.

Digitized by Google

ea, quod à carnali voluptate retraxerat, potiori ſui amoris dulcedine donaria. Evocanti illico parebat, vel patre, & navicula, & retibus relictis. Matth. IV. 21. Parebat quoque, cum matrem ipſi commendaſſet. Joh. XIX. 26. Nam faciebat, quod ille juſſerat: Sequebatur ipſum (juxta quosdam) usque in palatium Pontificis. Joh. XVIII. 15. ſeq: Et adſtabat cruci. Joh. XIX. 26; Erga hunc; Dum Mariam Virginem ab omni præſidio humano deſtitutam in ſuas ædes & tutelam recepit. Virginitatem ipſius vehementer extollit Hieronymus lib. 1. adverſ. Jovin. f. 16. tanquam virgo fuiſſet, & manſiſſet, & ideo ardentius à Domino fuiſſet dilectus. Circumferebatur Lyrani ac Ruperti ætate fabula, *quod nuptiæ in Cana Galilææ fuerint Johannis Evangeliſtæ, à quibus eum Chriſtus avocarit, ante conſummationem matrimonii.* (4) *Nævi* cum

Nævi. fidei, tum morum huic quoque Apoſtolo adhæſerunt; Tales fuerunt opinio de regno Meſſiæ mundano, ejusdemque ambitio. Matth. XX. 20. ſeqq. vide quæ §. 11. præced. notata ſunt.

Mors. (5) *Mors.* Quæritur an Johannes hic mortuus aliquando ſit? Fuerunt olim, qui negarent, & forſan hodie adhuc ſunt, qui negant, pro ſeſe allegantes dicta Chriſti, Matth. XVI. 28. Joh. XXI. 22. ℞. Johannes utique non mortuus eſt, donec vidit Jeſum in monte transfiguratum. Matth. XVII. 1. 2. & per aſcenſionem & dextram Dei ſublimatum, regnumque ipſius per univerſum orbem propagatum. Marc. VIII. 39. Plane autem mortuum non eſſe, conditionalis illa locutio non evincit, quippe nihil ponens in eſſe, innuente ipſo Chriſto Joh. XXI. 23. vapulant igitur, qui ſomniant, Joannem *nec dum defunctum, ſed ad terreſtrem Paradiſum translatum cum Enoch & Elia venturum, & adverſus Anti-Chriſtum prædicaturum*; Multo magis autem illi, qui ineptiunt, *eum vivere adhuc & ſopitum ſepulchro claudi, dicuntque, ebullire quandam terram ſive pulverem inſtar mannæ, multis utilem morbis*; quos nugones merito ridet Auguſtinus tract. CXXIV. in Joh. Temerarii & illi ſunt, Beda, Thomas, & nonnulli hodierni, qui dicunt, eum *ſine dolore extinctum eſſe.* Ribadenei. flor. ſanct. ad

Elogia. diem 27. Decembris. (6) *Elogia* illuſtria habet apud Patres. Origenes comm. in Matth. tom. XII. f. 275. eum Petro æquat. Eundem Chryſoſtomus appellat non ſolum Ἀποςόλων κορυφαῖον, [illegible] καὶ τὸν

καὶ τὴν κρηπῖδα τῆς Ἐκκλησίας, ſed etiam τὸν στύλον, τῆς καθ' οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν: ***Columnam Eccleſiarum totius mundi***, τὰς κλεῖς ἔχοντα τοῦ οὐρανοῦ: ***claves habentem cœli***. Hieronymus lib. 1. adverſ. Jovin. f. 16. totus in eo eſt, ut plures oſtendat prærogativas Johannis, quam Petri fuiſſe: innuitque, niſi ætas adoleſcentior obſtitiſſet, præ Petro caput ipſum Chori Apoſtolici conſtituendum fuiſſe. Gregorius Nazianzenus agnoſcit quidem inter Apoſtolos aliquam quorundam προτίμησιν, ſed Johannem Petro æquat, *iſti*, inquiens, τοὺς θεμελίους τῆς Ἐκκλησίας πιστεύεται: ὁ δὲ ἀγαπᾶται πλέον &c. ***fundamenta Eccleſiæ concreduntur***; ***hic vero*** (Johannes) ***plus diligitur***; ***& in ſinu Jeſu requieſcit.*** Quod ipſum etiam Cyrillus inter ἐξοχὰς Johannis obſervat, & cauſſam reddit præſtantiam virtutis, quæ in Johanne fuit. lib. XII. in Joh. c. 67. Confer Ribadeneir. flor. Sanct. ad diem XXVII. Xbris.

§. 22. V. ***Philippus.*** Hujus (1) ***nomen*** Græcum eſt, ab amore equorum derivatum. (2) ***Patria*** ipſi fuit Bethſaida. Joh. I. 44. (3) ***Genus vitæ*** erat pridem piſcatorium; poſtea Chriſto ipſo vocante inter diſcipulos ipſius cooptatus Joh. I. 43. & tandem inter Apoſtolos aſſumptus & ablegatus eſt. Math. X. 2. Marc. III. 18. Luc. VI. 14. primus ille eſt, cui Chriſtus dixit: ***ſequere me***: ſolenni illa vocationis formula. Unde vapulat Clemens Alex. quando tradit, hunc Philippum fuiſſe, cui Chriſt⁹ dixerit: ***ſinite mortuos ſepelire mortuos ſuos.*** Math. VIII. 22. Hoc enim dixit, cum Philippus dudum vocatus eſſet. *Quæritur*: Idemne, an alius fuerit, quam Evangeliſta, & Diaconus, cujus ſit mentio Act. VI. 5. VIII. 5. 26. XXI. 8. Quæſtionem movet Chriſtophorus Sandius Interpr. parad. ad cap. X. 3. Matth. Nihil tamen ipſe clarè decidit, ſed veterum ſolum opinionem adducit, in qua idem tamen fuiſſe putatur: ***Euſebius***, ajens, III. 30. 31. 39. V. 24. ***ex Clemente Alex. Polycrate, & Proclo videtur ſtatuiſſe, unum eundemq; fuiſſe Philippum Apoſtolum & Diaconum. Nam quem dicit habuiſſe quatuor filias Prophetides (quarum duæ virgines permanſerint, duæ viris nupſerint) mox ſcribit fuiſſe Apoſtolum unum ex XII. (quicum conſentit Hieronymus & Dorotheus in Synopſi) mox eum cum D. Luca Act. XXI. Evangeliſtam & unum ex VII. Diaconibus nominat. Sic & in paſſione Andreæ Simon Magus à Philippo Apoſtolo baptiſatus legitur, quod communiter dicitur à Philippo***

V. *Philippi* Nomen

Patria

Genus vitæ.

Perſona.

lippo Diacone factum. Noſtra ſententia Philippus Apoſtolus & Diaconus non ſunt unus & idem homo, ſed diſtincti. Ratio manifeſta eſt ex Act. VI. 2. ſeqq. ubi duodecim Apoſtoli, adeoque inter ipſos etiam Philippus Apoſtolus, diſtinguuntur à ſeptem illis v. 3. ex reliquo Chriſtianorum cœtu ſeligendis, adeoque etiam à Philippo, qui inter VII. Diaconos v. 5. numeratur. Apoſtoli hactenus inſervierant non ſolum docendo verbo, ſed etiam menſis. i. e. diſtribuendis eleemoſynis, poſthac autem abdicata menſarum cura ſoli verbo vacare volunt. Eleemoſynis igitur diſpenſandis alios quoſdam, quam Apoſtolos, nempe Diaconos, præficiunt, & in his etiam Philippum. Alias rationes urget Iſidorus Peluſiota, qui lib. 1. epiſt. 447. ex profeſſo de hac quæſtione agit, & noſtram ſententiam tuetur. Epiſt. 448. argumentum petit ex Act. VIII. 1. collato cum v. 5. *interfecto Stephano facta eſt perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ & Samariæ* πλὴν τῶν Ἀποςόλων, *præter Apoſtolos*: *Ex quibus verbis conſtat, Philippum Apoſtolum in urbe Hieroſolymitana cum cæteris Apoſtolis remanſiſſe*: adde, adeoque alium, quam Apoſtolum, fuiſſe illum Philippum, qui v. 5. Samariam ſeſe contulit, quod epiſt. 449. urget. Adjungit aliud Epiſt. 450. argumentum, depromptum ex Act. VIII. 12. collato cum v. 15. ubi narratur de Philippo, quod baptizarit Samaritanos, de Petro autem & Johanne, quod baptizatis impoſuerint manus, ut acciperent ſpiritum ſanctum: *Quod ſi is, à quo baptiſmum acceperunt* (Philippus) *ex Apoſtolorum claſſe ac numero fuiſſet, ſpiritus donandi poteſtatem profecto habuiſſet: At vero baptizabat duntaxat, ut diſcipulus. Apoſtoli autem gratiam explebant ac perficiebant* &c. Hactenus Iſidorus, ut demonſtraret, non fuiſſe unum & eundem Philippum Apoſtolum & Diaconum. Suffragatur nobis etiam Sanctius tractat. de prædic. Jacobi in Hiſp. tr. 3. cap. 8. *Fuit Philippus Apoſtolus è numero duodecim, fuit item alter Philippus diſcipulus & Diaconus: nominis autem ſimilitudo fecit, ut quæ Diaconi ſunt Apoſtolo à quibuſdam tribuantur. Ita Clemens Alex. lib. 3. ſtrom. c. 24. & Polycrates apud Hieronymum de ſcript. Eccl. in Polycrate; idem ex Papia tradit Euſebius l. 3. hiſt. c. 31. Idem Dorotheus in Synopſi; Sophronius in Catalogo ſcript. Eccleſ. & Iſidorus noſter lib. de vit atque obi-*

tu

Digitized by Google

tu ſanctor. c. 75. Obiter obſervamus ex dictis, quam etiam antiquiſſimi Patrum, ut erant Papias, Clemens Alexandrinus, Polycrates, alii, traditiones ἀγράφους ſecuti, impegerint; (4) *Res geſtæ.* Converſus ad Chriſtum, à quo ad diſcipulatum cooptatus erat, Zelum ſuum mox oſtendit, dum Nathaneelem quoque lucrifacere allaboravit, & Chriſto adducere: *Invenimus*, ait Joh. I. 45. *eum, de quo Moſes in lege, & propheta ſcripſerunt, Jeſum, Joſephi filium, Nazarethanum*: Cumque Nathaneel regeret: quid boni Nazaretha venire poſſet? reſpondit Philippus: *veni & vide*, q. d. non decet rem, nondum exploratam, aſpernari, ſed potius examinare, quod ſi ipſe feceris, fiet ut collatis ſcripturis cum complementis, agnoſcas, hunc Jeſum eſſe Meſſiam divinitus prædictum. Id quod etiam factum. Nathaneel enim ex verbis Chriſtum agnovit. Idem erat, quem Græci nonnulli compellaverant de videndo Jeſu, cum ipſe Andreæ, & uterque Chriſto deſiderium iſtorum proponerent, anſamque darent ſuaviſſimo Chriſti ſermoni. Joh. XII. 21. ſeqq. Ex dictis eluceſcunt ipſius virtutes. (5) *Nævis* tamen idem ſuis non caruit. Joh. VI. 5. 7. diffidentia ipſius in lucem prodiit, quando Chriſtus interrogavit: Philippe, unde emimus panem, quem comedamus? ipſe vero reſponderet: quantum ipſi poſſiderent non ſufficere tantæ turbæ aliquatenus alendæ; Joh. XIV. 8. 9. cupit Deum patrem videre, ut ſibi fiat ſatis, quaſi vero patrem non videat, quisquis filium ipſius videt.

Res geſtæ, Nævi.

§. 23. VI. *Bartholomæus.* Hujus quoque obſervandum eſt (1) *Nomen*: quod, juxta nonnullos, eſt compoſitum ex בר filius, & תלמי Tolmai, ſeu Ptolemæi; Alii ex תלה & מים q. d. hauriens aquas, hortulanus; An hic alio nomine dictus ſit *Nathaneel*, de quo mentio fit Joh. I. 45? Rupertus, & Cornel. Janſenius affirmant, in quam ſententiam propendet etiam Richardus Montacutius Origg. Eccl. part. II. p. 18. n. 23. ubi tanquam *communiſſimam*, ut ipſe vocat, rationem dat, quod *quotiescunque de nominibus citantur Apoſtoli, Philippus & Bartholomæus, ſimul recitantur, ut Petrus ac Andreas*: &c. At hæc ratio nulla eſt: Bartholomæus citatur cum Philippo. Ergo eſt Nathaneel Joh. I. 45. ad Chriſtum converſus; cum Philippo adjungi poſſit in

VI. *Bartholomæi* Nomen

Apoſtolatu, qui ipſi non conjunctus fuit in vocatione ad diſcipulatum. Judicio Baronii, & hunc ſecuti Aurelii Peruſini Epitom. lib. 1. an. 31. *D. Auguſtini ſententiæ tutius inhærendum, qui ſecus ſentit, & Nathanaelem inter Apoſtolos ideo cooptatum negat, quod eſſet le-*
& Vocatio. *gis Doctor; Deus autem contemptibilia mundi eligere conſtituiſſet.* (2) *Vocationem.* Evocatus eſt à Chriſto ad Apoſtolatum. Luc. VI. 14.

VII. §. 24. VII. *Thomas.* Hujus (1) *nomen* Hebræum eſt, Græ-
Thomæ nomen. cè ſonat Δίδυμος *gemellus* Joh. XX 24. XXI. 2. *Sicut igitur Kephas explicatur Petrus,* οὕτω καὶ ὁ Θωμᾶς λέγεται, τοῦτ' ἔστιν, ἑρμηνεύεται Δίδυμος, *ſic etiam Thomas dicitur, nempe, explicatur gemellus.* Cur autem gemellus? Ineptiunt Pontificii, & in his *Gregorius de Pedroſa, Valliſoletanus Epiſcopus, regius olim concionator, affirmans, non absque myſterio factum, ut inter cæteros Apoſtolos ſolus Thomas Didymus, i. e. gemellus, appellaretur, Joh. XI. 16. utpote cui gemellus alter, Xaverius nimirum, debebatur.* Verba ſunt Andreæ Pinti Ramirez Jeſuitæ Ulyſſiponenſis in ſtemmatis Societatis Jeſu glorioſis Tract. II. c. 3. §. 3. f. 406. Quibus hæc ſubjungit: *Jam ergo de Xaverio erga Thomam ſuo modo illud poterit uſurpari, quod de Tullio erga Demoſthenem Hieronymus uſurpat epiſt. ad Nepot. ubi ita:* Marcus Tullius, in quem pulcherrimum illud elogium: Demoſthenes tibi præripuit, ne eſſes primus orator: tu illi, ne ſolus &c. *Præripuit Tibi Thomas, O Xaveri, ne eſſes primus Indiarum Apoſtolus, Tu illi (non pervicax, ſed ejusdem ſuffragiis fotus, & interceſſione) ne ſolus.* Hæc Jeſuita, ex falſa hypotheſi falſa concludens, & ineptiens. An & Judas ſit dictus? Ita refert Euſeb. lib. 1. c. 13. ubi narrat, quomodo Thomas quendam Thaddæum ad Agbarum Edeſſenorum regem
Patria. miſerit. (2) *Patria* ipſi videtur fuiſſe Galilæa, ubi juxta mare Tiberiadis piſcaturæ operam dedit cum aliis diſcipulis. Joh. XXI.
Vocatio. 2. (3) *Vocatio* ad diſcipulatum contigit ipſi à Chriſto. Luc. VI.
Virtutes. 14. (4) *Virtutum* ipſius aliqua celebratur, nempe fides in Magi-
Vitia. ſtrum, quo cum vel in mortem ire paravit Joh. XI. 16. (5) *Vitio* tamen etiam inſigni laboravit, nempe incredulitate; Noluit enim credere Chriſtum ex mortuis reſuſcitatum prius, quam ſuis ipſum oculis vidiſſet, & digitos in veſtigiis clavorum, manumque totam in vaſta lateris poſuiſſet apertura. Id vero ubi factum eſſet, ingenuè confeſſus eſt ſuum Dominum.

Joh.

Digitized by Google

Joh. XX. 24. 28. Fruſtra religioſi ſunt, qui Thomam excuſatum eunt, quaſi non ſerio, ſed *κατ᾽ οἰκονομίαν*, dubitaſſet, vel negaſſet reſurrectionem: Ut bene propterea nonnemo veterum judicarit: *Δῆλον, ὅτι ἐξ ἀπιστίας ἦν ἡ ἀμφιβολία, καὶ μάτην λοιπὸν καταχαρίζονταί τινες τοῦ Θωμᾶ, φάσκοντες, ὅτι ἐξ ἀκριβείας οὐ ῥαδίως ἐπίστευσε: manifeſtum eſt, quod ex incredulitate dubius fuerit, & fruſtra alioquin gratificantur nonnulli Thomæ, dicentes, quod propter accuratiorem rationem non facile crediderit.*

§. 25. VIII. *Matthæus.* Hujus (1) *nomen* antiquum erat Levi; recentius, & Chriſtiani forſan, Matthæus: ut colligitur ex Matth. IX. 9. collato cum Marc. II. 14. Luc. V. 27. Unde neſcio quid in mentem venerit Origeni, quando lib. 1. cont. Celſ. negat Levi publicanum, qui Chriſtum ſecutus eſt, fuiſſe *τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Ἀποστόλων, ex numero Apoſtolorum. Nam nihil hic repugnat: Ipſe eſt enim Matthæus qui & Levi*: rotunde ait Auguſt. l. 2. de conſ. Evang. c. 26. Parens ipſius fuit Alphæus; Nam dicitur Alphæi filius. Marc. II. 14. Num vero hic ipſe eſt Alphæus, qui fuit parens Jacobi & Judæ Thaddæi? Non liquet. Cognomento dictus eſt *publicanus*. Matth. X. 3. Olim enim tali officio præerat, etiam tum, cum ad Apoſtolatum vocaretur. Hinc patet (2) *Profeſſio* ipſius priſtina: quæ fuit, veſtigalia cogere; Obſervat Hieronymus ad Matth. X. 3. vocem *publicanus*, ab ipſo Matthæo expreſſam, à reliquis vero Evangeliſtis prætermiſſam. Quare hoc? *Nec publicani nomen adſcribunt, ne antiquæ converſationis recordantes, ſugillare Evangeliſtam viderentur; Iſte vero & poſt Thomam ſe ponit, & publicanum appellat, ut ubi abundavit iniquitas, ſuperabundet & gratia.* Confer Theophyl. ad Marc. II. An conſiſtere poſſint hæc cum verbis reliquorum Evangeliſtarum. Marc. II. 14. Luc. V. 27? quæritur. Ego dubito. Etſi enim hi Evangeliſtæ Matthæum non vocarint *publicanum*, dixerunt tamen *ſediſſe ad teloneum*, quæ publicani deſcriptio eſt. (3) *Vocatio* ad diſcipulatum contigit juxta locum, ubi ſedebat, vectigalia colligens, Capernaumi. Marc. II. 14. Luc. V. 27. (4) *Virtus* inſignis præ reliquis fuit gratitudo erga Chriſtum, quem poſt ſui vocationem convivio adhibuit, & una cum ipſo publicanos & peccatores, ut & hi beneficiorum Meſſianorum participes redderentur.

VIII. *Matthæi nomen.*

Profeſſio.

Vocatio.

Virtus.

§. 26.

IX. *Jacobi minoris* (1) Nomen & (2) Perſona.

§. 26. IX. *Jacobus Alphæi.* Huic *nomen* erat Jacobi, ſed quia ὁμώνυμος erat filius Zebedæi, igitur differentiæ ergo additur: Alphæi qui & Cleophas, ſcil. filius. Fuit autem Alphæus maritus Mariæ Cleophæ, quæ fuit ſoror Mariæ matris Domini; unde hic Jacobus dicitur frater Domini, ſcilicet matruelis: Gal. I. 19. Dicitur & Jacobus minor. Marc. XV. 40. forſan à minore ſtatura, quam erat Jacobi alterius: Item Simon cognomento Judas, juxta Synopſin Dorothei. *Quæritur*: An hic Jacobus minor idem fuerit cum Jacobo, cognomine Juſto, Oblia, & Epiſcopo Hieroſolymorum, cui Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam apparuit? 1. Cor. XV. 7. Euſebii lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 12. ſententia, Jacobus ille, cui Chriſtus apparuit, *unus fuit ex LXX. diſcipulorum numero, ac præterea ex fratribus Domini.* Si igitur ex LXX. numero, Apoſtolus non fuit; Apoſtoli enim & Septuaginta manifeſte diſtinguuntur. Luc. X. 1. collato cum Matth. X. 1. Ejusdem ſententiâ lib. 2. c. 1. *Jacobus frater Domini dicebatur, eo quod eſſet Joſephi filius*; idemque *ob eximiam virtutem Juſtus ab antiquis cognominatus eſt, eundemque Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum primum accepiſſe perhibent*: Tandem Martyr evaſit *ex templi faſtigio præcipitatus, & à fullone fuſte percuſſus.* Alii contra ſtatuunt, Jacobum Domini fratrem & Apoſtolum fuiſſe alium à Jacobo Hieroſolymorum Epiſcopo: vid. Dn. D. Dannh. in Chriſteid. p. 113. quibus & nos noſtrum calculum ſubjicimus. Rationes ſunt (1) quia Apoſtolorum ſedes nullibi erat fixa, utpote quorum erat Evangeliũ in univerſo orbe prædicare; Jacobi autem Hieroſolymitani erat fixa ſedes: (2) Quia Jacobus Alphæi dicitur Apoſtolus, & quidem è numero duodecim, qui univoce & κατ' ἐξοχὴν Apoſtoli dicuntur. Matth. X. 3. Jacobus autem Hieroſolymitanus non dicitur Apoſtolus. Sunt quidem, qui objiciunt locum Gal. I. 19. ubi Jacobus Epiſcopus Hieroſolymorum dicitur Apoſtolus; Sed nondum evictum eſt per Jacobum iſtum intelligendum eſſe Epiſcopum Hieroſolymitanum, & non Apoſtolum. Significatio vocis Apoſtolus univoca tamdiu retinenda & urgenda eſt, donec oſtendatur locum habere non poſſe: Quod hic loci non poteſt oſtendi; ſed potius contrarium: Talis enim Apoſtolus erat Jacobus Gal. I. 19. qualis Petrus & reliqui; Exceptum enim continetur ſub eo unde excipitur; At Petrus & re-

& reliqui erant Apoſtoli univocè & κατ᾽ ἐξοχὴν ſic dicti. Talis igitur fuerit & Jacobus Gal. I. 19. Neque obſtat, quod Paulus ipſum Hieroſolymis deprehenderit: Nam & Petrum ibidem invenit Gal. I. 18. qui tamen Hieroſolymorum Epiſcopus non fuit. Atque hoc ipſo corruunt, quæ Hegeſippus, Epiphanius, alii nugantur de lamina Jacobi aurea, de ingreſſu in ſancta ſanctorum, de ſingulari genere vitæ, caſtigata poſt alios à Dn. D. Dannh. Chriſteid. p. 758. ſeqq. Alia quæſtio movetur: *An Jacobus hic, ſicut & Judas Thaddæus fuerint fratres Domini, quatenus geniti erant ex Joſepho ſponſo Mariæ Virginis, prius autem marito alius uxoris, unde ipſos ſuſcepit?* Negant Maldon. comm. in Matth. XII. Azor. t. 1. Moral. l. 2. c. 17. Affirmant autem *omnes pene auctores Græci*, fatente Maldonato; Et *in eadem ſententia ſunt ex Latinis Hilarius & Ambroſius*: En conſenſum Pontificiorum cum Patribus!

§. 27. X. *Judas Thaddæus.* Obſerva (1) *Nomen.* Dicitur Judas, & ad differentiam proditoris, *Jacobi*: Luc. VI. 16. Filius, an frater? ſunt, qui filium dicunt; ſunt, qui fratrem: Parentem enim ipſi fuiſſe Alphæum, ſeu Cleopham, Mariæ maritum; qui ipſe & Jacobi minoris parens fuit: Id certum eſt, quod non fuerit filius, ſed potius frater Jacobi Minoris Apoſtoli. Matth. XIII. 55. Marc. VI. 3. Num vero Luc. VI. 16. indigitetur Jacobus Judæ frater, an pater? ego haud definiverim. Lutherus vertit: Judas Jacobi filius; An recte? Chriſtophorus Sandius negat: *corruptè*, dicens, *Lutherus reddidit Judam Jacobi filium.* Sed cur *corrupte?* Rationem nullam addit Neo-Arrianus, quaſi ſufficeret accuſaſſe. Eſto, Alphæus fuerit Judæ parens, potuit tamen & Jacobus eſſe parens, ſi idem Alphæus dictus eſt & Jacobus, ſicut dictus eſt Cleophas. *Quis enim unquam prohibuerit duobus vel tribus nominibus hominem unum vocari?* quærit Auguſt. lib. 2. de conſ. Evangel. cap. 29. Etſi non ſemper ita dicatur expreſsè. Syrus interpres verba Actor. I. 13. Ἰούδας Ἰακώβου tranſtulit: *Judas Jacobi filius.* Cognomen ipſi eſt *Thaddæus*, à Syrorum תד mammilla: Item *Lebbæus* à לב cor. q. d. cordatus. vel לביא leo, vide meditationem D. Chemnit. harm. c. 50. & diſputationem Auguſtini

X. *Judæ Thaddæi* (1) Nomen.

l. c. Obſervandum autem eſt, quod duo fuerint hujus nominis Thaddæi dicti: alter Apoſtolus, de quo hactenus, alter è LXX. diſcipulis, qui legationem obiit ad Agbarum regem Edeſſenorum: quos nonnulli inter ſeſe confundunt, notati propterea à Caſpare Sanct. tract. III. de prædic. Jacobi cap. 16.

(2) Vocatio. Elogia.

(2) *Vocatus* eſt ad diſcipulatum, ut videtur, Canæ Galilææ. Joh. II. 12. ad Apoſtolatum autem Marc. III. 18. (3) *Elogium* inſigne eſt Joh. XIV. 22. quando dicitur non fuiſſe Iſcharioth, ille ſcilicet proditor: Fidus igitur Domino ſuo: *Sanctus, non immundus; nec inſectator Domini, ſed ſectator*: explicante Auguſt. tract. LXXVI. in Joh. Luxit in ipſo ſanctum deſiderium ſciendi, qualis eſſet manifeſtatio Chriſti futura, & dignus habitus eſt à Chriſto, cui myſterium iſtud v. 13. ſeqq. luculentiſſimè explicaretur.

XI. Simonis Canæi (1) Nomen.

§. 28. XI. *Simon Canæus.* Huic (1) *Nomen* eſt Simon, ſed quia ὁμώνυμον eſt, diſtinctionis ergo additur: Canæus, à Cana Galilææ oppido, unde fuit oriundus. Græcis dicitur ζηλωτὴς, alludendo ad קנא æmulari. Luc. VI. 15. An idem dictus ſit *Nathaneel*, & is ipſe fuerit, quem Philippus Chriſto adduxit? Joh. I. 45. Negant illi, qui ex Nathaneele faciunt Bartholomæum, aut Stephanum Martyrem, aut Nicodemum Phariſæum: Affirmant alii, eo quod Nathaneel juxta Joh. XXI. 2. fuerit *de Cana Galilææ* oriundus: unde & Simon fuit: Sed hoc eſt argumentum in 2. figura ex meris affirmativis, adeoque vitioſum. Annon enim & Simon, & Nathaneel uterque potuit eſſe Canæus, ſicut Petrus & Andreas Bethſaidani? Porro *quæritur*: An ille ipſe Simon Canæus fuerit ſponſus in nuptiis illis, quibus Canæ Chriſtus interfuit? Ita tradebant nonnulli apud Nicephor. lib. VIII. c. 30. Alii autem dicebant, Anacletum quendam fuiſſe ſponſum, ſponſam autem Mariam Magdalenam. Sed fabula merito vapulat apud Caſaubonum, & Rich. Montac. Origg. Eccleſ. part. II. p. 22. quod neque fundamentum habeat in ſcripturis, neque cum analogia fidei conciliari poſſint quæ de iſtis nuptiis in fabuloſis iſtis narrationibus adducuntur.

(2) Profeſſio.

(2) *Profeſſio* certa eſt, quæ fuit Apoſtolatus. Matth. X. 4. An autem Hieroſolymorum idem fuerit

Digitized by Google

rit Epiſcopus, & Jacobi ſucceſſor? de eo diſputat Sanct. tract. 3. de prædic. in Hiſp. c. 16. ad locum objectum ex Iſidoro. Nos negamus, ducti eadem ratione, qua ſupra de Jacobo ipſius fratre.

§. 29. Supereſt XII. *Judas Iſchariobt*, qui perpetuo ultimus inter Apoſtolos numeratur. *Judæ Iſchkarioth.* (1) *Nomen* ipſi fuit Judas, cognomen Iſchkarioht: ut diſtingueretur à Juda Thaddæo. (1) Nomen. Matth. X. 4. Unde autem Iſcharioht vel Iſchkarioht? Alii derivant איש & כריות, *vir de Carioht*, ubi forte natus; civitate nimirum tribus Judæ, Joſ. XV. 25. alii ab איש *vir*, & שכר *mercenarius*, utroque modo ad rem: כרת ſignificat *exſcindere*, ut fuit iſte vir exterminii, ſeu abſciſſionis per proditionem & ſubſecutam pœnam; שכר autem emere, vendere, mercenarium agere, ſicut ille fuit loculorum malè fidus cuſtos, & Domini ſui venditor proditorque. Petrus Act. I. 18. 25. ad utramque ſignificationem haud obſcurè alludit. Dicitur & Simon Joh. VI. 41. & deſcribitur Act. I. 16. tanquam dux eorum, qui Jeſum ceperunt. (2) *Vocationem* habuit ad Apoſtolatum, & dubio Vocatio. procul eandem, quam reliqui Apoſtoli, acceperat poteſtatem vel Dæmonas ejiciendi, & Evangelii per Judæam prædicandi: Nam acceperat partem hujus miniſterii. Actor. I. 17. confer Matth. X. 4. (3) *Vitiis* immanibus laboravit; Avaritia omnium Vitia. malorum radice, deinde furacitate & perfidia; pecunia collatitia ipſi erat concredita, ſed mala fide adminiſtrabat, ſuffurando inde quædam; quanquam pietatis ſpecie palliaret. De quibus, & aliis, agetur inferius in hiſtoria paſſionis Chriſti. (4) Pœna. *Pœnam* tandem ipſe ſibi inflixit horrendam, dum præ deſperatione vitam ſibi ipſe laqueo finivit: *Poſt redditum pretium, laqueo ſe ſuſpendit, ut qui ſe multaverat pecunia, multaret & vita:* ait Auguſt. ſerm. 128. Ita communis habet ſententia. Scioli nonnulli dicunt; laqueum eum poſuiſſe circa collum, & ſuſpendiſſe ſeſe è ficu, paulo ante à Chriſto maledicente arefacta; Alii, in quibus Papias, tradunt, hydrope ipſum tanta laboraſſe, ut ne quidem tranſeunti ſufficeret meatus, per quem plauſtrum iret, cecidiſſe tandem pronum & crepuiſſe medium; verba recitat Oecumenius ad Act. I. πρησθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν σάρκα, ὥστε μὴ δύνα-

θαι διελθεῖν, ἀμάξης ῥαδίως διερχομένης, ὑπὸ τῆς ἀμάξης ἐπιέσθη, ὥστε τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐκκενωθῆναι: Noviſſime Dan. Heinſius & H. Grotius commenti ſunt deſperationem, quæ ipſum exanimarit. Vide hunc ad Matth. 27. p. 474. quos, ut & Papiam, refutat Chriſteis Dannhavv. p. 119.

§. 30. Fuerunt quidem & Matthias & Paulus quoque Apoſtoli, ſed eorum mentionem in hiſtoria Apoſtolica, ex Actis Apoſtolicis, & Epiſtolis, Deo volente concinnanda, facturi ſumus, utpote qui eo demum tempore ad Apoſtolorum collegium aſſumpti ſunt, quo Chriſtus in cœlum abierat. Obſervat hoc de Paulo utiliter Auguſtinus lib. 1. de conſ. Evang. c. 10. contra calumniatores miraculorum Chriſti. Docebant illi, Chriſtum vi magica edidiſſe miracula, & extare ejus rei librum ipſius de Magia ad Petrum & Paulum perſcriptum. Anſam calumniandi ita & fingendi talia ſumpſerunt ex picturis, *quod pluribus locis ſimul eos cum illo pictos viderent*; Sed refutat figmentum Auguſtinus, dicens: *Sic omnino errare meruerunt, qui Chriſtum & Apoſtolos ejus non in ſanctis codicibus, ſed in pictis parietibus quæſierunt*: Ex ſanctis enim codicibus patere, quod vivente in terris Chriſto Paulus nondum fuerit Apoſtolus, qui igitur librum de magia ad ipſum ſcripſiſſet Chriſtus? *Toto enim tempore, quo Chriſtus in carne mortali cum ſuis diſcipulis vixit, nondum erat Paulus diſcipulus ejus, quem poſt paſſionem ſuam, poſt reſurrectionem, poſt aſcenſionem, poſt miſſum de cœlis Spiritum Sanctum, poſt multorum Judæorum converſionem & mirabilem fidem, poſt lapidationem Stephani Diaconi & martyris, cum adhuc Saulus appellaretur, & eos qui in Chriſtum crediderunt, graviter perſequeretur, de cœlo vocavit, & ſuum diſcipulum atque Apoſtolum fecit. Quomodo igitur potuit libros, quos antequam moreretur eum ſcripſiſſe putari volunt, ad diſcipulos, tanquam familiariſſimos, Petrum & Paulum ſcribere, cum Paulus nondum fuerit diſcipulus ejus?* Quare & nos hiſtoriam Pauli Apoſtoli ſubſecuturo tractatui reſervamus.

Digitized by Google

Art. III. Sect. I.

De

PRINCIPIO FIDEI.

Argumentum.

Fidei principium quod eſt Deus Trinunus. 1. *Quo, eſt Dei verbum in ſcripturas relatum.* 2. *Non Angeli.* 3. *Neque homines.* 4. *Neque viſiones vel apparitiones.* 5. *Neque ſenſus noſtri.* 6 *Neque ratio.* 7. *Neque traditiones.* 8. *Neque antiquitas & ſucceſſio perſonalis.* 9. *Neque miracula qualiacunque.* 10. *Scripturæ onomatologia.* 11. *πραγματολογία, ad quam ſpectat auctor primarius* 12. *& ſecundarii, qualis fuit Moſes, cujus Pentateuchus explicatur.* 13. *& Prophetæ, quorum exponitur onomatologia.* 14. *Auctor.* 15. *Nomina.* 16. *Objectiones proponuntur.* 17. *Reſolvuntur.* 18. *Contenta materia, nempe Θεολογία, χριστολογία.* 19. *Et Ἀνθρωπολογία.* 20. *Finis.* 21. *Contraria, eorumque remedia.* 22. *Scripturæ ſenſus.* 23. *Ejusque media.* 24. *Verſiones.* 25. *Finis.* 26. *Denique affectiones, quæ ſunt perfectio, efficacia, veritas, ſanctitas, harmonia, claritas; Item accidentia & contraria. n.* 27.

§. I.

Fidei noſtræ *principium* duplex eſt, vel quod, vel quo. Principium *quod* eſt Deus, & quidem Deus *Pater*. Nam Matth. XVI. 17. Chriſtus Petro ait, χριστολογίαν ipſi revelatam eſſe non à carne & ſanguine, ſeu principio naturali, ſed à Deo Patre cœleſti. Deus *Filius*. Longius petitum eſt, quod Auguſtinus ingenioſius, quam ſolidius meditatur ad Joh. II. 7. dicens: *cum ipſam aquam convertit in vinum, oſtendit nobis, quod & ſcriptura vetus ab ipſo eſt: Nam juſſu ipſius impleta ſunt hydria.* Quare ad propiora, & certiora veniamus. Dicitur Chriſtus verbum, Propheta, Lux, Doctor, quod ipſi debeamus fidem noſtram, vide quæ diximus Art. II. Sect. 2. §. 2. Matth. VII. 24. Chriſtus

I. Fidei principium. (1) Quod.

ſermonem ſuum comparat immoto ædium fundamento, ſeu petræ: *Super hanc petram Dominus fundavit Eccleſiam, ab hac petra Apoſtolus Petrus ſortitus eſt nomen*: ait Hieron. ad l. c. & paulo poſt: *Fundamentum, quod Apoſtolus architectus poſuit, unus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Super hoc fundamentum ſtabile & firmum, & per ſe robuſta mole fundatum, ædificatur Chriſti Eccleſia.* Referri huc poteſt quod idem commentatus eſt ad Matth. XIX. 17. tanquam ibi Chriſtus *Magiſtri abſque Deo excluſiſſet errorem.* Maxime huc ſpectat, quod habetur Matth. XXIII. 8. ubi Chriſtus vetat, ne quis hominum Rabbi ſe vocari patiatur, talem ſcil. ex cujus auctoritate & infallibilitate aliorum fides pendeat, quandoquidem id dignitatis ſoli ipſi competat, *καθηγητῇ via duci*, ducenti ad vitam æternam; ſicut idem vetuit quenquam fidei *Patrem* dici, niſi cœleſtem illum, à quo omnes efficaciter, & infallibiliter doceamur: *Nec Magiſter, nec pater vocandus eſt alius, niſi Deus pater, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus: Pater, quia ex ipſo ſunt omnia; Magiſter, quia per ipſum omnia: vel quoniam per diſpenſationem carnis ejus omnes reconciliati ſumus Deo.* Hieron. ad l. c. Sed & *Spiritus Sanctus* fidei principium eſt. Is enim eſt, qui olim per Prophetas locutus eſt. Matth. XXII. 43. Marc. XII. 36. Spiritus veritatis, qui Apoſtolis ſuggeſſit dicenda, Matth. X. 20. Eosdemque ducturus erat in omnem veritatem, teſtis & paracletus omni major exceptione. Joh. XVI. 13. Notanda ſunt de his verba Didymi Alex. lib. 2. de Sp. S. *Cum in Prophetis Spiritus ſanctus ſit, faciens eos futura præcinere, & alia, quæ Prophetalis operationis: ſermo Dei ad eos dicitur factus, ut ad id, quod ad conſuetudinem prophetarum eſt, hæc dicit Dominus, etiam illud addatur: Sermo qui factus eſt ad Eſaiam, ſive ad reliquos. Quod autem Prophetæ Spiritum ſanctum habuerint Deo manifeſte loquente cognoſcimus; Ait enim: Quæcunque mandavi in Spiritu meo ſervis meis Prophetis. Et Salvator in Evangelio ſignificat juſtos viros, & eos qui ante adventum ſuum, populo ventura cecinerant, Spiritus ſancti aſpiratione completos. Interrogans quippe Phariſæos, quid eis de Chriſto videretur? Et audiens, quia eſſet filius David: loquitur, quomodo David in ſpiritu vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis? Si ergo David vocat eum in Spiritu ſancto Dominum, quomodo filius ejus eſt?*

§. 2.

§. 2. *Principium quo* eſt verbum Dei, in ſcripturis ſacris (a) Quo-
revelatum. Maria puerpera, quæ audiverat ab paſtoribus, in corde ſuo recondebat, & conferebat, Luc. III. 19. nempe, explicante Beda, cum ſcriptis prophetarum, quæ legerat. (a) Ad hoc ipſe Chriſtus provocavit; indeque probationes vel vindicationes petiit, ſi quæ quæſtio de fide movebatur, Matth. IV. 4. in conflictu cum diabolo ſcripturæ ſe clypeo defendit: Diabolum *devicit, & proſtravit, malignum eſſe coarguens, παρὰ τὴν γραφὴν, qui præter ſacrarum literarum præſcriptum, ut Deum ſe adorari flagitaverit, ac dudum à voluntate Dei deſciverit*: Juſtin. Martyr. dial. cum Tryph. f. 278. Cap. XI. 4. Luc. VII. 22. ſeqq. cum diſcipuli Johannis dubitarent, uter, Joannes ſuus, an Jeſus Nazarenus eſſet Meſſias? ablegabantur à Joanne ad Chriſtum, qui quæſtionem decidit ex ſcripturis Jeſ. XXXV. 5. LXI. 1. Pſal. CXVIII. 22. Jeſ. VIII. 14. applicatis ad ſuam doctrinam, quam miſſionarii audiviſſent, & facta miraculoſa, quæ vidiſſent. Luc. X. 26. Interrogatus idem à quodam Legis perito, de medio conſequendæ vitæ æternæ, laudat legem ſcriptam. Matth. IX. 14. reprehenſus à Phariſæis, quod in gratiam reciperet peccatores, ſacrificiis Leviticis nondum purgatos; provocat ad Oſe. VI. 1. ubi Deus miſericordiam, qualis eſt converſio & receptio peccatorum, præfert ſacrificiis. Matth. XII. 3. orta contentione de Sabbato, pro ſeſe allegat factum Davidis. 1. Sam. XXI. 6. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Mota quæſtione de futura Meſſiæ paſſione & morte, quam Phariſæi in dubium revocabant, imo negabant, ſcripturæ auctoritatem Pſ. CXVIII. 22. idem allegavit, quo cum conferri poſſunt verba Chriſti, reprehendentis diſcipulos Emaunticos Luc. XXIV. 25. quod ſequius ſentirent de paſſione & morte Meſſiæ, quam in Moſe, Pſalmis & Prophetis haberetur. Joh. VIII. 28. juſſus probare ſuum officium, probabat ex Jeſ. XLII. 6. Mal. IV. 2. ubi locorum habeatur teſtimonium de ſe Patris ſui. Joh. X. 34. in certamine cum Judæis ad ſcripturam ſeſe recipit. Pſ. LXXXII. 6. ad quam eoſdem remiſerat Joh. V. 39. ſcrutamini, inquiens, ſcripturas, credentes, vitam vos in ipſis æternam habere; eæque ſunt, quæ de me authen-

thentico teſtimonio teſtantur. Matth. XXII. 29. Marc. XII. 24. litem ipſi Sadducæi movebant de reſurrectione mortuorum, in qua ipſe provocabat ad ſacras literas Exod. III. 6. redarguens Sadducæos ignorantiæ ipſarum, quæ cauſſa erroris ipſorum eſſet. Matth. XXII. 42. Marc. XII. 36. Luc. XX. 42. oritur quæſtio de perſona Meſſiæ, quî Deus eſſet, & homo? in qua decidenda ſcripturæ teſtimonium ex Pſal. CX. 1. allegabat Chriſtus. Matth. XXIV. 15. Marc. XIII. 14. in quæſtione: An Hieroſolymæ cum templo magnificentiſſimo & robuſtiſſimo ſint devaſtandæ? adducit Prophetiam Danielis IX. 27. Intelligendæ autem ſunt literæ ſacræ non ſolum Veteris Teſtamenti, ſed & novi. Nam & novum Teſtamentum ſcriptum eſt, ut haberent fideles ἀσφάλειαν, immotum fundamentum credendorum. Luc. I. 4. Joh. XX. 31. Digitum intendit Angelus, ad dextram ſepulchri Chriſti ex mortuis reſuſcitati ſedens, dum mulieres, reſurrectionis oblitas, revocat ad verbum Chriſti, olim prolatum: Non eſt hic; ſurrexit enim, ſicut dixit. Matth. XXVIII. 6. Marc. XVI. 7. collata cum Matth. XXVI. 32. Confer dicta Art. I. Sect. I. §. 14. Sect. II. §. 4. 8. 26. 31. & infra Art. III. Sect. I. §. 21.

Non ſunt (1) Angeli.

§. 3. Præter Deum & Dei verbum in ſcripturis revelatum nullum eſt aliud fidei divinæ concipiendæ & fovendæ principium ſive quod, ſive quo. Non quod; Eſſent enim vel Angeli, vel homines: I. *Non Angeli*; Nam ipſimet homines remittebant ad verbum Dei, unde ipſi ſua verba mutuabantur Matth. I. 22. Angelus verba ſua confirmat ex ipſis ſcripturis. Jeſ. VII. 14. Luc. II. 10. ſeqq. Angelus annuncians paſtoribus Chriſtum natum verba & ſententias petit ex ipſis ſcripturis. Matth. XXVIII. 6. Angelus manifeſtans reſurrectionem Chriſti remittit mulieres ad verbum Chriſti, quod prædixerat.

Neque (2) homines. Sive vivi, ſive mortui, ſive ſinguli, ſive plures.

§. 4. Neque II. *homines*, ſive illi *vivi*, ſive *mortui*. Luc. XVI. 29. epulo rogat Abrahamum, ut aliquem ex mortuis ſuſcitatum mittat ad incredulos ſuos fratres; ſed reſponſum accipit, habere ipſos Moſen & Prophetas in ſcriptis ſuis loquentes, quos niſi audierint, neque audituros eſſe aliquem ex mortuis revocatum: *Sive ſinguli, ſive plures ſimul.* Matth. II. 3. Magi veniunt

Digitized by Google

veniunt Hieroſolymam, quærentes Meſſiam regem Judæorum: turbatur Herodes, & cum eo tota civitas, ſedes ſcilicet Eccleſiæ; nec erat, qui cum ipſis Bethlehemum iret, quæſitum Meſſiam; Hoc merito turbare potuiſſet Magos, ſi fidem ſuam in Eccleſiam reſolviſſent potius, quam in Dei verbum apparitione ſtellæ confirmatum. Poteſt quidem Eccleſia manu ducere ad Chriſtum, ſicut Hieroſolymitana, ſed præeunte ſcriptura; Matth. II. 5. 6. denunciant locum nativitatis Meſſiæ Pontifices & Scribæ Judæorum, ſed juxta vaticinium Mich. V. 2. Et Samaritana mulier ſuis civibus Chriſtum intimat, ſed ipſe hic ſibi fidem conciliat ſuis dictis. Joh. IV. 39. *Sic agitur hodie cum eis, qui foris ſunt, & nondum ſunt Chriſtiani, Chriſtus nunciatur per Chriſtianos Amicos, tanquam illa muliere h. e. Eccleſia annunciante, ad Chriſtum veniunt, credunt per iſtam famam.* Auguſt. tract. XV. in Joh. Sepoſita ſcriptura errare poſſunt etiam concilia in quæſtionibus non facti ſolum, ſed etiam juris. Joh. VII. 45. Concilium Hieroſolymitanum ex Pontificibus, Phariſæiſque conflatum, negat adverſus ſuos emiſſarios, & collegam Nicodemum, quod Jeſus ſit Meſſias, quod nemo ex ſuo ordine, qui in Cathedra Moſis ſederent, ipſum pro tali haberet. Matth. XXII. 41. Phariſæi, vel in templo congregati, tamen errant in graviſſimo fidei articulo de Chriſto θεανθρώπῳ. *Objicis*: Chriſtus tamen remittit ſuos auditores ad Phariſæos in Cathedra Moſis ſedentes, ut faciant, quidquid ipſi dixerint. Matth. XXIII. 2. 3. ℞. In ſenſu compoſito intellexit, nempe quatenus in Cathedra Moſis ſedebant, i. e. Moſis doctrinam ſectabantur & docebant: Unde prohibet facere, quæ ipſi faciebant, nempe opera legi divinæ non conformia. Sunt quidem Apoſtoli lumina mundi. Matth. V. 14. Imo omnes ſinceri Eccleſiæ miniſtri; *Nec enim ſolum* (ait Nyſſ. de vit. Moſ. fol. 226. c.) *Petrus & Johannes & Jacobus columnæ Eccleſiæ ſunt, nec Joannes Baptiſta tantum erat ardens lychnus, ſed omnes quibus Eccleſia ſuſtentatur, qui ſuis operibus luminaria facta ſunt, hi columnæ, & lychni nuncupantur. Vos eſtis lux mundi, veritas Apoſtolis ait: Ac rurſum alios divus Apoſtolus quaſi columnas hortatur, cum dicit: Firmi eſtote atque immobiles. At verò Timotheum columnam pulcherrimam fabricatus eſt, cum ipſum firmitatem veritatis ſua vocis do-*

 ctrina

ctrina effecerit; Sed non per modum principii. Joh. I. 8. clare habetur: Joannes Baptiſta *non erat lumen. Poteſt quidem dici lumen, & bene dicitur & ipſe lumen, ſed illuminatum, non illuminans. Aliud eſt enim lumen, quod illuminat, & aliud lumen, quod illuminatur: Nam & oculi noſtri lumina dicuntur, & tamen in tenebris patent, & non vident. Lumen autem illuminans à ſe ipſo lumen eſt, & non indiget alio lumine, ut lucere poſſit, ſed ipſo indigent catera, ut luceant.* Ita Auguſtin. tract. XIV. in Joh. ſuppeditans diſtinctionem inter lumen Magiſteriale, & miniſteriale, independens & dependens, principium & teſtimonium fidei. *Sive vetuſtiores ſive recentiores.* Joh. IV. 20. ſeqq. Samaritis provocat ad Jacobum, & Patres, qui in monte Garizim adoraſſent. Gen. XXXIII. 20. ſed reſpondet Chriſtus: vos neſcitis, quid adoretis v. 22. q. d. legibus, non exemplis eſt judicandum, & diligenter diſtinguenda ſunt tempora, quibus Deus ſibi ſervíri hoc vel illo modo voluit. Marc. I. 27. fatentur Capernaitæ, doctrinam Jeſu, ad ſpeciem, novam, eſſe veram, præ antiqua Phariſæorum. Matth. V. 21. ſeqq. Chriſtus rejicit Pſeudhermenias ab *antiquis* acceptas, eo quod legi divinæ non ſunt iſtæ congruæ. Matth. XV. 1. ſeqq. Marc. VI. 3. ſeqq. inter Chriſtum & Emiſſarios Synedrii Hieroſolymitani oritur quæſtio: de traditionibus Seniorum oralibus, quas Judæi ſcriptæ legi ſuperaddebant, an juxta eas, tanquam regulam agendorum & omittendorum, reprehendendi eſſent diſcipuli illotis manibus cibum capientes? Negabat Chriſtus, addita ratione, quod inſtituti id eſſet humani: quo modo fruſtra eſt, qui Deum colere velit, & hypocrita, quales deſcribit Jeſaias, voce מלמד quaſi digitum intendens ad Judæorum Thalmud; & hoſtis divinæ legis, quam ſua traditione irritam reddat; ſicut Judæi, docentes, quod præſtet dona in Corban conferre, quam Parentibus ſuccurrere, quorum tamen hoc Deus præceperat, iſtud homines. Matth. XVII. 10. ſeqq. Marc. IX. 11. diſcipuli quæſtionem movent de Helia, ex traditione Veterum, ſed Chriſtus revocat ipſos ad ſcripturas, & examinat, an, & quomodo iſtis cum his conveniat?

Sive vetuſtiores, ſive recentiores.

§. 5. Sed nec 2. *aliud principium quo*, quam ſcripturæ, eſt agnoſcendum. Non (1) *viſiones atque apparitiones.* Deus e-

Neque (3) viſiones.

qui-

quidem per tales viſiones & apparitiones rerum inſolitarum nonnunquam excitabat homines, ſemper tamen verbum ſuum addebat, tanquam ultimum principium, in quod fides reſolveretur. Matth. II. 2. ſeqq. legitur de ſtella, quæ Magos excitavit, ut Meſſiam recens natum quærerent, ſed creditur, quod prius ex Judæis, in Babyloniæ, & circumjectis regionibus verſantibus, quædam de Meſſia audiverint; certe Hieroſolymam ducti ſunt, ut ibidem Eccleſiæ ex verbo Dei fides ipſorum vel accenderetur, vel accenſa confirmatetur. Mich. V. 2. Chriſtus ex mortuis ſuſcitatus apparuit quidem ſuis diſcipulis, ſed tamen ad verbum ſuum eoſdem ſubinde revocavit. Luc. XXIV. 39. 44.

§. 6. Neque (2) *ſenſus.* Joh. XX. 9. Petrus & Joannes viſo licet ſepulchro Chriſti vacuo, & in eo linteaminibus, & ſudario ſeorſim relictis, non tamen cogitant, vel credunt ipſius reſurrectionem, cauſſa erat ignorantia ſcripturarum, cujus de reſurrectione Chriſti futura teſtantis ſenſum non percipiebant. Confer Matth. XXVIII. 6. Luc. XXIV. 24. Neque *obſtat*, quod Chriſtus ſuis ſeſe diſcipulis videndum, & contrectandum exhibuerit, eo fine, ut crederent, eum ipſum eſſe, qui ex mortuis reſurrexiſſet; Nam vel tandem eoſdem ad verbum Dei & ſcripturas revocabat. Luc. XXIV. 39. 44. 46. Eſt igitur ſenſus fidei quoddam quaſi organum, non tamen principium: quod in Thoma Apoſtolo apparuit. Incredulus hic erat, quia oculis ſuis nondum viderat Jeſum ex mortuis reſuſcitatum, neque in reſuſcitati manibus veſtigia clavorum, neque immiſerat digitum in cicatrices illas, neque manum in apertum latus; ideo nolebat credere; ſed & ideo reprehenſus eſt à Chriſto, dicente: noli incredulus eſſe, ſed credulus; quandoquidem illi beati ſint, qui credunt, etſi non videant: i.e. ſentiant aut ratione comprehendant credenda. Joh. XX. 25. 27. Optimè Clemens Alex. lib. 2. ſtrom. f. m. 362. *Qui divinis credidit ſcripturis, firmum habens judicium, cui contradici nequit,* τὴν τοῦ τὰς γραφὰς δεδωρημένου φωνὴν λαμβάνει Θεοῦ, οὐκ ἔτι οὖν πίστις γίνεται δι' ἀποδείξεως ὀχυρωμένη: *demonſtrationem ejus qui ſcripturas dedit vocem accipit. Non itaque fit fides munita per demonſtrationem,* Nempe ſenſualem, Nam ſubjungit dictum: *Beati qui non viderunt & crediderunt.*

aut ſenſus humani.

Dd 2 §. 7.

Aut ratio. §. 7. Neque (3) *ratio.* Nam Joh. VIII. 15. reſpuit Chriſtus judicium de ſe Phariſæorum, eo quod ex carne. i. e. ratione ſola judicarent. Matth. XXII. 34. ſeq. Marc. XII. 19. Luc. XX. 28. ſeqq. Sadducæi argumentantur ad oppugnandam reſurrectionem mortuorum ab abſurdo rationis, quod futurum ſit, ſi una mulier ſeptem viris nupſerit; ſed Chriſtus ad ſcripturas & analogiam fidei ipſos revocat. Bene Auguſtinus tract. XXI. in Joh. cum hæreticus ex rebus humanis probare vellet, Filium, utpote miſſum, eſſe minorem Patre, utpote mittente, reſpondet: *Res humanæ fallunt homines, res divinæ purgant. Noli attendere ad res humanas, ubi major videtur, qui mittit, quam ille, qui mittitur.* Quærit Clemens Alex. l. c. *an aliquis ejuſmodi verus ſtatus pietatis, ac Dei cultus, cujus ſola eſt magiſtra ratio, ſit?* Reſp. *ὐκ ἔγωγε οἶμαι: non equidem ego arbitror.* Confer. Nyſſ. Orat. III. cont. Eunom: f. 532. 536. tom. 2. opp.

aut traditiones. §. 8. Neque (4) *traditiones.* Matth. XVII. 10. ſeq. Marc. IX. 11. diſcipuli quæſtionem movent de traditione Eliæ futuri; ſed Chriſtus ad ſcripturam ipſos remittit. Traditiones ſunt plantæ non plantatæ à Deo Patre, ideoque eradicandæ. Matth. XV. 13. juxta explicationem Hilarii: *Omnem plantationem, quæ non à patre ſit, eradicandam dicit, i. e. traditionem hominum eruendam, cujus favore legis præcepta ſunt transgreſſi.* ad l. c. Hieronymus cum illis comparat fermentum, dum verba Chriſti Matth. XVI. 6. intelligit *de traditionibus hominum*, quas qui negligit, *faciat Dei mandatum.* Objicis: Joh. XVI. 12. Chriſtus diſcipulis ait, multa adhuc ſeſe habere, ipſis dicenda, ſed iſta ipſos portare non poſſe: Ergo. Sic olim Hæretici, ut probarent ſuas traditiones: quibus ℞. Auguſt. tract. 97. in Joh. *Omnes inſipientiſſimi hæretici qui ſe Chriſtianos vocari volunt, audacias figmentorum ſuorum, quas maximè abhorret ſenſus humanus, hac occaſione Evangelicæ ſententiæ colorare nituntur, ubi Dominus ait: Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, quaſi hæc ipſa ſint, quæ diſcipuli tunc portare non poterant, & ea docuerit ſpiritus Sanctus, quæ palam docere atque prædicare, quantalibet feratur audacia, ſpiritus erubeſcit immundus:* Addit: *quum tacuerit Chriſtus, quis noſtrum dicat, iſta vel illa eſſe? aut ſi dicere audeat, unde*

Digitized by Google

unde probabit? Quis tam vanus aut temerarius, qui, etiamſi vera dicat, ſine ullo divino teſtimonio affirmet ea eſſe, quæ dicere tunc Dominus noluit? Hæc ille. Unde conſequitur

§. 9. neque *antiquitatem* promiſcuè ſic dictam eſſe principium fidei. Quod enim dictum erat antiquis, id Chriſtus aliter dixit. Matth. V. 21. Diſtinguendum autem inter antiquitatem vel novitatem rerum & verborum, & hanc vel ſobriam vel profanam; Novitas verborum, & circumſtantiarum, ſi congruat orthodoxiæ rerum, repudianda non eſt: *Nam ſi omnis novitas profana eſſet, nec à Domino diceretur* (Joh. XIII. 34.) *mandatum novum do vobis; nec teſtamentum appellaretur* (Luc. XXII. 20.) *novum*: ſic Auguſtin. tract. XCVIII. in Joh. ubi ex profeſſo hac de materia agit, & inſtantias dat, à nomine Chriſtianorum, Xenodochiis & monaſteriis, Homouſio, &c. vocabulis novis petitas. Aut antiquitas.

Neque *ſucceſſionem* eſſe fidei principium. Matth. III. 9. nolite, ait Johannes Baptiſta ad Judæos, dicere, Abrahamum habemus Patrem; quandoquidem Deus poſſit Abrahamo vel ex lapidibus excitare filios. i. e. aliunde, quam ex carnali ſucceſſione, ſibi tales facere: *Non enim ſucceſſio carnalis quæritur, ſed fidei hæreditas*, ait Hilar. ad l. c. Juſtinus Martyr in dialog. cum Tryph. f. 278. eadem de materia diſſerit, & exemplum Jacobi in medium adducit, ut probet, fiduciam non eſſe ponendam in carnali propagatione, ſed vera Dei agnitione: *Eo quippe beatum Jacobum cognominavit, benedicens ei ſuo ipſius nomine; ac per hoc ſimul prædicens, omnes, qui per eum ad Patrem confugerent, benedictum eſſe Iſraelem. Vos autem horum nihil intelligentes, neque adeo intelligere connitentes, quia ſecundum carnale ſemen Jacobi filii eſtis, ſalvos vos omnino fore ſperatis: ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τούτοις ἑαυτοὺς πλανᾶτε, ſed quod in his quoque vosmetipſi ſeducatis, pluribus eſt à me probatum.* Si ſtandum fuiſſet ſucceſſione mera perſonali, ſtandum fuiſſet traditionibus etiam Phariſaicis, quippe quod Phariſæi Moſi in Cathedra ſucceſſerint. Matth. XXIII. 2. Aut ſucceſſio.

§. 10. Neque (6) *miracula quævis*, Diſtinguendum eſt inter miracula. Alia enim fundamentum habent in Dei verbo, cujus ſunt ſigilla; alia non; Iſta fidei principium ſunt; Nam materialiter ſunt & ipſa Dei verbum, hæc minimè. Erit Aut miracula.

Digitized by Google

aliquando in die extremo, cum nonnulli dicturi ſunt: Domine, in nomine tuo miracula fecimus, & dæmonia ejecimus: ſed reſponſum ferent Matth. VII. 22. 23. nunquam vos agnovi, diſcedite â me malefici: *Prophetare & virtutes facere, & dæmonia ejicere, interdum non ejus meriti eſt, qui operatur; ſed vel invocatione nominis Chriſti hoc agit, vel ob condemnationem eorum, qui invocant;* ait Hier. Confer ejusdem dicta ad c. 1. in epiſt. ad Gal. Item Auguſt. de unit. Eccleſ. c. 19. & Tract. VI. in Joh. & ſerm. XVIII. de verb. Dom. Chryſoſt. homil. 76. in Matth. & in 2. cap. 2. ad Theſſ. & homil. XIX. in 1. cap. Joh. Iſidor. lib. 1. epiſt. 145. Quare Chriſtus recte prius docuit, deinde miracula perpetravit. Marc. I. 22. & ſpectatores miraculorum interrogant: qualis hæc eſt doctrina? Imo Phariſæi dicuntur Deum tentaſſe, quod miraculum ex cœlo illuſtre petierint à Chriſto, quibus hic nullum aliud promiſit, niſi Jonæ Prophetæ, in S. literis fundatum. Matth. XVI. 1. Marc. VIII. 11. ſeqq. Confer. Origen. tom. XII. comm. in Matth. fol. m. 265. ſeqq. Certe Chriſtus prædixit miracula etiam PſeudoChriſtos & Pſeudoprophetas eſſe perpetraturos, ut in errorem inducerentur etiam Electi, ſi poſſibile eſſet. Matth. XXIV. 24. Marc. XIII. 22. Addamus Auguſtini applicationem ex tract. XIII. in Joh. quæ ſic habet: *Nemo ergo vobis fabulas vendat: & Pontius fecit miraculum, & Donatus oravit, & reſpondit ei Deus de cœlo. Primo aut falluntur, aut fallunt: poſtremo fac illum montes transferre, Charitatem autem, inquit, non habeam, nihil ſum. Videamus, utrum habuerit charitatem, crederem, ſi non diviſiſſet unitatem. Nam & contra iſtos, ut ſic loquar, mirabiliarios cautum me fecit Deus meus, dicens,* (Marc. XIII. 21.) *in noviſſimis temporibus exurgent Pſeudoprophetæ, facientes ſigna & portenta, ut in errorem inducant, ſi fieri poteſt, etiam electos. Ecce, prædixi vobis. Ergo cautos nos fecit ſponſus, quia & miraculis decipi non debemus. Aliquando enim & deſertor terret provincialem. Sed utrum in caſtris ſit, & aliquid illi proſit character ille, in quo ſignatus eſt, hoc attendit, qui terreri & ſeduci non vult. Teneamus ergo unitatem, fratres mei, præter unitatem & qui facit miracula, nihil eſt.* Error igitur in fidem fundamentalis ſtare poteſt cum miraculis; ut non quævis ea principium fidei ſunt, niſi verbum acceſſerit. Hoc autem acceden-

cedente, ſunt fidei principium. Huc ſpectat illuſtris locus Origenis, qui habetur comment. in Joh. t. V. f. m. 80. ubi diſputat contra eos, qui negabant teſtimonia Prophetarum de Chriſto, eo quod opus non habuerit iſtis ad demonſtrandam ſuam Deitatem, miraculis ſatis declaratam: His hæc verba regeſſit: *Hoc quoque conſiderandum eſt, quod prodigioſæ & admiranda potentiæ eos quidem, qui Domini ætate vixiſſent, invitare poterant ad credendum,* οὐκ ἔσωζον δὲ τὸ ἐμφατικὸν μετὰ χρόνους πλείονας, ἤδη καὶ μύθους εἶναι ὑπονοηθείσας. πλεῖον γὰρ τῶν τότε γινομένων δυνάμεων ἰσχύει πρὸς πειθὼ ἡ νῦν συνεξεταζομένη ταῖς δυνάμεσι προφητεία, κἀκείνας ἀπιστεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἐφιστάντων αὐταῖς κωλύουσα: *at non ſervaſſent poſt multa tempora evidentem demonſtrationem, quinimo etiam fabularum loco habitæ fuiſſent: plus enim potentiis ac miraculis illius temporis potuit ad perſuadendum prophetia, quæ nunc cum potentiis ipſis, & miraculis expenditur, & comparatur, confirmans prophetiæ indagatores, ut fidem habeant illis potentiis prodigioſis & admirandis.* Ex his verbis patet, quod tum demum miraculis fidem cautè adhibemus, quando verbum Dei eadem commendat, & comitatur. Unde Chriſtus ad miracula provocat, cum juberetur auctoritatem ſuam Meſſianam probare. Joh. X. 25. Lazaro ex mortuis ſuſcitato multi Judæorum in Chriſtum crediderunt. Joh. XI. 45. & poſtquam Jeſus Bethaniam, Ephraim urbe relicta, rediiſſet, multi Judæorum illuc venientes in ipſum crediderunt propter miraculum perpetratum. Joh. XII. 11. Qui ſecus fecerunt, non habuerunt, unde ſeſe excuſarent. Joh. XV. 24. *Mirabiliter Chriſtiani, religionis initio, non minus miraculis, quam doctrina ſunt adducti ad relinquenda inſtituta patria, & ad aliena traducti*: ait Orig. lib. VIII. cont. Celſ. Cui ſubſcribit Baſilius, dicens, Chriſtum miracula verbo addidiſſe, ἵν᾽ οὓς οὐκ ἔπεισε κηρύττουσα γλῶσσα, τούτοις ὀφθαλμοὶ μαρτυροῦντες ἐλέγξωσι, *ut quibus non perſuaſit prædicans lingua, hos oculi teſtes redarguerent*, vel, ut alibi loquitur: κηρύττων τὴν ἀλήθειαν τοῖς λόγοις, ἐπιστοῦτο τὴν ἐπαγγελίαν τοῖς θαύμασι: *prædicans libertatem verbis, credibilem fecit annunciationem miraculis.* Obſerva, verbum præcedere, miracula ſequi. Fit etiam, ut Fides accendatur nullis editis miraculis. Joh. IV. 41. Samaritani credunt, ſolo Chriſti verbo fidem accendente: *Samaritani nullum ſignum exſpectaverant, verbo ejus crediderant:* ait

ait Auguſt. tract. XVI. in Joh. & paulo poſt: *ad ſolum ſermonem crediderunt plures Samaritani*; Et pluribus interpoſitis de ſui temporis fidelibus addit: *Evangelium audivimus, Evangelio credimus, Evangelio conſenſimus, per Evangelium in Chriſtum credimus, nulla ſigna vidimus, nulla exigimus.*

II. *Onomatologia.* §. II. Oſtenſo, quod præter verbum Dei, in ſcripturis contentum, non ſit aliud fidei principium, operæ precium erit, de iſto quædam adjungi. Et quidem, quod I. *Onomatologiam* attinet, ipſa vox occurrit in ſcriptis Evangeliſtarum, citantibus eam ſive Chriſto, ſive Evangeliſtis, ſive aliis varia occaſione: Dicitur ſive γραφὴ, *ſcriptura* in numero ſingulari; ſive γραφαὶ *ſcripturæ* in plurali, Joh. II. 22. V. 39. Notat autem vel ipſas expreſſas literas, vel literarum ſenſum & conſequentias. Joh. X. 35. ait Chriſtus, ſolvi eam non poſſe, ſcil. quoad rem ipſam, quin fiat, quod ipſa dicit. Matth. XXII. 29. 31. Marc. XII. 24. 26. Luc. XX. 37. diſputat Chriſtus cum Sadducæis de reſurrectione mortuorum, num quæ futura, vel poſſibilis ſit? & ignorantiæ eos ſcripturarum arguit, quod non animadvertiſſent locum e. g. Exod. III. 6. ubi Deus eſſe dicitur Deus Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, dudum mortuorum, nempe naturæ, viventium tamen Deo, mortuis excitare potenti. Aliquanto remotius eſt, quod ad l. c. ſentit Origenes, quaſi etiam allegoriæ veniant nomine ſcripturæ, concedens, iſtas *non ipſis quidem verbis, neque ita, ut à quibuslibet deprehendi, & adverti queant*, ἀλλ' ἐν τροπολογίᾳ, *ſed tropologicè in ſcriptura contineri.* Interdum accipitur pro tota, quanta tunc extabat, interdum pro una vel altera libri parte. Confer Joh. V. 39. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Neque uno vocabulo aut phraſi appellantur & deſcribuntur: Nam appellantur *teſtimonium.* Joh. VIII. 18. collato cum Jeſ. XLII. 6. Malach. IV. 2. quod Pater perhibet filio ſuo; Item *Lex* Joh. X. 34. XV. 25. habito reſpectu ad Pſalm: LXXXII. Item *veritas*; Eſt enim Dei verbum veritas ipſa. Joh. XVII. 17. His accedunt ſimilitudines & allegoriæ, quibus illæ, ſaltem juxta explicationem Patrum; adumbrantur. Agro comparari Matth. XIII. 44. putat Origenes comm. in Matth. fol. 209. A. *Videtur mihi*, inquiens, *ſecundum hæc ager ille ſcri-*

Digitized by Google

ſcriptum eſſe, conſita iis, quæ perſpicua ſunt in hiſtoriæ verbis, & legis, & Prophetarum, & reliquis ſententiis, copioſa quippe & varia ſatio eſt totius ſcripturæ Verborum: Theſaurus quoque in agro abſconditus, occulti ſunt & ſub perſpicuis verbis abſtruſi ſenſus Sapientiæ delitеſcentis in myſterio & Chriſto: Ad eundem ſenſum explicat Hieronymus. Origenes ſagenæ quoque confert: v. 47. nempe *variæ texturæ, propter veterem ac novam ſcripturam ex omnigenis variisque ſententiis contextam:* Hieronymus poſt Origenem, *margaritæ* v. 45. omnium pretioſiſſimæ:

§. 12. II. In *Pragmatologia* primum locum occupat *Auctor* primarius, qui eſt Deus, Luc. I. 70. Joh. IX. 29. & quæ inter perſonas divinas potiſſimum exprimitur tertia, Spiritus nimirum Sanctus. Hic eſt, qui per Davidem locutus eſt quæ in Pſalmis extant. Marc. XII. 30. Ille ipſe eſt, qui Apoſtolis ſuggeſturus erat, quidquid vel loquerentur, vel ſcriberent Dei nomine. Marc. XIII. 11. Matth. X. 19. Adeoque Deus auctor erat etiam hiſtoriæ Evangelicæ. Probatur *argumentis* inſitis, quæ ſunt harmonia inter V. T. & N. T. Luc. I. 70. Matth. XI. 13. Sublimitas myſteriorum. Matth. XVI. 17. *Ipſa quippe Prophetiæ amplitudo* (τῆς προφητείας τὸ χῆμα) *quæ in ſacris literis invenitur, neceſſitate nos veluti quadam adigit, ut credamus*, ὡς ἦσαν πνευματοφόροι, *quod fuerint à ſpiritu* (ſancto) *afflati:* ait Cyril. comm. ad Joh. VII. 39. Auctoritas Dei in iſtis ſcripturis loquentis, ut Patris Matth. III. 17. XVII. 5. Filii, cujus ſermones utramque paginam implent; (imprimis apud Johannem, qui præcipue annotavit Chriſti ſermones & conciones.) vide Luc. XXI. 15. Et ſpiritus ſancti Luc. II. 26. Marc. XIII. 11. Loquentis vel immediatè vel mediate per Angelos, Matth. I. 20. II. 13. 19. & per homines, Matth. X. 19. & obſignantis corda per ipſum verbum. Joh. III. 33. XIV. 37. & conſolidantis ἀσφαλείᾳ Luc. I. 3. 4. Accedunt argumenta *aſſumpta*, quæ ſunt teſtimonia Eccleſiæ, quale Moſi perhibuit Judaica, Joh. IX. 29. Johanni Epheſina. c. XXI. 24. Confer dicta Art. I. Sect. I. §. 7. ſeqq.

III. *Pragmatologia.*

(1) Auctor primarius.

§. 13. *Auctores* ſecundarii ſunt homines, quorum opera Spiritus ſanctus uſus eſt in V. T. & in N. T. *Sunt fundamenta Prophetæ & Apoſtoli, quia eorum auctoritas portat infirmitatem noſtram. Quare*

& Secundarius,

ut *Moſes* cujus.

ſunt portæ? quia per ipſos intramus in regnum cœlorum; prædicant enim nobis, & cum per ipſos intramus, per Chriſtum intramus. Verba ſunt Auguſtini comm. in Pſalm 86. reſpicientis ad Matth. XVI. 18. Eph. II. 20. & quidem (1) in V. T. ſunt Moſes & Prophetæ, quos ſuis diſcipulis comitibus explicabat Chriſtus in itinere Emaunitico. Luc. XXIV. 27. *nihil ſcripturarum veterum prætermittens*; explicante Auguſt. tract. IX. in Joh. Symbolum hujus rei erant Moſes & Elias in monte apparentes, quos clarificato Jeſu viderunt diſcipuli, *Moſen h. e. legem, & Eliam per Synecdochen h. e. non ipſum ſolum; ſed omnes Prophetas cum Jeſu communicantes*: explicante Origene tom. XII. in Matth. f. m. 298. *Moſes* à Chriſto Luc. XXIV. 27. primus nominatur, utpote πρῶτος τῶν προφητῶν γενόμενος *qui primus Prophetarum fuit*: uti ait Juſtin. Mart. Apol. 2. pro Chriſt. f. m. 56. Eſt Miniſter legis, ſicut ea Prophetis contra diſtinguitur. Matth. XI. 13. Et Pſalmis Luc. XXIV. 44.

Onomatologia,

Sumitur autem vox Moſes vel pro ipſa perſona, quæ Miniſter Dei fuit, Matth. VIII. 4. XVII. 3. vel pro ſcriptis ipſius, quo ſenſu Abrahamus epuloni reſpondet: habent Moſen & Prophetas, i. e. ſcripta Moſis & Prophetarum. Luc. XVI. 29. & Chriſtus Moſen explanavit, nempe ipſam ſcripturam, uti Evangeliſta ipſe mox explicat. Cap. XXIV. 27. Scripta autem accipiuntur interdum pro totidem literis & ſyllabis, ut cum ipſa Moſis verba allegantur. Matth. XXII. 24. 32. Luc. XX. 28. Interdum pro ſolo ſenſu, & conſequentiis inde deductis. Luc. XX. 37. ubi Moſes dicitur indigitaſſe reſurrectionem mortuorum per verba Exod. III. 6. Ita Joh. I. 45. dicit Philippus, inveniſſe ſeſe, de quo Moſes & Prophetæ vaticinati eſſent, atqui de Jeſu Nazareno totidem literis & ſyllabis non ſcripſerant. Dicuntur autem Moſis ſcripta interdum *Lex*. Matth. XXII. 36. 40. Luc. XXIV. 44. Et quidem *ſcripta* lex. Nam Moſes legem, & in lege de rebus variis ſcripſit. Joh. I. 45. V. 47. Unde & *ſcriptura* appellatur, cum Chriſtus Sadducæos, ignorantes, quod Exod. III. 6. fundata eſſet mortuorum reſurrectio, accuſat ignorantiæ *ſcripturæ*. Matth. XXII. 29. Item *liber* Moſis Marc. XII. 26. Cujus *auctor* eſt Deus. Nam quod Moſes dixit de honorandis parentibus Marc. VII. 10. Id Dei verbum

Αἰτιολογίας ut *Auctor*.

eſſe dicitur. v. 13. Matth. XV. 4. ut hactenus bene dixerint Judæi Joh. IX. 29. ſcimus, quod Deus Moſi locutus ſit. Moſes fuit Dei miniſter in ſcribenda & promulganda lege, & propterea ſæpius dicitur ipſe ſcripſiſſe, præcepiſſe, permiſiſſe contenta legis Joh. VII. 19. 22. Matth. XIX. 7. 8. *Dicit ſcriptura* (Joh. I. 17.) *Lex per Moſen data eſt*; *Non à Moſe*; *ſed à Verbo quidem*, *verum per Moſen ſervum ſuum*; ait Clem. Alex. lib. I. Pæd. c. 7. *Materia* ſcripti præcipua, ad quam tanquam ad ſcopum & centrum reliqua omnia referuntur, eſt Meſſias: Is eſt, de quo Moſes ſcripſit. Joh. I. 45. teſtatus, c. V. 46. & vaticinatus eſt. Luc. XXIV. 44. 45. Confirmatur inductione. Quod enim dogmatica attinet, referri ea poſſunt vel ad legem, vel ad Evangelium; Atqui lex eſt pædagogus ad Chriſtum, tanquam ad ſuum ſcopum, & corpus, & complementum; Evangelii vero nucleus eſt ille ipſe Chriſtus. Imo obſervante Auguſtino lib. I. conſ. Evang. c. 11. adverſus calumniatores Chriſti & Apoſtolorum, Judaicæ *reip. tota adminiſtratio prophetia erat illius regis venturi, & civitatem cœleſtem ex omnibus gentilibus conditurí.* Et Tract. IX. in Joh. *lege libros omnes Propheticos, non intellecto Chriſto, quid tam inſipidum & fatuum invenies? Intellige ibi Chriſtum, non ſolum ſapit, quod legis, ſed etiam inebriat, mutans mentem à corpore, ut præterita obliviſcens, in ea, quæ ante ſunt, extendaris.* Et paulo poſt: *Nihil ſapit* (ſcriptura prophetica) *ſi non ibi Chriſtus intelligatur.* Origenes tom. XII. in Matth. myſterium quærit in transfiguratione Chriſti & diſparitione Moſis & Eliæ: *Moſes, qui lex eſt, & Elias h. e. Propheta unum & idem facti ſunt ac Jeſus, i. e. Evangelium: Nec ut prius tres erant, permanſerunt, ſed tres unum facti ſunt.* Unde lex *generalius* accepta complectitur non ſolum facienda, vel omittenda, ſed etiam χριστολογίαν: & conſequenter etiam ipſam Θεολογίαν, & Ἀνθρωπολογίαν: Theologiam, dum docet, Deum eſſe unum. Deut. VI. 4. 5. Marc. XII. 29. vid. Auguſtin. lib. I. de conſ. Evang. c. 6. ſeqq. χριστολογίαν; Evidenter hoc patet ex Joh. I. 45. ubi Philippus ait, ſeſe inveniſſe de quo Moſes *in lege* ſcripſiſſet, nempe Meſſiam. Confirmatur verbis Chriſti ad comites Emaunticos factis. Luc. XXIV. 44. oportet, ait ille, omnia de me *in lege* Moſis ſcripta impleri. Quorſum tendit apparitio Moſis in monte Tabor, quando

Materia.

Generalius.

Digitized by Google

Chriſtus clarificatus eſt Matth. XVII. 3. ſeqq. Dum enim & ipſe de exitu ex Hieruſalem cum Chriſto colloquebatur. Luc. IX. 31. colligitur paſſionem & mortem Chriſti eſſe materiam ſcriptorum Moſaicorum. Ἀνθρωπολογίαν, dum hominem ſiſtit, ſicut eſt creatus à Deo, in ſumma perfectione Gen. II. 24. Math. XIX. 5. Eundem lapſum arguit peccati: Gen. VI. 5. Matth. XV. 19. Hac materia comprehenditur in Pentateucho, ex cujus ſingulis libris in Evangeliis allegantur teſtimonia. Ex Geneſi Matth. XIX. 5. XXVI. 52. Ex Exodo. Matth. V. 21. ſeqq. Levitico. Matth. V. 38. 43. VIII. 4. Numeris. Matth. XXIII. 5. Ex Deuteronomio. Matth. IV. 4. 7. 10. XIX. 7. XXII. 37. *Specialius* autem lex accepta opponitur Evangelio, quod gratiæ nuncium eſt, & ipſum corpus exhibet, ſicut iſta iræ, & umbræ miniſtra: Lex enim per Moſen data, gratia autem & veritas per Jeſum Chriſtum facta ſunt. Joh. I. 17. Hoc ſenſu legis acceptæ materia ſummaria eſt dilectio Dei ſuper omnia, & charitas proximi ſicut ſuimet. Matth. XXII. 37. 40. Marc. XII. 29. 30. 33. Et vulgo diſtribui ſolet in legem moralem, cæremonialem, atque forenſem, diſtributione etiam in N. T. fundata. Quod enim legem *Moralem* attinet, quæ in decalogi duabus tabulis comprehenditur, nominavimus jam principale præceptum de charitate debita Deo & proximo; Deo, qui unicus eſt. Marc. XII. 29. Et unicè ut diligendus, ita adorandus. ἀπὸ τῆς γραφῆς δείκνυσι *Ex ſcripturis oſtendit* (Chriſtus) *ipſi, aut potius nobis, uni ſummo rerum omnium præſtantiſſimo Deo adorationem deferendam, præterea nemini*; ait Chryſoſt. in Catena Corderii. Proximo, quales ſunt parentes à liberis colendi. Matth. XV. 4. & alii. c. XIX. 18. 19. Marc. VII. 10. *Ceremonialis* quoque aliquot exempla occurrunt: Citatur enim Luc. II. 22. lex de purificatione puerperarum ex Exod. XIII. 2. Lev. XII. 8. Lex de donis Sacerdoti offerendis. Matth. VIII. 4. Marc. I. 44. ex Lev. XIV. 4. Lex de circumciſione Joh. VII. 22. Ex Lev. XII. 3. Sed & *forenſis* præcepta occurrunt: quale eſt præceptum de ducenda fratria uxore. Matth. XXII. 24. Luc. XX. 28. Lapidatio adulterarum. Joh. VIII. 5. permiſſio libelli repudii. Matth. XIX. 7. Marc. X. 4. Ex dictis elicitur *forma* legis, quæ eſt præcipere, vel

vel Specialis.

Forma.

interdicere, vel permittere, vel laudare, vel vituperare, accuſare; & damnare. Præcepta ſunt agendorum, e. g. donorum ſacerdoti offerendorum. Matth. VIII. 4. diligendi Dei & proximi. Marc. XII. 29. 30. 31. adorandi Dei. Matth. IV. 10. Deut. VI. 13. Interdicta omittendorum e. g. tentationis adverſus Deum Deut. VI. 16. allegante Chriſto Matth. IV. 7. cædis, adulterii, &c. Matth. V. 21. 27. Permiſſio infirmitatum, ut erat libellus repudii, Judæis permiſſus propter duritiem cordis, cum non eſſet alia via cavendi cædes in gente Zelotypa & vehemente. Matth. XIX. 7. Laudatio virtutum, quæ ſincero corde fiunt. Luc. I. 6. Vituperatio, accuſatio, & damnatio incredulorum, & impiorum. Matth. XV. 4. de quibus Moſes conqueritur. Joh. V. 45. In genere appellantur Cathedra Moſis, quam Phariſæi & ſcribæ inſidebant Matth. XXIII. 2. *Finis* legis Moſaicæ generalius acceptæ eſt præſcribere normam credendorum & faciendorum, vel omittendorum. Luc. XVI. 29. 31. remittuntur fratres epulonis, pro quorum fide, converſione, & ſalute ſolicitus fuerat epulo, ad Moſen & Prophetas, ut hos & iſtum audiant, & audiendo credant, & credendo æternos cruciatus evadant. Joh. V. 46. 47. Chriſtus aperit fontem, cur ſibi credere nollent Judæi, nempe, quia Moſi, in ſuis ſcriptis de Meſſia teſtanti, credere nollent; fides igitur in Chriſtum erat finis ſcriptorum Moſaicorum; Adeoque & vita æterna, quod idem Chriſtus v. 39. indigitat, quando jubet Judæos ſcrutari ſcripturas, credentes, in eis vitam ſeſe æternam habere, nec immerito, iſtas enim de ſeſe, principe & auctore vitæ, teſtari. Cum Sathanas ipſum aliquoties tentaret, aliquoties ipſe iſti dicta ſcripturæ opponebat Matth. IV. 4. 10. Ex Deut. VIII. 3. VI. 13. petita, hoc ipſo docens, normam credendorum, ut eſt conſervatio hominis, & agendorum, ut eſt adoratio Dei ſolius, ex ſcripturis ſacris eſſe petendam, contra hoſtes veritatis: *Falſas de ſcripturis Diaboli ſagittas, veris ſcripturarum frangit clypeis.* Hieron. ad l. c. Num vero Chriſtus Deuteronomium ideo allegarit, *ut ſecundæ legis Sacramenta monſtraret*, hoc ego ſubtilius, quam ſolidius dictum cenſuerim. *Æſtimium* Moſis & librorum inſigne eſt. Nam

Finis.

Æſtimium.

non ſolum Evangeliſtæ, viri θεόπνευστοι, ad ipſos provocabant, confirmaturi ſua ſcripta; neque ſolum Angeli iis utebantur, ſed ipſe etiam Chriſtus argumenta, & principia inde petebat vel in graviſſimo conflictu cum diabolo, Matth. IV. 4. 10. Imo nec diabolus, impudens alias ſpiritus, & mendacii pater, auſus eſt ipſius auctoritati derogare, dum auditis dictis iſtis obmutuit, v. 11. Æſtimium quidem Moſis magnificum præ ſeſe ferebant Judæi Joh. VII. 23. IX. 29. Cæterum in rei veritate ſpernebant ipſum, ſuas traditiones humanas ipſius præceptis præferendo, ut erat Korban, notante Chriſto Marc. VII. 10. 11. 13. additiones & pſeudhermeniæ Veterum, quarum longum catalogum recenſet & caſtigat Chriſtus Matth. V. 21. ſeqq. Transgreſſiones legum Moſis ſanctiſſimarum. Joh. VII. 19.

Et Prophetæ: eorum Onomatologia.

§. 14. Moſi ſubordinantur *Prophetæ*. Eſt autem Propheta vi vocis is, qui futura prædicit. Matth. XI. 9. 13. XIII. 17. Significatio varia eſt. Interdum ſumitur *latè*, pro quovis Dei & Eccleſiæ miniſtro. Matth. X. 41. XIII. 57. interdum *ſtrictè*, pro miniſtris Dei in V. T. qui de rebus N. T. viva voce vaticinati ſunt, quo ſenſu dicuntur veteres Prophetæ. Luc. IX. 8. Interdum *ſtrictius* pro iis, qui, quæ viva voce dixerant, etiam ſcriptis comprehenderunt. Quo ſignificatu accipitur Marc. I. 2. Luc. I. 70. XVI. 29. XVIII. 31. XXIV. 44. Joh. I. 45. His enim in locis Prophetæ dicuntur ſcripſiſſe, eorumque teſtimonia ſcripta allegantur. Interdum *ſtrictiſſimè*, pro Coryphæo omnium Prophetarum, Chriſto, quem Deut. XVIII. 15. 18. Moſes prædixit, & N. T. exhibuit. Joh. I. 45. Matth. XXI. 11. Luc. VII. 16. XXIV. 19. Hic loci vocem nos accipimus in ſignificatione tertia, nempe *ſtrictiore*, prout eos Prophetas denotat, qui vaticinia ſua literarum monumentis conſignata divinitus nobis reliquerunt. Quo ſignificatu vox accepta iterum tamen diverſa quantitate ſumitur. Vel enim comprehendit etiam Pſalmos, ita ut Legi, ſeu Moſaicis ſcriptis adæquatè contradiſtinguatur. Luc. XVI. 29. XXIV. 27. Matth. XI. 13. XXII. 35. vel non comprehendit, dum ſeorſim Pſalmi, adeoque & Pſalmorum auctor, David, exprimuntur. Luc. XXIV. 44. ubi Chriſtus ait, quod omnia in Moſis lege, Prophe-

Digitized by Google

phetis, & Pſalmis ſcripta de ſe, oporteat impleri. Ex quo ipſo loco patet, quod vox Prophetæ etiam librum Propheticum (uti explicatur Luc. IV. 17.) ſignificet: quo ſenſu h. l. non accipimus vocem; cum hoc ſenſu ad materiam ſpectet, ſed eo, quo notat miniſtrum Dei, & amanuenſem Spiritus ſancti.

§. 15. Dei, inquam, & Spiritus ſancti. Hujus enim juſſu, impulſu, dictatu, & influxu ſpeciali myſteria divina in literas ſancti viri, tanquam amanuenſes, retulerunt. Deus per os Jeſaiæ Prophetæ cap. VII. 14. dixit, quod virgo prægnans & mater filii futura eſſet. Matth. I. 22. Idem erexit cornu ſalutis in domo David, ſicut promiſerat per os Prophetarum. Luc. I. 70. Et in ſpecie *Spiritus ſanctus*, cujus revelatione & inſtinctu David Meſſiam ſuum Dominum appellavit, aſſerente ipſomet Chriſto, Matth. XXII. 43. *Ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus beatum Davidem teſtatur ὡς ἐν πνεύματι λαβόντι μυστήρια in ſpiritu accepiſſe myſteria*: ait Cyril. ad Joh. VII. 39. Atque hic ipſe quoque Dominus eſt, qui Prophetis revelavit, quæ in ſinu Patris didicerat ab æterno. Joh. I. 17. 18. confer. Matth. XIII. 35. Sic habemus totam ſacroſanctam *Trinitatem* in Prophetis vetuſtioribus operoſam: Qui propterea dicuntur *Sancti* prophetæ Luc. I. 70. nempe ab inhabitante Trinitate, & impellente Spiritu Sancto, à quo ad hoc officium ſingulari facto ſegregati erant, digni, quibus credatur, vel propter ſola prædictorum complementa: *Si verum* (Prophetæ) *dixerunt, cur tanta divinitati reſiſtitur?* quærit Auguſt. lib. 1. de conſ. Evang. c. 16. αἰτιολογία nempe Auctor primarius.

§. 16. Horum Prophetarum quorundam *nomina* in libris Evangelicis expreſſa leguntur, quorundam non, Matth. I. 22. II. 5. generali Prophetarum nomine Luc. I. 70. XVI. 29. XXIV. 44. comprehenſa, dubio procul ideo, quod unus omnium ſpiritus, unum os, & unus Chriſtus, i. e. auctor, & materia principalis eſſet. Quorundam, quorum nomina non exprimuntur, ſaltem verba & teſtimonia allegantur, ex quibus nomen ipſorum venari licet. Exprimuntur autem ſive nomina, ſive ſcripta Davidis Matth. XIII. 35. XXII. 43. allegatis dictis Pſalmi LXXVIII. 2. CX. 1. cui Hieronymus comment. ad Matth. XIII. 35. adjungit *Aſaphum, Idithum, & Heman Eſraitam, & Etham, & filios* & ſecundarius:

Coreb,

Coreh, & reliquos, quos ſcriptura commemorat: argumento ſumpto ex l. c. Matthæi: utpote in quo Aſaphus, Pſalmi auctor, *propheta* appelletur: Quod enim *in nonnullis codicibus* nomen *Jeſaiæ* lectum fuerit, id *à prudentibus viris eſſe ſublatum* merito cenſet. Jeſaiæ Matth. I. 22. II. 3. VIII. 17. Marc. I. 3. Luc. III. 4. &c. Jeremiæ. Matth. II. 17. XXVII. 9. Ezechielis. Matth. XXV. 35. Danielis Marc. XIII. 14. Hoſeæ. Matth II. 15. IX. 13. XII. 7. Jonæ. Math. XII. 39. Luc. XI. 29. Michæ. Matth. II. 5. Zachariæ. Matth. XXI. 4. Malachiæ. Matth. XI. 13. 14. Marc. I. 2. Sed nec Samuelis obliti ſunt Evangeliſtæ. Matth. X. 30. XII. 3. Marc. II. 26. Neque ſcriptoris Regum Matth. XII. 42. & Paralipomenon. Matth. XXIII. 21. 22. 35. Neque reliquorum. Si quis enim ſaltem verba & phraſes Evangeliſtarum, vel eorum, qui apud ipſos loquuntur, contulerit cum ſcriptis Veteris Teſtamenti, deprehendit, iſtos ex his *φράσεις* ſuas mutuatos eſſe.

Obj. (1) §. 17. Occurritur nobis h. l. à quibuſdam, objiciendo, (1) quorundam Prophetarum verba in N. T. ab Evangeliſtis allegari, quæ in hodiernis Prophetarum ſcriptis non extant. oportere igitur, ut vel perierint quædam Prophetarum canonica dicta, vel Evangeliſtæ *mala fide aut memoria* ea retulerint. e.g. Matth. II. 23. allegatur ex Propheta, neſcio quo: *Nazarenus vocabitur*, quod in nullo Propheticorum librorum hodie totidem

(2) literis & ſyllabis legitur. (2) Quædam quidem verba legi in ſcriptis Propheticis, ſed non ſemper eorum, quorum *nomina* allegantur ab Evangeliſtis. e. g. Matth. XXVII. 9. exprimitur nomen Jeremiæ, cum tamen vaticinium ſit Zachariæ. cap. XI. 12. 13. videtur igitur Matthæus memoria lapſus eſſe, vel certè Amanuenſis aliquis, aut librarius unius nomen cum alterius permutaſſe. Hieronymus quoque comment. ad Matth. XIII. 35. ſimile quid obſervat: *Legi*, ajens, *in nonnullis codicibus, & ſtudioſus lector forte reperiet id ipſum, in eo loco, ubi nos poſuimus, & vulgata habet editio; ut impleretur, quod dictum eſt per Prophetam dicentem: Ibi ſcriptum: per Eſaiam Prophetam dicentem. Quod quia minimè inveniebatur in Eſaia, arbitror poſtea à prudentibus viris eſſe ſublatum.* Sed quid Tibi videtur, Hieronyme? *Sed mihi videtur in principio ita editum: Quod ſcriptum eſt per Aſſaph Prophetam, dicentem: Septuageſimus enim*

enim Pſalmus, de quo hoc ſumptum eſt teſtimonium, Aſaph Propheta titulo inſcribitur : & primum ſcriptorem non intellexiſſe Aſaph, & putaſſe ſcriptoris vitium, atque emendaſſe nomen Eſaiæ; cujus vocabulum manifeſtius erat. Hæc ille. (3) Quædam & verba & nomina eſſe expreſſa, ſicut in V. T. hodie adhuc leguntur, & inveniuntur, ſed non eodem *ſenſu*, quo Evangeliſtæ intellexerunt, & allegarunt, ſed plane diverſo. e. g. Matth. II. 15. citantur verba Dei ex Oſe. XI. 1. *Ex Ægypto vocavi Filium meum*, tanquam de Chriſto, Dei filio, eſſent intelligenda, cum tamen apud Prophetam ſermo ſit de Iſraële, ſeu populo Iſraëlitico. (4) Quædam à ſcriptis Propheticis videntur prorſus *abludere*, imo ipſis *contradicere*. e. g. Matth. XIX. 5. ait Chriſtus quod Deus dixerit : relinquet homo patrem & matrem &c. Et tamen Moſes Gen. II. 23. refert, quod Adam iſta verba locutus ſit. (3) (4)

§.18. Varii varia reſpondent : nec vacat, omnes omnium reſponſiones adducere, & examinare. In genere ſciendum, quod multipliciter Prophetiæ impleantur (1) κατὰ ῥητὸν, ut illud Mich. V. 2. de patria Meſſiæ. Matth. II. 6. vel iſtud Jeſaiæ de virgine Meſſiæ Matre. Jeſ. VII. 14. Matth. I. 23. (2) κατὰ διάνοιαν, cum in Antitypo impletur, quod typus præfiguravit; aut reipſa fit, quod Prophetæ putarunt, ſeu intellexerunt, etſi totidem verbis non expreſſerint : *Oſtendit, ſe non verba de ſcripturis ſumpſiſſe, ſed ſenſum. Nazaræus ſanctus interpretatur : ſanctum autem Dominum futurum omnis ſcriptura commemorat:* ait Hieronymus ad dictum Matth. II. 23. Hinc ℞. ad (1) reſpexiſſe Evangeliſtam ad ſenſum vaticinii Jeſaiani cap. XI. 1. Et Jerem. XXIII. 5. ad retundendas Judæorum ſannas, quibus Jeſum tanquam Nazarenum, i. e. hominem nullius frugi, Joh. I. 46. traducebant, quandoquidem ipſimet Prophetæ iſtud ipſius nomen tacite ſaltem indigitarint. Ut locum hic habeat illud Ambroſii lib. III. de Spir. ſanct. c. ult. *diverſitas quidem verborum, non ſenſuum eſt.* Ad (2) reſpondent nonnulli, *non omnes codices Evangeliorum habere, quod per Hieremiam dictum ſit, ſed tantummodo per Prophetam*, uti refert Auguſtinus; *ſed utatur* (ἐπίκρισιν ſuam ſubjungit,) *iſta defenſione, cui placet : Mihi autem cur non placeat, hæc cauſſa eſt, quia & plures codices habent Hieremiæ nomen : & qui diligentius in Græcis exemplaribus Evangelium conſideraverunt, in antiquioribus*

℞. Generalis. 1. 2. Specialis ad (1) Ad (2)

tribus Græcis ita ſe perhibent inveniſſe : & nulla fuit cauſa, cur adderetur hoc nomen, ut mendoſitas fieret. Hæc ille optime ℞. lib. 3. de conſ. Evangel. c. 7. Ubi ſuas ſolutiones addit: primò hanc: *Secreto Dei conſilio factum eſt, ut animo Matthæi pro Zacharia occurreret Jeremias, quia omnes Prophetæ uno ſpiritu ſunt locuti, ita, ut ſingula ſint omnium, & omnia ſingulorum: quare ergo Matthæus hoc emendaret, quod ſpiritu regente fecerat, ut per hoc admoneremur, tantam inter Prophetas eſſe concordiam, ut uni congrue imputetur, quod ab alio dicitur.* Quæ Auguſtini obſervatio tum maxime valet, cum Prophetæ circa eandem materiam & typum verſantur. Deinde iſtam: Prophetas de diſtinctis eſſe vaticinatos, Jeremiam de agro, Zachariam de 30. argenteis. Agit enim Jeremias cap. XXXII. 8. de aliquo agro, quem emiſſet, eo quidem fine, ut Judæis fidem faceret reditus ex captivitate Babylonica, & cultus terræ reſtaurandi; Zacharias autem c. XI. 12. agit de figulo, & pretio pro Meſſia perſolvendo, quo ipſo interveniente emendus erat ager ille peregrinorum, cujus typus extiterat ager Jeremiæ, explicante typum ſpiritu ſancto per Matthæum. Quod locum Matth. XIII. 35. & verba Hieronymi attinet, merito nomen Jeſaiæ expunctum eſt ex *nonnullis*, ſcil. vitiatis codicibus; An vero prius extiterit nomen *Aſaphi*, id ego non dixerim; Etiamſi enim Aſſaphus eſſet ſcriptor Pſalmi LXXVIII. non tamen ſtatim nomen ipſius allegandum erat in citatione facta Matth. XIII. 35. cum aliquot loca ex V. T. allegentur (Matth. I. 22. II. 5. 23.) nominibus Prophetarum non expreſſis.

Ad (3) Ad (3) ℞. verba Oſeæ nos accipimus principali ſignificatu de ipſo Meſſia, cujus tamen typum geſſit populus Iſraëliticus ex Ægypto evocatus. Et hoc videtur velle Chryſoſtomus allegatus in Catena Corderii ad l. c. *Hæc verba*, inquiens: Ex Ægypto vocavi filium meum: *Ajunt de Moiſe & Iſraëlitico populo dicta. Verum eſt hoc* κατὰ τὴν ἱστορίαν, *Secundum hiſtoriam*; καὶ ἔστι τοπικῶς, κατὰ δὲ ἀναγωγὴν τὸν ἀληθινὸν υἱὸν λέγει, τουτέστι τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν χάριτι Ἰσραήλ: *quæ tamen & ipſa erat figura futurorum. Juxta myſticum vero ſenſum de vero ſuo filio loquitur, h. e. de Chriſto: & de Iſraele ſecundum gratiam.* Nicetas à Poſſino productus, regulam hanc ponit: ὅτι προφητείας νόμος τὰ πολλὰ πολλάκις μὲν ἐφ' ἑτέρων λέγεσθαι, πληροῦσθαι

ϛῶσ

γραφῆς δὲ ἐφ' ἑτέρων, i. e. *hæc eſt Prophetiæ lex : ut multa ſæpius de aliis dicantur, quæ in aliis adimpleantur* : ut adeo iſta verba Oſeæ de Iſraelitico quidem populo fuerint dicta, ſed in Chriſto demum adimpleta. Ad (4) R. ſibi invicem non contradicunt iſta, cum Deus & homo ſint ſubordinata, Deus nimirum verba iſta locutus eſt per Adamum θεόπνευστον. Ad (4)

§. 19. Horum igitur poſt Deum Auctorum ſunt ea dicta & ſcripta, quæ in N. T. leguntur. *Dicta*, quando dicuntur quædam dixiſſe Prophetæ, e g. Matth. II. 17. 23. ῥηθὲν: *dictum*: de clamore in finibus & plaga Bethlehem. *Scripta*, quando totidem verbis leguntur: Matth. XXI. 42. Jeſus ad Judæos: nondum, ait, legiſtis ἐν ταῖς γραφαῖς, *in ſcripturis*, reſpicens ad Pſ. CXVIII. 22. Ita Luc. IV. 17. traditur Chriſto βιβλίον ἠσαΐου *liber Jeſaiæ* : quem explicabat, & complicabat. Ut evidenter appareat, Prophetas ſua dicta in literas & libros retuliſſe. Quare dicta & ſcripta Prophetarum ſibi invicem non ſunt opponenda. Matth. XXI. 4. allegatur ῥηθὲν *dictum* per prophetam, quod tamen eſt *ſcriptum* Zach. IX. 9. Scriptorum iſtorum alia ſunt hiſtorica, alia etiam dogmatica. In dogmaticis nucleus eſt articulus de Chriſto, ſicut & in ſcriptis Moſaicis. Elegantiſſime Origenes comment. in Matth. XIII. 45. 46. Prophetas comparat conchis ; Chriſtum vero margaritæ, ex rore cœleſti in conchis iſtis conceptæ: En ipſius verba: *Quærit* (ſpiritualis mercator) *margaritas in omnigenis ſermonibus veritatem profitentibus, in iisque, qui ſermones illos proferunt*: καὶ ἔσωσαν, ἵνα οὕτως ὀνομάσω, οἱ ἀπὸ τῆς οὐρανίου δρόσου συλλαμβάνοντες κόγχοι, καὶ κύοντες ἐξ οὐρανοῦ λόγον ἀληθείας, προφῆται, οἱ καλοὶ μαργαρῖται): *Et ſunt, ut ita appellem, conchæ è cœleſti rore concipientes, & verbo veritatis gravidæ è cœlo, Prophetæ, pulchræ ſane margaritæ, quas, juxta eum qui in manibus eſt ſermonem, homo mercator quærit. Dux autem gregis margaritarum, qua reperta ſimul reperiuntur & reliquæ*, ὁ πολύτιμος μαργαρίτης, illa eſt pretioſa margarita, Chriſtus videlicet Dei, ὁ ὑπὲρ τὰ τίμια γράμματα καὶ νοήματα τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν ὁ λόγος, *verbum ſuperans pretioſas ſcripturas & ſenſus legis & Prophetarum, quo reperto, reliqua omnia facile capiuntur.* In eundem ferè ſenſum Hieron. ad l. c. commentatur: *Bonæ margaritæ*, inquiens, *quas quærit inſtitor, lex & Pro-*

Materia in genere.

pheta ſunt. Audi Marcion, audi Manichae, bona margarita ſunt lex & propheta, & notitia veteris inſtrumenti, unum autem eſt pretioſiſſimum margaritum ſcientia Salvatoris, & Sacramentum paſſionis illius, & reſurrectionis arcanum. Hanc margaritam invenit, & aliis commendavit Philippus. Nam Joh. I. 45. laudat eum, de quo Prophetæ vaticinati eſſent. Luc. XXIV. 27. explicat ipſe Chriſtus ea Prophetarum de ſeſe vaticinia; & v. 44. docet, adimplenda ea fuiſſe, & impleta eſſe, ſcilicet à ſeſe, qui venerit etiam Prophetas implere. Matth. V. 7. Diſtinctius loquendo, vaticinati ſunt Prophetæ de Chriſti (1) *Nominibus*, quod dicendus fuerit Nazarenus, Matth. II. 23. Immanuel, c. I. 23. (2) *Perſona*, quod Immanuel, *θεάνθρωπος* ſit futurus. Joh. VII. 14. Matth. I. 23. adeoque *Deus* ſit. Matth. XXII. 43. mentionem Chriſtus facit Pſalmi CX. 1. ubi David Meſſiam vocat ſuum Dominum, indigitans naturam divinam; à qua אל dicitur Jeſ. VII. 14. Matth. I. 23. *Audi & Dominum David: dicat hoc* (quod Jeſus ſit Deus) *& ipſe David: Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dextram meam, & ipſe Jeſus propoſuit hoc Judæis, & eos inde convicit: quomodo ergo David & filius & Dominus; Filius David ſecundum carnem, Dominus David ſecundum divinitatem.* Verba ſunt Auguſtini tract. 8. in Joh. Hic Deus futurus erat *homo*; Nam naſcendus erat filius ex Virgine: Filius David, ex cujus ſtirpe iſta Virgo erat Pſal. CXVIII. 26. Matth. XXI. 9. Genealogia texitur ex ſcripturæ V. T. tabulis Matth. I. 1. ſeq. Luc. III. 23. ſeqq. *Locus* nativitatis erat Bethlehem Ephrata, ſeu Juda. Matth. II. 5. 6. (3) *Officium*, quod divinitus accepit Jeſ. XLII. 1. ſeq. Matth. XII. 18. Prodromo Joanne Matth. III. 3. XI. 13. juxta Vaticinium Malachiæ c. III. 1. Triplex eſt, *propheticum*, ſecundum quod voluntatem Dei hominibus in Evangelio erat revelaturus. Jeſai LXI. 1. Luc. IV. 18. Matth. V. 3. ſeq. XII. 18. Jeſai XLII. 1. ſeq. parabolis & apophthegmatibus. Pſ. LXXVIII. 2. Matth. XIII. 35. verbum, quod non perit, ſi vel cœlum & terra perierint. Pſ. CII. 28. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. *Sacerdotale* ſecundum quod pro peccatoribus erat paſſurus, moriturus, & ſepeliendus, ad expianda ipſorum peccata, & tollendas pœnas propterea debitas. Prophetas hæc prædixiſſe clare aſſerit, & probat ipſe Chriſtus in colloquio

In ſpecie χειςολ. Nomina. Perſona.

Officia.

quio cum diſcipulis ſecum Hieroſolymam aſcendentibus habito, dicens, omnia impletum iri, quæ Prophetæ prædixiſſent de ſeſe: Traditum enim hominis filium gentilibus, illuſum, vexatum, conſputum, flagellatum, & occiſum, denique tertia die reſuſcitatum iri, Luc. XVIII. 31. 32. 33. Repetiit in itinere Emauntico. Narraverant ipſi comites diſcipuli hiſtoriam paſſionis, ſicut Jeſus Nazarenus fuerit à Pontificibus & proceribus ſuis traditus in condemnationem mortis, crucifixus, & ſepultus; cum ipſe ſubjiceret: nonne oportebat hæc Chriſtum pati? & exordiretur enarrare vaticinia ex Moſe & Prophetis: Luc. XXIV. 26. 27. Oportet igitur paſſionem, crucifixionem, mortem &c. Chriſti in Propheticis libris extare; quod uberius v. 44. confirmavit, dicens: oportet omnia in me impleri, quæ in lege Moſis, Prophetis & Pſalmis ſcripta exſtant. Exſtat de emptione agri. Matth. XXVII. 9. diſperſione diſcipulorum, paſtore percuſſo. Zach. XIII. 7. Matth. XXVI. 31. captivitate Salvatoris. v. 54. Marc. XIV. 49. relatione inter latrones. cap. XV. 28. deſertione in cruce. v. 34. ſiti, Joh. XIX. 28. cruribus non frangendis. Joh. XIX. 36. apertura lateris. v. 37. triduo mortis in ſepulchro transacto. Matth. XII. 39. Hæc vero noſtri gratia eſſe facta Jeſaias indigitavit cap. LIII. 5. & Chriſtus de ſeſe explicavit Matth. VIII. 7. *Regium* apparuit in ingreſſu in civitatem Hieruſalem, quando aſina vectus Chriſtus intravit. Zach. IX. 9. Matth. XXI. 4. In reſurrectione, qua mortem ſeſe debellaſſe oſtendit: Quod apud Prophetas ſcriptum eſſe teſtatur ipſe à mortuis reſuſcitatus Chriſtus. Luc. XXIV. 46. partim verbis expreſſis, partim conſequentiis, & typis. Hinc bene Auguſtinus lib. 1. de conſ. Evang. c. 3. ſcripſit: *Dominus Jeſus Chriſtus unus verus Rex, & unus verus Sacerdos, illud ad regendos nos, iſtud ad expiandos, has duas perſonas apud antiquos Patres* (Moſen & Prophetas) *ſingillatim commendatas, ſuam figuram egiſſe declaravit.*

§. 20. Sed nec Ἀνθρωπολογίας obliti ſunt Prophetæ in ſuis ſcriptis, nec omiſerunt illud obſervare Chriſtus, & ipſius miniſtri Evangeliſtæ. Illuminatur homo divinitus, juxta Prophetas. Joh. VI. 45. Qui verò media divinitus præſcripta ne- Ἀνθρωπ.

 gli-

Digitized by Google

gligunt, excœcantur. Matth. XIII. 14. Joh. XII. 38. juxta Jeſ. VI. 9. LIII. 1. Illuminatus & credens particeps fit Spiritus ſancti, & ipſius donorum, ut ex Jeſ. XLIV. 1. Joel. II. 28. repetit Chriſtus Joh. VII. 38. Officii noſtri ſumma eſt dilectio proximi, præſtando proximo, quod nobis ab ipſo exoptamus. Math. VII. 12. adeo, ut opera miſericordiæ vel cæremonialem legem præcedant. Deus enim mavult miſericordiam, quam ſacrificia. Matth. IX. 13. XII. 7. ex Oſe. VI. 6. Ambulantes hoc modo in viis Domini portantur ab Angelis, ne pedibus ſuis offendant in lapidem. Matth. IV. 6. ex Pſal. XCI. 11. Atque hi ſunt, qui aliquando in patris ſui regno lucebunt ſicut Sol. Dan. XII. 48. Matth. XIII. 43. Contra, impii tanquam malefici in malam crucem abire jubebuntur. Matth. VII. 23. Pſ. VI. 9.

Finis. §. 21. *Finis* ſcripturæ Propheticæ eſt *fides*, & per hanc *vita æterna*. Cum Herodes de patria Meſſiæ Pontifices & Scribas interrogaret, reſponſum accepit ex ſcripturis, cui etiam acquievit. Matth. II. 5. ſeqq. Et cum Epulo in flammis Abrahamum rogaret, ut aliquem ex mortuis ſuſcitatum ablegaret ad ſuos fratres, qui ad pœnitentiam ipſos adduceret, & à damnatione præſervaret, repulſam tulit, & remiſſus eſt ad Moſen & Prophetas, quos fratres haberent in ſcriptis: Hos enim niſi audierint credendo, nec audituros eſſe aliquem è mortuis revocatum. Atque huc tendunt omnia Prophetica dicta in N. T. allegata, nempe ut fides audientium vel legentium plantaretur, & confirmaretur. vide Luc. XXIV. 25. Diſputat de hoc fine & effectu ſcripturarum Propheticarum Origenes ex profeſſo comment. in Joh. c. 5. fol. m. 80. contra eos, qui negabant teſtimonia Prophetarum de Chriſto eſſe neceſſaria, adeoque talia de Meſſia extare. Sic enim regerit: *Evidenter cernere eſt,* τινας ἐκ τῶν προφητικῶν προφάνσεων εἰς θαυμασμὸν τοῦ χριστοῦ ἐρχομένους &c. *nonnullos ex Propheticis vaticiniis in admiratione Chriſti venire, tot Prophetarum, qui ante ipſum fuerunt, perculſos voce, ſtabiliente quidquid ad locum pertinet, in quo genitus fuit, & eam etiam regionem, in quâ enutritus fuit, & vim ipſius doctrinæ, & rerum admirabilium operationem, ac denique paſſionem humanam à reſurrectione deſtructam.* Adde Auguſtinum lib. 1. de conſenſ. Evangel. c. 14. qui quædam habet,

quæ

Digitized by Google

quæ huc ſpectant. Diſputat adverſus calumniatores Chriſti & Apoſtolorum, quod non conficta fuerint miracula & alia, quæ de Magiſtro ſuo Apoſtoli prædicabant, eo quod Prophetæ dudum eadem prædicarint, quorum ſcripta adhuc exſtent in gente Judaica, etſi everſa & diſperſa: *libros Propheticos ad teſtimonium gerit Chriſti, ac ſic de inimicorum codicibus probatur veritas Prophetati Chriſti,* & c. 26. *& hoc magnum eſt, quod Deus præſtitit Eccleſiæ ſuæ ubique diffuſa, ut gens Judæa merito debellata & diſperſa per terras, ne à nobis hæc compoſita putarentur, codices Prophetarum noſtrorum ubique portaret inimica fidei noſtræ teſtis fieret veritatis noſtræ.* Matth. XIII. 52. ubi, explicante Hieronymo, *Apoſtoli ſcribæ & notarii Salvatoris* comparantur patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo *nova & vetera*: *Ejicientes de theſauro doctrinarum ſuarum nova & vetera, ut quidquid in Evangelio prædicabant, legis & Prophetarum vocibus comprobarent:* vel, ut Chryſoſtomus loquitur, τὰ μὲν αὐτῦ διδάγματα πρόφερον ἐκ τῆς νέας διαθήκης, ἐν αὐτῷ γὰρ οἱ τῆς σοφίας θησαυροὶ, τὰς δὲ μαρτυρίας τούτων ἐκ τῆς παλαιᾶς: *hujus quidem documenta proferebant ex novo teſtamento; in ipſo enim ejus auctore Chriſto ſunt theſauri ſapientiæ, eorum vero documentorum teſtimonia ex veteri promebant.* Similia habet Cyrillus in Catena Poſſini allegatus ad l. c. Matth. ajens: *Scriba eſt, qui per conſtantem lectionem* τῶν γραφῶν τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας *ſcripturarum novi & Veteris teſtamenti, theſaurum cognitionis ſibi reponit.* Diſſeruimus autem ſuperius Art. I. Sect. I. & II. de ſcriptis N. T. nec repetimus.

§. 22. Quamvis autem ſanctiſſimus hic & utiliſſimus ſit finis ſcripturæ, is tamen non apud omnes obtentus eſt, cum fuerint, qui ſive diabolo magiſtro, ſive ab infirmitate ſua ſeducti non paſſi ſunt, ut ſcriptura Moſaica & Prophetica iſtum ſuum ſcopum in ſe aſſequeretur. Diabolus peſſimè abuſus eſt ſcripturis, truncando eas, & allegando ſecus ac fas erat. Exemplum occurrit Matth. IV. 6. Nam allegat dictum Pſ. XCI. 11. & omittit, quod Deus inſeruerat: in viis tuis, ut Chriſto temeritatem perſuaderet, & Dei tentationem. Sadducæi neſciebant ſcripturas Moſaicas, atque ideo à Chriſto corripiuntur. Matth. XXII. 29. quo defectu & Phariſæi laborabant, neſcientes invicem conciliare Davidis Filium & Dominum. v. 42. ſeqq. Contraria.

42. ſeqq. Ipſi Chriſti diſcipuli vaticinia de regno Meſſiæ carnaliter intelligebant, nec abſtrahi poterant ab iſta opinione, donec à ſpiritu ſancto peculiariter illuminarentur. Act. I. 6. Unde Marc. XVI. 14. Luc. XXIV. 25. Chriſtus ſuis diſcipulis exprobrat incredulitatem ſuam & cordis duritiem, quod neque experientiæ, neque ſuis verbis, neque ipſis etiam ſcripturis credere voluerint. Conqueſti ſunt jam olim Prophetæ de iſta hominum negligentia, cœcitate, & incredulitate. Jeſ. LIII. 1. Cum quo conferantur Exod. XI. 9. Pſ. XXX. 12. 13. Amos II. 7.

Remedia. Joh. XII. 18. *Remedia* contra hoc vitium ſunt: fidelis & genuina explicatio, qualem dedit Chriſtus, Moſis & Prophetarum de ſeſe vaticinia aperiendo diſcipulis comitibus, ut intelligerent ſcripturas, & animis arderent. Luc. XXIV. 27. ſeqq. Et ut ſimile facerent Apoſtoli præcepit Matth. X. 27. *Conſtanter enim Dei ingerenda cognitio eſt, & profundum doctrinæ Evangelicæ ſecretum lumine prædicationis Apoſtolicæ revelandum*, ait ad l. c. Hilarius. Ex parte hominis quidem requiritur attentio, & religioſum *ſcrutinium*. Joh. V. 39. jubet Chriſtus Judæos incredulos ſcrutari ſcripturas, ut inveniant in ipſis vitam æternam, & teſtimonium de ſeſe Meſſiæ. Matth. XXIV. 15. lector prophetiæ Danielis c. IX. 27. jubetur adhibere mentem accuratè, ut intelligat Prophetæ verba, collata cum complemento. Applicat huc Origenes in commentario parabolam de theſauro in agro abſcondito Matth. XIII. 44. ἐμπεριερχόμενος γὰρ (ἄνθρωπος) τὸν ἀγρὸν, καὶ ἐρευνῶν τὰς γραφὰς, καὶ ζητῶν νοῆσαι τὸν χριστὸν εὑρίσκει τὸν ἐν αὐτῷ θησαυρὸν &c. *Circumiens enim* (homo) *agrum illum* (quem paulo ante ſcripturas appellarat) *& ſcrutans ſcripturas, & quærens noſſe Chriſtum, invenit theſaurum in ipſis.* Hæc ille tom. XI. comm. in Joh. f. m. 209. D. In hoc autem ſcrutinio ſequatur homo non proprii ſui cerebri, ſed ſpiritus ſancti ductum, in ipſis ſcripturis operoſum: *Prudens lector cave ſemper ſuperſtitioſam intelligentiam, ut non tuo ſenſui attemperes ſcripturas; ſed ſcripturis jungas ſenſum tuum, & intelligas, quid ſequatur*, egregium monitum eſt Hieronymi in comm. ad Matth. X. 29. Utque fructuoſus ſit ille Spiritus Sancti ductus, religioſe in ſcripturis homo verſetur, *Itaq; chariſſimi valde cautè hæc audire debemus, ad quæ capienda parvuli ſumus, & corde pio & cum*

Digitized by Google

& cum tremore, ſicut ſcriptum eſt, hanc tenentes regulam ſanitatis, ut quod ſecundum fidem, qua imbuti ſumus, intelligere valuerimus, tanquam de cibo gaudeamus: quod autem ſecundum ſanam fidei regulam intelligere non poterimus, dubitationem auferamus, intelligentia differamus: h. e. ut etiamſi quid neſcimus, bonum tamen & verum eſſe minimè dubitemus. Pium eſt & prudens Auguſtini monitum ex tract. XVIII. in Joh. in quo inter alia etiam *regulæ fidei* mentionem facit, ut ſecundum eam ſcripturæ dicta expendamus: *Ad hanc regulam ſanam Catholicam, quam præcipuè noſſe debetis, quam tenete, qui noſtis; à qua prorſus fides noſtra labi non debet, quæ nullis hominum argumentis extorquenda eſt cordi veſtro, dirigamus ea, quæ intelligimus, & quæ forte non intelligimus dirigenda ad hanc regulam, quandoque differamus, cum idonei fuerimus.* Loquitur quidem in hypotheſi de ſola regula χειϛολογίας, quam ex Joh. I. 1. compoſuit, ſed ad theſin quoque transferri poſſunt & debent. Subinnuit tale quid dudum ante Origenes Tom. XII. comm. in Matth. f. m. 280. ad Matth. XVI. 20. cum ſcribit: *Difficilis & ardua videtur mihi eſſe quæſtio: illius autem ſolutio quæratur ἀναντίῤῥητος, quæ minime impugnari poſſit, quam qui invenerit, in medium proferat, ſi majorem fidem mereatur, quam quæ à nobis dicenda ſunt, quaſi quæ rei paria non ſint.* Quibus verbis mihi hoc videtur velle, quod in difficilibus locis explicandis ea ſententia ſectanda ſit, quæ latior, ut non facile contradici poſſit. Eò digitum intendit Cyrill. comm. in Joh. XV. 26. 27. cum laudat Ἐκκλησιαϛικῶν δογμάτων δύναμιν, *Eccleſiaſticorum dogmatum rationem* contra χειϛομάχυς.

§ 23. Eſt autem *ſenſus* ſcripturarum Sacrarum alius Tropologicus, alius literalis, vid. Origen. in Matth. tom. XII. f. 301. A. & 303. qui diſtinguit inter τροπολογίαν, & τὸ ῥητὸν; inter μυϛικὰ πράγματα, & ψιλὸν γράμματος βούλημα. i. e. *inter dictionem tropicam & literalem; inter myſticas res, & nudum literæ ſenſum. Literalis* & à ſpiritu ſancto per ſe *intentus ſenſus unicus* tantum eſt, quia verbum Dei eſt veritas. Joh. XVII. 17. quæ non niſi una eſt. Et propterea ſolvi non poteſt ſcriptura. c. X. 35. Cui noſtræ ſententiæ non obſtant (1) *Vaticinia* hinc inde in Evangelio allegata, tanquam duplicem ſuſtinerent ſenſum, alium apud Prophetas, alium apud Evangeliſtas expreſſum. e. g. Exod. XII. 46. collato Senſus.

Digitized by Google

cum Joh. XIX. 36. os non confringetis ex eo, quod Moſes intelligat de agno paſchali. Johannes autem de Chriſto. Item Jerem. XXXII. 8. ager intelligitur ille, quem cognatus Jeremiæ offerebat emendum: ſed Matth. XXVII. 9. accommodatur ſenſus ad agrum figuli, quem Phariſæi & ſcribæ emebant ex pecunia proditori Judæ numerata. (2) *Verba Caiphæ* Joh. XI. 50. melius eſt unum hominem mori, quam totum populum perire. Alio ſenſu hæc verba intellexit Caiphas, Chriſti hoſtis infenſiſſimus, quam Spiritus ſanctus, qui fructum mortis Chriſti indigitabat. Hæc, inquam, unitati ſenſus literalis non obſtant. Nam (1) etiamſi vaticiniorum propheticorum verba pluribus rebus applicentur, attamen de una iſtarum rerum principaliter ex intentione Spiritus ſancti intelligenda veniunt: *qualis* (ſenſus) *eſt in Propheticis de Chriſto vaticiniis is, qui de Chriſto unicè ſecundum literam à divinis viris opponitur, quorum explicatione ſimpliciter ſtandum, eò quod ſcriptura non ſit ἰδίας ἐπιλύσεως, ſed eodem interprete gaudeat, quo auctore. Eſt Chriſtus totius ſcripturæ lux, cor, nucleus, omnium gratiarum fons & Eccleſiæ caput*: verba ſunt Dn. D. Dannhavver. hodoſ. phæn. I. (43) 67. Cum quibus confer, quæ ſupra §. 8. ex Auguſtini tract. 9. in Joh. attulimus. Igitur unicus eſt verborum Exodi ſenſus de oſſibus Chriſti non confringendis, principaliter à Spiritu ſancto intentus tanquam de Antitypo; ita tamen, ut etiam in typo, nempe agno paſchali, locum habeat. Quod vero attinet ſenſum Jeremiani agri, is eſt accipiendus de agro iſto, quem Jeremias tum emit, ſed quatenus typum geſſit agri aliquando à Judæis à figulo redimendi. Ad (2) Rꝫ. idem D. Dannh. p. 66. *Oratio Caiphæ geminum utique habuit ſenſum, alium à Caipha, alium à Sp. S. intentum. Ille autem prior non fuit divinus, ſed poſterior; in quo edendo Caiphas os præbuit, ut Aſina Bileami, & vaticinatus eſt ſine Prophetiæ intellectu*: Quare objectio abludit à ſtatu controverſiæ, qui eſt de ſenſu divino, à Spiritu S. intento.

Media ſenſus. §. 24. *Media* percipiendi ſenſus à Spiritu Sancto intenti §. 17. præced. jam indigitata ſunt. Oportet Deum ipſum accendere in animis hominum lucem, ut videant lucem ſenſus divini in ſcripturis relucentem. Matth. XVI. 17. Luc. I. 67.

Luc.

Digitized by Google

Luc. XXIV. 27. XXXII. 45. Actor. I. 8. Auguſtinus tract. IX. in Joh. comparat hoc Dei beneficium cum converſione aquæ in vinum, facta à Chriſto in nuptiis Cananæis: *Quomodo,* quærit, *fecit de aqua vinum? Cum aperuit eis ſenſum, & expoſuit eis ſcripturas, incipiens à Moyſe, & per omnes Prophetas.* Accendit autem iſtam intelligentiæ lucem per ipſam ſcripturam, ab homine lectam, vel auditam. Joh. V. 39. jubet Chriſtus Judæos ſcrutari ſcripturas; quo fine? ut intelligant & credant ipſum eſſe Meſſiam, à quo pendeat hominum ſalus; Scriptura igitur ipſa, & Moſaica quidem v. 46. erat medium illuminandi Judæos ad veram fidem: i. e. intelligendi ipſam ſcripturam, & ejus mentem. Luc. XXIV. 45. Chriſtus comitibus Emaunticis aperit mentes, ut intelligant mentem ſcripturarum Moſaicarum & Propheticarum; ſed quo medio? per ipſas ſcripturas illas, quas explicabat. v. 27. 32. Decet igitur hominem in debita τάξει eſſe conſtitutum, & uti mediis pædagogicis à Deo ordinatis, ſi velit ſcripturarum ſenſum noſſe. Sit purum cor, ut Deum videat. Matth. V. 8. Oculus ſimplex, nec præconcepta opinione præoccupatus. Luc. X. 21. Scrutinium adhibeat: Joh. V. 39. *Conemur utcunque donante ipſo (Deo) penetrare alta ſecreta verborum iſtorum. Temere fortaſſe facimus: quia diſcutere & ſcrutari voluimus verba Dei. Et quare dicta ſunt, niſi ut ſciamur? quare ſonuerunt niſi ut audiantur? quare audita ſunt, niſi ut intelligantur?* ait Auguſt. tract. XXI. in Joh. Doctrinam cognoſcat. c. VII. 17. legendo & attendendo. Matth. XXIV. 15. aſſervando & conferendo invicem ſcripturas, quod Maria Mater Chriſti fecit. Luc. II. 19. & ipſe Chriſtus Matth. IV. 7. cum allegato dicto Deut. VI. 16. de non tentando Deo, explicat dictum Pſalmi XCI. 11. quod non intelligendum ſit de cuſtodia Angelica in quovis etiam temeritatis caſu præſto futura. Scriptura non eſt ἰδίας ἐπιλύσεως: *Per Chriſtum veni, nec ex corde tuo aſſeras, quod dicas, ſed quod ille oſtendit, hoc loquere,* monet Auguſtinus tract. XX. in Joh. *Objicis:* Qui ſcriptura per ſcripturam explicetur, cum parabolicè concepta ſit, & abſcondita. Marc. IV. 22. Matth. XIII. 13. ſeq. collata cum Jeſ. VI. 9. ℞. Culpa eſt non Dei, aut verbi, ſed hominum cœcutientium & negligentium preces, & alia ſenſus

Digitized by Google

percipiendi media. In colloquio Emauntico Chriſtus culpam infidelitatis transſcribit ſtultitiæ & ſocordiæ comitum. Luc. XXIV.25. *Omnis ſermo ejus carnalibus tenebræ ſunt, & verbum ejus infidelibus nox eſt*; ait Hilarius Can. X. p. 276. in Matth. Parabolas interdum propoſuit Chriſtus eo fine, ut ſitim & deſiderium ſciendi in animis hominum accenderet; Interdum etiam difficiliora quædam propoſuit, ut Judæis Joh. V. 19. *non omnino quæ capiebant, ſed unde agitarentur, & conturbarentur, & fortaſſe converſi vel conturbati medicum quærerent*, uti loquitur Aug. tract. 18. in Joh. & tract. 21. *quomodo* (Deus difficilius dictis) *nos verſat, & mentem noſtram pertractat, huc atq; illuc ducit, uno carnis loco remanere non ſinit, ut verſando exerceat, exercendo mundet, mundando capaces reddat, capaces factos impleat!* Qui igitur intelligere deſiderabant ſenſum, his ipſum explicabat: e.g. diſcipulis ſuis. Matth. XIII. 11. 12. Qui autem negligebant, illos ſinebat cœcutire. v. 13. 14. 15. In ſeſe *ſcriptura eſt clariſſima*, imprimis novi Teſtamenti. Nam vel Catechumenis præſtat accuratam cognitionem & certitudinem Luc. I. 4. Math. XI. 25. Origenes com. in Matth. XVII. 2. comparat cum ſplendidiſſimis Chriſti veſtimentis, *veſtimenta*, ajens, *Jeſu ſermones ſunt, & literæ Evangeliorum, quibus indutus eſt.* Neque tamen negamus quædam in ipſis contineri obſcura, ſaltem myſteria, quæ non capit, niſi homo illuminatus. Et talia loca occurrunt, præſertim apud Johannem: *Johannes Evangeliſta inter conſortes & comparticipes ſuos alios Evangeliſtas hoc præcipuum & proprium donum accepit à Domino, ſuper cujus pectus in convivio diſcumbebat, ut per hoc ſignificaret, quia ſecreta altiora de intimo pectore ejus potabat, ut ea diceret de Filio Dei, quæ parvulorum mentes fortaſſis intentas excitare poſſint, implere autem nondum capaces non poſſint. Grandiuſculis autem quibusque mentibus & ad ætatem quandam interius virilem pervenientibus, dat aliquid verbis his* (Joh. V. 19. ſeqq.) *quo & exerceantur, & paſcantur*, verba ſunt Aug. tract. XVIII. Joh. Quibus addi poſſunt, quæ habet idem ab initio & medio tract. XX. Eſt alius cibus lacteus, alius ſolidior, ſic quædam in ſcripturis conveniunt infirmis fide, quædam robuſtis: Iſta facilius capiuntur, hæc difficilius; Capi tamen utraque poſſunt, ſi mentem intendamus. *Neq; enim vellet* (Deus) *dicere, quod nollet intelligi*: ait Aug. tract. XXI. in Joh. Quare & *Laici* ipſam legant, ſicut Chriſtus Judæos etiam Laicos eo remiſit:

Digitized by Google

miſit: ſcrutamini ſcripturas. Joh. V. 39. & Maria virgo legerat, quod teſtatur hymnus ipſius ex ſelectiſſimis ſcripturæ verbis & dictis concinnatus. Luc. I. 47. ſeqq. Cauſſantur quidem Phariſæi Joh. VII. 49. populum ſeu plebeculam *legis gnarum non eſſe?* ſed hinc N. C. non debuiſſe eſſe gnarum. Imo Chriſtus Matth. XXIII. 13. invehitur propterea in Scribas & Phariſæos hypocritas, quod clauderent (δευτερώσεσι ſc. ſuis, legi ſuperinductis) regnum cœlorum coram hominibus, & cum ipſi non intrent, nec aliis intrare permitterent: *Melle ſcaturiunt ſcripturarum favi, & rorem dulcem apiaria ſufficienter diſtillant,* ὥςε τοῖς ἐμπιμέλεσιν ἐξεῖναι τέτες ἀπόνως ἐκθλίψασι τὴν τῶν ἀρετῶν μέθην εἰσοικίσαι ταῖς οἰκείαις ψυχαῖς: *diligentes adeo, ut poſſit ſine magno labore ebrietatem virtutum omnium expreſſam inde in proprias ipſorum animas deducere:* uti eleganter loquitur Baſilius. Et Auguſt. tract. XCVI. in Joh. *Omnia, quæ poſt aſcenſionem Domini canonica veritate atque auctoritate conſcripta ſunt, quis fidelis vel etiam catechumenus antequam Spiritum ſanctum baptizatus accipiat, non æquo animo legit atq; audit, etiamſi nondum ſicut oportet, intelligit?*

§ 25. Hoc fine *verſæ* ſunt ſcripturæ in linguas vernaculas, nempe, ut à promiſcua etiam plebe intelligerentur. Veteris Teſtamenti libri à LXX. interpretibus tranſlati ſunt in linguam Græcam, & verba ipſorum utplurimum, præſertim in Pſalmis, ab Evangeliſtis, præcipue à Luca, vide Hieron. in c. VI. Jeſ. citantur, ut appareret, quod Deo probetur, verbum ſuum in vernaculas linguas verti. Dixi autem: *utplurimum:* Nam & loca occurrunt, in quibus Evangeliſtæ ſectantur Hebraicos fontes, eosque dubio procul eo fine, ut oſtenderent, primas eſſe partes fontium. Cyrillus Alex. lib. VII. comm. in Joh. XII. 40. obſervat exemplum ad Jeſ. VI. 8. 9. ubi veriſimile putat, ὅτι ὁ Ευαγγελιςὴς τῇ Ἑβραίων ἐκδόσει ἀκολυθήσας ἑτέρως ἐχέσῃ παρὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα *quod Evangeliſta Hebræorum Editionem, à verſione LXX. diverſam, ſecutus ſit.* Matth. XXVII. 46. Marc. XV. 34. adducit Chriſtus verba Pſ. XXII. 2. ſed ita, ſicut in Hebræo extant, omiſſis verbis πρόσχες μοι, quæ LXX. addiderunt. Simile exemplum occurrit Zach. XII. 10. collatum cum Joh. XIX. 37. ubi Johannes Prophetæ verba citat, ſed non juxta verſionem LXX. verum juxta fontes Hebræos; omittit enim verba: ἀνθ᾽ ὧν κατωρχήσαντο. Conferantur, obſervante Hieronymo, Joh. VII. 38.

Verſiones.

 cum

Digitized by Google

cum Jeſ. XLIV. 3. Joel. II. 28. Item Matth. II. 15. cum Hoſe. XI. 1. Item Matth. IV. 16. cum Jeſ. IX. 2. Item Matth. VIII. 17. & XII. 18. cum Jeſ. LIII. 4. XLII. 1. ſeqq. Rectè proinde Auguſtinus lib. 2. de conſ. Evang. c. 66. ait: *Manifeſtum eſt, interpretationem illam, quæ dicitur LXX. in nonnullis ſe aliter habere, quam inveniunt in Hebræo, qui eam linguam noverunt, & qui interpretati ſunt, ſinguli eosdem libros Hebræos.* Pergit autem & hæc ſubjungit: *Hujus diſtantiæ cauſſa ſi quæratur, cur tanta auctoritas interpretationis ſeptuaginta multis in locis diſtet ab ea veritate quæ in Hebræis Codicibus invenitur: nihil occurrere probabilius exiſtimo, quam illos LXX. eo ſpiritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabantur dicta fuerant, quod ex ipſa eorum mirabili quæ prædicatur conſenſione firmatum eſt.* Hæc cum grano ſalis accipienda ſunt. Non jam dicam de *mirabili* ipſorum *conſenſione*, quo ad cellulas Alexandrinas, ab Hieronymo deſtructas, videtur alludere; Id concedi non poteſt, LXX. in ſua verſione ſicut ſcriptores fontium divinitus fuiſſe inſpiratos. Unde enim hoc probatur? Errores ab ipſis hinc inde commiſſi id non permittunt; Niſi dixerimus Spir. S. eſſe ſpiritum bilinguem, i. e. erroneum, vel mendacem. Quod vero in N. T. alicubi allegentur verba ex LXX. verſione, quæ cum Hebræis fontibus non congruunt, intelligendum eſt ſolum de verbis, non vero de verborum ſenſu. Idem obſervandum eſt de *Latinis* quoq; N. T. verſionibus, collatis cum fontibus Græcis, nempe ut fontibus & verſionibus inter ſeſe diſcrepantibus fides deferatur fontibus. Exemplum habemus apud Hieron. comm. ad Matth. XXV. 36. Hæc autem ſunt ipſius verba: *In quibusdam Latinis codicibus additum eſt: Neq; Filius: cum in Græcis, & maximè Adamantii & Pierii exemplaribus, hoc non habeatur adſcriptum:* Ideoque nec Hieronymus ſuæ verſioni adjecit. Aliud exemplum annotavit Auguſtinus lib. 2. de conſ. Evang. c. 14. ad Luc. III. 22. Verba Dei: Tu es filius meus dilectus: quod *nonnulli codices* (ſine dubio Latini) *habeant, illa voce ſonuiſſe, quod in Pſalmo* (II. 7.) *ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui Te: quanquam,* addit, *in antiquioribus codicibus Græcis non inveniri perhibeatur:* adeoq; lectio iſta admittenda non ſit, *niſi aliquib; fide dignis exemplaribus* (Græcis nimirum) *confirmari poſſit.* Confer ejusd. tract. 3. in Joh. I. 16. Ambroſ. lib. 2. de Spir. S. c. 5. Suppeditat nobis exemplum ex Matth. I. 10. ubi nonnulli codices Latini habent:

Digitized by Google

bent: *de Spiritu, Græcus tamen, unde tranſtulerunt Latini,* ἐκ πνεύματος ἁγίου *dixit, h.e. ex Spiritu ſancto.* Simile exemplum legas cap. 6. & lib. III. c. 11. Pertinet huc inſignis epiſtola ad Damaſum, quam præfationis loco IV. Evangeliis idem Hier. præmiſit. Nam in hac refert, quomodo juſſus ſit variantes inter ſeſe codices & verſiones Latinas recenſere, & cum Græcis fontibus conferre, & exinde emendare, ut una conſtans inde verſio conficeretur: *Novum opus me facere cogis ex veteri, ut poſt exemplaria ſcripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam, & quia inter ſe variant, quæ ſint illa, quæ cum Græca conſentiant veritate, decernam.* Sic orditur præfationem. Paulo poſt rationibus comprobat, quod fontes diſcrepantibus verſionibus præferendi ſint: *Si veritas eſt quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem revertentes, ea, quæ vel à vitioſis interpretibus male reddita, vel à præſumptoribus imperitis emendata perverſius, vel à librariis dormitantibus, aut addita ſunt, aut mutata corrigimus?* & poſt pauca: *Hoc* (Nov. Teſt.) *cum in noſtro ſermone diſcordat, & in diverſos rivulorum tramites ducit, uno de* FONTE *quærendum eſt.* Hæc ille optimè. In ipſis Latinis verſionibus quædam non ſatis Latine tranſlata ſunt, admitti tamen poſſunt, dummodo ſenſum fontium aſſequantur. Exemplum præbet Auguſtinus tract. 2. in Joh. vocem *ſanguinibus.* Joh. I. 13. ajens: *ſanguines non eſt Latinum, ſed quia Græce poſitum eſt pluraliter, maluit ille, qui interpretabatur, ſic ponere, & quaſi minus Latine loqui ſecundum Grammaticam & tamen explicare veritatem ſecundum auditum verborum. Si enim diceret: ex ſanguine, ſingulari numero, non explicaret quod volebat; ex ſanguinibus enim homines naſcuntur maris & fœminæ. Dicamus ergo, non timeamus ferulas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem ſolidam & certiorem perveniamus,* vides, ut Auguſtinus in examine verſionum ad fontes nos iterum remittat.

§. 26. *Finis* verbi divini à Chriſto revelati, & in ſcripturas relati, eſt fides: χαρακτηριζομένου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ ἐν προτρεπτικῷ λόγῳ τὴν εἰς πιστοποίησιν τῶν περὶ Ἰησοῦ &c. *cum ad Evangeliſtæ munus attineat, adhortatoria etiam oratione fidem iis, quæ de Jeſu tradita ſunt, acquirere.* Cenſente Origene comm. in Joh. t. m. 5. & vita æterna: *Regnum cœlorum prædicatio Evangelii eſt, & notitia ſcripturarum, quæ ducit ad vitam;* ait Hier. comm. ad Matth. XIII. 31. & gloria Dei. Joh. XVI. 14. ait de Spiritu ſancto Chriſtus: Ipſe ille me clarificabit: de meo enim accipiet, Finis.

cipiet, & vobis annunciabit, innuens, gloriam ſuam in eo verſari, ut Spiritus veritatis Apoſtolos doceat myſteria fidei noſſe, & aliis ſive verbo ſive ſcripto prodere: quo ſenſu vera gloria Chriſti apud Hæreticos non eſt, etiamſi magnifice de ipſo loquantur. Vide Auguſt. tract. 100. in Joh. *Judicium rerum credendarum* & faciendarum, adeoque controverſiarum Theologicarum. Summus, *qui* judicat, judex eſt Spiritus ſanctus. Joh. XIV. 26. XVI. 8. Sed *regula* ſecundum quam judicat, erit verbum Dei. Patebit hoc in die extremo Joh. XII. 48. Verbum enim, quod Chriſtus locutus eſt, homo vero ſprevit, & repudiavit, id erit, quod in die extremo ipſum judicabit. Eſt autem hoc verbum *Evangelii*; ſed & verbum *legis* hoc præſtat. Joh. VII, 51. Nicodemus quærit, an lex hominem prius judicet, quam ipſe audiatur? Et convincatur? Nec valet, quod objiciunt Pontificii. 1. Scriptura non loquitur. E. Non eſt judex. Nam loquitur, quia auditur: Audiant Moſen & Prophetas, ait Epuloni Abrahamus. Luc. XVI. 29. *Si taceat Chriſtus, quid ſibi volunt hæc Evangelia? Quid ſibi volunt voces Apoſtolicæ? quid cantica Pſalmorum? quid eloquia Prophetarum? In his enim omnibus Chriſtus non tacet. Sed tacet modo ne vindicet, non tacet, ut moneat.* Ita Auguſtin. tract. 4. in Joh. (2) Hæreſes ex ſcriptura naſci: *Neque enim natæ ſunt hæreſes, & quædam dogmata perverſitatis illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, niſi dum ſcripturæ bonæ non intelliguntur bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter aſſeritur,* judicio ejusdem tract. XVIII. in Joh. Confer quæ §. 2. ſuperius dicta ſunt.

Affectiones. §. 27. *Affectiones* ſcripturæ ſunt: *Perfectio*, quæ æſtimanda eſt ex fine, quem intendit & aſſequitur perfecte, nempe ex fide, & per hanc vita æterna. Joh. XX. 31. Etiamſi igitur non omnia in individuo Chriſti dicta vel facta ſunt deſcripta, hoc tamen non officit ipſius perfectioni: *Electa enim ſunt quæ ſcriberentur, quæ ſaluti credentium* SUFFICERE *videbantur.* ait Auguſt. tract. XLIX. in Joh. Unde nihil ipſi vel addendum, vel adimendum eſt, niſi quod virtualiter in litera contineatur Matth. IV. 10. Chriſtus dicto Deut. VI. 13. addit quidem: μόνῳ, *ſoli*, ſed id ipſum in fontibus virtualiter continebatur: *Efficacia.* Nam verba Chriſti purgabant homines à peccatis, Joh. XV. 2. 3. in baptiſmo, uti explicat Aug. tract. 80. in Joh. *Unde iſta tanta virtus aquæ, ut cor tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo?* Eadem Chriſti verba ab Evangeliſtis ſcripto conſignata, erant merus ſpiritus & vita, quam efficiebant Joh. VI. 63. Exemplorum farrago paſſim per hiſtoriam Evangelicam proſtat Illuſtre eſt diſcipulorum Emaunticorum; dum enim Chriſtus Moſis & Prophetarum ſcripta ipſis explicabat, adeo afficiebantur verbi virtute, ut vel cordibus ſuis flagrarent. Luc. XXIV. 32. Eſt iſta divinæ, non humanæ eloquentiæ vis: quod Pſ. LXVIII. 2. 12. innuitur, juxta Origenem comm. in Joh. tom. I. f. 10. nempe ὅτι, οὐ σύνθεσις λόγου, καὶ προφορὰ φωνῶν, καὶ ἠσκημένη καλλιλεξία αἰτία πρὸς τὸ πείθειν, ἀλλὰ δυνάμεως θείας ἐπιχορηγία: *quod non compoſitio verborum, non prolatio vocum, non elaborata orationis pulchritudo, ad perſuadendum conducat, ſed virtutis divinæ ſuppeditatio:* quorſum pertinent argumenta pro divinitate ſcripturæ Evangelicæ adducta Art. I. Sect. I. §. 8. ſeqq. Eſt *veritas* & *ſanctitas.* Joh. XVII. 17. Unde exactiſſima eſt *harmonia* inter V. T & N. T. de qua actum eſt Art. I. Sect. I. §. 20. *Claritas*, de qua §. 19. anteced. De *accidentibus* ſcripturæ, & *contrariis*, in præmiſſis hinc inde actum eſt:

Quare locum de ſcriptura finimus.

Digitized by Google

Art. III. Sect. II.

De

FIDEI ARTICULIS,

&

SUMMARIIS.

Argumentum.

Fidei Articuli in Evangeliis continentur. 1. *Comparantur, dividuntur.* 2. *Diſtinctè conſiderantur juxta neceſſitatem.* 3. *Summa Symbolica.* 4. *Regnum Dei eſt duplex.* 5. *multa in ſeſe complectitur.* 6 *Habet ſua myſteria.* 7. *Finem* 8. *media.* 9. *adeoque compendium eſt credendorum.* 10. *Quale continetur etiam Joh. III.* 11. 16. *& Joh. XVII.* 3. 12.

§. I.

IN ſcriptis Evangeliſtarum ſedem ſuam habent dogmata, quæ articuli fidei vulgo dicuntur. Origenes comm. in Joh. f. m. 4. merito cenſet, Evangelium eſſe eam ſcripturam *quæ non ſolum ait: Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*, i. e. Chriſtum in carne præſentem exhibet, ἀλλὰ ποικίλας δοξολογίας περιέχουσα, καὶ διδασκαλίας, δι' οὗ τὸ Εὐαγγέλιόν ἐστιν: *ſed etiam complectitur varias laudationes, & doctrinas ejus, per quam Evangelium eſt.* Quæ doctrinæ, quatenus objectum fidei ſunt, non cadunt ſub ſenſum & rationem; Neque enim caro & ſanguis revelant talia. Matth. XVI. 17. ſed ſimpliciter creduntur propter auctoritatem Dei revelantis: Beatus eſt, qui non videt, & tamen credit, ait Jeſus ad Thomam, non niſi oculis ſuis, & manibus credentem. Joh. XX. 29. Eſt autem viſus duplex, alius corporis, alius animæ; iſte non competit fidei, competit verò hic: Quærit

Articulorum Fidei 1. Exiſtentia.

Digitized by Google

rit Auguſtinus tract. XIII. in Joh. *Quibus oculis majeſtas immortalis penetrata compage carnis poterat intueri?* & reſpondet: *Eſt alius mentis oculus, eſt interior oculus.* Exemplo illuſtrat: *Tales oculos quærebat & Jeſus* (Joh. XIV. 9.) *quando ait Philippo: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me? Tales oculos quærebat, cum ait: Philippe, qui videt me videt & Patrem meum. Iſti oculi in intelligentia ſunt, iſti oculi in mente ſunt.* Porro obſerva iſtorum mentis oculorum lumen eſſe non naturale, ſed ſupernaturale, verbum Dei, à quo unicè illuminantur. *Carnalis cogitatio non capit, quæ dico. Differat intellectum, & incipiat à fide.* Idem ait tract. 14. diſſerens de myſterio perſonæ Θεανθρώπυ.

Comparatio §. 2. Objectum hujus oculi ſunt dogmata, quæ vulgo articuli dicuntur. Prandio eos comparat Hieronymus comm. ad Matth. XXII. 4. *Prandium,* ajens, *paratum, & tauri, & altilia occiſa vel per metaphoram opes regiæ deſcribuntur, ut ex carnalibus intelligantur ſpiritualia; vel certè dogmatum magnitudo, & doctrina Dei lege*

Multitudo. *pleniſſima ſentiri poteſt.* Plures autem ſunt articuli, quos Hieronymus comm. ad Matth. XIII. 31. confert ramis: *Ramos puto Evangelicæ arboris, quæ de grano Synapis creverit, dogmatum eſſe diverſi-*

Diviſio. *tatem.* Dividuntur iſti articuli in fundamentales, & non fundamentales, ſeu; in magis, & minus neceſſarios. Innuitur diſtinctio Matth. VII. 24. ubi Chriſtus verbum ſuum comparat petræ, & fidem hominis ædificio, quod iſti verbo, tanquam fundamento, imponit. Talis erat fides Petri ſtructa ſuper petram i. e. articulum de Chriſto filio Dei, Matth. XVI. 18. *Nemo erret, niſi crediderit Jeſum Chriſtum in carne converſatum, & crucem illius confeſſus fuerit, & paſſionem, & ſanguinem, quem effudit pro mundi ſalute, non aſſequetur vitam æternam, ὐ τῆς ζωῆς αἰωνίυ τεύξεται:* ſcribit ad Smyrnenſes Ignatius, & probat ſuam ſententiam ex Joh. XVII. 3. Neque ſufficit unum tantum vel alterum fidei articulum noſſe, ſed opus eſt omnes tenere. Non ſufficiebat Phariſæos credere, Meſſiam fore filium David; ſed opus quoque erat credere, eſſe Dominum David, i. e. Deum. Matth. XXII. 43. 44.

Differentia. §. 3. Sciendum tamen & hoc, in articulis fidei eſſe quædam, quæ non omnibus vel quadrant, vel neceſſaria ſunt abſolute;

Digitized by Google

ſolute, ſed *grandiuſculis* ſolum *quibusque mentibus, & ad ætatem quandam interius virilem pervenientibus, quo & exerceantur & paſcantur*: qualia ſunt *ſecreta altioris ſapientiæ* Chriſtianæ, & *profunda intelligentiæ*: ut cum Auguſtino tract. XVIII. & XX. in Joh. loquamur. Multus eſt ille in hac materia comm. ad Joh. XVI. 12. ubi Chriſtus ait: *Multa habeo vobis dicere; ſed nondum poteſtis portare.* Vide Tract. XCVII. XCVIII. Simile quid obſervat Origenes tom. XII. comm. in Matth. XVI. 20. cum vetuit Chriſtus diſcipulis, ut dicerent, quod ipſe eſſet Jeſus Meſſias: iisdemque cœpit oſtendere, quod paſſurus eſſet, & moriturus. *Veriſimile eſt*, ait, ὅτι μετὰ τοῦτο τοῖς χωρητικοῖς γενομένοις, τρανότερον ἐδείκνυεν, οὐκέτι ὡς εἰσαγομένοις ἀρχόμενος δεικνῦναι? *Capacioribus iis deinde factis apertius monſtraſſe, non amplius quaſi prima documenta capeſſentibus oſtendere incipiens.* In quibus verbis aperta eſt diſtinctio inter χωρητικοὺς *capaciores* profectiores, & εἰσαγομένους *introducendos*, i. e. Catechumenos, quibus *lac* congrue e, in ſequentibus dicit; citato illo Petri 1. Pet. II. 2. verba ſunt hæc: *Omnem quidem ſcripturæ expoſitionem, quæ eos ædificat*, τοὺς μὴ χωροῦντας μείζονα, *qui majora capere non poſſunt, lac rectè appellari puto, à ſancta ſcripturarum terra emanans, quæ lacte & melle profluit.* Non tamen ſubſiſtendum eſt in lacte primorum principiorum, ſed proficiendum eſt etiam ad ſolidiores cibos: *In ipſa mente h. e. in interiore homine quodammodo creſcitur, non ſolum ut ad cibum à lacte tranſeatur, verum etiam ut amplius atque amplius cibus ipſe ſumatur; Non autem creſcit ſpatioſa mole, ſed intelligentia luminoſa, quibus & ipſe cibus intelligibilis lux eſt*: ait Auguſt. tract. 97. in Joh. Neque hæc ſibi invicem adverſantur: *Quando* enim *ſuppletur, quod defuit, non improbatur quod fuit*: vel ut paulo poſt loquitur: *Huic lacti abſit ut ſit contrarius cibus rerum ſpiritualium firma intelligentia capiendus.* Idem ſub alio ſimili dicit: *ut perficiatur, quod ſtruitur, additur ædificium, non ſubtrahitur fundamentum.*

§. 4. *Summa Evangelicæ* & Chriſtianæ doctrinæ, ſeu *ſcientia ſalutis* Luc. I. 77 à Chriſto & Eccleſiæ miniſtris propoſita, & ab Evangeliſtis hinc inde annotata eſt. Johannis Baptiſtæ Catechesis hæc fuit: *pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum.* Matth. III. 2. Eodem modo & Chriſtus cap. IV. 17. exorſus eſt, & continuavit ſequenti tempore. Prædicavit enim

Summa eſt regnum Dei

Digitized by Google

Evangelium regni: cap. IX. 35. & populo locutus eſt *de regno Dei.* Luc. IX. 11. Sicut & ſingulis auditorum. Marc. XII. 34. Idem ut facerent Apoſtolis demandavit ſuis: *Abite, & prædicate, dicentes: quod appropinquarit regnum cœlorum.* Matth. X. 7. Ablegavit ipſos, ut *prædicarent regnum Dei.* Luc. IX. 2. Idem præcepit ei, qui prius parentem ſuum ſepelire voluerat; v. 60. Et hoc quoque erat, quod LXX diſcipulos facere voluit; Sic enim auditoribus dicere voluit: *Appropinquavit ſuper vos regnum Dei.* Luc. X. 9. Utque fieret, & *veniret regnum hoc Dei,* peculiari aphoriſmo orationis Dominicæ illud inſeruit: *Adveniat regnum tuum.* Luc. XI. 2. Matth. VI. 10.

Quod duplex,

§. 5. Regnum igitur Dei, ejusdemque adventus, eſt ſumma, qua comprehenditur doctrina Chriſti, Apoſtolorum, & reliquorum Eccleſiæ Doctorum. Eſt autem illud duplex, verum & imaginarium. Imaginarium eſt politicum illud, quod non Judæi ſolum, ſed etiam diſcipuli Chriſti aliquandiu ſibi imaginabantur. Matth. XX. 21. Luc. XIX. 15. Joh. XVIII. 36. Verum eſt duplex; aliud regnum gratiæ, Matth. VIII. 12. XII. 28. aliud gloriæ Matth. XXV. 34. XXVI. 9. Marc. IX. 47.

Et fuſæ interpretationis.

§. 6. Neque verò putandum eſt, quod Chriſtus & ipſius diſcipuli iſta ſolum verba de regno Dei, ejusque connexis pœnitentia & baptiſmo uſurparint, neque aliud præterea dixerint, ſed potius cenſendum, quod iſta doctrinæ ſumma fuerit, quam in concionibus ſuis prolixius ſubinde explicarint, & illuſtrarint. Oſtendemus hoc ex ipſis Evangeliſtis, & ita ſummam doctrinæ Chriſtianæ proponemus, poſtea uberius evolvendam,

Habet ſua myſteria.

§. 7. Ut autem ordine id fiat, ſciendum. 1. Quod regnum Dei habeat ſua *myſteria,* quæ ratio humana ex ſeſe neque excogitare, neque, ut decet, intelligere & capere poteſt, ſed Deo revelanti debet. Matth. XIII. 11. 35. Marc. IV. 11. Luc. VIII. 10. Paulo poſt comparat theſauro, in agro defoſſo. Matth. XIII. 44. Luc. XII. 32. 33. Margaritæ pretioſiſſimæ Matth. XIII. 45. & explicat v. 52. per dogmata, quæ ſcribam regni cœlorum noſſe decet.

Ejus finis.

§. 8. Diſtribui poſſunt in *finem*, & *media,* quæ ad finem tendunt. Innuit hoc ipſe Chriſtus Matth. VI. 33. Luc. XII. 31. cum præcipit: quærite primum regnum cœlorum & ejus juſtitiam. Re-

Digitized by Google

Regnum cœlorum finis eſt, medium vero, ad hunc finem perveniendi, eſt juſtitia Dei fide apprehenſa. Eſt autem *finis duplex* alius τῷ, alius τοῦ. Iſte eſt *Eccleſia* ad quam regnum Dei venit; Matth. XII. 28. & in qua operoſum eſt. Luc. XVII. 21. Simile agro, in quem conjicitur ſemen verbi divini. Matth. XIII. 24. 38. & ſynapi. Matth. XIII 31. maſſæ farinaceæ v. 33. Membra ipſius dicuntur filii regni. Matth. VIII. 12. ſed diverſæ ſunt indolis. Alii enim pertinent ad externam ſolum Eccleſiæ communionem, Matth. XIII. 38. 41. 48. ſimiles putribus piſcibus. v. 47. Zizaniis, ut hæretici occulti. v. 25. Convivis veſte nuptiali deſtitutis, Matth. XXII. 11. Alii contra pertinent ad ſocietatem ejus internam; Sed & hi differunt; nonnulli enim eorum ſunt πρόσκαιροι, utpote qui tempore perſecutionum deſciſcunt. Math. XIII. 21. Marc. IV. 16. 17. nonnulli autem perſeverant in vera fide, & multiplicem gerunt fructum. Matth. XIII. 20. 23. Hæc omnia ſub phraſi: Regnum cœlorum Matth. XIII. 19. ſeqq. Chriſtus comprehendit. HIC vero, nempe finis τοῦ, eſt regnum gloriæ, quod regnum ſæpius dicitur. Matth. XXV. 34. XXVI. 9. Marc. IX. 47. XIV. 35. Luc. XIII. 28. 29. XXI. 31. Ante autem, quam hoc regnum ingrediamur, veniet Chriſtus ad judicium. Matth. XXV. 6. & conſummabitur ſeculum, Matth. XIII. 30. 39. poſtquam ſeparatio facta fuerit per Angelos bonorum & malorum. v. 49. Bonorũ, qui fideles extiterunt. Luc. XII. 32. XIII. 28. 29. XVIII. 16. & voluntatem Dei fecerunt Math. VII. 2. Verbum Dei obſervando. Matth. V. 19. omnia deſerendo, ubi neceſſitas requirebat. Luc. XVIII. 29. & ita in veſte nuptiali comparentiũ Matth. XXII. 11. hi electi ſunt. v. 14. qui domum nuptialem ingrediantur. XXV. 10. tanquam ſapientes, & oleo fidei inſtructi. v. 2. Hi triticum ſunt, quod in horreum ſuum vult recondi paterfamilias. Matth. XIII. 30. juſti, qui lucebunt inſtar ſolis in regno Patris. v. 43. boni piſces, qui non ſubibunt fornacem infernalem, ubi eſt fletus & ſtridor dentium; v. 50. Luc. XIII. 28. Gratioſi hoſpites, qui cum Patriarchis beatis cœleſti convivio fruentur. Luc. XXII. 30. *Malorum* quos manebit excluſio ex regno cœlorum. Matth. XXV. 10. & damnatio; amandabuntur enim & conjicientur in ignem æternum, tanquam Zizania comburendi. Matth. XIII. 40. 42. aut ut inutiles piſces abolendi. v. 49. aut ut indi-

Digitized by Google

indigni hoſpites ligandi, & in tenebras exteriores abjiciendi. c. XXII.13. Miſeriam hanc debebunt diabolo, qui Zizania diſperſerat. Matth. XIII.25.28.39. Miniſterio dormiturienti. v. 25. & ſibi ipſi; Utpote qui malefici extiterunt, Chriſto incogniti. Luc. XIII. 27. impingentes in tabulam decalogi priorem, & poſteriorem: ignorantia Matth. XIII. 19. incredulitate. XXII. 3. erroneis opinionibus. V. 19. fiducia rerum terrenarum, & diffidentia Dei. XIII. 22.24. XIX.23. Luc. XVIII.24 contemptu mediorum ſalutis. Luc. X.10. Matth. XXII.37. procraſtinatione XXV.9. ſeqq. inconſtantia. XIII.21. hypocriſi. XXIII.13. immiſericordia in proximum XVIII.34. Hæc omnia Chriſtus & ipſius miniſtri connectunt, cum de regno Dei, Chriſti, cœlorum verba faciunt, quare nec nos divellamus.

Media. §. 9. *Media* autem ad finem regni gratiæ & gloriæ perveniendi concernunt vel Deum, vel homines: *Deum*, tanquam vel principalia, vel miniſterialia, vel inſtrumentalia. *Principalia* ſunt gratia Dei, qui omnes vult vocatos & invitatos; Nam mittit, qui ad nuptias Filii omnes homines evocent. Matth. XXII. 2.9. Poteſt quoq; omnes ſalvare. Marc. X.27. *Meritum* Chriſti; qui Propheta eſt, à quo ſemen verbi divini diſſeminatur. Math. XIII.24.31. & ſponſus, cui Pater ſuus nuptias fecit cum humana noſtra natura, & ad hujus beneficii fruitionem omnes homines invitavit. Matth. XXII. 1.2. XXV. 1. & *efficacia ſpiritus ſancti*, quæ ſeſe exſerit in Miniſterio verbi & Sacramentorum. *Angelorum* quidem opera utetur Deus in die extremo; cum ſeparabunt bonos à malis. Matth. XIII.39. 42.48. *Hominum* tamen miniſterium uſurpat, cum de regno potiſſimum gratiæ res eſt. *Vocantur* hi à Deo, veluti in vineam conducuntur operarii. Math. XX. 1.7. Eccleſia eſt vinea, cui excolendæ ſunt deſtinati. v. 2. poteſtas repræſentatur per claves, dum remittunt, vel retinent peccata. Matth. XVI.19. præmium quemque ſuum manet. XX.8. Materia, quam tractant, ſunt verbum & ſacramenta. *Verbum* eſt regni verbum. Matth. XIII.19. inſtar ſeminis. v. 24. ſynapi. v. 31. fermenti. v. 33. adeoque vivum & efficax. Diſtribuitur in verbum legis; Luc. XVI.16. & Evangelii. Unde ſæpius vocatur Evangelium de regno Dei. Confer Math. XXIV.14. Marc. I.14. Luc. IV.43. VIII. 1. IX.6. XVI.16. Verbo ſubordinantur *miracula*; Quale fuit ejectio dæmo-

Digitized by Google

dæmonum è regno Chriſti. Luc. X. 20. Verbo junguntur *Sacramenta*, quæ ſunt *baptiſmus*, ſacramentum initiationis & ſalvationis; Matth. III. 2. 6. Joh. III. 3. 5. & Euchariſtia. Matth. XXII. 4. indigitatum. *Hominem* vero ſuum quoque officium facere, Deus vult. Vult enim ipſum eſſe ſolicitum, & quidem ante omnia, de regno Dei. Math. VI. 33. de theſauro & margarita pretioſiſſima ſibi comparanda. XIII. 44. 45. prudentia & vigilantia. c. XXV. 1. Id v. fit auditione verbi divini. Matth. XIII. 4. 23. eiusdemque fideli agnitione. v. 51. Neq; enim ſufficit informari. Luc. XIII. 26. Sed credendum eſt Matth. XXI. 31. 32. XXII. 11. XXV. 3. 4. ſimplici fide, qualis eſt infantum. Matth. XVIII. 4. Marc. X. 14. Hac fide quiſquis Chriſtum in ſua juſtitia apprehenderit, meliori erit juſtitia præditus, quam qualis erat Phariſæorum & ſcribarum, adeoque capax regni cœlorum. Matth. V. 20. Operum noſtrorum in hoc actu nullus uſus eſt. Eſt enim regnum cœlorum hæreditas, quæ gratuito datur. Matth. XXV. 34. donum pauperum ſpiritualium, qui ex ſeſe non habent, unde Deo ſatisfaciant, ſed meritum Chriſti vera fide offerunt. Matth. V. 3. Luc. VI. 20. Supra vires hominis eſt, de ſuo ſolvere Deo, quod debet. Matth. XVIII. 24. Ex mera gratia Deus debitoribus ſuis remittit culpam & pœnam. v. 27. Quare nullum eſt meritum hominum ſive ipſi fecerimus opera. Matth. V. 21. XXI. 31. ſive alii pro nobis; Neque enim Virgines ſapientes de ſuo oleo poterant fatuis quicquam commodare, Matth. XXV. 8. 9. ut cum ipſis intrare poſſent ædem nuptialem. v. 10. Sunt igitur opera bona fructus jam juſtificatorum. Matth. XIII. 23. Marc. IV. 20. adeoque conſequens juſtificationis & ſalutis impetratæ, non cauſſa. Matth. III. 8.

§. 10. Ex hac qualicunque *σκιαγραφίᾳ* videre eſt, quam illæ conciones *de regno cœlorum* comprehenderint ſummam articulorum fidei, & *ſymbolum* quoddam fuerint Evangelicum, in quo credenda, facienda, & ſperanda continebantur. Digitum intendunt verba ſæpius repetita: *Simile eſt regnum cœlorum: Jeſus prædicabat de regno cœlorum; ſermo de regno Dei ad vos venit; audite ſermonem de regno Dei; Evangelium de regno Dei; myſteria regni Dei* &c. Sub quibus generalibus titulis deinde recenſentur & intelliguntur articuli fidei, ſpectantes vel ad Θεολογίαν, vel ad χριστολογίαν, vel ad ἀνθρωπολογίαν,

vel

vel ad hanc, & iſtam, & illam, prout ſingula iſta capita inferius prolixius & diſtinctius explicata dabimus.

Joh.III.16. §. 11. Ejusmodi pericope articulorum fidei, ſaltem abſolutè neceſſariorum creditu, eſt illud aureolum Chriſti Joh. III. 16. *Sic Deus mundum dilexit* &c. Proponuntur enim in hoc dicto fidei noſtræ fundamẽta, unde exurgit iſta, & quibus innititur, nempe Amor Dei univerſalis erga omnes homines; & univerſale Chriſti meritum pro nobis præſtitum; & actus, nempe credere; & objectum formale, nempe Chriſtus in ſua ſatisfactione & obedientia; & fructus, nempe vita æterna, quæ manſura eſt peccatorem, qui verè crediderit, ut non damnetur.

Joh.XVII.3. § 12. Referri huc poteſt & illud Chriſti Joh. XVII. 3. *Hæc eſt vita æterna.* &c. In his enim verbis proponitur (1) *ſcopus* ſeu finis noſtræ fidei, nempe vita æterna, quam, dum adhuc in mundo vivimus, habemus in ſpe, & jure adrem; (2) *medium* hunc ſcopum aſſequendi, quod eſt cognitio. i.e. vera fides, conſtans notitia, aſſenſu, atque fiducia. Quod enim nonnulli veterum & recentiorum per cognitionem hanc intelligunt viſionem Dei beatificam, textui non convenit; quippe cujus ſcopus eſt, docere v. 2. quomodo ad vitam perveniendum ſit. Ut adeo hæc cognitio ſeu fides ſit æternæ ſalutis cauſſa inſtrumentalis, non autem formalis. Optime Cyrillus comm. ad l. c. *μητέρα τῆς αἰωνίου ζωῆς τὴν πίστιν ὡρίσατο καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὴν δύναμιν παραίτιον ἔσεσθαί φησι τῆς εἰς αἰῶνα διαμονῆς, τῆς ἐν ἀφθαρσίᾳ δηλονότι καὶ μακαριότητι, καὶ ἁγιασμοῦ. Æternæ vitæ matrem fidem eſſe ſtatuit, ac veræ Dei cognitionis virtutem cauſam fore ait perpetuæ felicitatis ac ſanctimoniæ.* (3) *Objectum* hujus ſalvificæ fidei eſt Pater &, quem miſit, Jeſus Chriſtus, unicus verus Deus; Ita enim Athanaſius, vel quisquis ſub ipſius nomine, in diſputatione cum Ario t. 1. opp. fol. m. 127. A. τὸ δὲ, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, σύνδεσμος τυγχάνει ἀντὶ τοῦ λέγειν. σὲ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστὸν, ἵνα γινώσκωσι, τὸν υἱόν σου ἀληθινὸν Θεὸν, ὥσπερ καὶ σὲ τὸν πατέρα: *Illud igitur: & quem miſiſti Jeſum Chriſtum, conjunctũ eſt cum præcedenti membro, quaſi diceret: te ſolũ verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum, ut cognoſcant Filium tuum verum Deum, quemadmodum & te patrem.* Veteres & recentiores orthodoxi urgent ſtudioſè vocem *Pater*, ut obtineant, non noſſe verum Deum, qui ipſum non agnoſcit ut Patrem, qui ex ſua eſſentia genuit Filium, quem in complemento temporis miſerit in carnem pro redimendo genere humano: Porro, quod objectum fidei, qua juſtificantis & ſalvantis, ſit benevola Dei Patris voluntas, & quæcunque ipſius Filius in carnem miſſus, pro nobis & in gratiam noſtram, tam dicendo quam agendo, & patiendo præſtitit. Vide ex vetuſtioribus Cyrillum comm. ad h. l. Gregor. Nyſſ. Orat. X. adverſ. Eunom. f. 676. B. C. ex recentioribus Lutherum tom. 6 Jenenſ. Germ. f. m. 175. ſeqq. qui prolixe, & ſolidiſſime dictum explicuit, & vindicavit.

Digitized by Google

Art. IV.

De Theologia,

Sectio Prior.

De

DEO UNO IN ESSENTIA, ET TRINO IN PERSONIS.

Argumentum:

Theologia eſt articulus fidei, & dividitur 1. *Vox Deus eſt* πολυώνυμος. 2. *Eſſentia unus eſt.* 3. *Tres autem ſunt perſonæ.* 4. *Quod probatur ex Theophania Jordanica.* 5. *Ex Pſalmo centeſimo decimo.* 6. *Ex inſtitutionis Baptiſmi formula.* 7. *Ex colloquio Chriſti cum diſcipulis.* 8. *Ex inductione ſingularum perſonarum, nempe Patris* 9. *cujus exponuntur nomina & character.* 10. *Filii, cujus Deitas probatur ex nominibus.* 11. *Ex conſequentiis, nempe filiatione.* 12. ὁμοουσίᾳ. 13. *attributis divinis, quæ ſunt: æternitas,* 14. *Omniſcientia.* 15. *Omnipotentia.* 16. *Omnipræſentia.* 17. *Ex operibus divinis, ut ſunt creatio,* 18. *Gubernatio.* 19. *Miracula circa res inanimatas & irrationales.* 20. *Rationales, ut ſunt homines, aridi,* 21. *Cæci.* 22 *Comitiali morbo laborantes.* 23. *Corde obſequentes.* 24 *Famelici.* 25. *Febricitantes.* 26. *Hæmorrhouſa.* 27. *Leproſi.* 28. *Lunatici.* 29. *Mortui.* 30. *Muti.* 31 *Paralytici.* 32. *Peccatores.* 33. *Surdi: Diaboli expulſi.* 34. *Quorum operum divinitatem Chriſtus vindicat à calumniis.* 35. *Quarum quædam recenſentur.* 36. *& refutantur.* 37. *Cultu divino debito ipſi* 48. *& exhibito.* 39. *Spiritus ſancti, cujus explicantur nomina.* 40. *Probatur* ὁμοουσία 41. *Perſonalitas.* 42. *Character perſonalis* 43. *Proceſſio,* 44. *à Patre & Filio.* 45. *Objectio ſolvitur.* 46. *Unitas ejus.* 47. *Symbola.* 48.

§. I.

INter articulos fidei primum locum occupat Θεολογία, in qua Deum vera fide agnoſcimus. Joh. XVII. 3. Patet autem hinc eſſe Theologiam articulum fidei fundamentalem, quia vita æterna exinde pendet: *Æternæ vitæ matrem fidem eſſe ſtatuit,* καὶ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας τὴν δύναμιν, *ac veræ Dei cognitionis virtutem*

Theologia eſt Articulus Fidei.

cauſſam fore ait perpetuæ felicitatis ac ſanctimoniæ; Cyril. l. c. Studioſe igitur & religioſe eum meditemur. Eſt autem duplex Θεολογία, alia ἀρχέτυπος, alia ἔκτυπος. Diſtinctio fundata eſt Joh. I. 18. dum Johannes ait: *Deum nemo vidit unquam*; quæ eſt Θεολογία ἀρχέτυπος; De qua verum eſt, quod Auguſt. tract. XXI. in Joh. ait: *Excedit nos illa divinitas tanquam Deus homines, tanquam immortalis mortales, tanquam æternus temporales. Filius autem Dei, qui eſt in ſinu Patris, ille nobis revelavit*: Et hæc eſt ἔκτυπος, quæ iſtius perfectionem non aſſequitur. Matth. XI. 27. *Erubeſcat Eunomius tantam ſibi notitiam Patris & Filii, quantam alterutrum inter ſe habeant, jactitans. Quod ſi inde contendit, & ſuam inſaniam conſolatur, quia ſequitur: & cui voluerit Filius revelare; Aliud eſt naturæ æqualitate noſſe, quod noveris; aliud revelantis dignatione.* Hieronymi comm. ad l. c. Matth. verba ſunt. Quare eſt, cur cum Auguſtino ex l. c. ſuſpiremus: *Inſpiret* (Deus,) *& donet de fonte illo vitæ nunc aliquid irrorare dignetur, & ſtillare in ſitim noſtram, ne in hac eremo areſcamus!* Et ſanctis moribus operam demus: *Eſt enim manifeſtatio quædam Dei interior, quam prorſus impii non noverunt, quibus Dei Patris & ſpiritus ſancti manifeſtatio nulla eſt.* ait Auguſt. tract. 76. in Joh. explicans quæſtionem Judæ Joh. XIV. 22. & reſponſionem Chriſti. v. 23. de diligendo Deo, ut manifeſtetur.

Vox Deus eſt πολυώνυμος

§. 2. Vox Deus πολυώνυμος eſt. Nam interdum tribuitur omnibus illis, ad quos ſermo Dei fit, quique à Deo in aliquo officio conſtituti ſunt, ut Magiſtratus, quod Chriſtus ex Pſal. LXXXII. 1. deducit Joh. X. 34. contra Phariſæos blaſphemiæ ipſum inſimulantes. Interdum tribuitur iis quoque, qui falſi Dii ſunt, oppoſiti vivo, quem verum Deum appellat Petrus Matth. XVI. 16. *Deum vivum appellat ad diſtinctionem eorum Deorum, qui putantur Dii, ſed mortui ſunt, Saturnum, Jovem, Cererem, Liberum, Herculem, & cætera idolorum portenta ſignificans.* Hieron. ad l. c. Matth. Unde additur interdum meus, veſter, &c. nempe ut ſeparetur ab alienis Diis, in quos non credimus, quippe nullam noſtri curam gerentes. Joh. XX. 17. Chriſtus diſcipulis ſuis & fidelibus ait: aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, ad Deum meum, & ad Deum veſtrum, quem ſic appellabat à ſingulari cura & favore, quem expertus ipſe erat in ſuſcitatione ex mor-

mortuis, & porro experturus erat in aſcenſione & collocatione ad dextram Patris. Antiqua phraſi dicebatur *Deus Iſraelis.* Luc. I. 68. quod populo Iſraelitico certis ſeſe ſignis, nempe verbo & ſacramentis, revelaſſet, fœdere junxiſſet, promiſſionibus faviſſet, & denique carnem, ſecunda nimirum Deitatis perſona, aſſumpturus eſſet. Cum qua phraſi coincidit illa: *Deus Abrahami, Iſaaci, & Jacobi.* Matth. XXII. 32. Marc. XII. 26. 27. Luc. XX. 37. 38. ſcilicet dilectione, protectione, cura, reſuſcitatione, & æterna ſalvatione, quam Deo Trinuni debebant. *Trinuni* dico. Non enim obſtat nobis, quod alicubi iſta circumſcriptione ſolus Pater denotetur, Actor. III. 13. & nonnulli Patres, Pontificii, Lutherani ſic accipiant: allegati à Sandio ad Matth. XXII. 32. Is ipſe enim Deus, qui Pater eſt, eſt etiam filius, cui hæc deſcriptio competit Exod. III. 2. 4. 6. ut adeo & Pater, & Filius ſint Deus Abrahami, Iſaaci, & Jacobi.

§. 3. *Eſſentia* trium perſonarum planè ſingularis eſt. Sicut enim ſolus Deus eſt bonus. Matth. XIX. 17. ita ſolus quoque Deus eſt. Et *una eſt.* Probatur (1) *ex verbis Dei* Deut VI. 4. 5. repetitis Marc. XII. 29. ubi Deus dicitur *Deus unicus*; & Matth. XIX. 16. 17. Marc. X. 18. ubi Deus dicitur *κατ' ἐξοχὴν εἷς, unus,* & explicatur: *Θεὸς Deus*; Et *Chriſti expreſſis*: Joh. X. 30. *Ego & Pater unum ſumus:* nempe eſſentia, non perſona: dicit enim *unum*; *non unus.* Vapulant E. Ariani & Photiniani, qui *ὁμοουσίαν* negant. Et *ſumus,* non: *ſum.* Vapulant & Sabelliani, qui unam inde *ὑπόστασιν* utriusque perſonæ concludunt. Ut Baſilius de Spir. ſanct. c, 25. merito cenſuerit: *Ego & Pater unum ſumus: Eximium habet ſempiternæ communionis, ac perpetuæ conjunctionis teſtimonium. Nam qui dixit cum Patre Filium eſſe, ſimul & perſonarum proprietatem & inſeparabile conſortium expreſſit,* Et Ambroſ. lib. III. de Spir. Sanct. c. 18. *Cum enim dicit, ego & Pater, revelatur æqualitas; Cum dicit, unum ſumus: Unitas declaratur. Æqualitas confuſionem excludit, unitas ſeparationem: æqualitas patrem filiumque diſtinguit, unitas Patrem filiumque non ſeparat. Ergo cum dicit, Ego & Pater: Sabellianum repellit, quia alium ſe, alium Patrem dixit. Repellit Fotinianum, quia ſe cum Patre junxit. Illos ſuperioribus repellit, quia dixit: Ego & Pater. Inferioribus Arrianos, quia dicit: Unum ſumus. Tamen & in ſuperioribus & in inferioribus*

Eſſentia.

ribus hæreticam jugulat ſævitatem Sabellianorum, quia unum dixit ſumus, non unus ſumus: Arrianorum, quia ego & Pater, non Pater & ego dixit. Nyſſen. lib. I. adverſ. Eunom. f. m. 388. *Quid aliud indicat, niſi ſe, Patris mentione facta, principii expertem non eſſe, ſeque cum eodem communem naturam habere, propter unionem cum Patre? Ut exiſtimem prædictis Chriſti verbis ab exerratione ad utrumque extremum ſuam doctrinam in ſua puritate conſervare, ut neq; Sabellianus error perſonarum diſtinctionem & proprietatem è medio tollens locum inveniat, cum unigenitus aperte ſeſe à Patre diſcriminet, dum ait: ego & Pater unum ſumus: Neque etiam Arii perfidia, alienam & peregrinam naturam introducens & approbationem mereatur, uniuscujusque unitate nullam penitus in natura diviſionem admittente.* Intelligebant igitur ipſi Judæi, lapides tollentes, quod Deo his verbis ſeſe æquaret. Sandius Arianorum advocatus operoſus quidem eſt in hoc dicto eludendo, poſſunt tamen quæ excipit ad duo revocari. (1) N. C. Filius & Pater unum ſunt. E. eſſentia; Nam Joh. XVII. 11. diſcipuli quoque unum ſunt, ſicut Pater & Filius, neque tamen eſſentia. Addit alia loca, ſed quæ ejusdem generis ſunt. (2) Patres priorum poſt N. Chriſtum ſeculorum e. g. Ignatium, Juſtinum Martyrem, Tertullianum, Origenem, Cyprianum, &c. unitatem inter Patrem & Filium explicare de unitate voluntatis. i. e. conſenſu. Sic ille. ℞. ad 1. Orthodoxi non ita crude argumentantur; ſed ita: nemo poteſt Chriſto oves ſuas è manu ſua eripere, quia unum eſt cum patre. E. unum eſt eſſentia. Ratio conſequentiæ eſt, quod ubi eſt eſſentia eadem, ibi eadem quoque potentia, adeoque h. l. divina; Et eſto, ſint unum voluntate, hoc ipſo erunt unum eſſentia, quia voluntas Dei eſt ipſa eſſentia Dei. Exſpirant igitur inſtantiæ, utpote de rebus & locis diſſimilibus conceptæ, & inſuper ultra tertium comparationis extenſæ. Ad (2) ℞. Patrum dicta abludunt à ſtatu controverſiæ; utpote concepta de unione myſtica; vel laborant conſequentiæ, quas Arrianus inde texit: Pater & Filius ſunt unum voluntate, & concordia (quod Patres dicunt) E. non eſſentia; imo invertimus, quia ſunt unum voluntate. E. eſſentia, quia in Deo ſunt *ταυτό τι.* Secus ſeſe res habet in creaturis, ubi voluntates ab eſſentiis diſtinguuntur. Vide Athanaſ. orat. IV. adv. Arian. t. I.

op.

Digitized by Google

opp. fol. 473. ſeqq. Cyril. comm. ad Joh. XVII. 11. Bene Auguſt. tract. XIV. in Joh. *De Trinitate cum interrogatur, Deus Tibi reſpondeatur. Si enim Spiritus hominis, quando inhæret Deo, unus ſpiritus eſt, aperte Apoſtolo* (1. Cor. VI. 17.) *dicente: qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt: Quanto magis Filius æqualis, adhærens Patri, ſimul cum illo unus Deus eſt? Audite alterum teſtimonium. Noſtis quam multi crediderunt, quando omnia, quæ habeant ad pedes Apoſtolorum vendita poſuerunt, ut diſtribueretur unicuique ſicut opus erat, & de illa congregatione ſanctorum quid dicit* (Act. IV. 32.) *ſcriptura erat illis anima una & cor unum in Deum. Si charitas de tot animabus fecit animam unam, & de tot cordibus cor fecit unum: quanta eſt Charitas inter Patrem & Filium: major utique poteſt eſſe quam inter illos homines, quibus erat cor unum, & anima una. Si ergo multorum fratrum cor unum propter Charitatem, & multorum fratrum anima una propter Charitatem, Deus Pater & Deus Filius dicturus eſt, quia duo ſunt: ſi duo Dii ſunt, non eſt ibi ſumma charitas. Si enim hic tanta charitas eſt, ut animam tuam & animam amici tui unam animam facias, quomodo ibi non eſt unus Deus Pater & Filius?* Et tract. XVIII. in Joh. *Æqualitatem iſtam* (Joh. V. 18.) *ſic intelligo, ut ibi intelligam individuam etiam charitatem, & ſi individuam charitatem, perfectam unitatem* &c. Similia habet Ambroſ. lib. 2. de Spir. ſanct. c. ult. *Quidam interrogatus: quid amicus eſſet, alter, inquit, ego. Si ergo homo amicum ita definivit, ut alterum ſe eſſe diceret, per unitatem videlicet amoris & gratiæ: quanto magis in Patre & Filio, & Spiritu Sancto unitatem majeſtatis æſtimare debemus, cum per eandem operationem ac divinitatem vel unitas, vel certe id quod amplius eſt, ταυτότης, ſicut græcè dicitur, exprimatur. Ταυτὸ enim idem ſignificat, eo quod idem habeat & Pater & Filius, & Spiritus S. Ut idem velle & idem poſſe non ex affectione ſit voluntatis, ſed in ſubſtantia trinitatis.* (2) *Ex conſequentiis* Joh. V. 19. negat Chriſtus quicquam ſe facere poſſe, niſi quod viderit Patrem facientem; quæ ratio? niſi identitas eſſentiæ & naturæ perfectiſſimæ: *Si, quos Chriſtus ad Evangelizandum & baptizandas nationes miſit, Spiritus Sanctus Eccleſiæ præpoſuit Patris ſententia deſtinatos, nulli dubium eſt, unam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti operationem & probationem, & conſequenter eandem Trinitatis eſſe ſubſtantiam:* ait Didymus Alex. tract. de Spirit. ſancto apud Hieron. t. IX. opp. f. 196. Confirmatur Joh. XII. 44. 45. Cum Judæi nollent in ipſum, tanquam Deum credere, propter ſpretam hominis for-

 mam,

mam, & conditionem, ipſe provocat ad ſuam & Patris ὁμοουσίαν docens, quisquis crediderit in ſeſe, credere non in ſeſe ſolum, ſed etiam in Patrem, quo cum ejusdem ſit eſſentiæ; & quisquis ſive mente credendo, ſive oculis videndo ipſum, Filium, viderit, videre etiam eum, qui miſiſſet, Patrem ὁμοούσιον. In quem ſenſum dixit Joh. XIV. 7. Si diſcipuli ipſum noſſent, cognituros eſſe etiam ipſum Patrem, ſibi ὁμοούσιον. Repetit in colloquio cum Philippo. v. 8. Cum enim hic petiiſſet Patrem ſibi oſtendi, corripiebatur à Chriſto, quod tanto temporis ſpatio apud ipſos fuiſſet Doctor, docens ea, quæ de Patre & Filio credenda eſſent: neque tamen adhuc temporis ſe, & conſequenter Patrem noſſent: Quisquis enim viderit Filium, eum ipſum videre, i. e. noſſe Patrem Filio ὁμοούσιον. Eſt enim v. 10. Filius in Patre, & Pater in Filio, ὁμονοίᾳ ἀδιαχωρίστῳ, doctrina & miraculis teſtibus, utpote ex potentia Patris patratis. Optime Gregor. Nyſſ. lib. II. contr. Eunom. f. m. 441. *Nos enim inſpiratis à Deo ſcripturæ verbis inſtituti & edocti non in Patre & Filio Deitatis communionem cernimus, ſed unitatem hoc propriis verbis Domino docente, quibus ait, Pater & ego unum ſumus, & qui vidit me, vidit Patrem. Nam ſi non eſſet ejusdem naturæ, quomodo vel haberet in ſemetipſo, quod alienum: vel quomodo in ſe ipſo oſtenderet quod eſt diſſimile. Æterna & aliena natura non excipiente diverſi generis characterem ſive formam?* Matth. XXVIII. 19. jubentur baptizari gentes *in nomine*, non in *nominibus* Patris, Filii, & Spiritus ſancti, ut indigitetur unitas eſſentiæ divinæ Ambroſ. lib. 1. de Spir. ſanct. c. 14. *Quid ego unitatem nominu argumentis aſtruo, cum divinæ vocis evidens teſtimonium ſit, unum nomen eſſe Patris & Filii & Spiritus Sancti? Scriptum eſt enim: Ite, baptizate gentes in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. In nomine dixit, non in nominibus. Non ergo aliud nomen Patris aliud Filii nomen, aliud nomen Spiritus Sancti, quia unus Deus: non plura nomina, quia non duo Dii, non tres Dii.*

Tres perſonæ credendæ.

§. 4. *In una illa eſſentia ſunt tres realiter diſtinctæ perſonæ, quas qui neſcit, verum Deum neſcit.* Joh. V. 23. negat Chriſtus eos Patrem colere, qui Filium non colant. *Quid ſi inveniuntur qui Patrem honorificant, & non honorificant Filium? Non poteſt, inquit, fieri, qui non honorificant Filium, non honorificant Patrem, qui miſit illum. Non poteſt ergo*

dicere

dicere aliquis: Ego Patrem honorificabam, quia Filium non noveram: ſi nondum Filium honorificabas, nec Patrem honorificabas. Auguſt. tract. XIX. in Joh. Confer Athanaſ. de comm. Eſſent. in Patr. & Fil. t. 1. opp. f. m. 255. ſeqq. Gregor. Nyſſ. Orat. VIII. adverſ. Eunom. f. 657. A. B. cap. VIII. 19. Idem negat Judæos Deum agnoſcere, eo quod non agnoſcant ipſius Filium. Repetit v. 55. Chriſtus in Judæos, ambitionis alicujus ipſum inſimulantes, dum tribuiſſet ſuæ doctrinæ vim vitæ æternæ conciliandæ, retorquet dictum, quod ipſi neſcirent verum Deum, neſcientes eum eſſe Patrem Jeſu Chriſti, veri Meſſiæ, cui debitum obſequium denegarent. Qua ipſa de re ex profeſſo diſputat Origenes tom. V. comm. in Joh. f. 80. & ſeqq. ubi inter alia etiam hæc ipſius verba leguntur: *Fortaſſe vero Prophetica teſtimonia non tantum prædicant Chriſtum venturum*, ἀλλὰ πολλὴν θεολογίαν, σχέσιν τοῦ πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ υἱοῦ πρὸς πατέρα ἐπιμαθεῖν, οὐχ ἔλαττον ἀπὸ τῶν προφητῶν δι᾽ ὧν ἀπαγγέλλουσι τὰ περὶ αὐτοῦ ἢ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων διηγουμένων τὴν μεγαλειότητα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ i. e. *ſed multam Theologiam, & quomodo ſe habeat Pater ad Filium, Filiusque ad Patrem, diſcere licet non minus ex his, quæ Prophetæ de ipſo annunciarunt, quam ab Apoſtolis magnificentiam Filii Dei narrantibus.* Pergit, & aſſerit, quod iſta Prophetarum de Deo, Deique Filio vaticinia & dogmata indigitarint οὐ μόνον τοὺς μετὰ τὴν χριστοῦ ἐπιδημίαν ἃ δεῖ φρονεῖν περὶ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν προτέραις ἐκείνων γενεαῖς ὥσπερ ὁ μὴ ἐγνωκὼς τὸν υἱὸν νῦν, οὐδὲ τὸν πατέρα ἔχει, οὕτω καὶ πρότερον νοητέον: *non ſolum quid illis, qui poſt Chriſti adventum futuri erant, ſentiendum foret, verum quid illis, qui ſua tempeſtate eſſent? Quemadmodum enim qui non agnovit nunc Filium, neque Patrem habet, ſic etiam de ſuperioribus ſeculis conſiderandum eſt: quamobrem Abraham exultavit, ut videret diem Chriſti, & vidit & gaviſus eſt. Quorum ergo Prophetarum maxima vult gratia privare, quiſquis noluerit oportere eos de Chriſto teſtari.* Ex his verbis patet, quod Deus verus non poſſit cognoſci, niſi cognita perſonarum pluralitate, quodque in V. T. non Prophetæ ſolum, ſed etiam vulgus cognoverit eam, vel certè ex ſcriptis Prophetarum noſſe potuerit. Et licet in ſuperioribus dictis duarum tantum Perſonarum, Patris & Filii, facta fuerit mentio expreſſa, attamen Spiritus Sanctus non excluditur: *Nominato Patre & Filio, conſequenter & Spiritus ſanctus intelligendus eſt. Spiritus enim ſanctus non eſt Patris tantummodo,*

aut

aut Filii tantummodo Spiritus, ſed Patris & Filii ſpiritus: ſcriptum eſt enim: (1. Joh. II. 15.) *ſi quis dilexerit mundum, non eſt Spiritus Patris in illo. Ita ſcriptum eſt: ſi quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus* (Rom. VIII. 9.) *Idem autem ſpiritus & Patris & Filii. Nominato itaq. Patre & Filio, intelligitur & Spiritus ſanctus, quia ſpiritus eſt & Patris & Filii.* Auguſt. tract. IX. in Joh. confer tract. XCIV. cap. V. Ambroſ. de Spir. S. lib. 1. c. 3. Nyſſ. t. 3. opp. f. 33. de diff. eſſent. & hypoſt. Hinc eſt, quod Cyrillus comm. in Joh. XV. 26. 27. Spiritum Sanctum vocet τῆς ἁγίας τριάδος τὴν ἀναπλήρωσιν. *Sanctæ Trinitatis complementum.* Et Nyſſenus lib. 1. adv. Eunom. f. 351. A. Trinitatis dogma appellat τὸ τῆς θεογνωσίας μυστήριον: *myſterium divinæ agnitionis,* innuens, tum demum recte cognoſci ſi cognoſcatur ut Pater, Filius, & Spiritus S. Orat. 11. f. 434. appellat παράδοσιν πίστεως, *traditionem fidei.*

Probatur (1) Ex Theophania Iordanica.

§. 5. Eſſe autem tres realiter diſtinctas in eſſentia divina perſonas probatur aliquot illuſtribus argumentis. (1) Θεοφανείᾳ *Jordanica.* Nam Filius ſtabat in aſſumpta carne, Spiritus Sanctus columbâ veſtitus ſuper ipſo ferebatur, & Patris audiebatur vox: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi beneplacitum eſt. Matth. III. 16. 17. Origenes allegatur in Catena Corderii: *In Jordano,* ajens, *fluvio manifeſtata eſt hominibus Trinitas. Si enim Pater teſtimonium eſt datum: & qui ipſum manifeſtavit Spiritus ſanctus;* πῶς ἡ τριὰς ἡ θεότης *quomodo non Trinitas divinitas;* Hæc ille. *Myſterium Trinitatis in baptiſmate demonſtratur; Dominus baptizatur; Spiritus deſcendit in ſpecie columbæ: patris vox teſtimonium Filio perhibentis auditur.* Hieron. ad l. c, Et Chryſoſtomus: *Filio baptizato teſtimonium perhibuit. Pater, & Spiritus ſanctus advolans conſubſtantialem ſibi ac Patri oſtendit baptizatum, adeoque etiam propter nos ſuper eum ſpiritus deſcendit.* In Catena. Excipit quidam Neo-Arianus ἀνώνυμος apud Chriſtoph. Sand ad l. c. Ex iſta apparitione judicio ſenſuum potius colligi (1) tres diſtinctas ſubſtantias & naturas inæquales. (2) Filium & Spiritum ſanctum *non eſſe ſummum Deum, & quia viſi ſunt, & quia loco moti.* (3) non eſſe Trinitatem, quia diabolus inde non cognovit Filium eſſe Deum, juxta quoſdam Homouſianorum. ℞. ad 1. ſenſibus in rebus divinis judicium non eſt committendum. N. c. Symbola externa ſunt

ſunt diſtincta eſſentialiter. E. etiam perſonæ divinæ ſub illis manifeſtatæ. Audita & viſa docebant ſaltem tres iſtos eſſe diſtinctos realiter, ſicut ſymbola erant diſtincta; non autem eſſentialiter; quia unum eſſe Deum noverant Judæi ex ſcripturis; conſequenter, filium quoq; eſſe Deum, Patri ὁμοούσιον, utpote quod filiatio naturalis inferat eſſentiam; Et ſpiritum ſanctum, qui DEI erat ſpiritus. Ad (2) ſymbola non ſunt res ipſæ, quarum ſunt ſymbola; adeoque caro non erat ipſe λόγος, ſed λόγου, ſeu Filii Dei; & columba non erat ſpiritus ipſe ſanctus, ſed Spiritus S. ὄχημα: Neque V. C. Filius videtur in carne. E. non eſt Deus ſua natura inviſibilis; Spiritus Sanctus loco movetur. E. non eſt Spiritus ſua natura: Hic homo eſt Dei Filius. E. non eſt verus homo: Hoc (συμπεπλεγμένον) eſt Spiritus Dei. E. Columba eſt ipſe Deus, in quem non cadit accidens. Ad (3) ℞. N. C. diabolus non intellexit. E. nec homines intellexerunt, ratio, quia propter homines revelatum eſt myſterium, non propter diabolum; iſti ſunt illuminabiles; hic minimè. Sed de hoc inferius in frontiſpicio χριστολογίας. §. 6.

§. 6. (2) Ex Pſ. CX. 1. ſeq. explicante Chriſto Matth. XXII. 43. 44. Marc. XII. 36. 37. Luc. XX. 42. 43. In iſto enim vaticinio, ſicut à Chriſto explicatum eſt, fit mentio Domini, i. e. Patris, qui Domino Davidis, i. e. Meſſiæ, dixit: ſede à dextris meis; quod Davidi revelavit ſpiritus, qui à Domino David, & ejus parente realiter diſtinctus eſt. Confer dictum Auguſtini §. 4. allegatum. Ex Pſ. CX. 1.

§. 7. (3) *Ex formula inſtitutionis baptiſmi* Jubet Chriſtus homines baptizari in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Pater à Filio realiter diſtinguitur, quod in confeſſo eſt; Sed & Spiritus Sanctus ab utroque, quatenus eſt perſona ab ipſis ſpirata. Matth. XXVIII. 20. Omnium trium eſt unum nomen, adeoque & una eſſentia, & gloria. Ignatius Martyr in epiſt. ad Philipp. p. m. 35. ait. juſſos eſſe Apoſtolos baptizare ἔτε εἰς ἕνα τριώνυμον, ἔτε εἰς τρεῖς ἐνανθρωπήσαντας; ἀλλ' εἰς τρεῖς ὁμοτίμους, *non in unum trinominem, neque in tres incarnatos; ſed in tres ejuſdem honoris.* Ubi autem eſt idem honor, ibi eadem Deitas, quia Deus ſuam gloriam alteri non vult dare. *Quis non ex ipſa cogatur veritate ſuſcipere indifferentiam Sanctæ Trinitatis, dum una ſit fides in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & lavacrum detur atque firmetur in nomine Pa-* Ex formula baptiſmi.

Digitized by Google

tris, & Filii, & Spiritus Sancti? quærit Didymus Alexandrinus, diſputans ex formula baptiſmi pro vera Spiritus Sancti Deitate: apud Hieron. t. IX. opp. f. 196. Confer Athanaſium in priore ad Serapionem Epiſtola t. 2. opp. f. m. 14. ubi ex formula Baptiſmi de Trinitate docet, eſſe hunc fundamentalem fidei articulum: *Hæc eſt Catholica Eccleſiæ fides. Quippe in Trinitate eam fundavit & radicavit Dominus, cum diceret Diſcipulis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti.* Baſil. tract. de ſpirit. ſanct. c. 12. Ambroſ. de ſpir. ſanct. l. 2. c. 10. Gregor. Nyſſen. orat. ſ. lib. 1. adv. Eunom. f. m. 318. ubi invehitur in Eunomium, qui nomina Deitatis perſonarum mutavit circumſcribendo, ut vim eluderet. Et Orat. II. f. 441. & Auguſt. tract. VI. in Joh. cujus hæc verba ſunt: *Pater quæ demonſtrat Filio, non accepit extrinſecus, intus totum agitur, quia nihil creaturarum eſſet extrinſecus, niſi hoc Pater feciſſet per Filium.* Quæ recentior quidam Arianus ἀνώνυμος excipit adverſus iſtam baptiſmi formulam diluimus ſupra Art. I. Sect. II. §. 12.

Ex colloquio Chriſti Joh. XVI. 13.

§. 8. (4) *Ex colloquio Chriſti cum diſcipulis.* Joh. XVI. 13. 14. 15. Chriſtus promittit Spiritum ſanctum diſcipulis in omnem veritatem infallibiliter deducendis, & docet, unde hæc infallibilitas ſit, nempe à Deo Patre, & ſeſe; neque enim locuturum eſſe Spiritum ſanctum niſi quæ audiverit in conſilio Deitatis; Inde ipſum per æternam proceſſionem accipere eſſentiam, ſapientiam, præſcientiam, à Filio, quem propterea ut Deum glorificaturus ſit, & Patre; cujus omnia, adeoque & eſſentia, & vis ſpirandi, & ſapientia, Filii ſint per æternam generationem. En Tibi tres perſonas, Patrem, cujus omnia ſunt Filii, Filium à quo Spiritus Sanctus accipit ſuam eſſentiam, ſapientiam, & præſcientiam; & ſpiritum ſanctum, qui non à ſeipſo loquitur; ſed ſapientia à Patre & Filio accepta: *Oportebat ita inſinuari Trinitatem, ut quamvis nulla eſſet diverſitas ſubſtantiarum, ſingillatim tamen commendaretur diſtinctio perſonarum, ubi eis, qui rectè intelligunt, nunquam videri poteſt ſeparatio naturarum:* ait Auguſt. tract. XCIV. in Joh.

Ex inductione perſon.

§. 9. (5) *Ex inductione ſingularum perſonarum*, de quibus ordine agendum. *Prima* perſona eſt pater, utpote origo reliqua-

rum

rum duarum perſonarum. Joh. V. 19. ſeqq. negat Filius quicquam ſe facere poſſe, niſi quod viderit Patrem facere. Pater igitur (modo concipiendi noſtro) prior operatur, & per eſſentiæ ſuæ, quæ generatione fit, æternam communicationem dat Filio quoque eadem, quæ ipſe facit, operari, ſive in creatione, ſive in reparatione. Confirmat Joh. VIII. 38. cum negat, ſe quicquam ex ſeſe ſolo dicere, vel facere, ſed ait accepiſſe ſe à Patre omnia. Quod vero Spiritum ſanctum attinet, ipſe omnia accepit à Filio, conſequenter etiam à Patre; Nam omnia quæ Pater habet, Filii ſunt. Joh. XVI. 14. 15. Manet igitur Patrem, à quo genitus eſt Filius, & Spiritus Sanctus procedit, eſſe primam Deitatis perſonam.

§. 10. *Pater* vox eſt πολύσημος, & ſignificat vel naturâ, vel gratia talem. Innuitur diverſitas à Joh. XX. 17. ubi diſcipulis ait: *aſcendo ad Patrem meum*, generatione talem; *& ad Patrem veſtrum*, adoptione talem. Interdum accipitur οὐσιωδῶς, ut vox communis eſt omnibus tribus perſonis, quo ſenſu accipitur in orationis Dominicæ exordio. Matth. VI. 9. XXIII. 9. Luc. XI. 2. Interdum ὑποστατικῶς, pro prima perſona, quando relationem dicit ad Filium ab æterno à ſeſe genitum. Joh. I. 14. 18. Unde apparet *character* ipſius *hypoſtaticus*, qui eſt gignere; & ratio, quare Patres, imprimis quibus cum Arianis res erat, maluerint *Patrem* dicere, quam *ingenitum*; nempe quia iſta vox relationem dicit ad Filium, vide Athanaſ. orat. II. adverſ. Arian. f. m. 340. t. 1. opp. Differt igitur Pater à Filio realiter. Joh. XX. 17. aſcendo ad Patrem meum, & ad patrem veſtrum: quibus verbis docet, alium eſſe Patrem, alium ſe Filium patris: *An enim Pater ad Patrem, & Deus ad Deum? Annon filius ad Patrem, & ſermo ad Deum?* Quærit Tertullianus ex Praxea, docens reale diſcrimen inter Patrem & Filium. Habet hoc Pater peculiare, quod à nullo ſit. Joh. XVI. 14. 15 haud obſcure hoc inſinuatur. Quod enim attinet ſpiritum ſanctum, accipit ille à Filio ſuam, ut ſapientiam divinam, ita & eſſentiam; Quod vero Filium, debet ille eandem ſuam ſapientiam & eſſentiam Patri; quatenus omnia, quæ Pater habet, Filii ſunt; Pater igitur utrique ſuam dat eſſentiam, ipſe vero à nullo quicquam accipit:

Quæ ſunt (1) Pater.

2. Character.

 Quid

Quid vultis amplius? quærit Auguſtinus tract. 100. in Joh. & concludit: *Ergo à Patre accipit Spiritus Sanctus, unde accipit Filius; quia in hac Trinitate natus eſt Filius, de Patre procedit ſpiritus ſanctus: qui autem de nullo natus ſit, de nullo procedit, pater ſolus eſt.* Confer Baſil. lib. 1. adverſ. Eunom. f. m. 10. C. Auguſt. tract. 29. in Joh. Per hanc generationem accepit Filius omnia, quæ Patris ſunt, adeoque eſſentiam, & attributa, Joh. X. 15. 37. Ab ipſo ſum, ait Chriſtus. Joh. VII. 29. *quia Filius de Patre, & quidquid eſt Filius, de illo eſt, cujus eſt Filius*; Aug. tr. 31. Habet ab ipſo *vitam*. Joh. V. 26. Nam ſicut Pater vitam habet in ſeipſo, ita dedit Filio vitam habere in ſeipſo: Quomodo? *Breviter dixerim: genuit Filium. Neque erat ſine vita, & accepit vitam, ſed naſcendo vita eſt. Pater vita eſt non naſcendo: Filius vita eſt naſcendo, Pater de nullo Patre, Filius de Deo Patre. Pater quod eſt, de nullo eſt: quod enim Pater eſt, propter Filium eſt. Filius vero & quod Filius eſt propter Patrem eſt*: Ita Auguſt. tract. XIX. in Joh. *& hoc ergo dixit: vitam dedit Filio, ut haberet eam in ſemetipſo, tanquam diceret: Pater, qui eſt vita in ſemetipſo, genuit Filium, qui eſſet vita in ſemetipſo.* Confer tract. 99. Vim operandi. Neque enim poteſt Filius facere, niſi quod viderit Patrem facere. v. 19. *h. e. quidquid Filius habet, ut faciat, à Patre habet, ut faciat. Quare habet à Patre, ut faciat? Quia à Patre habet, ut Filius ſit. Filio enim hoc eſt eſſe, quod poſſe: homini non ita eſt, ex comparatione humanæ infirmitatis, longè infra jacentis*, explicante eodem tract. XX. in Joh. *Sapientiam*, qualis in verbo ipſius eluxit. Verbum enim non eſt meum, ait Joh. XIV. 24. ſed ejus, qui me miſit: *Rectè tribuit auctori, quidquid facit æqualis, à quo habet hoc ipſum, quod illi eſt indifferenter æqualis*: ait Auguſt. tract. 76. in Joh. XVI. 15. *Deus* eſt: Nam Filius ipſius eſt

(5.) Nomina. *Dei* Filius: Luc. I. 35. Unde expreſſe dicitur Deus, & quidem (idolis oppoſitus) ſolus verus. Joh. XVII. 3. Idem *Altiſſimus* dicitur ab Angelo Luc. I. 32. propter eminentem Majeſtatem. *Rex* Matth. XXII. 2. qui filio ſuo nuptias fecit. *Colonus*, à ſingulari cura erga Eccleſiam, vineam ſpiritualem, è Chriſto mediatore enatam. Joh. XV. 1. ſeqq. vide Athanaſ. t. 1. opp. f. 135. ſeqq. Auguſtin. tract. 80. in Joh. *Is, qui miſit me*, ait Chriſtus. Cap. XVI. 5. *Dominus*, qui ipſum fecit ſedere à dextris ſuis. Matth. XXII. 43. *Dominus cœli & terræ*. Matth. XI. 25. nempe quæ condidit:

Digitized by Google

didit: Secus ac Manichæi delirabant, docentes, alium, quam Chriſti Patrem, mundum condidiſſe. vid. Athan. de incarn. verb. f.55. t. 1. opp. ex Joh. I. 2. ſeqq. contrarium probantem. Pater *Sanctus*. Joh. XVII. 11. à ſanctitate fidei & verbi, pro qua Chriſtus patrem orabat, ut diſcipulis eam largiretur.

§. II. *Secunda perſona* eſt Filius. *Perſona* eſt; ſicut ipſa ſtatim vox cogit: *ἰδιοσύστατος*, uti Cyril. in Joh. XIV. 16. loquitur, & *ſecunda* perſona, quod docet origo, quam habet à Patre, *καρπὸς ὑπάρχων τῆς οὐσίας αὐτοῦ, fructus exiſtens eſſentia ipſius.* Cyril. ad Joh. XVI. 15. & Spiritus ſanctus ab utroque; *Deitatis* perſona eſt, quod præcipue Johannes in ſuo Evangelio demonſtravit. vid. Aug. lib. 1. de conſ. Evang. c. 4. & lib. 4. c. 10. *Præcipuè*, dixi, non autem ſolum; Nam & in Matthæo & aliis argumenta inveniuntur. vide Origenem citatum §. 16. & jam in V. T. fuit cognitum. Joh. XII. 38. vide Ambroſ. lib. III. de Sp. S. c. 23. utpote *τὸ κύριον τῆς πίστεως ἡμῶν columen noſtræ fidei*, ut vocat Athan. Orat. 3. contra Arian. Probatur Deitas, quia (1) *Expreſſè dicitur Deus* à Thoma confeſſore Joh. XX. 28. Hæc verba ad Jeſum fuiſſe directa docuerunt Patres uno ore: *Θωμᾶς φησὶν αὐτῷ: ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου: Thomas dicit* IPSI: *Dominus meus, & Deus meus:* ſcribit Ignatius Martyr ad Smyrnenſes: Confer Cypr. lib. 2. ad Quirin. cap. 6. Athanaſ. orat. III. contr. Arian. Item in orat. de divin. Chriſti ad Maximum Philoſ. t. 1. opp. f. m. 163. C. Hilarium lib. VII. de Trinit. Chryſoſtomum homil. de Trinit. Cyrillum lib. XII. Theſaur. cap. 15. Maxentium dialog. II. &c. Dudum exploſus eſt error Samoſatenianorum, Photinianorum, Neſtorianorum, Theodori Mopſveſteni, &c. accipientium iſta verba de Patre, tanquam hunc compellaſſet Thomas, quod referunt Patres Synodi V. cap. 8. & 12. *Theodorus Mopsveſtenus, & confeſſionem, quam fecit Thomas, cum palpaſſet manus & latus Domini, poſt reſurrectionem, dicens: Dominus meus, & Deus, inquit, non eſſe dictum à Thoma de Chriſto: Nec enim, dicit Theodorus, Deum eſſe Chriſtum; ſed ad miraculum reſurrectionis ſtupefactum Thomam glorificaſſe Deum, qui Dominum reſuſcitavit.* Bellarminus conatur eludere cavillum hoc hæreticorum ex Grammatica, juxta quam ὁ ſit articulus, non ſignum exclamantis: ſed regerit poſt alios multos Socinianos, Chriſtoph.

(2) *Filius* cujus Deitas probatur ex nominibus:

Deus.

Digitized by Google

ſtoph. Sandius Marc. XV. 34. Chriſtum per exclamationem dicere: ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου; Sicut & Pſal. XXII. 1. &c. Et agnoviſſe Salmeronem Jeſuitam infirmitatem argumenti, cum proleg. XXVI. ait, *Chriſtum ab Evangeliſtis non accepiſſe teſtimonium, quod ſit Deus.* ℞. Quo ſenſu Thomas intellexerit verba ſua, docet judicium Chriſti v. 29. ſubjunctum, nempe, ut declararet fidem ſuam erga Jeſum Chriſtum ex mortuis reſuſcitatum, quæ antea in ipſo deſiderabatur. v. 25. Nam Chriſtus Thomam propterea prædicat credentem, adeoque beatum: Et licet alicubi locorum nominativus pro vocativo ponatur, attamen N. C. etiam h. l. eſſe iſtam ἀντίπτωσιν; nec enim ulla cogit neceſſitas, ut à regulari modo loquendi recedamus. Cur autem Salmeron Jeſuita negarit, ab Evangeliſtis Chriſtum accepiſſe teſtimonium Deitatis, facile cogitabitis, qui novit, Pontificios libenter ſcripturis detrahere, ut Eccleſiæ & traditioni eo majus pondus accedat. Alius eſt illuſtris locus Joh. I. 1. ubi *Deus* ipſum fuiſſe *verbum* dicitur. *Non ſolum erat verbum apud Deum, ſed* ἦν καὶ Θεὸς, *erat & Deus, ut ex eo, quod eſt apud Deum, alius eſſe à Patre cognoſcatur, & Filius propriè ſubſiſtere & per ſe credatur,* διὰ τοῦ εἶναι Θεὸς, ὁμοούσιός τε καὶ ἐξ αὐτοῦ νοεῖται κατὰ φύσιν; *Ex eo vero, quod eſt Deus, conſubſtantialis, & ex ipſo intelligatur eſſe ſecundum naturam, utpote Deus & ex Deo exiſtens.* Cyril. comm. ad l. c. Joh. confer peculiarem de hoc dicto homiliam Baſilii t. 1. opp. f. m. 502. ſeqq. Arianus & Photinianus ſpiritus omnes olim & hodie machinas adhibuit, ut hunc nobis murum everteret: Deſiderant nonnulli articulum ὁ, qui ſit nota veri Dei; Nec advertunt, quod Joh. I. 6. vox iſta ſine articulo occurrat, παρὰ Θεοῦ; & tamen intelligatur de vero Deo, qui Johannem Baptiſtam miſit, ut docuimus Art. II. Sect. I. §. 3. Alii igitur deſerto hoc effugio corrumpunt ipſa verba, ut Martinus Czechovicius Polonus, qui cavillatur, *in quibusdam antiquis latinis exemplaribus MSis* reperiri: *Dei, non Deus:* Verbum erat Dei, ſeu Dei erat Verbum. Sed cujus ea exemplaria ſint auctoritatis, tacet; cujuscunque denique ſint, ad fontium tamen auctoritatem non aſcendent. Antiquiſſimus Patrum Ignatius in ep. ad Tarſenſes neſcit illam Sociniani lectionem, quando ita ſcribit: *Quomodo hic merus homo, & qui eſſentia ex Maria cœpiſſet exordium,* ἀλλ'
[illegible]

οὐχὶ Θεὸς λόγος καὶ μονογενὴς υἱὸς; ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος: *Et non potius Deus verbum, & unigenitus filius? In principio enim erat verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Manet verbum Dei ille Deus Dominus, ad quem Baptiſta ipſius prodromus multos erat converſurus Luc. I. 16. 17. cujus mater erat Maria, Mater Domini propterea dicta. v. 43. *Neque obſtat* locus Pſal. LXXXII. 6. allegatus Joh. X. 34. ubi nomen Dii etiam meris hominibus tribuitur, quod multis veterum teſtimoniis Sandius fruſtra illuſtrat atque confirmat Interpp. ad l. c. Aliud enim eſſe Deum natura, aliud gratia, in confeſſo eſt; Jeſum autem natura Deum eſſe, probatur quia unum eſt cum Patre Joh. X. 30. Homines autem non natura, ſed gratia Dii ſunt: vel, uti Tertullianus contra Hermogenem loquitur: *ex gratia ipſius* (Dei) *non ex noſtra proprietate, quia ipſe eſt ſolus, qui Deos faciat.* Regeris: Si Chriſtus Joh. X. 30. intellexit unitatem eſſentiæ, adeoque ſeſe dixit Patri ὁμοούσιον, reſponſio ejus & inſtantia ex Pſ. LXXXII. 6. nulla erit, quippe ubi non agitur de Diis naturâ, ſed gratia talibus. ℞. Chriſtus non dat inſtantiam, ſed argumentatur à minori ad majus h. m. Meri homines, officio divino fungentes, dicuntur Pſ. LXXXII. 6. Dii. Ergo multo magis ego, qui verus Deus ſum, id quod demonſtrant opera mea, quæ facio. v. 36. 37. 38. Dicitur quoque *Dominus.* Sic enim eum appellavit David Pſ. CX. 1. teſte ipſo Chriſto Matth. XXII. 44. 45. Sic eundem appellarunt diſcipuli quoque Joh. XIII. 13. Idque nomen uni & ſoli Deo competit: vide Ambroſ. lib. III. de Sp. Sanct. c. 17. Athanaſ. in oratione de Deitate Chriſti ad Maximum Philoſophum directa t. 1. opp. f. m. 163. C. Compendium hujus generis argumentorum, ex nominibus Dei deſumptorum, eſſe poteſt, quod unum ſit *nomen* Dei Patris, & Filii, quo de ex profeſſo & accuratè diſputat Ambroſ. de Spir. ſanct. lib. I. cap. 14. Athanaſ. tr. de comm. Eſſent. Patr. & Filii t. 1. opp. f. m. 229. D. Dominus.

§. 12. (2) *Conſequenter dicitur Deus*, quando appellatur Filius Dei, & quidem unigenitus. *Filius* dicebatur ab Angelo Gabriele, cum Mariæ Virgini incarnationem ipſius intimaret: Filius *altiſſimi* appellabitur, ait Luc. I. 32. & Synonyma phraſi. v. 35. Filius Ex Filiatione.

Digitized by Google

lius *Dei*. Unde falſum eſt, quod Sandius ad Matth. I. 20. annotavit, quod *homines latere debuerit* (Jeſum eſſe Dei Filium) *donec Deus Pater, id teſtaretur è cœlo, vel Filius ipſe operibus id demonſtraret* Deus vocatur. Ab ipſo ſuo Patre ſemel Matth. III. 17. iterum c. XVII. 5. cum Pater ait: Hic eſt Filius meus dilectus. Filius Dei habet eſſentiam Dei Patris, adeoque Deus ipſe eſt. Sic collegit ille cœcus à Chriſto reſtitutus Joh. IX. 35. 36. 37. Poſtquam enim Chriſtus hunc à ſeſe ſanatum interrogaſſet: An crederet in Filium Dei? & hic regereret: Quis ille eſſet credendus? reſpondit Jeſus, quem vidiſſet, & jam loquentem audiret: tum vero cœcus Chriſtum tanquam Deum adorabat. Optime Nyſſenus lib. I. adverſ. Eunom. f. m. 346. *Aſſertio abſq; probatione maneat, ſed ſcripturæ teſtimoniis firmata reſiſtat, hoc prædictis adjiciendum videtur: nimirum, Dominum non eſſe creatum, ſed ex Patre progenitum, ſicut ipſum verbum divinum ſuâpte teſtificatione in Evangelio oſtendit, modo generationis & proceſſionis inexplicabili, & ineffabili: & quis fide dignior teſtis reperiri queat, ipſo Domino, qui in toto Evangelio, Patrem non ſuum creatorem, ſed Patrem nominat, neque ſeipſum opus, ſed filium Dei appellat? Quemadmodum enim communionem & convenientiam cum natura humana Filii hominis appellatione ſignificata, oſtendens ſuam cognationem ſecundum carnem cum illa, ex qua carnem aſſumſerat: ſic ſuam quoque ad univerſorum Deum veram & genuinam habitudinem Filii appellatione demonſtrat: natura cognatione per filii vocabulum oſtenſa.* Eodem modo concluſit etiam Nathaneel Joh. I. 48. 49. Cum enim ex verbis Chriſti didiciſſet, eum hominem eſſe omniſcium, concluſit eum eſſe Dei Filium. Summus quoque Pontifex, poſtquam Jeſus interrogatus & adjuratus: An eſſet Meſſias, Dei Filius? annuiſſet; veſtimentum ſuum diſrupit, tanquam blaſphemiam dixiſſet, Dei ſeſe Filium i. e. Deum, appellando, Matth. XXVI. 63. ſeqq. Atq; hanc cauſſam puto, cur Clemens Alex. lib. V ſtrom. f. m. 587. verba Joh. I. 18. ita legeret: ὁ μονογενὴς θεὸς: *Deus unigenitus*, pro eo, quod vulgo legitur, υἱὸς filius unigenitus, quod qui unigenitus Dei Filius eſt, ſit etiam Deus. Optime igitur Athanaſius in epiſtola ad Serapionem urget diſcrimen inter creationem & generationem, ut obtineat, Filium eſſe Patri coëſſentialem, tom. I. opp. f. 170. A. *nunquam dixerimus Patres conditores ſuorum liberorum, ſed genitores: Utque*

nos

nos ex noſtris parentibus editos, nunquam appellaverimus illorum creaturas, ſed filios, & natura ejuſdem cum parentibus conſortes: Ita ſi Pater Deus eſt, omnino Pater eſt ejus Filii, qui ſecum eſt ejusdem generis. Abraham certe, non condidit Iſaacum ſed genuit. Boſeleel autem & Elia non genuerunt, ſed fecerunt omnia opera tabernaculi. Navium item conſtructor, domusque ædificator non gignunt, ſed faciunt quisque ſuum opus, iſte navem, ille domicilium. Iſaac certè, non facit, ſed gignit Jacob naturaliter ſibi conſubſtantialem, ut & ille Judam & fratres ejus. Quemadmodum igitur inſani erit, quisquis dicat conſubſtantialem eſſe ædificatori domum, & navem fabro navali: Ita congruenter dixeris: quemlibet filium coëſſentialem patri ſuo eſſe. Si igitur pater eſt, & filius, neceſſum eſt, filium naturalem & verum eſſe, h. e. coeſſentialem Patri. Cum verò filius alius ſit per naturam, alius per gratiam, (quam diſtinctionem explicat & confirmat Athanaſius de decret. Synod. Nicæn. t. 1. opp. f. 254. & orat. III. contr. Arian. f. 419.) ὄντως alius, alius φαινομένως talis, ideoque Matth. XIV. 33. additur ἀληθῶς, *verè*, ab iis, qui ex miraculoſa venti ſedatione, â Chriſto facta, collegerant, ipſum Deum eſſe revera. Obſervat vocem & explicat Origenes comm. in Matth. XV. 21. fol. m. 255. Nyſſen. lib. 1. adverſ. Eunom. f. m. 323. docentes, verè Filium Dei dici, & propriè; non impropriè; τὸ γὰρ ἄκυρον τῷ ἀνυπάρκτῳ ταυτὸν ἐστιν: *idem eſt propriè eſſe, & non eſſe.* Et Orat. II. f. 437. *Quod verè eſt ens opponitur ei, quod non eſt verè ens. Eſt autem verè ens unumquodque entium qua eſt, quod autem phantaſia, i. e. viſione quadam & ſuſpicione, videtur quidem eſſe cum non ſit ens, hoc non verè eſt, ſicut ſomnium, ſpectrum, vel in imagine homo. Hæc igitur & ejusmodi viſione tenus cum ſint, verè eſſe non habent.* Confer orat. III. f. 536. B. ubi docet, generationem Filii non repugnare puritati, immutabilitati, ſimplicitati divinæ. Confirmat Orat. VII. f. 627. D. ſeqq. ubi declarat immaterialitatem generationis ex analogia verbi interni & externi. Ut adeo ſibi invicem non repugnent; eſſe Dei Filium verè & propriè, & tamen modo corporali genitum non eſſe. Ut mirandum ſit, quod Bellarminus lib. 1. de P. R. §. quarta dicat, Chriſtum Joh. I. 50. & Matth. XIV. 33. eo ſenſu dici Filium Dei, quo homines quoque fideles. Et Maldonatus qui comm. ad Luc. I. 35. putat, Dei Filium dici Chriſtum, ſicut Adamus Luc. III. 38.

Digitized by Google

quod cupide arripit Sandius interp. parad. ad Luc. I. 35. Ut autem clarius ab aliis Dei filiis diſtingueretur additur *unigenitus*. Joh. I. 14. 18. III. 16. 18. quia nimirum neminem alium ex ſua eſſentia ab æterno genuit, ſicut hunc. *Æqualis æqualem genuit, æternus æternum*, juxta Aug. tr. XX. in Joh. Sociniani quidem excipiunt, unigenitum dici, quod ſit omnium Dei dilectiſſimus filius; ſed inverte; ideo eſt dilectiſſimus, quia unigenitus, ut ſunt unici filii etiam dilectiſſimi. *Eſt Filius Dei unicus, non adoptatus. Adoptati filii miniſtri ſunt unici. Unicus habet poteſtatem, adoptati miniſterium.* Ita Auguſt. tract. 7. in Joh. & in tract. XIV. ad Joh. III. 35. verba: Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus: ita diſſerit: *& adjecit*: omnia dedit in manu ejus, *ut noſſes & hic, qua diſtinctione dictum ſit*: Pater diligit Filium. *Quare enim Pater non diligit Joannem? Et tamen non omnia dedit in manu ejus. Pater non diligit Paulum? Et tamen non omnia dedit in manu ejus. Pater diligit Filium, ſed quomodo Pater Filium, non quomodo Dominus ſervum: quomodo unicum, non quomodo adoptatum. Itaque omnia dedit in manu ejus. Quid eſt omnia? Ut tantus ſit Filius, quantus eſt Pater. Ad æqualitatem enim ſibi genuit eum, cui rapina non eſſet in forma Dei eſſe æqualem Deo.* Unde

Ex ὁμοουσίᾳ. Joh. X. 30.

§. 13. (3) Ex ὁμοουσίᾳ cum Patre, qui omnium confeſſione verus Deus eſt. Ego & Pater unum ſumus, ait Chriſtus Joh. X. 30. Ex quo dicto ut orthodoxa antiquitas tota, ita Theodotus Ancyranus in expoſitione Symboli Nicæni à Luca Holſtenio edita p. 6. probat ἴσον τῷ ἰδίῳ πατρὶ *æqualem eſſe* Chriſtum *Patri ſuo*, & ὁμοούσιον *conſubſtantialem*. Quæ Neo-Photiniani & Ariani excipiunt, diluta ſunt ſuperius §. 4. Qui videt filium, videt Patrem, ait ipſe Chriſtus. Joh. XIV. 9. quod verum non dixiſſet, ſi Patri non eſſet ὁμοούσιος: *Si verum eſſe, atque ita ſe habere concedemus, & à Dei ac Patris ſubſtantia alienum eſſe prorſus Filium fatebimur, quomodo* (Chriſtus) *non mentietur, cum ait: Qui videt me, videt & Patrem: Nam cum Pater ſecundum naturam Deus ſit, quomodo Filius, licet non ſit Deus ſecundum naturam, ut illi docent, in ſeipſo Patrem oſtendet? quomodo enim in eo, quod creatum non eſt, id quod creatum eſt ſpectabimus, aut in eo, qui aliquando non erat, quatenus eſt creatus, is, qui ſemper eſt, videbitur:* verba ſunt Cyrilli ad Joh. l. c.

qui

Digitized by Google

qui verba Chriſti paulo poſt ita explicat & παραφράζει: *Licet Tibi, Philippe, Patris in me contemplari naturam, & ex eo quod ſum ipſe genitorem perſpicere. Extiti enim & ſum verè ſubſtantiæ ejus Character per omnia ſimilis, & imago perfectiſſima,* ὅλην ἐν ἐμαυτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐγχαράττων φύσιν: *totam in meipſo Dei ac Patris naturam exprimens.* &c. Hæc idem. Confer Gregor. Nyſſ. orat. III. adverſ. Eunom. f. m. 566. tom. II. opp. & orat. V. f. m. 589. A. Excipit Arius apud Athanaſium in diſp. contr. Arium. f. 117. t. 1. opp. *per hoc deſignat* (non eandem, utriusque eſſentiam, ſed) τὸν ἀπαράλλακτον αὐτοῦ ἰδέαν, ἣν ἔχει πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. *Immutabilem ſui ſpeciem, quam habet cum Patre ſuo.* ℞. Species Patris non eſt ipſa Patris eſſentia. E. nec videt Patrem, qui ejus Speciem nudam ſcil. videt; ſicut non videt Deum ipſum, qui Adamum in ſtatu integritatis in imagine Dei vidit. Oportet igitur Chriſtum intelligere & ſupponere eandem utriusque eſſentiam, Optimè Athanaſius. fol. 134. D. *Si enim Filius ſubſtantia alius eſt, ac proinde diverſus à Patre, qui poteſt in Filio ſpectari Pater? Nam ſi non poteſt lignea imago virilem formam referens æſtimari agnoſcíq; ex lapideo, cum res ſit diverſæ ſubſtantiæ, & æque impoſſibile ſit, aut naturam lapideam in ligno, aut viciſſim ligneam in lapideo deprehendi, quantum attinet ad ſubſtantiæ rationem. Omnino ſequitur, Deum regem omnium in Filio ſuo ejusdem ſecum ſubſtantiæ cognoſci. Siquidem ſimilia, quatenus ſunt ejusdem ſubſtantiæ, oculis animadverſa, eorum, quæ viſa non ſunt. Cognitionem afferunt.* Origenes tom. XV. in Joh. allegante Sandio ad Joh. XIV. 9. fundat identitatem in voluntate: *Ne ſint,* inquiens, *amplius duæ voluntates, ſed voluntas: quæ una voluntas auctor eſt Filio dicendi: Ego & Pater unum ſumus; & ob hanc voluntatem, qui vidit Filium, vidit etiam eum, qui miſit ipſum.* Poſſumus hoc admittere, quatenus in Deo voluntas & eſſentia à parte rei ſunt unum & idem, ita ut *una* ſit utriusque perſonæ, Patris & Filii, voluntas, ſicut una eſt eſſentia. Ego in Patre ſum & Pater in me, ait Chriſtus, Joh XIV. 10. vid. Athanaſ. t. 1. opp. orat. IV. adv. Arian. f. 454. ſeqq. ubi ait f. 456. dixiſſe hæc Chriſtum (collato Joh. X. 30.) ἵνα τὴν μὲν ταυτότητα τῆς θεότητος, τὴν δὲ ἑνότητα τῆς οὐσίας δείξῃ: *Ut identitatem Deitatis & unitatem eſſentiæ demonſtraret.* Nec Alexandri Alexandrini Epiſcopi dictum, quod idem ex Tripart. lib. 1. c. 14. allegat,

gat,

gat, nobis obeſt, cum verba Chriſti ita explicat: *Qui vidit me, vidit Patrem, tanquam per ſpeculum immaculatum & animatam divinam imaginem ipſius, viſo Patre: quem* (ὅμοιον) *ſimilem in Pſalmis ſanctiſſimi dicunt: in lumine tuo, videbimus lumen:* Etiamſi enim ὅμοιον ſimilem Patrem Filio dicat Alexander, attamen ὁμουσίαν propterea non negat; ſicut eam non negavit Cyrillus, inferius §. 17. citandus, quando vim vivificandi ait ὁμοίως *ſimiliter* in Patre & Filio eſſe: Aut Auguſtinus; §. 19. adducendus. Joh. XVI. 15. Omnia, ait Filius, quæcunque Pater habet, mea ſunt. Nihil excipit, quare neque noſtrum erit quicquam excipere, niſi ubi relatio inter utrumque impedit. vid. Athanaſ. t. 1. opp. f. 152. 153. in illud: *omnia mihi tradidita &c.* Et in epiſt. ad Serap. fol. 167. C. *Nam cum nullo prorſus modo Filius à Patre differat, niſi duntaxat, quia Pater eſt, nec diverſa ratione in utroque ſubſtantia effulgeat, quomodo non erunt communia, imo vero, eadem in utroque omnia, ita ut in Filio quidem ſint quæ ſunt Patris, in Patre vero, quæ ſunt Filii.* Cyril. ad l. c. Cautela Didymi probe notanda ex lib. 2. de Spir. Sanct. *Cave autem cum iſta dicuntur, ne grave laboris intelligentiæ in vitium, & putes rem aliquam eſſe & poſſeſſionem quæ à patre habeatur ac Filio: Verum quæ habet Pater juxta ſubſtantiam: i. e. æternitatem, immutabilitatem, incorruptionem, immutabilem trinitatem, de ſe & in ſe ſubſiſtentem: hæc eadem habet & Filius: & quæcunque ſunt Filii, hæc eadem & Pater habet. Procul hinc abſint dialecticorum tendiculæ, & Sophiſmata à veritate pellantur: quæ occaſionem impietatis ex pia prædicatione capientia dicunt: Ergo & Pater eſt Filius, & Filius Pater. Si enim dixiſſet, omnia quæcunque habet Deus mea ſunt: haberet impietas occaſionem confingendi, & veriſimile videretur eſſe mendacium. Cum verò dixerit, omnia quæ habet Pater mea ſunt: Patris nomine ſe Filium declaravit, Paternitatem qui filius erat non uſurpavit:* Clarius rem exprimit Nyſſ. Orat. II. f. 447. quem vide Joh. XVII. 10. Chriſtus, probaturus diſcipulos, qui Patris ſunt, eſſe etiam ſuos, argumentum ſumit ab ὁμουσίᾳ ſui & Patris, dicens, omnia quæ mea ſunt, tua ſunt, & quæ tua ſunt, mea ſunt; Atqui Patris eſt eſſentia, quare eadem eſt & Filii; Eouſque enim extendimus ſenſum verborum, quouſque perſonalis differentia non obſtat. Cyrillus in comm. ad l. c. reſtringit quidem verba ad eandem Patris & Filii poteſtatem & dignitatem; ſed idem, quod, nos, inde concludit,

cludit, nempe utriusque perſonæ ὁμουσίαν: ὅπου γὰρ φύσεως ἡ ἀκρό-τατη ταυτότης διαλάμπει καὶ φαίνεται, ἐκεῖ τῆς ἀξίας ἀπαράλλακτος ἡ δόξα, οὐ μεμερισμένως ἑνί τι τῶν ὄντων ἀνατιθεῖσα τυχὸν, καὶ παραθεμένη τὸν ἕτερον, ἀλλ' ἴσην μίαν τε καὶ αὐτὴν, τὴν ἀκρότατην ὅτιπερ οὖν ἐπιτείνουσα δόξαν. *Ubi enim natura perfectiſſima in omnibus relucet identitas, ibi dignitatis eadem plane eſt gloria, non ſeorſim uni aliquid tribuens, alio excluſo, ſed æqualem, unam, & eandem in omnibus gloriam impertiens.* Adde ſeqq. & Aug. lib. 1. de conſ. Evang. c. 4.

§. 14. (4) *Ex attributis divinis*: quæ ſunt eadem in Patre & Filio. Colligitur ex Joh. V. 21. Sicut Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ita & Filius vivificat, quos vult. *Tenete hic ergo non ſolum poteſtatem Filii, verum etiam voluntatem, & Filius, quos vult vivificat, & Pater, quos vult vivificat, & ipſos Filius quos & Pater; Ac per hoc eadem Patris & Filii poteſtas eſt & voluntas. Aug.* tr. 19. in Joh. & iſta attributa ſunt ταυτό τι cum eſſentia. *Non alia viſio ejus, & alia ſubſtantia ejus, nec alia potentia ejus, alia ſubſtantia ejus.* idem ait tract. XX. *Æternitas.* Erat Jeſus ante Johannem Baptiſtam. Joh. I. 15. & ante Abrahamum. c. VIII. 58. *Sed & Abraham in medio generis humani ortus eſt; multi ante illum, multi poſt illum!* dicas ex Auguſt. tract. 3. in Joh. I. & concludas inde non ſequi: E. Chriſtus æternus eſt. R. 1. Sequitur tamen præexiſtentia ante nativitatem ex Maria contra Samoſatenianos & Socinianos; 2. Sequitur, aliam Chriſtum habuiſſe naturam præter humanam. E. non fuiſſe merum hominem: Quæ autem iſta, niſi divina, ſecundum quam ante Johannem, Abrahamum, & omnes creaturas extitit? Joh. I. v. 1. verbum hypoſtaticum dicitur fuiſſe in principio temporis, cum creaturæ producerentur; ante quod principium quod fuit, ab æterno fuit; & ſic fuit Verbum, exiſtens apud Deum. Prolixus eſt in hoc dicto explicando Cyrillus comm. ad l. c. & urget imprimis vocabulum *in principio*, ante quod mera ſit æternitas: ἀμύθητον καὶ ἀκατάληπτον *infinitum & incomprehenſibile*: τέλος δὲ οὐκ ἐχούσης τῆς ἀεὶ πρὸς τὸ ὀπίσω φυγῆς καὶ τὸ τῶν αἰωνίων ἀναφοιτώσης μέτρον; οὐκ ἐν χρόνῳ γεγονὼς ὁ υἱὸς, ἀΐδιος δὲ μᾶλλον ὑπάρχων μετὰ πατρὸς εὑρεθήσεται: *cumque fine careat illa retro acta perpetuo converſio, & ſecula percurrat, non exiſtere in tempore filius, ſed ab æterno potius eſſe cum Patre comperietur.* Ante ipſum Ignatius

Ex attributis ut ſunt: Æternitas.

natius in epiſtola ad Tarſenſes idem dictum urget contra eos, qui præexiſtentiam Chriſti ante incarnationem negabant: *Quomodo hic merus homo*, quærens, καὶ ἐκ Μαρίας ἔχων τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι, *& qui eſſentia ex Maria cœpiſſet exordium, & non potius Deus verbum, & unigenitus Filius? In principio enim erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* vid. Athanaſ. Orat. II. adverſ. Arian. f.m.317. ſeqq. Baſil. de Spir. Sanct. c. 6. Quare Johannes Baptiſta recte ait, fuiſſe Chriſtum ante ſe; non officio; Sic enim fuit poſt ſe; ſed natura; Imò antequam Abraham eſſet, erat. Joh. VIII. 58. vide Ignat. l. c. Colligebant hinc Judæi, & merito, præexiſtentiam ante Abrahamum, & quia pro blaſphemia habebant ipſum ſeſe Deum facere, lapides tollebant, ut juxta Lev. XXIV. 16. caput blaſphemi iisdem obruerent. Non cogitabant autem, quod Meſſias æternus futurus eſſet, juxta Exod. XXXVII. 25. Dan. VII. 14. Pſal. CXVII. 2. Jeſ. XL. 8. fatente populo. Joh. XII. 34. Sandius rationem præexiſtentiæ dat ex Col. I. 15. quia Chriſtus ſit primogenitus omnis creaturæ. Quo ſtante, præexiſtentia illa Abrahamica, ſecus ac Sandius poſt Bellarminum cenſet, vim habet non ſolum adverſus Photinianos & Socinianos, ſed etiam *Arianos*, qui Chriſtum inter creaturas referebant. Neque enim eſt creatura, ſed genitus prius, quam ulla creatura eſſet, i. e. ab æterno, quod Ariani negabant: Ut ſenſus loci ſit: Chriſtus prius genitus eſt, quam ulla creatura eſſet. E. creatura ipſe non eſt. Erat Chriſtus Meſſias: hic autem manſurus eſt in æternum. 2. Sam. VII. 13. 16. 1. Paral. XVII. 12. 14. XXII. 20. Pſal. XLV. 7. LXXII. 1. ſeqq. LXXXIX. 5. 30. 37. CX. 4. Jeſ. IX. 6. 7. ad quæ & ſimilia loca videtur reſpicere populus diſputans. Joh. XII. 32. ſeqq. XVII. 5. petit Chriſtus glorificari ea gloria, quam habuiſſet apud Patrem ante mundum conditum, quod dictum urget Ignatius l. c. & explicat Cyrillus ad l. c. *ne videretur quibusdam novam & inſolitam ſibi gloriam petere, eam mundo ipſo antiquiorem oſtendit, idque apud ſuum Patrem.* Referri huc poteſt, quod Joh. V. 26. Chriſtus ait: Sicut Pater habet vitam in ſeipſo, ita dedit Filio vitam habere in ſeipſo. *Vivit Deus, vivit & anima, ſed vita Dei immutabilis eſt, vita animæ mutabilis eſt. Deus nec proficit, nec deficit, ſed eſt ipſe ſemper in ſe, & ita ut*

eſt

Digitized by Google

eſt, non aliter nunc, aliter poſtea, aliter antea: Auguſt. tract. XIX. in Joh. & ſic etiam vivit Filius, *ut hoc ſolum interſit inter Patrem & Filium, quia Pater habet vitam in ſeipſo, quam nemo ei dedit, Filius autem habet vitam in ſeipſo, quam Pater dedit*, Confer §. 12.

§. 15. *Omniſcientia.* Petrus ad ſuum Jeſum merito dicebat: Domine tu ſcis omnia. Joh. XXI. 17. i. e. Deus es: *Soli quippe naturæ univerſi reginæ competit cuncta noſſe, extra cujusquam operam, eaque nuda & aperta in oculis habere, & quodcunque velit, facile perficere.* ait Cyril. ad Joh. XVI. 14. Scivit igitur *non præſentia ſolum, ſed etiam abſentia*; Petrum agnoſcebat à ſeſe prius non viſum. Joh. I. 42. & Nathaneelem vidit cum adhuc ſub ficu eſſet longè remotus. v. 48. Unde & Nathaneel Deitatem ipſius colligebat. v. 49. *Non præterita ſolum, ſed etiam futura*, & non ſolum cauſalia, ſed etiam quoad nos contingentia, eaque non ſolum ſecundum rei ſubſtantiam, ſed etiam circumſtantias loci, temporis, modorum, perſonarum &c. Joh. IV. 18. in colloquio cum Samaritide oſtendit, ſe noſſe, quid antea cum ipſa contigiſſet, nempe quod quinque jam viros habuiſſet; & quæ alia antea feciſſet: ſic enim illa ad Cives ſuos confitetur: dixit mihi ille omnia, quæ feci, 19. Unde & colligebat, Prophetam iſtum eſſe. v. 19. forte magnum illum à Moſe Deut. XVIII. promiſſum. Joh. XI. 21. prædicit reſurrectionem Lazari, quam ipſe procuraturus erat. Luc. XIX. 42. everſionem Hieroſolymorum, cùm ab oliveti monte deſcendens in conſpectu haberet oculorum & mentis urbem; cœpit enim amariſſimè flere incolarum cœcitatem & impœnitentiam pertinacem & ſecuritatem craſſam, eousque duraturam, donec venerint Romani urbem cum univerſa politia everſuri. Addidit Matth. XXIV. 34. Marc. XIII. 30. Luc. XXI. 32. quod intra hominis ætatem iſta everſio futura eſſet: hæc, ajens, generatio non præteribit: donec iſta omnia fiant. Id quod etiam impletum eſt. Nam intra anno XL. vaſtatio prædicta evenit. Signum quoque adjecit, nempe copiam Pſeudo-Prophetarum, & Chriſtorum; Matth. XXIV. 23. 24. 25. *Multi captivitatis Judaicæ tempore principes extitere, qui Chriſtos ſe eſſe dicerent; in tantum, ut obſidentibus Romanis tres intus fuerint factiones*: ait Hieron. ad l. c. Idem prædicationem Evangelii in univer-

Omniſcientia.

Abſentium.

Futurorum.

ſo

ſo orbe futuram, qua facta, finem fore urbis. Matth. XXIV. 14. *Signum Dominici adventus eſt, Evangelium in toto orbe prædicari, ut nullus ſit excuſabilis; quod aut jam completum, aut in brevi cernimus eſſe complendum. Non enim puto aliquam remanſiſſe gentem, quæ Chriſti nomen ignoret, & quanquam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis nationibus opinionem fidei non poteſt ignorare*: notat Hieron. ad l.c. Dicas: hæc eſſe cauſſalia, à Judæorum peccatis & Dei providentia ita diſpoſita; Non quidem nego, dabis tamen mihi & hoc, voluntaria fuiſſe peccata Judæorum quæ Chriſtus præſcivit. Sed ecce Tibi manifeſtum exemplum futuri contingentis Math. XXI. 2. Marc. XI. 2. Luc. XIX. 30. cum Chriſtus ablegaret ſuorum diſcipulorum duos, prædicit, introëuntes in caſtellum proximum habituros eſſe obviam ſibi aſinam & aſinæ pullum ad fores agaſonis alligatos: quod & factum; Invenerunt enim iſta jumenta in loco, quem Chriſtus prædixerat. Idem prædixerat, fore, ut ſolventes aſinos interrogarentur: quare illos ſolverent & abducerent? quod ipſum impletum eſt. Marc. XI. 5. Simile exemplum habetur Marc. XIV. 13. Luc. XXII. 10. Prædixit enim Chriſtus, ſi Petrus & Joannes diſcipuli ſui, paſcha paraturi, intraverint Hieroſolymam, paſchati celebrando deſtinatam urbem, obviam ipſis fore hominem cum hydria, portantem aquas pro paſchate celebrando, hunc ſequantur in ædes, utpote eas ipſas futuras, in quarum cœnaculo paſcha cum diſcipulis agere licuerit. Atque hæc omnia ita evenerunt. Præcipuè autem illuſtres ſunt prædictiones ejusdem de paſſione & morte ſua imminente. vid. Athanaſ. t. 1. opp. fol. m. 139. Nam etiam circumſtantias ſingulares, & quoad hominem mere contingentes ante dixerat, quam fierent. Noverat quando nondum adeſſet tempus paſſionis, Confer Joh. VII. 6. ſeqq. VIII. 20. X. 31. 39. 40. Luc. XIII. 31. ſeqq. Noverat etiam quando veniſſet, & quamdiu in ſepulchro futurus eſſet. Matth. XXVI. 45. Marc. XIV. 35. Luc. XXII. 53. De quibus & aliis uberius alibi, nempe materia de paſſione Chriſti, Deo volente, dicetur. Adde prædictiones de noviſſimo die, & ſtatu tum futuro: collectas ab Athanaſio in diſputat. cum Ario t. 1. opp. f. m. 130. ſeqq. Confer Cornel. à Lap. p. 34. in Evangel.

Etiam contingentium.

Digitized by Google

angel. ubi in compendio exhibet vaticinia Chriſti. *Scivit non ea ſolum quæ ante oculos verſabantur, ſed etiam quæ in imis cordibus latitabant ſive bona, ſive mala.* Cor Nathanaelis intuitus ſciebat quod ſincerus eſſet Iſraëlita. Joh. I. 47. Idem noverat, etiam nemine teſtante, quid intus ſentirent homines, Judæi, inter quos miracula edebat; quare nec fidebat illis, ut ſe ipſis crederet. cap. II. 24. 25. Optimè Cyrillus ad h. l. Θεοπρεπὲς καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐν χριστῷ τὸ ἀξίωμα, καὶ οὐδενὶ τῶν γεννητῶν ἐνυπάρχον· μόνῳ γὰρ αὐτῷ τῷ κατ' ἀλήθειαν ὄντι Θεῷ προσάπτει λέγων ὁ ψαλμῳδὸς &c. i. e. *Hæc quoque dignitas, uti & cætera, quæ ſunt in Chriſto, Deo competit, nec in ulla re creata reperitur. Soli enim Deo vero ipſam tribuit Pſalmiſta* (Pſal. XXXIII 15.) *dicens: Qui finxit ſigillatim corda ipſorum, qui intelligit omnia opera eorum.* In hunc ſenſum & Auguſtinus tract. XI. in Joh. II. 24. 25. ſcripſit: *plus noverat artifex* (Chriſtus) *quid eſſet in opere ſuo, quam ipſum opus quid eſſet in ſemetipſo. Creator hominis noverat quid eſſet in homine, quod ab ipſo creatus homo non noverat.* Joh. IV. 48. videt in corde Regii miniſtri diffidentiam, vel certe fidem tepidam: *Verba rogantis audimus, cor diffidentis non videmus: ſed ille pronunciavit, qui & verba audivit, & cor inſpexit*: Auguſt ad l. c. tract. XVI. in Joh. Matth. IX. 4. Marc. II. 8. vidit cogitata in cordibus Scribarum, & revelavit ea palam, ut ſcirent, Deum ipſum eſſe καρδιογνώστην, adeoque poteſtatem habere remittendi peccata: *Dominus videns cogitationes eorum, oſtendit ſe Deum, qui poſſit cordis occulta cognoſcere: & quodammodo tacens loquitur: Eadem majeſtate & potentia, quâ cogitationes veſtras intueor, poſſum & hominibus peccata dimittere. Ex vobis intelligite, quid paralyticus conſequatur*: Explicatio eſt Hieronymi, cum qua confer Theophyl. ad loc. cit. Marc. Alio tempore Phariſæorum quoque ſenſa intuebatur. Matth. XII. 25. cum nimirum illi ſecum cogitarent, dæmonia ipſum ejicere ope Beelzebub ſupremi Dæmonum, quem familiarem haberet; ipſe vero reſponderet, per rationem ſtatus dæmoniaci eam ſuſpicionem locum habere non poſſe; Phariſæis *Dominus non ad dicta, ſed ad cogitata reſpondet, ut vel ſic compellerentur credere potentia ejus, qui cordis videbat occulta.* ait Hieron ad l. c. Confer Matth. XXII. 18. Luc. IX. 47. XX. 23. diſcipulis inter ſe invicem æmulantibus, ſed

Et occultorum cordis.

clam; nihilominus Chriſtus ſciebat, quod ulcus premerent, ambitionem nempe, quare infantem in medio ipſorum collocabat, ut vitio mederetur. Matth. XVI. 8. vidit diffidentiam in diſcipulorum cordibus. Quod obſervandum putat Origenes *propter eos, qui Servatoris Deitatem ex Evangelio Matthæi non valde* (μὴ πάνυ) *probari putant, videlicet reputantibus apud ſe diſcipulis, & dicentibus, panes ſe non habere,* γνῶναι τοὺς διαλογισμοὺς τὸν Ἰησοῦν, *noſſe illorum cogitationes Jeſum, & dicere: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Rem humanam non fuiſſe;* μονώτατος γὰρ γνώσκει τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων ὁ κύριος: *Solus enim Dominus cognoſcit corda hominum.* Tom. XII. in Matth. *Imo ſciebat etiam quæ poßibiliter futura eſſent,* poſita hac vel illa conditione. Matth. XI. 21. Si Tyri & Sidonis contigiſſent miracula, quæ Chorazini, vel Bethſaidæ, vel Capernaumi, in ſacco & cinere pœnitentiam egiſſent. Summa Summarum, Filius eſt in ſinu Patris Joh. I. 18. *Quid eſt in ſinu Patris? in ſecreto Patris. Non enim Deus habet ſinum, ſicut nos habemus in veſtibus, aut cogitandus eſt ſic ſedere, quo modo nos, aut forte cinctus eſt, ut ſinum haberet: ſed quia ſinus noſter intus eſt, ſecretum Patris ſinum Patris vocamus.* Quærit & explicat Auguſt. tr. 3. in Joh. Clemens Alex. lib. V. ſtrom. f. 587. eum ſinum putat denotare ἀόρατον καὶ ἄῤῥητον, *inviſibile & ineffabile,* βαθὺν ἀνεφικτόν τε καὶ ἀπέραντον, *profundum, quod aſſequi non poßimus, & infinitum.* Nemo novit Patrem, niſi Filius; ſicut nec Filium, niſi Pater, & cui Filius vult revelare. Matth. XI. 27. Infinitam igitur oportet eſſe utriusque ſcientiam. Vide Athanaſium peculiari diſſertatione de hoc dicto, quæ habetur tom. 1. opp. f. m. 149. ſeqq. & confer. epiſt. ad Serap. f. 173. B. Orat. III. adverſ. Arian. f. 393. Quæcunque pater facit, aut facturus eſt, monſtrat filio, ut & ipſe videat ea omnia, i. e. accurate norit. Joh. V. 19. 20. Divina igitur iſta ſcientia eſt, & eadem, quæ Patris, ſic colligit & ſentit Cyrillus ad l. c. *Demonſtrat Pater Filio quæ ipſe facit, non quaſi depicta in tabulis proponat, aut quaſi doceat ignorantem* (πάντα γὰρ οἶδεν ὡς Θεός *omnia enim novit ut Deus*) ἀλλ' ὅλον Ἑαυτὸν ἐν τῇ τοῦ γεννήματος φύσει ζωγραφῶν, καὶ τὰ ἰδίως αὐτῷ προσπεφυκότα δεικνύων ἐν ἑαυτῷ, ἵνα ἐξ ὧν αὐτὸς ὑπάρχει καὶ φαίνεται, ποταπός τε καὶ τίς κατὰ φύσιν ἐστὶν εἰδείη τὸν γεννήτορα. *Sed ſeipſum totum in geniminis natura exprimens, & quæcunque ei propriè inſunt,*

Digitized by Google

ſunt, in ſeipſo demonſtrans, ut ex quibus ipſe eſt & apparet, quinam & quantus ſecundum naturam ſit Pater, cognoſcat. Idcirco Chriſtus ait, quod nemo novit, quis ſit Filius &c. (Matth. XI. 27. κεῖται γὰρ ἐν ἀμφοῖν ἡ ἑκατέρου γνῶσις οὐ διδακτῶς, ἀλλὰ φυσικῶς: *Eſt enim in utroque utriusque cognitio non doctrinâ, ſed naturâ, & videt quidem Deus ac Pater in ſeipſo Filium, ac viciſſim Filius in ſeipſo Patrem: Idcirco ait* (Joh. X. 38.) *ego in Patre, & Pater in me.* Hactenus Cyrillus.

§. 16. *Omnipotentia.* Hanc dictis & exemplis ſibi vindicavit Chriſtus, deſcribente potiſſima Johanne Evangeliſta, uti obſervat Cornel à Lap. comm. in Joh. f. 247. §. ſextus qui & deſcribit miracula, ſicut ordine temporis geſta ſunt pag 32. comm. in Evang. Gregorius vero Nazianzenus collegit eadem ex IV. Evangeliſtis, & carmine celebravit fol. 468. ſeq. opp. De quibus paulo poſt *in operibus divinis* acturi ſumus. Nunc aliquot *dicta* delibamus. Marc. I. 40. advolat quidam leproſus, & ad pedes Jeſu prolapſus ait: ſi vis, potes me mundare. Hoc ipſo docens, quod infinita ipſius, adeoque divina, ſit potentia. *Fidelis erat leproſus ille, & bene ſentiebat*, (εὐγνώμων) *quia non dixit: Si rogaveris Deum, ſed, ſi vis, ὡς Θεῷ πιστεύων αὐτῷ, credens in eum, tanquam Deum*: Ita Theophyl. ad l. c. Simile exemplum occurrit Matth. VIII. 2. Nam & hic loci narratur, quomodo leproſus Chriſto dixerit; Domine, ſi vis, potes me mundare. Cui Chriſtus reſpondit: Volo, mundus eſto. Hinc auctor Expoſ. fid. Juſtino Martyri adſcriptæ, f. 296. opp. Juſt. concludit æqualem Patris & Filii poteſtatem: *A Patris poteſtate non poſteriores eſſe Filii & Spiritus ſancti partes, è divina didicimus ſcriptura*; *quonam vero id modo, eam ipſam audi.* Deus autem noſter, *inquit*, in cœlo & in terra: omnia quæcunque voluit, fecit. *Hoc de Patre protulit David*, (Pſ. CXV. 3.) *Filius vero poteſtatem illam in leproſo oſtendens*, (Matth. VIII. 2.) volo, *ait*, mundus eſto. Hactenus Juſtinus, vel quisquis libri auctor eſt. Joh. V. 21. potentia Chriſti æquatur potentiæ Patris; Sicut enim hic excitat mortuos, & vivificat, ſic & filius excitat ad vitam, quos vult: *Vide rurſus* (ἰσότητα) *æqualitatem his verbis clarè demonſtrari, Qui enim* (ἴσως) *æqualiter in ſuſcitandis mortuis operatur*, πῶς ἂν ἔχοι κατά τι τὸ ἔλαττον: *quomodo ulla in re eſſet*

 infe-

Omnipotentia.

inferior? ἢ πῶς ἂν εἴη πρὸς τὸν πατέρα λοιπὸν ἑτεροφυὴς καὶ ἔκφυλος ὁ τοῖς αὐτοῖς διαλάμπων ἰδιώμασιν; ἴδιον δὲ τῆς θείας οὐσίας τὸ δύνασθαι ζωογονεῖν, ὅπερ ἐστὶν ὁμοίως ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ: *Aut quomodo diverſa eſſet à Patre ſubſtantiæ, qui iisdem refulget proprietatibus? Propria autem divinæ eſt ſubſtantiæ vivificandi poteſtas, quæ æqualiter Patri & Filio ineſt.* Argumentum eſt Cyrilli ad l. c. Aug. quoq; tract. XX. in Joh. accurate hæc perſequitur: *Deus,* ajens, *cui non eſt alia ſubſtantia ut ſit, & alia poteſtas ut poſſit, ſed conſubſtantiale illi eſt, quidquid ejus eſt, & quidquid eſt, quia Deus eſt, non alio modo eſt, & alio modo poteſt, ſed eſſe & poſſe ſimul habet. Quia ergo potentia Filii de patre eſt, ideo & ſubſtantia Filii de Patre eſt; & quia ſubſtantia Filii de Patre eſt, ideo potentia Filii de Patre eſt. Non alia potentia eſt in Filio, & alia ſubſtantia, ſed ipſa potentia; quæ ſubſtantia, ut ſit, potentia, ut poſſit,* Confer Gregor. Nyſſen. lib. 1. adverſ. Eunom. f. m. 367. ſeqq. Joh. X. 18. Aſſerit Chriſtus habere ſeſe poteſtatem vitæ ponendæ & ſibi reddendæ: *Hoc quoque loco docet, non ſolum ſe paſtorem bonum eſſe periclitantem pro grege,* ἀλλὰ καὶ θεὸν φύσει, *ſed & Deum natura. Quapropter nunquam mortem ſuſtinuiſſet niſi volens, & ultro,* διὰ τὸ ἔχειν θεοπρεπεστέραν ἐξουσίαν τῆς οἰκονομίας ταύτης πολὺ τὸ χρήσιμον ἐχούσης ὑπὲρ ἡμῶν: *habens nimirum convenientem Deo poteſtatem totius bujusce ordinationis magnam nobis utilitatem in ſe continentis:* Explicatio eſt Cyrilli. Confer Athanaſ. Orat. III. fol. m. 432. C. Cui conſentit diſputatio Auguſtini tract. X. in Joh. *Reſuſcitavit eum à mortuis, quis? Pater, cui dixit in Pſalmis: excita me, & reddam illis. Ergo Pater eum reſuſcitavit, non ſeipſe? Quid autem facit Pater ſine verbo? Quid facit Pater ſine unico filio ſuo? Nam audi, quia & ipſe Deus erat: Solvite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Nunquid dixit: ſolvite templum hoc, quod triduo Pater meus reſuſcitet? ſed quomodo cum Pater ſuſcitat, & filius ſuſcitat: ſic cum filius ſuſcitat, & Pater ſuſcitat, quia Filius dixit: Ego & Pater unum ſumus.* Pergit Chriſtus v. 28. aſſerendo oves ſuas è manu ſua ereptum non iri à quoquam, ratio, quod ipſe & Pater unum ſint.

Omnipræſentia.

§. 17. *Omnipræſentia.* Chriſtus in cœlo & in terris præſens erat. Erat in terris, antequam incarnaretur. Joh. I. 10. *Hic erat, & huc venit: Hic erat per divinitatem, & huc venit per carnem,* ait Auguſt. tract. 2. in Joh. & paulo poſt: *Ecce hic eſt, & modo, & hic*

Digitized by Google

hic erat, & ſemper hic eſt, & nunquam recedit, & nuſquam recedit. Confer Athanaſ. t. 1. opp. f. 241. in expoſ. fid. Joh. VII. 34. ait Chriſtus: ubi ſum ego, vos non poteſtis venire: *Semper enim ibi erat Chriſtus, quo fuerat rediturus. Sic enim venit, ut non recederet.* Unde alio loco ait: *nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis qui eſt in cœlo: non dixit, qui fuit in cœlo. In terra loquebatur, & in cœlo ſe eſſe dicebat. Sic venit, ut inde non abſcederet: Sic rediit, ut nos non derelinqueret. Quid miramini? Deus hoc facit*, Auguſt. tract. 31. in Joh. Erat enim eo ipſo tempore, quo in terris verſabatur, in ſinu Patris Joh. I. 18. *Quod enim proprium eſt Patris ſubſtantiæ naturaliter pervadens in Filium, oſtendit in ipſo Patrem; Pater viciſſim in ſeipſo habet Filium per omnia æquali ſubſtantiæ identitate radicitus infixum, & ex ipſo quidem genitum,* πλὴν οὐ κατὰ μερισμὸν, ἢ διάστασιν τοπικὴν, ἀλλ' ἐνυπάρχοντά τε καὶ ἀεὶ συνυπάρχοντα *non tamen per diviſionem ullam ſive disjunctionem localem, ſed inexiſtentem, & ſemper coexiſtentem.* ait Cyril. ad l. c. Vertigine circumagitur Sandius, quando ad l. c. annotat: *Erat in ſinu Patris ante incarnationem, nec deſiit eſſe in ſinu Patris poſt incarnationem*; Et tamen paulo poſt Irenæi interpretem lib. III. c. 11. corripit, tanquam *corruptè verba vertiſſet*: *qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit*: Qui enim corrupte verterit: *qui eſt in ſinu*; ſi *non deſiit eſſe in ſinu Patris poſt incarnationem*? Eſto enim τὸ ὢν habere ſignificationem quoque imperfecti, ab hoc tamen præſens non excluditur, in Deo præſertim, qui eſt ὁ ἦν, ὁ ὢν, ὁ ἐρχόμενος, *qui erat, eſt, & venturus eſt.* Alius eſt illuſtris locus Joh. III. 13. Filius enim hominis dicitur *eſſe* in cœlo, qui tamen & in terris erat eo ipſo momento, quo hæc dicebat in terris. Regerit quidem Sandius ad l. c. ὁ ὢν *hoc loco imperfecti, non præſentis habet ſignificationem: adeoque vertendum: Filius hominis, qui erat in cœlo.* Qui ſic? *Chriſtus enim, antequam deſcenderet, & incarnaretur, erat in cœlo.* Joh. VI. 62. Sic eſt; ſed etiam erat in cœlo, cum jam incarnatus eſſet: Sicut, fatente ipſomet Sandio, *erat in ſinu Patris ante incarnationem, nec deſiit eſſe in ſinu Patris poſt incarnationem*: Ita erat in cœlo ante incarnationem; nec deſiit eſſe in cœlo poſt incarnationem. *Ecce hic erat, & in cœlo erat: hic erat carne, & in cœlo erat divinitate. Natus de matre, non recedens à Patre.* Auguſt. tract. 12. in Joh. Neque minus hæc interpretatio conſtringit Soci-

 nianos,

nianos, quam quæ de imperfecto accipit. Quiſquis enim ſimul in cœlis, & in terris eſt, omnipræſens ſit neceſſe eſt, adeoque Deus. Epiſcopii metaphoricum ſenſum non moramur, ab ipſomet Sandio exploſum.

Voluntas liberrima.

Voluntas liberrima. Filius excitat, quoscunque vult. Joh. V. 21. Facit, quidquid videt Patrem facere, ex deliberata animi voluntate v. 19. & 30. Ait quidem: non quæro voluntatem meam, ſed Patris; verum hoc ipſum confirmat identitatem voluntatis in Patre & Filio, quod non alia ſit voluntas Patris, & alia Filii, ſicut Judæi calumniabantur: μιᾶς γὰρ Θεότητος τῆς ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ νοουμένης, ἔςαι δή που πάντως καὶ θέλημα ταυτὸν &c. *Nam cum una in Patre & Filio Deitas intelligatur, erit utique eadem etiam voluntas. Neque vero in Patre, neque adeo in Filio, Sanctoque Spiritu diſſentire unquam à ſe natura divina cenſebitur; ſed quod Patri placuerit, hoc tota vult Deitas.* Cyril. ad l. c. & Auguſt. tract. XXI. in Joh. *ſicut illis* (Patri & Filio) *una ſubſtantia, ſic una voluntas eſt*, & Athanaſ. de commun. eſſent. Patr. & Fil. t. 1. opp. f. 225. Baſil. de Spir. Sanct. c. 7. *Itaque cum ait, Ego ex me ipſo locutus non ſum, & rurſum: Sicut dixit mihi Pater, ita loquor: Et, ſermo quem audiſtis non eſt meus, ſed ejus qui miſit me. Et alibi: quemadmodum mihi Pater mandavit, ita facio: Non quod caruerit libero arbitrio, ac voluntatis impetu, neque quod ex ſignis ab imperante datis occaſionem expectarit, ideo talibus utitur verbis: ſed ut declararet, ſuam mentem per naturæ unitatem & indivulſum conſenſum cum Patre conjunctam eſſe.* Conſequitur hinc, quod contra voluntatem Filii non ſit quicquam excipiendum. Joh. XXI. 22. 23. Chriſtus Petri curioſitatem cohibiturus, reſpondet: Si eum (Johannem) volo manere, donec ſcil. ad judicium veniam, quid ad Te? Tu me ſequere: docens his verbis divinam ſuam voluntatis libertatem. Obj. Joh. II. 4. Chriſtus ait: hora mea nondum venit; inde Mathematicus convincat, *ſub fato* Jeſum fuiſſe, uti objicit Auguſtinus, & reſpondet tract. 8. in Joh. (1) opponendo verba Chriſti: poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam &c. *Ergone*, quærit, *iſta poteſtas ſub fato eſt?* (2) Negando conſequentiam, cum liber ſit in agendo & patiendo ille, qui agit vel patitur tempore, quo vult. *Quid eſt ergo: nondum venit hora mea?* reſpon-

Digitized by Google

det Auguſtinus: *quando ego ſcio opportune me pati, quando paſſio mea utilis erit: nondum venit ipſa hora, tunc voluntate patiar.* Remotius quidem eſt, quod de paſſione ait Auguſtinus; Nam de hac in nuptiis Canæis quæſtio non erat, ſed de tollendo vini defectu; attamen id ſaltem hinc habemus, quod opportunitas agendi quid, & libertas ſibi invicem non opponantur.

§. 18. Satis de attributis. Probatur eadem Deitas (5) *Ex operibus divinis.* Joh. V. 19. extat generale Chriſti pronunciatum: Filius nihil poteſt à ſeipſo facere, quam quod videt Patrem facere; Nam quidquid Pater facit, ὁμοίως *ſimiliter* etiam facit filius: *In eo, quod poteſt eadem per omnia facere, quæ ſunt Dei ac Patris, & operari ſimiliter ac Pater*, τῆς οὐσίας ἑαυτῶν μαρτυρεῖ τὴν ταυτότητα: *identitatem probat ſuæ ſubſtantiæ*: illatio eſt Cyril. ad l. c. cum qua conſonat illud Auguſt. tract. 5. in Joh. *Quod Chriſtus cum Patre facit, Pater facit; & quod Pater cum Chriſto facit, Chriſtus facit: Nec ſeorſim Pater aliquid facit ſine Filio; Nec ſeorſim aliquid Filius ſine Patre. Inſeparabilis charitas, inſeparabilis unitas, inſeparabilis majeſtas, inſeparabilis poteſtas.* Et Tract. XX. *Catholica fides habet, quod Patris & Filii opera inſeparabilia ſint.* Ratio eſt ὁμοουσία, *quia ipſe dixit: Ego & Pater unum ſumus, quia Pater & Filius non ſunt duo Dii, ſed unus Deus, verbum, & cujus eſt verbum, unus & unicus Deus: unus Pater & Filius charitate complexi, unusque charitatis ſpiritus eorum, ut fiat Trinitas Pater & Filius & Spiritus ſanctus. Non ergo tantum Patris & Filius, ſed & ſpiritus ſancti, ſicut æqualitas & inſeparabilitas perſonarum, ita etiam opera inſeparabilia ſunt.* Imprimis autem hoc dictum explicat, & vindicat à depravationibus Arianis, tract. XVIII. XIX. XX. in Joh. Urget duas voculas ταῦτα, *eadem*, & ὁμοίως, *ſimiliter*, ut obtineat, Filium non eſſe minorem Patre, etſi nihil facere poſſit à ſeipſo, niſi quod viderit patrem facere, quod Ariani æqualitati Patris & Filii opponebant. *In eo, quod dixit: Non poteſt Filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem, non alia opera facit, quæ videat Filius, & alia Filius, cum viderit Patrem facientem, ſed eadem opera, & Pater, & Filius.* Tale opus erat creatio: *quia omnia per ipſum* (verbum) *facta ſunt, E. manifeſtum eſt, quia non alia opera facit Pater, quæ videat Filius, ut & ipſe faciat ſimilia, ſed eadem opera facit Pater, per Filium, quia omnia per verbum facta ſunt.* Conſtituto, quod Filius *omnia* & *eadem*

(5) Ex operibus divinis.

dem faciat, quæ Pater, pergit Auguſtinus, & urget τὸ ὁμοίως, *ſimiliter*, & declarat *exemplo* vel ſimili diſſimili ſcriptionis, quam *eandem* faciunt cor, & manus, ſed *non ſimiliter. Easdem quidem literas facit manus, ſed non ſimiliter. Cor enim noſtrum facit eas intelligibiliter, inviſibiliter, manus autem viſibiliter. Ecce quomodo fiunt eadem, & diſſimiliter.* Filius autem facit eadem opera Patris, etiam *ſimiliter. Ergo, ſi & hæc facit, & ſimiliter facit, expergiſcere, erigatur* (ſtringatur) *Judæus, credat Chriſtianus, convincatur Arrianus hæreticus, æqualis eſt Patri Filius!* Concluſio eſt Auguſtini. Confer Athanaſ. de incarn. verb. f. m. 70. D. ſeq. t. 1. opp. Revocari hæc poſſunt ad duo capita, nempe, 1. ad *creationem*. Joh. I. 3. per Verbum hypoſtaticum omnia dicuntur eſſe factâ, & ſine ipſo nihil eſſe factum, quod factum eſt: Ipſi homines debent vitam naturalem & ſpiritualem imaginis divinæ concreatæ. v. 4. *Per Deum Jeſum facta ſunt cœlum & terra, mare & omnis ornatus cæli, opulentia terræ, fœcunditas maris, omnia hæc, quæ oculis adjacent, per Jeſum Deum facta ſunt.* ait Aug. tract. 8. in Joh. confer ejusd. tract. XVII. Cavillantur Ariani & Arianizantes voculam *per*, tanquam nota eſſet cauſſæ inſtrumentalis, & miniſterialis, non principalis, ut videre eſt apud Sand. not. ad l. c. ſed fruſtra tricantur. Ita enim *per* Filium creata ſunt omnia, ut *ipſe fecerit omnia*, ſicut dictum explicat Ignatius in literis ad Tarſenſes. Imprimis autem copioſus eſt in dicto hoc explicando & vindicando Cyrillus. Obſervat vocem *omnia*, & concludit, Filium non eſſe creaturam, quia omnes creaturæ ab ipſo factæ ſint: εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ἕτερος ἂν εἴη τῶν πάντων αὐτός: *Si enim omnia facta ſunt per ipſum, diverſus erit ipſe ab omnibus*; Quo ſenſu & Auguſtinus tract. 1. in Joh. *Concedo*, ait, *non factum, per quod facta ſunt omnia. Non enim per ſeipſum fieri potuit per quod facta ſunt omnia.* Similiter modo argumentatus erat Gregorius Nyſſenus lib. 1. adv. Eunom. f. m. 348. A. Deinde (Cyrillus) exagitat μάταιον κατηγόρημα *ſtultam calumniam* ipſorum, cum ex Filio miniſtrum facere ſatagunt: Neque enim Patrem Filio veluti ſervo imperaſſe; *fac hominem, ſed tanquam qui coexiſtat ſecundum naturam, & indivulſe inſit cooperator, ut operationis ſit & deliberationis vult eſſe participem, cogitatione quidem Filii cognitionem non præveniens, ſed tanquam mens indivulſè & ab æterno impreſſo & inſito verbo manifeſtata.* Denique

1. Creationis.

Digitized by Google

nique convellit etiam exceptionem de vocula *per*, data inſtantia ex 1. Cor. I. 9. ubi locorum *per* Patrem dicimur vocari in ſocietatem Filii. Eph. I. 1. ubi Apoſtolus Paulus ſe Apoſtolum vocat *per* voluntatem Dei: Gal. IV. 7. ubi hæres eſt filius *per* Deum. (Qui tamen ultimus locus non adeo quadrat. Dicimur enim per *Chriſtum* eſſe hæredes.) Confer Baſilii de Spiritu Sancto tractatum ab initio, imprimis cap. 5. ubi de iſtis cavillis particularum ex profeſſo agit, & oſtendit, ὅτι καὶ ἐπὶ πατρὸς λέγεται τὸ δι᾽ οὗ *quod & de Patre dicatur: per quem.* Et ante ipſum Athanaſ. de communi eſſent. Patr. & Fil. t. 1. opp. f. m. 222.

§. 20. (II) *Ad creatarum rerum conſervationem & gubernationem.* Joh. V. 17. Chriſtus aſſerit, Patrem ſuum usque huc agere, & ſe quoque operari: innuens, ipſum Deum non ceſſare ab operando, etiam die Sabbathi, quin eo omnia ſervet & gubernet; (vid. Auguſt. tract. 20. in Joh. & Athanaſium i. e. orthodoxum in diſputatione cum Ario t. 1. opp. f. 129. C. D.) & eandem eſſe Patris & ſuam operationem. Verba Chriſti ita circumſcribit Auguſt. tract. 17. in Joh. *Operatus eſt pater lucem, ſed dixit, ut fieret lux. Si dixit, Verbo operatus eſt. Verbum ejus ego eram, ego ſum, per me factus eſt mundus in illis operibus, per me regitur mundus in iſtis operibus. Pater meus & tunc operatus eſt, cum fecit mundum, & usque nunc operatur, cum regit mundum, ergo & per me fecit, cum fecit, & per me regit, cum regit.* Colligebant hinc Judæi, Chriſtum ſe Patri facere æqualem. Sed quomodo ex eo, quod *Patrem* ſuum Chriſtus vocaret *Deum*, inferebant illi, quod Deo ſeſe *æqualem* faceret? quæſtionem movet Auguſt. l. c. nec immerito. *Nam omnes dicimus Deo: Pater noſter, qui es in cælis. Legimus & Judæos dixiſſe, cum tu ſis Pater noſter. Ergo non hinc iraſcebantur, quia Patrem ſuum dicebat Deum, ſed quod longe alio modo, quam homines.* Habebant ipſum Judæi pro mero homine, maximè pro inſigni aliquo Propheta; contra autem affirmabat Chriſtus, non merum ſe eſſe hominem, ſed ipſiſſimum Deum, qui poſſit de Sabbatho diſponere pro arbitrio; Sumpto argumento ab æquali ſapientia, voluntate, poteſtate, operatione, honore, & gloria cum Patre: Aſſerit Chriſtus. ὅτι πάντα τῷ πατρὶ συνεργάζεται, καὶ τὴν τοῦ γεννήσαντος φύσιν ἔχων ἐν ἑαυτῷ *omnia ſe una cum Patre operari, & quum genitoris*

2. Gubernationis.

in ſeipſo naturam habeat, propterea quod aliud non eſt ab illo, quod ad ſubſtantiæ identitatem ſpectat, ſe nihil aliud unquam ſenſurum, quam quod Patri placuerit: ὡς δὲ τῆς αὐτῆς ὑπάρχων οὐσίας ταῦτα καὶ βουλήσεται, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὑπάρχων ἡ ζῶσα βουλὴ καὶ δύναμις τοῦ πατρὸς, ἐνεργεῖ τὰ πάντα ἐν πᾶσι μετὰ πατρός: *Cumque ſit ejusdem ſubſtantiæ, eadem quoque ſtatuere, immo quum ipſe ſit vivens conſilium, & virtus Patris, omnia in omnibus cum Patre operari.* Cyril. ad l. c. Nimirum curaverat Chriſtus in Sabbatho annoſum ægrotum, Judæi autem violati ipſum Sabbati accuſaverant, cum reſponderet, Patrem & ſe huc usque operari, Deum & Dominum Sabbati: Hoc Judæis blaſphemum videbatur, quod homo merus (quem ipſum putabant) Deo ſe æqualem faceret: *Ecce* igitur *intelligunt Judæi quod non intelligunt Ariani. Ariani quippe inæqualem Patri Filium dicunt, & inde hæreſis pulſat Eccleſiam. Ecce ipſi cæci, ipſi interfectores Chriſti, intellexerunt tamen verba Chriſti. Non tamen intellexerunt eſſe Chriſtum, nec eum intellexerunt Filium Dei, ſed tamen intellexerunt in illis verbis, quia talis commendaretur Filius Dei, qui æqualis eſſet Deo. Quis erat, neſciebant, talem tamen prædicari, agnoſcebant, quia Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Nonne ergo erat æqualis Deo? Non ipſe ſe faciebat æqualem Deo; ſed ille illum genuerat æqualem.* Ita rurſus l. c. diſſerit Auguſtinus. Excipiebant Ariani ex v. 19. Joh. V. conſtare, quod Chriſtus negarit, Deo ſe æqualem eſſe, eo quod dixerit, non poſſe ſeſe facere, niſi quod vidiſſet Patrem facientem: *Qui enim non poteſt, inquiunt, facere à ſe quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem, utique minor eſt, non æqualis*: uti eorum verba refert l. c. Auguſt. qui R. (1) conſequentiam & explicationem Arianorum locum habere non poſſe, cum obſtet clariſſimo dicto ſequenti: quæcunque facit Pater ταῦτα *eadem* facit, etiam ὁμοίως *ſimiliter*, Filius (vide explicationem ſupra §. 19.) *non alia, ſed hæc; nec diſſimiliter, ſed ſimiliter*, tract. 19. (2) N. C. ideo, quod Filius non poſſit facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem propter ὁμοουσίαν, & eandem potentiam, quam habet cum Patre: *quia de Patre eſt totus Filius, & tota ſubſtantia, & potentia ejus ex illo eſt, qui genuit eum.* tract. XXI. quod præcedente tr. XX. nervoſiſſime & prolixiſſime oſtenderat. confer dicta §. 18. Addit v. 20. majora adhuc opera Patrem Filio oſtenſurum eſſe,

nem-

Digitized by Google

nempe opus redemptionis & ſalvationis adhuc præſtandum ad quod ipſum divina virtus, adeoque eſſentia Dei, requiratur' Auguſtinus tract. XIX. in Joh. intelligit reſurrectionem mortuorum: *Majora ergo ſunt opera mortuos ſuſcitare, quam languidos ſanare.* probat ex v. 21. Joh. V. confer Tract. XXIII. Cap. X. 27. ſeqq. negat eſſe, qui ſibi poſſit ex manu extorquere ſuas ſibi dilectas oves, cum ſit eadem ſua & Patris, (quo cum ipſe unum ſit v. 30.) manus, i. e. potentia.

§. 21. Huc referri poſſunt (III) *Miracula*, quæ multa & varia, omnia autem divina virtute, egit, ut vel hoſtes convincerentur, ea fieri virtute divina. Miracula equidem, quoad ſubſtantiam facti, etiam ea ſunt, quæ Deus, & conſequenter etiam Filius Dei inter homines quotidie agunt, cæterum propter frequentiam non attendimus ea, aut reſpicimus, ut miracula: *Ipſe eſt Deus, qui per univerſam creaturam quotidiana miracula facit, quæ hominibus non facilitate ſed aſſiduitate viluerunt. Rara autem quæ facta ſunt ab eo Domino, i. e. à Verbo propter nos incarnato, majorem ſtuporem hominibus attulerunt: non quia majora erant, quam ſunt ea, quæ quotidie in creatura facit, ſed quia iſta, quæ quotidiè fiunt, tanquam naturali curſu peraguntur: illa vero efficacia potentiæ etiam tanquam præſentis exhibita videntur oculis hominum.* Auguſt. tract. IX. in Joh. confer tract. XXIV. Recenſebimus ea, etſi prolixa ſunt, in honorem dulciſſimi noſtri Salvatoris, ordine autem, quo facilius capi poſſint, & appareat, Dominum ipſum & Deum eſſe omnium creaturarum ſuæ poteſtati ſubjectarum. vide Athanaſ. Decret. Nicæn. t. 1. opp. f. 249. ſeqq. Orat. III. adverſ. Arian. f. 383. Gregor. Nyſſen. contr. Eunom. t. 2. opp. f. m. 496. D. ſeqq. & Orat. Catech. c. 12. f. 67. t. III. opp. Nam miracula edidit. 1. *circa res inanimatas, vel irrationales.* e. g. Mare & ventos Math. XIII. 25. cum in extremo vitæ periculo diſcipuli per mare navigantes verſarentur, ipſe expergefactus mare & tempeſtatem verbo compeſcebat, ut ſpectatores obſtupefacti invicem interrogarent: quid hominis is eſſet, cui mare & ventus ad nutum & verbum potentiſſimæ ipſæ creaturæ parerent? *ventis imperare, & maris impetum ſedare,* οὐδενὸς ἄλλου ἦν, ἢ ἐκείνου, δι᾽ οὗ τὰ πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ θάλασσα, καὶ οἱ ἄνεμοι γεγόνασιν: *nullius alterius erat, ac illius, per quem omnia, & mare ipſum, ventique facti*

5. Miraculorum.

In rebus inanimatis & irrationalibus.

ſunt: cenſet Origen. tom. XII. in Matth. Hilarius comment. in h. l. admirationem iſtam & verba tribuit gentibus, & notat *hominum converſionem*, qua *intelligatur, omnia opera Chriſti, omnesque ejus virtutes ut Dei eſſe laudandas, quia piaculi gentilis miſerrimiq; erroris ſtultitiam demonſtrat, quod eum ex humilitate paſſionis hominem potius nuncupent, quam ex virtutibus Deum.* Geminum exemplum habetur Matth. XIV. 23. Marc. VI. 47. ſeqq. immanem tempeſtatem miraculosè ſedat, quo viſo navigantes coram ipſo tanquam Deo ſeſe proſternunt religioſo cultu, fatentes, eſſe ipſum Dei Filium. v. 33. *Ad unum ſignum tranquillitate maris reddita, quæ poſt nimias procellas interdum & caſu fieri ſolet, nautæ atque vectores vere Dei Filium confitentur; & Arrius in Eccleſia prædicat creaturam:* recte ait Hieron. Alio tempore aquas in vinum convertit Joh. II. 9. ſeqq. quo miraculo ſuam ipſe gloriam manifeſtavit, & diſcipulorum fidem erga ſe accendit; Quid clarius pro Deitate Chriſti dici potuiſſet? *ἀφράστῳ δυνάμει τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεθασκευάζει· τί γὰρ ἂν γένοιτο χαλεπὸν τῷ πάντα ἰσχύοντι; ὁ δὲ τὰ οὐκ ὄντα καλῶν εἰς γένεσιν; πῶς ἂν κάμοι τὰ ἤδη πεποιημένα μεταρρυθμίζων ἐφ' ὅπερ ἂν βούλοιτο; ineffabili vero virtute aqua in vinum transmutatur. Quid enim omnipotenti difficile? Qui res è nihilo ad eſſe vocat, quomodo jam factas, in quodcunque voluerit, difficile erit ei transformare?* merito quærit h. l. Cyrillus. Auguſtinus lib. IV. de conſ. Evang. c. 10. dum verſatur in ſublimitate Joannis Evangeliſtæ celebranda (Confer & Luther. t. 1. Jen. Lat. f. m. 707. b.) quomodo iſte præ reliquis Evangeliſtis Deitatem Chriſti in ſcriptis ſuis urſerit, exempli loco ſubjungit facta Canæ Galilææ in nuptiis, & verba Filii ad matrem: *quid mihi & tibi eſt mulier? non repellens, de qua ſuſcepit carnem, ſed ſuam tunc maximè inſinuans divinitatem, aquam converſus in vinum, quæ divinitas illam etiam feminam fecerat, non in illa facta erat.* Tractatum in Joh. 8. idem ſic auſpicatur: *Miraculum Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod de aqua vinum fecit, non eſt mirandum eis, qui noverunt, quia Deus fecit: Ipſe enim fecit vinum in illo die in nuptiis in ſex illis hydriis, quas impleri aqua præcepit, qui omni anno hoc facit in vitibus. Sicut enim quod miſerunt miniſtri in hydrias, in vinum converſum eſt opere Domini; Sic & quod nubes fundunt, in vinum convertitur ejusdem opere Domini.* Epiphanius tradit, quod virtute Chriſti tale quid etiam

poſtea

Digitized by Google

poſtea contigerit, verba ipſius referam: *Poſt annos triginta factum eſt primum miraculum in Cana Galilaæ, quando aqua facta eſt vinum. Quapropter etiam in multis locis usque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum eſt, divinum ſignum, in teſtimonium incredulis, velut teſtantur in multis locis fontes ac fluvii in vinum converſi. Cibyres quidem urbis Cariæ fons, qua hora hauſerunt miniſtri, & ipſe dixit: date Architriclino. Teſtatur & in Geraſa Arabiæ fons ſimiliter. Nos bibimus de Cibyres fonte, fratres vero noſtri de eo, qui eſt in Geraſa in Martyrum templo. Sed & multi in Ægypto de Nilo hoc teſtantur. Quare in undecima Tybi apud Ægyptios omnes hauriunt aquam, & reponunt, tum in ipſa Ægypto, tum in multis regionibus.* Hactenus Epiphanius hæreſ. LI. Confer Baron. Annal. XXXI. 32. ſeqq. Sit fides penes auctores. *Arbori* maledixit Matth. XXI. 18. 19. Marc. XI. 12. ſeqq. Poſtquam enim eſuriens ad ficum acceſſiſſet, neque fructum inveniſſet, devovit eam, ut protinus areſceret. *Piſces* coegit in retia, ut copioſe caperentur, & capientes agnoſcerent, Deum ipſum eſſe. Luc. V. 1. 8. 9. Quorſum pertinet piſcis maris Galilæi, qui ejus motu ſtaterem in ore afferebat, ut Vectigal inde penderetur. Math. XVII. 26.

In rationalibus: vel Vivis: vel Mortuis: ut erant:

§. 21. (2) *Circa homines* cum vivos, tum mortuos. *Vivos* à variis morbis & defectibus liberavit. Matth. VIII. 16. 17. Marc. I. 32. Mortuos vero ſuſcitavit. Luc. IV. 40. Veſperi, cum Sol jam merſus eſſet, offerebantur ipſi non ſolum, qui levioribus, ſed etiam qui gravioribus, morbis laborabant; quorum multos, imo omnes, ſanavit, nullo habito diſcrimine; juxta vaticinium Jeſ. LIII. 4. Simile quid factum legitur Matth. XIV. 35. legitur enim, quod ipſi obtulerint variis morbis laborantes, quos omnes vel contactu veſtimentorum ſanabat. v. 55. ſeqq. Geraſeni, & ab ipſis evocati vicini, adferunt ægros ſuos, & Chriſto offerunt ſanandos. Prolixus eſt in his explicandis Euſebius lib. IX. demonſtr. Evangel. f. m. 447. ſeqq. ubi vaticinium Eſai. XXXV. 5. 6. confert cum complemento Evangelico, & hæc inter alia verba ſubiungit: καὶ ἔπρεπέ γε νῦν γοῦν, εἰ καὶ ἄλλοτε, Θεὸν αὐτὸν ὁμολογεῖσθαι, ὅτε καὶ ἔργα, θείας καὶ ὡς ἀληθῶς ἐν Θεοῦ δυνάμεως ἐπεδείκνυτο: &c. *Sane, ſi unquam alias, nunc maximè convenerit Deum illum confiteri, quando & divina & revera Deum complexæ virtutis jam planè opera edidit. Si quidem unius Dei nec alterius præterea cujuſpiam munus*

 fue-

Digitized by Google

fuerit, corroborare diſſolutos, vita reddere mortuos, præbere ſalutem ægrotantibus, cæcorum aperire oculos, aureſque item ſanare ſurdorum, & erigere claudos, & linguam impeditam habentibus facultatem loquendi reſtituere. Quæ omnia ſalvator noſter ac Dominus Jeſus Chriſtus admirabiliter præſtitit, tanquam is, qui verè ſit Deus. In ſpecie (ordine Alphabetico procedamus) *Aridam* manum reſtituit. Luc. VI. 6. ſeqq. In Evangelio Nazarenorum dicitur ille aridam manum habens cæmentarius fuiſſe, & his verbis auxilium à Chriſto petiiſſe: *Cæmentarius eram, manibus victum quæritans: precor te Jeſu, ut mihi reſtituas ſanitatem, ne turpiter mendicem cibos.* Baronius Anno Chr. 32. n. 4. recenſet inde, ſine ἐπικρίσει addita, an, quod probarit? Fabulam potius redolet, quam veritatem.

Aridi.

Cœci: §. 22. *Cœci illuminati.* Matth. IX. 27. refertur de duobus cœcis, qui Jeſum ab ædibus Jairi reverſum, inſequebantur, clamantes: Jeſu filii David, miſerere noſtri, usque ad ædes ipſius; cujus ſui petiti compotes quoque facti ſunt à Chriſto, explorata ipſorum fide; Tetigit enim ipſorum oculos, juſſitque fieri juxta eam ipſorum fidem, & ita oculos utriusque aperuit. Marc. VIII. 22. cum in vicis Bethſaidanis divertiſſet, alii cœco viſum reſtituit per ſputum, quod in faciem ipſius miſerat, & tactum manus mirificæ ſemel iterumque factum, donec ſenſim ſenſimque viſum reciperet. Joh. IX. 1. ſeqq. occurrit quidam à nativitate cœcus, quem ſic curavit: exſpuit in terram, ſputo admiſcet pulverem, & pinſit lutum, quo oculos cœci inungit, unctum remiſit ad piſcinam Siloa, ut in aqua iſta ſe lavaret: abit cœcus, lavatur, recipit viſum, & verè, quod clariſſime patuit, cum Phariſæi propterea tumultuarentur. Vide dicta Art. II. Sect. 2. §. 18. Luc. XVIII. 35. ſeq. Chriſtus ex Peræa per Bethabaram juxta Hierichuntem tranſiens, cœcum offendit, qui juxta viam ſedens mendicabat, & tum opem Jeſu implorabat, quam & obtinebat, recepto à Chriſto viſu. Matth. XX. 29. ſeqq. cum Hierichunte egrederetur, obviam habuit duos cœcos, pari fide opem ipſius ſolicitantes; nec fruſtra. Licet enim à populo prohiberentur, Chriſtus tamen gradum ſtitit, colloquium cum ipſis miſcuit, & poſtquam fideles deprehendiſſet, reddidit utrique viſum, confer Marc. X. 46. ſeqq.

§. 23.

Digitized by Google

§. 23. *Comitialis morbus* curatus eſt ab eodem. Matth. XVII. 14. ſeqq. Marc. IX. 14. ſeqq. Luc. IX. 37. ſeqq. Exhibetur Chriſto, poſt diſcipulos, puer *comitiali morbo* affectus, ſimul & dæmone, morbo iſto abutente, correptus; Nam miſero loquelam intercipiebat, imminebat inſidiis, ita, ut ſolum relictum nunc in ignem abjiceret, nunc in aquam præcipitaret, perdendum; correptum illidebat terræ, idque magno impetu; ut puer præ terrore & cruciatu clamaret: convellebat quoque miſerum, ut convulſus ſpumam ore redderet, & dentibus hirundinum inſtar horrendum ſtrideret, eoque paroxyſmo afflictus velut aridus & exanimatus jaceret: Ultima vis erat vehementiſſima; nam diſceſſurus malus dæmon puerum ita concuciebat, quaſi dilaniaturus. Hunc afflictiſſimum filiolum ſuum pater, abſente Chriſto, diſcipulis obtulerat reſtituendum, ſed ipſorum vires tantæ non erant, ut pertinacem dæmonem ejicerent, quare pater Chriſto præſenti, quem Dominum & præceptorem vocabat, humillimè obtulit, juſſus eundem adducere. Id videns dæmon atrocius furere cœpit, ut ſolet expellendus; Chriſtus equidem, ut patris fidem exploraret, & excitaret, colloquium cum ipſo de puero inſtituit, cui tamen pater immorari nolebat, periculum in mora fore exiſtimans, petit igitur, ut ex miſericordia ſibi & filiolo, ſi poſſet, ſubveniret; Chriſtus rogat, an credere poſſet? quandoquidem credenti omnia eſſent poſſibilia; affirmabat quidem ſeſe credere, cæterum non diffitebatur infirmitatem fidei; Nam rogabat Chriſtum, ut ſuccurreret incredulo; His ultro citroque permutatis verbis tandem Chriſtus dæmonium pro auctoritate ſua ſeveriſſime increpat, propter damnum nobiliſſimæ creaturæ illatum, ſimul, ut Dominus ſervo, ſic ipſe Dæmoni, imperat, ut eveſtigio exeat, nec, ut antea revertatur unquam: Dæmon præ indignatione exclamavit diriſſimè, & puerum miſerrimè diſcerpebat, ut mortuus videretur, quod Chriſtus ideo permiſit, ne videretur colluſionem cum dæmone habere; invitum enim ejecit; Mox autem correptum manu puerum erexit, & eveſtigio ſanavit, patrique, cui antea per dæmonem quaſi ablatus erat, reddidit, quod factum

Comitiali morbo laborantes.

ctum omnes, etiam ſcribæ, præſentes, cum ſtupore intuebantur, tanquam quod à ſoli Deo præſtari potuerit.

Corda. §. 24. *Corda* hominum verbo mirifice flexit. Matthæum, divitem, & publicanum, uno verbo ita flexit, ut relicto teloneo pauperem Jeſum ſectaretur. Matth. IX. 9. Tale quid etiam in aliis jam ante fecerat, nempe in Philippo. Joh. I. 43. & poſtea fecit, ut videre eſt in agaſonibus, dum paſſi ſunt aſinam cum pullo ſibi abduci Matth. XXI. 3. Marc. XI. 3. Luc. XIX. 31. Geminum eſt, quod Marc. XIII. 15. Luc. XXII. 11. 12. refertur de Domino cœnaculi, in quo Chriſtus & Diſcipuli, homines inviſi, & ex communicati, paſcha celebraturi erant. Nam audito Chriſti petito ſtatim annuit. Huc pertinet *ejectio* ementium & vendentium ex templo facta; Terror enim iſte divinitus erat injectus. vide quæ diximus Art. II. Sect. 2. §. 17. ſupra.

Famelici. §. 25. *Famelicos* exiguo cibo ſaturavit. Matth. XIV. 13. ſeqq. Marc. VI. 30. ſeqq. Luc. IX. 10. Joh. VI. 1. ſeqq. cum Chriſtus videret copioſum populum circa ſeſe conglobatum, qui non habebat, unde ederet; erat enim in deſerto Bethſaidano, juſſit diſcipulos ſuos ipſis dare, quod ederent; Negantibus autem diſcipulis, ſibi tantum ſuppetere, quantum iſtis ſatiandis ſufficeret, neque inter ipſum populum præter aliquot panes hordaceos, & minutos piſciculos quidquam adeſſet, tum demum Chriſtus, juſſo populo accumbere per diſtinctos ordines, quales eſſe ſolent in areolis; paucis (quinque erant) panibus, & duobus piſciculis benedixit, fregit, dedit diſcipulis, hi populo, populus ſibi invicem, ſuisque adſtantibus fœminis & pueris, & comedit, ea ſatietate, ut vel duodecim cophini ſupereſſent, reliquiarum pleni. Matth. XV. 32. ſeq. Marc. VIII. 1. congregatur ad Chriſtum θαυματουργὸν magna vis hominum non Judæorum modo, ſed & gentilium, ſed non habebant, quod ederent; Chriſtus igitur in conſilium quaſi adhibitis, ut exploraret, Apoſtolis, quærebat, unde ipſe tantum hominum paſceret? Negabant quidem illi poſſibile eſſe, ut 4000 Virorum, ſeptem panibus, & paucis piſciculis, ſaturarentur; ſed ipſe juſſis ipſis diſcumbere, prædicto cibo omnes exſaturavit, adeo, ut ſeptem ſportulæ fragmentorum ſupereſſent.

§. 26.

Digitized by Google

Febricitantes.

§. 26. *Febrem* curavit Matth. VIII. 14. 15. Marc. I. 29. Luc. IV. 38. ſeqq. Synagoga egreſſus divertit in domum Petri, quam an ex conjugio habuerit? vel ob opificium conduxerit? in dubio relinquimus, ſumpturus prandium, ut ſolebant die Sabbati invitari: Deprehendit autem vetulam Petri ſocrum *febricitantem*, eo periculoſius, quo erat ætate provectior. Id vero ante, quam prandium ſumerent, diſcipuli Petrus, Andreas, Johannes, Jacobus, Chriſto renunciarant. Nec enim ſtatim apparebat febricitans, ſeorſim decumbens in conclavi. Chriſtus autem mox perfectè curavit, adeo ut miniſtrare poſſet. Non eſt autem uſus medicamentis, ſed voce, increpans febrim, veluti immitiorem carcerem, vinculum, & carnificem, & hanc quidem fæminam præſens curavit; Abſens vero reſtituit filium Regii iſtius, qui acutâ & ardenti febre laborabat: effecitque eo miraculo, ut pater cum univerſa domo ad fidem in Jeſum converteretur. Joh. IV. 47. ſeqq.

Hæmorrhouſæ.

§. 27. *Hæmorrhouſa* fluxum ſanguineum ſtitit. Quæ illa Hæmorrhouſa fuerit? quærunt curioſiores. Reſpondet Ambroſius lib. de Salom. c. 5. Martham, Lazari ſororem, fuiſſe: *dum largum ſanguinis fluxum ſiſti in Martha.* In Evangeliſtis nihil occurrit, quod vel affirmet, vel neget. Occurrit autem apud Euſebium lib. VII. hiſt. Eccleſ. c. 18. quod cum ſententia Ambroſii conciliari non poteſt: Ait, mulierem iſtam Hæmorrhouſam oriundam fuiſſe ex urbe Cæſarea Philippi, quam olim Paneadem Phœnices appellabant: & poſtquam à Chriſto curata fuiſſet, gratitudinis ergo erexiſſe ſtatuam virilem ex metallo conflatam, ad cujus pedes miraculoſa herba ſolita fuerit enaſci. Hinc concludit Montac. part. 2. Orig. n. 156. *Si ſtatuam erexit Chriſto, Judæa ortu non fuit. Nam Judæi maluerunt potius millies mori, quam ſtatuas conflatas in ædibus locare. Quocirca Euſebius, qui ſtatuæ meminit, gentilem fuiſſe verè prodidit. Eidemque ſententiæ favent omnes, qui de ſtatua Chriſto poſita, ὡς εὐεργέτῃ, meminere. Et nos in illorum communi & ſatis probabili ſententia acquieſcimus:* & nos acquieſcimus cum illo & iſtis. Hiſtoria miraculi enarratur à Matth. IX. 20. Marc. V. 25. Luc. VIII. 43. ſeqq. hoc modo: Cum Chriſtus abiret Capernaum, ſanitati, imo vitæ reſtituturus filiam Jairi,

Digitized by Google

ri, venit à tergo mulier Syrophœniſſa, laborans incurabili ſanguinis profluvio: tanta autem erat fide, ut vel ex ſolo fimbriæ Chriſti tactu reſtitutionem ſibi promitteret, id quod & factum, Chriſto ſentiente virtutem de ſeſe exeuntem, & palam id faciente, poſtquam inquiſiviſſet, à quo, vel quâ, eſſet tacta fimbria. Hoc vero factum eſt in gratiam potiſſimum Jairi, cujus fides vel nulla, vel admodum infirma erat.

Leproſi. §. 28. *Leproſi ſanati.* Marc. I. 40. Luc. V. 12. adde Matth. VIII. 1. liberat leproſum à lepra ſuâ tam verè, ut non dubitaret ipſum ad Sacerdotes ablegare, qui eum explorarent, & mundum declararent. Luc. XVII. 11. ſeqq. decem leproſos obvios habet in vico, quos omnes verbo curavit; unus autem eorum reverſus, isque Samaritanus, Deo dabat gloriam, in genua procidens, & gratias agens Chriſto, cui ſanitatem ſuam debebat.

Lunatici. §. 29. *Lunaticos* reſtituit. Lunatici dicuntur à Luna, cujus viciſſitudines hominibus nonnullis male conſtitutis cerebrum turbabant, imprimis ſi diaboli vexationes accedebant. *Dæmon obſervans Lunæ curſum, corripit homines, & per creaturas infamare ſtudet creatorem.* Hieron. ad Matth. XVII. 15. Adeſt Pater talis lunatici, & conqueritur coram Chriſto, rogatq; auxilium pro filio, qui Lunaticus eſſet, & diriſſime cruciaretur, dum ſæpe incideret in aquas, interdum etiam in ignem: nec potuiſſe diſcipulos ipſum curare. Ipſe autem uno verbo Diabolum pellens priſtinæ ſanitati Lunaticum reſtituit.

Mortui. §. 30. *Mortui* ſuſcitati: quales erant Juvenis Nainiticus, filia Jairi, & Lazarus. *Juvenem Nainiticum* ſuſcitavit. Luc. VII. 11. ut & lugentes conſolaretur, & vim verbi ſui, qui Meſſias erat, etiam in mortuis, aliquando ad vitam quoque æternam reſuſcitandis, declararet. Erat mulier quædam pridem conjugio cum juvene felix, poſtea vidua juvencula, quæ tamen adoleſcentis filii ſolatio ſuſtentaretur: ſed & hic ægrotare incipit, & fruſtra Deo in auxilium lugentis & ægrotantis vocato, tandem moritur, tota civitate commiſerante & comitante effertur; cum ex inſperato adeſt victor mortis & auctor vitæ Chriſtus, qui matrem præ dolore flentem (loqui enim dolor non ſinebat)

Digitized by Google

bat) alloquitur, tacens antea, cum ipſa loqueretur, filio adhuc ægrotante; tangit feretrum manibus divina virtute validis, & alloquitur verbo omnipotente defunctum, qui & vivificatur, audit, erigitur, mandato Domini pariturus, redditur à Chriſto matri, cui prius ipſum dederat. Atque hæc geſta ſunt in conſpectu Apoſtolorum, diſcipulorum multorum, populi inſequentis, ante portam civitatis, ubi ſolebant judicia haberi publica: unde & rumor miraculi diffuſus eſt per omnem circumjectam regionem, multis inſuper Naim (quæ civitas erat tribus Iſaſchar) confluentibus, ad ipſum juvenem, ſeu adoleſcentem ſpectandum & examinandum. Matth. IX. 18. Marc. V. 22. Luc. VIII. 41. ſeqq. narratur *de filia Jairi*, ut in agone fuerit, cum Pater ad Chriſtum properaret, & vita defuncta, dum adhuc cum Chriſto loqueretur; Hoc tamen non obſtante, Chriſtus patre rogante, abivit ad puellam Capernaumi verſantem, & expulſis, qui Ethnico ritu defunctam plangebant, duobus verbis è mortuis ſuſcitavit ipſam. Joh. XI. 1. Lazarum, jam quatriduum mortuum, & fœtentem, verbo excitat ex mortuis, & evocat ex ſepulchro, unde & prodiit, ſicut erat vinctus linteis ſepulchralibus. Idque factum eſt, ut gloria Dei, nempe Filii Dei, declararetur. Tota hiſtoria prolixius ita ſeſe habet: Joh. XI. 17. ſeqq. venit Bethaniam, ubi quatriduo ante mortuus & ſepultus fuerat Lazarus, adeo, ut jam fœteret. Hunc duobus verbis excitat ex mortuis. Ut autem illuſtrius eſſet miraculum, multi Judæorum Hieroſolymis, quæ dimidium tantum milliare Germanicum inde diſtabant, venerunt, ſorores triſtes conſolaturi: Ipſæ etiam ſorores Martha & Maria in occurſum iverant Jeſu, ſecumque traxerant Judæos, alioquin rarius venturos, ex odio adverſus Chriſtum: & querulis verbis ob fratris mortem in abſentia Domini factam coram ipſo plorabant: Ipſe etiam Jeſus lacrymas fundebat, & indignatus morti & diabolo, infremebat ſpiritu, ut ex iſto Judæi amorem erga Lazarum colligerent, etſi propterea Chriſto inſultarent, quod non citius veniſſet, & mori ipſum prohibuiſſet. Ubi ad ſepulchrum ventum, jubet removeri lapidem, qui iſtud claudebat: Martha fœtere cadaver dicit, poſt quatri-

 duum

Digitized by Google

duum jam ſepultum: Hæc autem ideo facta ſunt, ut certum eſſet, Lazarum verè mortuum. Inde ipſe præmiſſa ad patrem gratiarum actione, voce exſerta clamat: Lazare, veni foras! dictum, factũ! venit, ſicut ſuis adhuc vinctus erat faſciis ſepulchralibus, pedes, & faciem obvolutus ſudario, quæ omnia iſte juſſit removeri, ipſumque procedere. Ut vel manuum tactu, & oculorum teſtimonio convinceret ſpectatores, quod verè ex mortuis eſſet reſuſcitatus. Hinc etiam factum eſt, ut multi Judæorum præſentium Jeſum vera fide, tanquam verum Meſſiam, amplecterentur: Atque hæc erat gloria Dei, quam Martha vidit v. 40. *Animam egreſſam retrahere, ita ut jam fœtens & quatriduanus exerit è ſepulchris*, οὐδενὸς ἦν, ἢ τοῦ ἀκούσαντος ἀπὸ τοῦ πατρὸς: ποιήσωμεν ἄνθρωπον &c. *nullius erat, præterquam ejus, qui à Patre audiverat: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram,* ait Orig. tom. 12. in Matth. *Inter omnia miracula,* ait Auguſtinus tract. 49. in Joh. *quæ fecit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Lazari reſurrectio præcipuè prædicatur.* Et paulò poſt: *Sanè videte, quemadmodum tanquam ex obliquo Dominus Deum ſe dixit, propter quoſdam qui negant Filium Deum eſſe: Nam ſunt hæretici, qui hoc dicunt, quod Filius Dei non ſit Deus: Ecce audiant:* Infirmitas hæc, *inquit*, non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei: *qua gloria? cujus Dei? Audi, quod ſequitur:* ut glorificetur filius Dei: Infirmitas hæc, *inquit*, non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Hactenus Auguſtinus. Et ſic quoque Cyrillus ad l. c. ἑαυτὸν δέ φησι τῇ φύσει Θεόν; αὐτοῦ γὰρ εἰς δόξαν γέγονε τὸ γεγονός: *Se ipſum autem dicit natura Deum; in ipſius enim gloriam factum erat, quod factum erat.* Conſequentiam deducit & probat ex textu: *Prolocutus enim, quod hæc infirmitas ad gloriam Dei eſſet, adjecit, ut glorificaretur Filius Dei in ea, de ſeipſo loquens.* Confer Gregor. Nyſſ. de opif. hom. c. 25. Imo habebat poteſtatem ſeipſum reſuſcitandi ex mortuis, de qua ſuperius. §. 17.

Mutl. §. 31. *Mutis loquela eſt reddita.* Matth. XV. 29. ſeq. Marc. VII. 31. ſeqq. Decapolitani gentiles catechumeni, Chriſto è finibus Tyriis in Galilæam reverturienti, offerunt aliquem peccati vitio ſurdum, & difficulter loquentem; rogantes, ut ipſe, omnium potentiſſimus medicus, miſerum reſtitueret: Chriſtus, qui neminem ad ſeſe venientem expellit, recipit lubens obla-

tum,

Digitized by Google

tum, etſi in eadem regione olim ignominioſe habitus fuerit; ſiſtit eundem è turba ſeorſim, quo magis conſpicuum eſſet miraculum, digitos, divina potentia inſtructos, in aures ſurdi mittit, &, memor primæ creationis, etiam nunc lutum ex ſputo pinſit, quaſi de novo plaſma facturus, hoc tetigit linguam balbutientis; cælum, unde omne bonum donum, reſpiciens, ingemuit miſeriæ per peccatum à diabolo introductæ, dixitque unum verbum : Ephata, quo veluti clave aures & lingua miſeri reſeratæ ſunt, adeo, ut expedite loqueretur. Rumor hic, ubi percrebuit, attraxit ex vicinia claudos, mutos, mutilos, & alios afflictos multos, quos præſentiſſimus medicus, ſibi, oblatos humillimè, ſanavit promptiſſimè.

§. 32. *Paralytici* reſtituti. Marc. II. 3. ſeqq. curat paralyticum nulla alia niſi virtute divina ex ſe operante. Joh. V. 14. alium reſtituit integritati non corporis ſolum, ſed etiam animæ, dum à peccatis ipſum dehortaretur. Alium *paralyticum*, nempe *centurionis ſervum*, cuſtodiæ corporis deſtinatum, & propter virtutes Domino charum. Lethaliter ille decumbebat ex reſolutione nervorum, & exquiſitiſſimis doloribus, ut ſolent horum paralyticorum eſſe. Marc. IX. 55. Joſeph. antiqq. Judaic. c. 16. lib. 12. cum centurio mitteret primum Judæorum ſeniores, deinde amicos, qui auxilium rogarent, modeſtè tamen & humillime, tandem & ipſe in occurſum iret, & Chriſti potentiam laudaret, illuſtraretque ex promptitudine ſuorum ſervorum erga ſeſe, merum licet hominem. Matth. VIII. 5. ſeqq. Luc. VII. 1. ſeqq. Huc ſpectat mulier membris contracta, & corpore curvata: Nam & hanc verbo erexit. Luc. XIII. 12. Paralytici.

§. 33. *Peccata* remiſit, & aliis dedit poteſtatem ex propria auctoritate, vide dicta Art. II. Sect. II. §. 16. Id vero Deitatis ipſius argumentum evidentius eſt, quam curatio morborum corporis : *Plus eſt ad ſalutem noſtram, quod factus eſt propter homines, quam quod fecit inter homines; & plus eſt, quod vitia ſanavit animarum noſtrarum, quam quod ſanavit languores corporum noſtrorum.* Judice Auguſtino tract. XVII. in Joh. ubi agit de annoſo illo languido ad piſcinam Betheſda, quem dimiſſis peccatis ſanavit Chriſtus: *Anima ergo creditura, cujus peccata dimittere venerat, ad cujus* Peccata.

Digitized by Google

languores ſanandos ſe humiliaverat, de hoc languido ſanato magnum ſignum dedit. Refer huc quæ urget Origenes tom. XII. in Matth. cum ſcribit: *doctrina ad amorem creatoris juxta legem & Prophetas provocans, cupiditates cobibens, & mores ad pietatem formans, quid aliud iis oſtendebat, qui videre poterant,* ἢ ὅτι ἀληθῶς Θεȣ̃ ἦν ὁ τὰ τοσαῦτα ἐργαζόμενος, *quam illum revera Filium Dei eſſe, qui tot ac tanta faceret?* confer Athan. Orat. III. cont. Arianos f. m. 437. t. 1. opp.

Surdi. §. 34. *Surdis* aures aperuit, ejecto eo, qui obturaverat, dæmone. Nam *circa dæmonas* quoque divinam ſuam virtutem ita exercuit, ut vel inviti cedere, & homines miſſos facere cogerentur. Matth. IV. 24. circumit Chriſtus Galilæam, & liberat etiam obſeſſos à dæmonibus, quos ejiciebat. Luc. VIII. 2. 3 innuitur. Nam ibi narratur, quod Chriſtus & morbos depulerit, & immundos ſeu malos ſpiritus, tanquam auctores omnium malorum. Liberavit autem & Mariam Magdalenam à ſuis dæmonibus: Magdalena hæc à Magdala vico Math. XV. ult. dicta, non eſt illa peccatrix Luc. VII. 37. narrata; Nec enim hujus pœnitentis actiones quadrant; nec dæmoniacæ in deliciis habentur; Sed nec eſt Maria Lazari ſoror, ut vult hiſtoria Lombardica, quia ejus rei nullum in SS. literis occurrit fundamentum, fatente Cornelio Janſenio. Paulo poſt aliud, & ſplendidius quidem, ſecutum eſt miraculum. Cum enim ex itinere domum, quam Capernaumi inhabitabat, repetiiſſet, populus hinc inde ad ipſum confluxit, ut ne edendi quidem ſpacium haberet, intentior ſcil. in faciendo officio, quam ſedanda fame; Inter alios offerebatur ipſi quidam à dæmone obſeſſus homo, integris quidem membris, niſi quod diabolus oculos, aures, & linguam ligaſſet, ut *cæcus, ſurdus, & mutus eſſet* miſerrimus homo. Hoc dæmonium Chriſtus potentiſſimè in conſpectu omnium ejecit, qui propterea vehementer ad inſolitum miraculum obſtupeſcebant: etſi diverſis inter ſeſe judiciis collidebantur: Matth. VIII. 28. ſeqq. Marc. V. 1. ſeqq. Luc. VIII. 26. ſeqq. deſcribitur Chriſti adventus in terram Gadarenorum, quibus vicini erant Gergeſeni, reliquiæ Cananæorum, Ethnici, quod videas ex porcis, quos alebant. Hic loci in ſepulchretis offendit Chriſtus *duos dæmoniacos*, & in his unum ſæviſſime

viſſime in ſeſe & alios ſurentem: Dæmonum erant plures; Nam ſeſe legionem vocabant; Fortes; Nam obſeſſi vel catenas confringebant; Et ſævi, Nam ſemetipſi lapidibus concidebant, & itinera reddebant infeſta, viatores involando: Chriſtus autem exire ipſos juſſit, quod & fecerunt, immiſſi porcis. Matth. IX. 32. narratur de eodem Chriſto, ut ex homine, qui â dæmone obſeſſus loqui non poterat, ejecerit dæmonem, quo facto receperit obſeſſus loquelam; quod ipſum tamen Phariſæi more ſolito calumniabantur. Obſerva, cur Chriſto in carne exhibito tot tantumque obſeſſorum fuerit in Judæa, & circumjectis regionibus, nempe, Diabolus virulentiſſime ſævit, ſi videt imminere ſibi finem, & exitium; ut facturus eſt etiam ſub finem ſeculi Apoc. XII. 12. vide Chemnit. harm. c. 69. Matth. XV. 21. ſeqq. Marc. VII. 24. narratur hiſtoria de filia Chananitidis mulieris, ut à dæmone obſeſſa, & miſerè agitata fuerit. Hanc Chriſtus, matre dæmoniacæ intercedente, precibus bis repetitis, & fide heroica tandem vincente, verbo abſentem ita ſanavit, ut matre domum reverſa, in lecto decumberet quieta, non amplius à dæmone quaquaverſum jactata, ut antea. Luc XI. 14. ſeqq. recenſetur hiſtoria de dæmoniaco, quem ejecto per vim diabolo idem Chriſtus reſtituit. Ad quod factum diverſi diverſimode affecti ſunt, aliis ope Beelzebub, ſive ſupremi dæmoniorum, factum eſſe calumniantibus: aliis ſublimius è cælo ſignum petentibus. Dedit & aliis hanc poteſtatem Matth. X 1. Luc. X. 17. dato ſpiritu ſuo ſancto, cujus virtute miracula operabantur. Unde ſpiritus in, & per ipſos teſtabatur de Deitate Chriſti, Joh. XV. 26. 27. explicante Cyrillo verba Chriſti: *Perhibet* (teſtimonium) *quæſo quomodo?* quærit, & reſpondet: *operando nimirum in vobis, & per vos miracula, teſtis erit juſtus ac verax* τῆς ἐμῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας, καὶ τῆς ἐν δυνάμει μεγαλειότητος, *divinæ meæ poteſtatis atq; meus enim ſpiritus eſt, qui operatur in vobis.* Confer dicta ab eodem ad c. XVI. 14. & ab Athanaſio de communi eſſent. Patr. & Filii. t. 1. opp. f. 233.

§. 35. Hactenus de inſignioribus Chriſti miraculis. Ubi quidem negandum non eſt, varia hominum, de ipſis fuiſſe judicia, & diverſos eorundem eventus, attamen Chriſtus ſub- Judicia.

inde

inde veritatem eorum, ſanctitatem, & divinitatem efficaciſſimè aſſerebat, & probabat. In compendio fere hæc legere eſt Luc. XI. 14. Poſtquam enim dæmonem expuliſſet, varia ſpectatorum erant judicia Alii enim cœperunt cogitare de Meſſia, an hic eſſet ille ex familia Davidica oriturus Salvator? 2. Sam. VII, 12. Pſal. 132. 11. *Alii*, & Phariſæi quidem, in ſcholis Galilææ docentes cum miraculi ipſum factum negare non poſſent, ad calumnias ſeſe convertebant, dicentes, & magos edere miracula, alium alio majora, prout dæmone paraſtata infirmiore, vel potentiore uteretur: Erant enim hinc inde Magi tales. Act. VIII. 9. XIII. 8. Suppetias calumniatoribus Galilæis ferebant Scribæ Hieroſolymis miſſi, affirmantes & ipſi, & confirmantes, quod per principem dæmoniorum, *Beelzebub* dictum, dæmonia ejiceret Jeſus Nazarenus. Erat autem Beelzebub idolum Accaronitarum 2. Reg. I. 2. ſic dictum à muſcis, malignis ſcil. ſpiritibus, quibus ſummum illud dæmonium (ſunt enim idola gentium dæmonia) Deut. XXXII. 17. præerat, & malitiæ, potentiæque primas Eccleſ. X. 1. Jeſ. VII. 18. tenebat. *Alii* eo usque calumniæ non progrediebantur, neque tamen Meſſiam eſſe Jeſum adhuc volebant credere, quod nondum illuſtrius aliquot ex cœlo miraculum, ut olim Moſes, edidiſſet: quærebant igitur, ut patrato tali miraculo fidem ſibi ipſe conciliaret. *Alii* denique Neutrales erant, nulli partium accedentes, ſed tantum mirantes factum. Et ſic illi variis inter ſeſe factionibus diviſi de Chriſti miraculo diſſerebant, cum Jeſus omnium gnarus ſingulas partes in unum convocaret, ut omnes rectius informaret. Periculoſum hoc videbatur cognatis Chriſti, inter quos & mater Matth. XII. 46. Marc. III. 31. quare conſilium inierunt de Jeſu in privatam cuſtodiam compingendo, ut furori Phariſæorum Scribarumque, adeoq; periculo, ipſum ſubtraherent: cauſſabantur, ad invidiam mitigandam, nimio ipſum Zelo interdum excandeſcere, ut non ſatis ſibi ſemper conſtet: ut adeo videamus quomodo vel ipſi Jeſu cognati fuerint erga ipſum animati pro diverſitate fortunæ. Hiſce tamen minime obſtantibus Chriſtus ad apologiam deſcendit. Qui magiæ ipſum inſimularant, ita refutat: Docet duo eſſe illuſtria regna, alterum Dæ-

monis

Digitized by Google

monis, alterum Dei. Iſtius, quippe qui ſit ἰσχυρὸς potentiſſimus & violentiſſimus Tyrannus, & Dominus aëris, cordiumque impiorum, qui ſecum habeat ſuos obſequioſos Spiritus infernales, arma etiam, ut mortis aculeum, ad lapides legis acutum; 1. Cor. XV. 56. & vaſa, homines malè viventes, & aſtutiam cum inſigni impudentia conjunctam, & violentia; id quod obſeſſorum, Deo ſic permittente, exempla interdum ſatis abundè doceant! Huic regno oppoſuiſſe Deum regnum gratiæ, & in eo Chriſtum, & ipſum fortem. Jeſ. IX. 6. Dominumque παντοκράτορα: Oſe. XII. 5. qui iſtum Tyrannum vicit. Apoc. V. 5. vinxit, armatura ſua exuit, triumphavit, ſpoliis inter ſuos diviſis, i. e. fregit potentiam diaboli, nos ex ipſius poteſtate exemit, & præmiis affecit per paſſionem, mortem, reſurrectionem, adſcenſionem, & ſeſſionem ipſius ad dextram Dei. Cæterum hoc Chriſti regnū per naturam non eſſe in nobis, ſed demū advenire, expulſo Diabolo, & quidem vi quadam; Nam regnum ſuum non facile hunc deſerere, reniti, repugnare, ut vis divina ad expellendum requiratur: Eam eſſe vim Spir. ſancti regnum gratiæ adminiſtrantis, & operantis per miniſterium Eccleſiaſticum virtute divina præditum: 2. Cor. III. 8. His fundamenti loco præmiſſis videamus Chriſti Apologiam: Argumentum 1. ſumit à fine ſuorum miraculorum, qui eſt, regnum Dei per veram fidem & pietatem in hominibus à ſeſe liberatis fundare & ſtabilire, & contra, regnum diaboli cum ſuis mendaciis, erroribus, ſceleribus, defectibus, deſtruere, quod certè ipſe dæmon non faciat, utpote longè callidior, quam qui ſibimet ipſe noceat. 2. Sumit ab exemplo domeſtico Exorciſtarum Judæorum, qui loco artis ſuæ magicæ aſſumpſerant nomen Jeſu, & per ipſum dæmonia ejiciebant. Matth. VII. 22. Luc. IX. 49. Act. XIX. 13. quæ certiſſima eſſent κριτήρια Meſſiæ, caput ſerpentis contrituri, præſentis. Sicut hodie indicium eſt Evangelii reſtaurati, quod dæmones & ſpectra non adeo infeſtant homines amplius, & domos, ut olim ſub Papatu. 3. Sumit à Prophetico vaticinio Jeſ. XLIX. 24. ſeqq. ubi Deus Eccleſiæ, de potentia & violentia hoſtis ſui ἀντιδίκου diaboli conquerenti, promittit ſuum auxilium, quippe qui ipſe venturus, & nos redempturus eſſet ex poteſtate Tyranni,

deſtructo ipſius regno, ipſoque in captivitatem redacto. Quare mirum non erat, Sathanam ita facere in exeundo, ſicut hodie adhuc tumultuatur, quando voce Evangelii ejicitur. Progreditur inde ad Neutrales v. 30. docens, contra ſeſe eſſe, qui non ſit ſecum: claudicantem ex utroque latere; & diſpergere gregem Chriſti, qui non ſimul cum ipſo colligat pridem diſperſas oves, ut ſerventur. Et ne offenderentur auditores ſplendore Phariſæorum, docet, ex perſonis non eſſe judicandum, & externa ſpecie; ſed ex corde, quod ſi malum fuerit, non poſſit proferre bona opera. Sed cum ne ſic quidem moverentur, v. 36. citat ipſos ad tribunal judicii, ubi rationem eſſent reddituri vel otioſi verbi, quanto magis atrociſſimarum calumniarum, & blaſphemiarum in Meſſiam ipſum conjectarum. Convicti erant efficaciſſima apologia Phariſæi, etſi magis fuerint indurati: Quare ad alias technas ſe conferunt, petentes ex cœlo miraculum: v. 38. q. d. leviculum eſt opus, Sathanam, utpote in terris oberrantem, expellere; Meſſias ſi velis eſſe, propria virtute ede in cœlo aliquod illuſtre miraculum, ut olim à Moſe, Joſua, &c. facta ſunt: quo innuebant ingenii humani perverſitatem, cenſentis, leve opus eſſe à diabolo, hoſte potentiſſimo, liberari, quod tamen eſt omnium maximum & utiliſſimum; contra ſplendidum eſſe, è cœlo manna dari, vel ſolem ſtare; &c. quæ corporalia ſolum ſunt beneficia. Chriſtus autem, etſi petitores hypocritæ benevolentiam erga ipſum præ ſe ferrent, acriter tamen ipſorum impudentiam caſtigat, aſſerens, eſſe ipſos homines non modo per ſeſe malos, ſed & aliis nocentes lenocinantibus ſuis, ut adulteri ſolent, verbis: petere ſignum ipſos, quaſi vero nulla hactenus inter ipſos eſſent patrata: Nolle autem ſeſe ipſorum ſeſe curioſitati accommodare, dando ſignum, quale ipſi vellent; ſed ſignum ſe daturum inſtar Jonæ: Jonam etiam cum periculo vitæ Ninivitis Ethnicis annunciaſſe pœnitentiam, ut reſipiſcerent, poſtquam ex ore ceti exiiſſet: Ita ſeſe, exantlata morte, & recepta vita, pœnitentiam per ſuos diſcipulos eſſe omni terrarum orbi, adeoque etiam gentilibus, annunciaturum. Si enim Filius ipſe Dei propter aliena peccata vapulavit, quanto magis homines propter ſua propria:

Digitized by Google

& ſi Pater proprio ſuo Filio pro nobis non pepercit, quid non ſperemus ex ipſo? Hæc qui vera fide conſideraverit, & ſibi applicuerit, habere ſalutare ſignum, nec indigere aliis è cœlo. Tales fuiſſe Ninivitas, qui Jonæ & exemplo, & verbo movebantur ad pœnitentiam, longè meliores Judæis, qui ne quidem Meſſiæ longe illuſtriori & exemplo, & Evangelio ſeſe moveri patiantur: Sicut & iisdem longe præſtiterit Regina olim Sabæ, verſus auſtrum ſitæ, Regionis: quæ audita ſapientia Salomonis eo profecta ſit, quæſitum informationem; & Judæos Meſſiam ipſum, Salomone peccatore longe præſtantiorem, in oculis ſuis verſantem, nec audire & recipere: quare hujus reſpectu aliquando in judicio extremo condemnatum iri, non habentes, quod ignorantiæ ſuæ prætexant.

§. 36. Potuiſſent hæc ſufficere æquis animis, ſed ſubinde inventi ſunt, qui miracula Chriſti ſugillarent, & calumniarentur. (1) *Magica ea dicebant gentiles.* Conqueritur enim Origenes lib. 1. contr. Celſ. p. m. 7. Celſum non modo non Chriſtianis, ſed nec Chriſto ipſi peperciſſe: κατηγορεῖ δ' ἐν τοῖς ἑξῆς καὶ τοῦ Σωτῆρος, ὡς γοητείᾳ δυνηθέντος ἃ ἔδοξε παράδοξα πεποιηκέναι &c. *Quin & ſervatorem in ſequentibus accuſat, quaſi magicis artibus miracula fecerit; & cum præſciſſet futuros & alios earundem peritos artium, qui ſe jactarent, divina potentia ejeciſſe illos è ſua repub.* Confer pag. 20. II. p. 53. ſeqq. VI. 301. 302. comm. in Matth. XVI. f. m. 265. Theoph. ad Marc. III. 22. & quos porro citavimus Antiqq. Triſec. p. 143. Nonnulli eo impudentiæ venerunt, ut fingerent libros Chriſti Magicos, *in quibus contineantur ea artes, quibus eum putabant illa feciſſe miracula, quorum fama ubique percrebuerit,* inſcriptos Petro & Paulo familiariſſimis diſcipulorum: referente & refutante Auguſt. lib. 1, de conſ. Evangel. c. 9. & 10. (2) Eſt, qui Angelis & Spiritui nescio cui, tanquam cauſſis, ſaltem intermediis, ea adſcribunt: nempe Anonymus apud Sandium interpp. parad. ad Luc. VI. 19. *Virtus quædam ſubſtantialis procedens ex Chriſto ſanabat omnes: ſimiliter dicitur.* VIII. 46. ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ (Confer Marc. V. 30.) i. e. *Angelum aliquem, vel Spiritum ſanctum, qui ex Chriſto proceſſerat ad ſanandam mulierem:* Quæ ratio explicationis? *Chriſtus enim non niſi miniſterio Angelorum miracula faciebat; nec ullum miracu-*

Objectiones 1. Magica. 2. Angelica.

lum legitur feciſſe ante, quam Spiritus Sanctus ſuper eum deſcendiſſet, & Angeli ad miniſtrandum ei acceſſiſſent. Nam cum duodecennis in templo prædicaret, ea proferebat, quæ via ordinaria ſibi acquiſiverat per ſummam diligentiam. (3) Alii objiciunt, diſcipulos quoque ipſius habuiſſe poteſtatem patrandi miracula, & ejiciendi dæmonas, qui tamen Dii non fuerint.

3. Humana fuiſſe.

Reſpon. ad 1.

§. 37. ℞. ad 1. Magica ea non fuiſſe, ex variis argumentis conſtat. Juſtinus Mart. Apol. II. f. 56. provocat ad vaticinia Prophetarum, quæ dudum ante dixiſſent futura, quam Chriſtus eadem perpetraſſet: δι' ὧν τὸ προφητικὸν πνεῦμα προεκήρυξε τὰ γενήσεσθαι μέλλοντα, πρὶν ἢ γενέσθαι; quam vocat μεγίστην καὶ ἀληθεστάτην ἀπόδειξιν, *maximam & veriſſimam demonſtrationem.* Qui enim magica ſint ea miracula, quæ tam ſancti viri multis ante ſeculis futura laudarunt? Idem argumentum urget etiam Euſeb. lib. IX. demonſt. Evangel. fol. m. 448. πίστις δὲ γένοιτο ἐναργεστάτη &c. *Argumentum certiſſimum fuerit divinæ ejus, quem Prophetæ venturum nunciarunt, Salvatoris noſtri virtutis, per quam revera & claudos, & cæcos, & lepris affectos, & membris diſſolutos, verbo, ut ſcripturæ, quæ de illo extant, fidem faciunt, aliquando ſanaverit.* Origenes lib. 2. adverſ. Celſ. urget effectum miraculorum, quod *ad utilitatem inſtitutionemque hominum, & ad veram fidem in Deum* conducant gentibus, alias impiis & Barbaris, & concludit inde, ὅτι θείᾳ δυνάμει πεποιηκέναι ἐκεῖνοι *quod divinæ virtute ea fecerint illi.* Quod vero libros attinet magicos, Chriſto attributos, merito *deſipere* eos dicit Auguſtinus, qui eos dicunt, Petro & Paulo inſcriptos; cum Paulus Chriſto in terris verſanti familiaris non fuerit: *quomodo igitur potuit libros, quos antequam moreretur eum ſcripſiſſe putari volunt, ad diſcipulos, tanquam familiariſſimos, Petrum & Paulum ſcribere, cum Paulus nondum fuerit diſcipulus ejus?* Merito quærit Auguſtinus. Ad (2) Explicatio inſolens eſt & temeraria. Probatio vero nulla, quia petit principium. Jeſum nullum edidiſſe miraculum, antequam Spiritus in eum deſcendiſſet, ſecundum quid concedimus, ſecuti ſententiam Chryſoſtomi hom. XX. in Joh. verba ſunt hæc: *Si antea, cum junior eſſet, miracula feciſſet, non indiguiſſet Iſrael, qui ipſum manifeſtaret. Vir enim factus, miraculorum multitudine non Judæis modo, ſed & Syris, & longinquiora co-*

lenti-

lentibus cognitus eſt tribus annis duntaxat. Qui igitur tam brevi miraculis claruit, longe magis à prima infantia, ſi ea feciſſet, claruiſſet: fuiſſet enim majori admirationi, utpote puer, quam vir; neque tamdiu in obſcuro latuiſſet, ſed nihil à pueris operatus eſt. Atque hoc ipſo explodimus deliras fabulas, quæ liber de infantia Jeſu prodidit; Neque tamen abſolutè omnia miracula Chriſto puero denegànda ſunt: Damus unum, nempe illud, quod Hieroſolymis in Synagoga factum eſt, cum puer adhuc XIIennis eſſet. In hac enim ætate ſedere in medio templo, & Doctorum, & non tantum eos audire, ſed & ita interrogare, ut omnes mirentur alicujus ingenium, & reſponſa, id non eſt res humanarum, ſed divinarum virium. Ambroſius lib. 2. in Luc. vocat *Sapientiam Dei*, quâ *impletus fuerit*. Et confirmatur ex v. 49. ubi matri reſpondet: *Quid eſt, quod me quærebatis &c.* ad quæ verba Ambroſius hæc annotat: *Duæ ſunt in Chriſto generationes. Una eſt Paterna, materna altera. Paterna illa divinior; materna vero quâ in noſtrum laborem uſumque deſcendit. Et ideo quæ ſupra naturam, ſupra ætatem, ſupra conſuetudinem fiunt, non humanis aſſignanda virtutibus, ſed divinis referenda ſunt poteſtatibus. Alibi enim ad miniſterium mater impellit; hic mater arguitur, quia adhuc quæ humana ſunt exigat. Sed cum hic duodecim deſcribatur annorum, illic diſcipulos habere doceatur: Vides, matrem didiciſſe à Filio, ne exigeret à validiore miniſterium; quæ ſtupebat in juniore* MIRACULUM. Judicio igitur Ambroſii, *miraculum* erat, quod duodecennis puer Jeſus in templo præſtitit. Acceſſerunt quidem Angeli, ut Chriſto baptizato miniſtrarent, Matth. IV. 11. miniſtraſſe autem in miraculorum perpetratione unde probatur? Ad (3) ℞. Hieronymus comment. ad Matth. X. 1. *multa diſtantia eſt inter habere & tribuere; donare & accipere. Iſte, quodcunque agit, poteſtate Domini agit: illi, ſi quid faciunt, imbecillitatem ſuam & virtutem Domini confitentur, dicentes:* In nomine Jeſu ſurge & ambula. Act. III. 6. Confer Gregor. Nyſſen. tractatum, quo probat Trinitatem ex dictis V. T. tom. II. f. m. 153. C. D. Ad 3.

§. 38. Denique probatur Deitas (6) *ex honore & cultu divino*, qui Chriſto debetur & exhibebatur à Fidelibus. 1. *Debetur* Chriſto, quia vi generationis æternæ ipſum poſſidet. Joh. V. 23. dicit Chriſtus, Patrem ſibi Filio omne judicium tradidiſſe, ut hono- (6) Ex cultu divino (1) debito.

 nori-

norificent Filium ſicut Patrem: quæ vox τὸ ἴσον τῆς τιμῆς νομοθετοῦσα, *æqualitatem honoris quadam quaſi lege ſancit.* Uti loquitur Nyſſen. tom. II. lib. 1. adv. Eunom. 354. Joh. XVII. 5. petit à patre ſuo glorificari, ea gloria, quam apud ipſum habuerit ante quam mundus eſſet: & v. 24. vult Patrem ſuum, ſuos eſſe ubi ipſe ſit: ut videant, inquiens, gloriam meam, quam mihi dediſti; dilexiſti enim me prius, quam mundus fundaretur. Loquitur de gloria, poſſeſſa ab æterno, quam proinde Cyrillus ad l. c. merito vocat ἰδίαν καὶ προκόσμιον δόξαν, *propriam & antemundanam gloriam*, & explicat: *Ne videretur quibusdam* τὴν ἀπρεπῆ τε καὶ ξένην, καὶ οὐ πάλαι κεκληρωμένην αὐτῷ δόξαν *novam & inſolitam ſibi gloriam petere, eam mundo ipſo antiquiorem* (προκόσμιον οὖσαν) *oſtendit, idque apud ſuum Patrem. Nec enim à claritate Patris excluſus unquam eſt Filius, qui una cum eo regnat, & glorificatur, & cum eo à nobis & ſanctis Angelis adoratur, ut Deus de Deo, & in Deo, & cum Deo.* Unde Ignatius Martyr in epiſt. ad Tarſenſes p. m. 24. 25. concludit, quod Chriſtus non ſit ψιλὸς ἄνθρωπος *merus homo.* Hanc ipſius gloriam vidit Jeſaias c. VI. 9. 10. Joh. XII. 41. nempe oculis mentis, quibus & Pater viſibilis eſt. *Nemo enim vos fallat, fratres, eorum qui dicunt, inviſibilem Patrem, & viſibilem Filium. Hi enim hoc aſſerunt, qui putant, eum eſſe creaturam, nec intelligunt ſecundum quod dictum eſt: Ego & Pater unum ſumus, prorſus in forma Dei, in qua æqualis eſt Patri, etiam Filius inviſibilis eſt.* Auguſt. tract. LIII. in Joh. Confer Nyſſen. t. 2. opp. adverſ. Eunom. f. m. 488. B. Vidit & Johannes cum aliis fidelibus gloriam, tanquam unigeniti à Patre. Joh. I. 14. nempe πολὺ λίαν ὑψηλὴν, καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς ἀναβαίνουσαν οὐ μεμετρημένην ἔχουσαν ὡς ἑτέρου διδόντος τὴν χάριν, ἀλλ' ὡς ἐν τελείῳ τελείαν καὶ ἀληθῆ, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἐπείσακτον, οὐδὲ ἔξωθεν ὡς ἐν προσθήκης μέρει προσπεποιημένην, ἀλλ' οὐσιωδῶς ἐνυπάρχουσαν, καὶ καρπὸν πατρῴου ἰδιώματος φυσικῶς ἐπὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ διήκουσαν υἱόν: *longe* (hominum merorum gloria) *eminentiorem ac præſtantiorem, ut qui non definitam habeat gratiæ menſuram, quaſi ab altero acceptam, ſed tanquam in perfecto perfectam, ac veram, i. e. non aſcititiam, nec aliunde quaſi acceſſionis loco ſuppeditatam, ſed ſubſtantialiter inexiſtentem, & fructum paternæ proprietatis naturaliter transmiſſum Filium:* Cyr. ad l. c. Et ipſe Chriſtus inculcaſſe videtur Sathanæ Math. IV. 10. cum propoſuit verba Deut.

VI. 13.

VI. 13. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Ex his enim verbis Sathanas *Dominum Deum ſuum in homine adorandum cognovit*; explicante Hilario comment. ad h. l. vel ut habet commentarius Hieronymi: *Dicens diabolus Salvatori: ſi cadens adoraveris me; E contrario audit, quod ipſe magis adorare eum debeat Dominum & Deum ſuum.* Chriſtus hanc ſuam gloriam ipſe manifeſtavit, cum ex aqua vinum creaſſet. Joh. II. 11. Alio tempore Lazarum ſuſcitaſſet Joh. XI. 14. Idem XIV. 13. promittit diſcipulis ſuis ſeſe facturum, quiquid illi oraverint; quo autem fine? ut Pater honoretur in Filio, utpote qui virtute à Patre per æternam generationem accepta facere poſſit, quod fideles petierint: *Palam & aperte polliceor, me facturum ea, quæ Dei ſunt, ab hac tam illuſtri gloria Patrem non excludens, ſed ut glorificetur in Filio:* δοξαζομένου γὰρ τοῦ γεννήματος, δοξασθήσεται πάντως ἐν αὐτῷ καὶ ὁ γεννήσας αὐτόν: *Nam Filius ſi glorificetur, omnino in eo quoque Pater glorificabitur.* Iſta verba Chriſti παραφράζει Cyrillus, & notat Hæreticos, qui dicunt: *miracula patraſſe Filium* οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας ἰσχύος αὐτοῦ, οὐδὲ ἐξ ἰδίας δυνάμεως, ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ εἶχεν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα ποιοῦντα τὰ ἔργα: *non vi quidem ac poteſtate ſua, ſed quia habebat in ſeipſo Patrem facientem.* Licet enim Pater ſit in Filio, & Filius in Patre, attamen Patris Virtus eſt etiam Filii virtus, & habet virtutem in ſeipſo Filius, ut & vitam, ſicut & Pater habet virtutem & vitam in ſeipſo: Quare & gloriam propriam habet Filius, ſicut propriam habet Pater: Clarum verbum eſt Marc. VIII. 38. de *claritate Patris*, quam ſibi tribuit Chriſtus: dictum urget Baſil. lib. de Spir. ſanct. c. 6. ut probet τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἴσον τῆς δόξης: *æqualem cum Patre gloriam* Filii. Confirmatur ex Matth. XVI. 27. collato cum Matth. XXV. 31. Ibi enim Chriſtus dicitur venturus in gloria Patris; hic vero in gloria ſua; Patris igitur gloria eſt Filii gloria. i. e. eadem eſt utriusque. In compendio præmiſſa exhibet Gregor. Nyſſ. Orat. II. adv. Eunom. f. m. 437. explicans verba Chriſti: *Ego in Patre* &c. Confer Athanaſ. Explic. dict. tom. 1. opp. fol. m. 218. C.

§. 39. (2) *Exhibebatur* quoque ipſo facto religioſus Chriſto honor. Nemo poteſt duobus Dominis ſervire; Matth. VI. 24. ſervitum autem eſt jure etiam Filio. Ergo Filius & Pater, — 2. Exhibito.

cui

cui perinde ut iſti à piis ſervitur, ſunt unus Dominus: Argumentum eſt Athanaſii in tr. de communi eſſentia Patr. & Fil. t. 1. opp. f. m. 214. Subſumptio probatur variis modis. Præludium quoddam erat ſaltus Joannis in utero, cum Mater hujus Domini ad Eliſabetham acceſſiſſet, eamque ſalutaſſet Luc. I. 43. 44. Nato infantulo Magi ex oriente cultum exhibuere adorationis. Matth. II. 11. vide Juſtin. Martyr. dial. cum Tryph. f. m. 246. In officio ſuo jamjam conſtituendus, major habitus eſt à Johanne Baptiſta, quam cui corrigia ipſe ſolveret, qui tamen maximus habitus eſt inter natos mulierum. Joh. I. 27. In officio jam conſtitutus adoratus eſt à Maria Joh. XI. 32. à Syrophœniſſa: Matth. XV. 25. *Nota*, ait Hieronymus, *quod iſta Cananitidis perſeveranter primum Filium David, deinde Dominum vocet; & ad extremum adoret, ut Deum*; & hoc rectè; Nam Chriſtus laudabat eximiè ipſius fidem. v. 28. Matth. XXVIII. 9. Chriſto ex mortuis ſuſcitato obviam veniunt mulieres, & honorem deferunt divinum, adorando ipſum. Qualem & diſcipuli ipſi exhibuerunt v. 17. & Luc. XXIV. 52. Obſervant curioſi duplicem geſtum, nempe *προσκυνεῖν proſtrationem in terram*, & *γονυπετεῖν genuflexionem*. Marc. I. 40. Luc. V. 12. Vide omnino Athanaſium in epiſtola ad Adelphium de adoratione Chriſti etiam ex Evangeliis diſputantem, tom. 1. opp. fol. m. 155. ſeqq. Spectat huc cultus fidei & fiduciæ in Chriſto collocatæ, (Neque enim fiduciam noſtram collocamus, niſi in Deo,) à Martha. Joh. XI. 27. & aliis, qui auxilium ipſius implorabant, eoque obtento laudes ipſius hinc inde ebuccinabant. Ex multis exemplis cape unum. Luc. XVII. 18. leproſorum ex decem unus, poſtquam beneficio Chriſti à malo ſuo fuiſſet liberatus, rediit ad Evergetam, & ipſi tanquam Deo gratiis actis gloriam dedit divinam. Adde *ſervitia Angelorum*, quæ præſtiterunt Chriſto, poſtquam deſiiſſet Sathanas ipſum tentare. Matth. IV. 11. Neque enim hi ſerviunt ulli Domino, niſi Deo. v. 10. Reduci huc poteſt, quod nonnulli non negligendum putant, factum Auguſti, quod Oroſius lib. VI. hiſt. ſub fin. ſic recenſet: *Eodem tempore, eodemque anno, quo firmiſſimam, veriſſimamque pacem, ordinatione Dei, Cæſar compoſuit, natus eſt Chriſtus. Cujus adventu pax illa fundata eſt: in cujus ortu audienti-*

dicentibus hominibus, Angeli cecinerant: Gloria in excelſis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eoque tempore hic, ad quem rerum ſumma omnium, concedente Deo, fuerat devoluta, Dominum ſe bonum appellari non eſt paſſus, imo nec auſus; quoniam verus Dominus totius humani generis inter homines natus eſt. Eſto, Auguſtum ex ratione politica titulum iſtum invidioſum declinaſſe, potuit tamen Deus aliud, quam ipſe putaret, per talem iſtius ſive modeſtiam, ſive hypocriſin intendiſſe.

§. 40. Sic habemus alteram ſeu ſecundam Trinitatis perſonam, ſequitur tertia, quæ eſt *Spiritus Sanctus.* Hujus cognitio adeo ſalutaris eſt, ut vita æterna inde pendeat: quod ex Joh. XVII. 3. collato cum c. XIV. 15. ſeq. deducit Ambroſius lib. 2. de Spir. Sanct. c. 3. *Dicant enim in quo diſſimilitudinem divini operis arbitrentur, quandoquidem ſicut vita eſt cognoſcere Patrem & Filium, quemadmodum ipſe Dominus declaravit, dicens: Hæc eſt enim vita æterna, ut cognoſcant Te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum: Ita etiam vita eſt cognoſcere Spiritum Sanctum. Dicit enim Dominus: Si diligitis me, mandata mea ſervate, & ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec cognoſcit eum: Vos autem ſcitis eum, quia apud vos manet, & in vobis eſt. Ergo mundus non habebat vitam æternam, quia non acceperat Spiritum. Ubi autem Spiritus, ibi vita æterna. Ipſe enim eſt Spiritus vitæ operator æternæ.* Unde in formula Baptiſmi Chriſtus voluit mentionem facere etiam Spiritus Sancti. Quod obſervat & contra πνευματομάχυς urget Athan. ep. 2. ad Serap. t. 1. opp. f. m. 203. *Quod iſta ſit fides Eccleſiæ, diſcant ex eo, quod Dominus emittens Apoſtolos ſuos præcepit eis hoc fundamentum in Eccleſia ponere, proficiſcentes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti.* Sic (1) *appellatur* hinc inde; Eſt enim κυρία αὐτῦ καὶ ἰδιάζυσα κλῆσις, *propria ipſius & principalis appellatio:* uti loquitur Baſil. de Spir. Sanct. c. 9. vide Joh. I. 35. XIV. 26. *Spiritus* vocabulum πολύσημον eſt. Alius eſt increatus, alius creatus; vel perſonalis; vel realis; &c. quas ſignificationes evolvit Ath. in ep. II. ad Serapionem l. c. f. m. 177. ſeqq. De comm. eſſent. Patr. & Fil. f. 223. Dicitur autem Spiritus ſenſu quaſi participiali, ut idem ſit, quod ſpiratus; quo

(3) Spiritus S. ejus cognitio neceſſaria:

Nomen Spiritus.

Digitized by Google

diſtinguatur à reliquis duabus perſonis, Patre & Filio, qui & ipſi ſpiritus ſunt Joh. IV. 24. non tamen ſpiratus ſpiritus; οὐ γὰρ υἱὸς τὸ πνεῦμα ἐστίν; *non enim Filius ſpiritus ille eſt*, ait Cyrill. in Joh. XIV. 16. Hic vero ſpiratus eſt, & propterea dicitur *alicujus*, nempe Patris, & Filii, ſpiritus, relativè accepta voce, quod imprimis urget Athanaſius in Epiſtola II. ad Serapionem tom. 1. opp. fol. 177. ſeqq. Huc alludit auctor expoſit. fid. qui Juſtinus eſſe vulgo putatur, f. 296. opp. cum ait: *Patris eſſe ſpiritum* (Chriſtus) *docet*; ὃ γὰρ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, *à Patre nimirum procedentem* & paulo poſt; *Eandem quoque notionem* (nempe originationis immaterialis) *de Spiritu ſancto tenemus. Nam ſicuti Filius ex Patre, ita & Spiritus: excepto quod exſiſtentiæ modo differentia quædam intercedit. Ille ſiquidem lumen de lumine geniti modo reluxit; hic vero de lumine lumen & ipſe, non geniti, ſed procedentis modo progreſſus eſt.* Ex quibus patet, quod vocabulum ſpiritus originationis nota ſit, adeoque participialiter accipiendum. Clariſſimè Aug. epiſt. 174. *dicitur Spiritus ſanctus ſecundum quod refertur ad Patrem & Filium, quod eorum*
Sanctus. *ſanctus ſpiritus ſit.* Sic & Baſil. de ſpir. ſanct. c. 18. Additur: *Sanctus*, ab officio quod gerit, nempe ſanctificationis, quæ fit per verbum & ſacramenta: Et natura, quæ ſanctitas ipſa. Ut merito Cyrillus comm. in Joh. XV. 26. 27. eum vocet ἅγιον ὂν κατὰ φύσιν τὸ πνεῦμα *ſanctum ſua natura ſpiritum.* Confer Ambroſ. lib. III. de ſpir. ſanct. c. 18. Aliis quoque nominibus nuncupatur:
Aqua. nempe *aqua* Joh. VII. 38. 39. cum Chriſtus credentibus in ſeſe promittit aquas, ex ipſo manaturas, intelligens ſpiritum quem credentes accepturi erant. *Perſpicuum eſt*, ait Cyril. ad h. l. *Servatorem intelligere per flumina è ventre fidelium manatura, gratiam à ſpiritu infuſam, & ſapientia plenam.* & Auguſt. tract. 32. in Joh. *Quem dicit ſpiritum, niſi ſanctum ſpiritum?* Etiamſi autem h. l. aqua ſignificet Spiritum ſanctum, non tamen alibi ſtatim E. g. 1. Joh. V. 8. eandem ſignificationem habebit; Sine urgente enim neceſſitate à literali & propria ſignificatione ſcripturæ diſcedendum non eſt, ut nulla urget in loco 1. Joh. V.. Imo urget, ut in ſignificatione uſitata maneamus, quia aqua ſpiritui contra diſtinguitur. Quod notandum eſt contra notam Sandii ad Joh.
Digitus Dei. VII. 38. 39. *Digitus* Dei. Luc. XI. 20. Nam quod h. l. dicit in digito

gito Dei, id Matth. XII. 28. explicatur ἐν πνεύματι Θεοῦ. Explicat phraſin Didymus Alex. tract. de ſpir. ſanct. ajens: *Spiritus etiam ſanctus, digitus Dei, ſecundum conjunctionem naturæ Patris & Filii nominatur. Siquidem in uno de Evangeliis adverſus eos, qui ſignis Domini detrahebant, dicentes: in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia; ſciſcitans Salvator: Si ego in Beelzebub &c. Hunc eundem locum alius* (Matth. XII. 28.) *Evangeliſta deſcribens, loquentem intulit Filium: ſi autem ego in ſpiritu Dei ejicio dæmonia. Ex quibus oſtenditur, digitum Dei eſſe ſpiritum ſanctum. Si ergo conjunctus eſt digitus manui, & manus ei cujus manus eſt, & digitus ſine dubio ad ejus ſubſtantiam refertur cujus digitus eſt.* Similiter explicant Athan. t. 1. opp. p. 145. ſeqq. Ambr. l. 3. de ſpir. ſanct. c. 2. & 3. Baſil. t. 2. opp. ep. 141. Greg. Nyſſ. de vit. Moſ. f. 234. D. Et Auguſt. lib. 2. de conſ. Evang. c. 38. *Lucas pene totidem verbis hoc dicit, quod Matthæus; & quod digitum Dei appellat ſpiritum Dei, ab eadem ſententia non recedit: quin potius & aliquid docet, ut noverimus quemadmodum intelligamus, ubicunque in ſcriptura legerimus, digitum Dei.* Dicitur & *virtus ex alto* Luc. XXIV. 49. à χαρίσμασι, quibus Apoſtolos præſertim exornaturus erat. Ambroſ. lib. 2. de ſpir. ſ. c. 2. An eadem voce *virtus* denotetur Luc. VIII. 46. cum Chriſtus ait: virtus de me exiit? Auguſtinus tract. 99. in Joh. putat, ſed rectius de virtute ἀνυποστάτῳ quam hypoſtatica accipitur. Porro: an idem ſit *virtus* illa Luc. I. 35. quæ obumbravit virginem? plures affirmant: Nos poſt alios negamus: Ratione moti, quod filius Mariæ non ideo vocatus eſt *Dei* filius, quia Spiritus ſanctus Mariam obumbravit: ſed ideo, quia λόγος ſeu Filius Dei carnem aſſumpſit. Item *promiſſum Patris*, Luc. XXIV. 49. & Act. I. 4. à promiſſione, facta jam in veteri teſtam. Joel. II. 28. & repetita in Novo Teſtam. Joh. XIV. 16. ſeqq. *Spiritus veritatis* v. 17. Quia non tantum ipſa eſt veritas, ſed & homines in omnem veritatem ducit. Joh. XVI. 13. *Paracletus*, conſolator, patronus, paraſtata. cap. XIV. 16. *Conſolatorem autem venientem Spiritum ſanctum dicit: Ab operatione ei nomen imponens: quia non ſolum conſolatur eos quos ſe dignos repererit: Et ab omni triſtitia & perturbatione reddit alienos: verum incredibile quoddam gaudium & hilaritatem eis tribuit: In tantum, ut poſſit quis Deo gratias referens, quod tali hoſpite dignus habeatur, dicere: Dediſti lætitiam in corde meo. Sempiter-*

Virtus ex alto.

Promiſſum.

Veritatis.

Paracletus.

piterna quippe lætitia in eorum corde verſatur: quorum Spiritus ſanctus habitator eſt. Sic Didymus Alex. l. 2. de Spir. S. *Paracletus Latine dicitur advocatus*, explicante Auguſtino tract. LXXIV. in Joh. *Conſolator vel advocatus, utrumque enim interpretatur, quod eſt Græcè paracletus*: tract. 94. Alio autem modo paracletus eſt Chriſtus, alio Spiritus ſanctus. Quod diſcrimen explicat Didymus lib. 2. de Spir. Sanct. ajens: *Cum enim Salvator mediatoris & legati perſonam habeat, ex qua Pontifex deprecetur pro peccatis noſtris, ſalvans in ſempiternum eos, qui per ipſum acceſſerunt ad Deum, quia ſemper vivens interpellat pro eis patrem: Spiritus ſanctus ſecundum aliam ſignificantiam paracletus ab eo, quod conſolatur in triſtitia poſitos, nuncupatus eſt. Verum noli ex Filii & Spiritus Sancti operatione diverſa varias æſtimare naturas.* Notanda ſunt, quæ habet Sandius in not. ad Joh. XIV. 16. *Hunc locum*, ajens, *conqueruntur Muhammedani à Catholicis corruptum. Dicunt enim, ante lectum fuiſſe: alium Periclytum dabit vobis, περίκλυτος autem eſt inclytus, quod denotat Ahmed vel Muhammed. Paraphr. Perſica ſuper Surat.* LXI. *verſ. 6. & in explicatione additur Paracletum Syriace dici* מחיא *Mahje, per quem Machmed denotari volunt Muhammedani. Conf. Warneri compendium Muhammedaniſmi.* Hæc ille refert, nec improbat, aut refutat, quod debuiſſet. Impudens enim iſtud Muhammedanorum figmentum eſt, quod in antiquis Græcis codicibus locum nullum habet aut ſuffragium: neque etiam à reipſa admittitur. Res ipſa huic nomini reſpondens pertinet ad officium ſpiritus ſancti, nempe aſſiſtere & patrocinari diſcipulis & fidelibus in mundo pericula adituris; Hinc ipſis ſolatium & fiducia; non vero inde, ſi inclytus eſſet Spiritus. Præterea id nominis ipſi competit, quod Chriſto; dicit enim ἄλλον, Chriſtus autem eſt παράκλητος, 1. Joh. II. 1. non vero περίκλυτος: Quare & Spiritus ſanctus eſt παράκλητος; Taceo hunc paracletum eſſe *Spiritum*, qualis non erat Muhammed: & alia, quæ huic Pſeudoprophetæ non congruunt de ſpiritu Paracleto.

Deitas. probatur (1) ex nominibus.

§. 41. (2) *Deus eſt Patri & Filio ὁμοούσιος.* Nam (1) *Deus* eſt, qui olim locutus eſt per os ſanctorum ſuorum Prophetarum, teſte Zacharia Luc. I. 70. Atqui ſpiritus ſanctus per eoſdem locutus eſt: aſſerente Chriſto. Matth. XXII. 43. Eſt idem Spiritus ſancti, quod Dei, nomen. Nam in nomine Patris, Filii

lii & Spiritus Sancti docere & baptizare juſſi ſunt Apoſtoli. Math. XXVIII. 19. Conf. Baſ. l. 3. cont. Eun. Amb. l. 1. de Sp. S. c. 14. *Quid ego unitatem nominis argumentis aſtruo, cum divina vocis evidens teſtimonium ſit, unum nomen eſſe Patris, Filii & Spiritus Sancti? Scriptum eſt enim: Ite, baptizate gentes in nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti. In nomine, dixit, non, in nominibus. Non ergo aliud nomen Patris, aliud nomen Filii, aliud nomen Spiritus ſancti, quia unus Deus: non plura nomina, quia non duo Dii, non tres Dii.* vid. Ath. t. 1. opp. f. 203. & citata ſupra Art. III. Sect. I. §. 1. ex Didymo. (2) *Ex Deo procedit* Joh. X. 26. proceſſione ſpirativa ac emanativa, diſtincta à miſſione temporali; cujus virtute accepit à Patre & Filio eandem eſſentiam divinam, & cum ea potentiam quoque, ſapientiam, & alia divina axiomata ad officium aliquando paracleticum neceſſaria. (3) Attributa Dei ipſi competunt. Quale eſt *omnipræſentia*, quam ex Actor. I. 8. Joh. XX. 22. ſeqq. deducit Didymus Alex. lib. 1. de Spir. Sanct. fol. m. 192. A. *Ipſe Spiritus ſanctus, ſi unus de creaturis, ſaltem circumſcriptam haberet ſubſtantiam, ſicut univerſa quæ facta ſunt. Nam & ſi conſcribantur loco & finibus inviſibiles creaturæ, tamen proprietate ſubſtantiæ finiuntur; Spiritus autem ſanctus cum in pluribus ſit, non habet ſubſtantiam circumſcriptam. Mittens quippe Jeſus prædicatores doctrinæ ſuæ replevit eos ſpiritu: & inſufflans in faciem eorum: Accipite, inquit, ſpiritum ſanctum, & euntes docete omnes gentes, quaſi omnes cunctis gentibus mitteret. Neque enim omnes Apoſtoli ad omnes gentes pariter ſunt profecti, ſed quidam in Aſiam, quidam in Scythiam, & alii in alias diſperſi nationes, ſecundum diſpenſationem illius quem ſecum habebant Spiritus ſancti, quomodo & Dominum dicentem: Vobiscum ſum omnibus diebus ad conſummationem ſæculi. His & iſtud congruit: Accipietis Virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in Vos, & eritis teſtes, mihi in Hieruſalem, & in omni Judæa & Samaria, & usque ad extremum terræ. Si ergo hi in extremis finibus terræ ob teſtimonium Domini conſtitui, diſtabant inter ſe longiſſimis ſpaciis: Aderat autem eis inhabitans Spirtus ſanctus, incircumſcriptam habens ſubſtantiam, demonſtratur angelica virtus ab hoc prorſus aliena. Angelus quippe qui aderat, Verbi gratia, apoſtolo in Aſia orati non poterat ſimul eodem tempore adeſſe aliis in cœteris partibus mundi conſtitutis. Spiritus autem ſanctus non ſolum ſejunctis à ſe hominibus præſto eſt, ſed & ſingulis quibusque Angelis, principatibus, thronis, domina-*

(2) Ex proceſſione.

(3) Ex attributis.

 tioni-

tionibus inhabitator aſſiſtit, & ut homines ſanctificans, alterius quam ſunt homines, eſt naturæ: Sic & alias creaturas ſanctificans, alius ab earum eſt ſubſtantia: quoniam omnis creatura non ex ſua ſubſtantia, ſed ex communione alterius ſanctitatis ſancta perficitur. Confer Ambroſ. de ſpir. ſanct. lib. 8. c. 7. Eſt *omniſcientia*, quam ex Joh. XV. 26. probat Ambroſ. de Spir. Sanct. lib. 1. c. 1. *Ergo & à Patre procedit Spiritus Sanctus, & teſtificatur de Filio. Teſtificatur etiam de Patre teſtis fidelis & verus, quo nihil ad expreſſionem divinæ Majeſtatis eſt plenius, nihil ad unitatem divinæ poteſtatis evidentius, cum idem noverit Spiritus quod & Filius, qui paternorum teſtis & conſors individuus ſecretorum eſt. Excluſit itaque à cognitione Dei ſocietatem & multitudinem creaturæ: non excludendo autem Spiritum S. oſtendit non eſſe ſocium creaturæ.* & cap. 3. *Spiritus Sanct. non miniſter ſed teſtis eſt filii, quemadmodum de ipſo filius dixit: Ille teſtimonium perhibebit de me. Teſtis eſt ergo Filii Spiritus. Qui teſtis eſt novit omnia: ſicut Deus Pater teſtis eſt.* Confer cap. 12. lib. 2. Eſt *charitas*, quam ex Joh. III. 16. collato cum Matth. IV. 1. concludit idem cap. 12. Eſt *liberrima voluntas.* Nam Joh. III. 8. Spiritus ſpirat ubi vult, quod de ſpiritu ſancto explicat Nyſſen. Orat. II. in Eunom. f. m. 442. A. ut probet ejus cum Patre æqualitatem. De qua deinde pluribus, ubi de charactere perſonali, agemus. Eſt *infinitas* & immenſitas. Datus enim eſt Filio Dei ſine menſura. Joh. III. 34. Quorſum pertinet, quod Matth. X. 20. Chriſtus diſcipulis promittit, nempe inſpirationem Spiritus ſancti; Oportet enim Spiritum Sanctum in multis locis fuiſſe præſentem, utpote in multis per Apoſtolos loquens, argumentum eſt Athanaſii t. 1. opp. f. 143. opp. Eſt *Sanctitas*, à qua Sanctus dicitur κατ' ἐξοχὴν, Matth. I. 18. Marc. XII. 36. vid. Ambr. lib. 1. de Spir. ſanct. c. 5. & lib. III. c. 18. Eſt *majeſtas.* Nam blaſphemiæ contra hunc ſpiritum poſſunt dici. Matth. XII. 31. Marc. III. 29. Luc. XII. 10. Baſil. c. 18. de Spir. S. hoc obſervat, dicens. *Glorificatur Spiritus per conſortium quod habet cum Patre, & Filio; & per unigeniti teſtimonium, dicentis: Omnis blaſphemia remittetur vobis hominibus, ſed in Spiritum blaſphemia non remittetur.* Confer cap. XIX. ubi ex profeſſo docet, quod divina gloria debeatur Spiritui ſancto. Et Ambr. lib. 1. de Sp. S. c. 3. *Faciamus ergo voluntatem Patris, voluntatem Filii, voluntatem Spiritus ſancti, quia Trinitatis hujus una voluntas, una poteſtas*

Digitized by Google

teſtas, una Majeſtas eſt. confer. lib. 2. c. 12. & Athanaſ. t. 1. opp. f. m. 145. ſeqq. (4) *Opera* quoque mere divina ipſi competunt. (4) Ex operibus.
ut ſit ἀπαραλλάκτως οὕτως ἐνεργεῖν ἰσχύον, ἅπερ ἂν καὶ αὐτὸς (υἱὸς) ἐνεργοίη τυχὸν; *potens ſimili per omnia ratione operari quacunque ipſe* (Filius) *operetur*; ut cum Cyrill. ex comm. in Joh. XIV. 16. loquamur. Eſt *voluntas* eadem Joh. XVI. 13. *Non enim loquetur à ſemetipſo: h. e. non ſine me, & ſine meo & Patris arbitrio: quia inſeparabilis à mea & patris eſt voluntate: Quia non ex ſe eſt, ſed ex Patre & me eſt: hoc enim ipſum quod ſubſiſtit & loquitur, ex Patre & me illi eſt.* Sic Didymus Alex. l. 2. de Spir S. Confer Baſil. de Spir. S. c. 16. ubi ex profeſſo diſputat *Spiritum S. inſeparabilem eſſe à Patre & Filio, ſive in creatione intelligibilium creaturarum, ſive in humanarum rerum diſpenſatione, ſive in judicio quod exſpectatur.* Ipſi igitur competit *Creatio*, quod patet ex fœcundatione Mariæ virginis, opere non minoris virtutis, ac creatio eſt. Matth. I. 18. 20. *Creatrix igitur virtus Altiſsimi, ſpiritu ſancto ſuperveniente in Virginem Mariam, Chriſti corpus fabricavit: quo ille uſus templo ſine viri natus eſt ſemine. Ex quibus oſtenditur, eſſe ſpiritum ſanctum creatorem*: Sic Didymus lib. 2. de Spir. Sanct. Sic etiam Ambr. lib. 2. de Spir. Sanct. c. 5. & 8. & lib. III. c. 11. *Regeneratio*, quam Baſil. d. Spir. Sanct. c. 15. appellat δευτέρου βίου ἀρχὴν, *ſecundæ vitæ initium.* Eam Spiritus Sanctus per verbum & aquam in baptiſmo efficit. Joh. III. 5. vide Baſil. de Spir. Sanct. c. 10. ſeqq. Ambr. l. 2. de Spir. Sanct. c. 9. *Vivificatio* non ſolum corporalis, ſed etiam ſpiritualis. Spiritus eſt qui vivificat. Joh. VI. 63. Baſil. de Spir. Sanct. c. 24. *Vivificat una cum Deo, qui vivificat omnia, cumque Filio, qui dat vitam. Qui enim excitavit, inquit, Chriſtum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra per ipſius Spiritum, qui habitat in vobis. Atque iterum: oves meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do illis. Sed ſpiritus quoque vivificat, inquit: Ac rurſum: Spiritus autem, inquit, vita propter juſtitiam. Quin & Dominus teſtatur, Spiritum eſſe vivificum. Caro non prodeſt quicquam. Quomodo igitur Spiritum à vivificandi potentia ſubmoventes eum naturæ conjungemus, quæ ipſa vita egeat.* Confer Ambroſ. lib. 1. de Sp. S. c. 19. l. 2. c. 4. Ille ipſe fons eſt aquæ viventis Joh. VII. 38. 39. Athan. t. 1. opp. f. 197. ep. ad Serap. II. & fol. 213. *Converſio* impiorum. Luc. I. 16. Spiritus enim ſanctus replevit Joannem Baptiſtam miniſtrum, ut poſſet convertere

Digitized by Google

rere corda filiorm Iſrael ad Deum. *Filiatio*; Fideles enim ſunt filii Spiritus ſancti. Luc. IX. 55. *Illuminatio* ad ſcientiam & ſapientiam rerum divinarum. Sic enim illuminavit olim Prophetas Luc. I. 70. Matth. XXII. 43. deinde homines quoſdam religioſos: Eliſabetham, Mariam Virginem, Zachariam, Simeonem, Hannam, Johannem Baptiſtam. Luc. I. 41. 47. 67. II. 27. *Quidam etiam Spiritu Sancto pleni eſſe dicuntur: nemo autem ſive in ſcripturis, ſive in conſuetudine plenus creatura dicitur. Neque enim aut ſcriptura ſibi hoc vendicat, aut ſermo communis, ut dicas, plenum eſſe quempiam Angelo, throno, Dominatione: Soli quippe divinæ naturæ hic convenit ſermo: Dicimus autem virtutis & diſciplinæ quoſdam eſſe plenos: ut illud: Repletus eſt Spiritu ſancto: non aliud ſignificantes quam plenos eſſe conſummata atque perfecta Virtutis: ſcriptum eſt de Joanne: Et Spiritu ſancto implebitur adhuc ex utero matris ſuæ. Et iterum: Repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth. Et poſt alia: Et ſpiritu ſancto repletus eſt Zacharias pater ejus, haud dubium: quin & Johannes prophetavit.* Ita Didymus Alex. lib. I. de Spir. S. fol. 192. B. Confer Ambroſ. lib. 1. de ſpir. ſanct. c. 7. ubi ex profeſſo diſputat pro Deitate Sp. S. ex eo, quod omnia repleat. Tandem illuminavit & Apoſtolos, ut haberent, quę loquerentur, protracti ad judicia, Synedria, tribunalia. Matth. X. 20. Marc. XIII. 11, urget hoc argumentum idem Didymus, l. c. quem vide: Vel in officio ſuo conſtituti. Joh. XVI. 13. XX. 23. Hanc diviniſſimam ſapientiam merito ex identitate eſſentiæ divinæ deducit Cyril. in Joh. XIV. 25. 26. *Nam cum ſit*, ajens, *Chriſti Spiritus, eſt mens ejus, ut ſcriptum eſt, non aliud quiddam exiſtens ab ipſo naturalis identitatis ratione, licet in propria hypoſtaſi intelligatur, ac ſit, οἶδε πάντα τὰ ἐν αὐτῷ novit omnia, quæ ſunt in eo.* Hoc fine allegat dictum 1. Cor. II. 11. & negat ἐκ μαθήσεως ἔχειν τὴν εἴδησιν, *ex informatione diſciplinari ſpiritum habere ſuam notitiam.* Maximum omniũ operum eſt unctio Filii Dei. Matth. XII. 18. Luc. IV. 18. Hæc unctio eſt à Spiritu Sancto, *neque enim ſine gratia Spiritus Sancti eſt mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus. Nam & ipſe dicit, de ſe fuiſſe Propheticum illud impletum*: Spiritus Dominĩ ſuper me Jeſ. LXI. 1. ait Auguſt. tr. 74. in Joh. vide etiam Ambroſ. præfat. lib. III. de Spir. ſanct. *Et* eſt ſignum Deitatis: *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum; de ipſo Dei Filio loquebatur, cui non eſt datus ſpiritus ad men-*

menſuram, quia in illo inhabitat omnis plenitudo divinitatis. Dixerat idem in præmiſſis. Confer Baſil. de ſpir. ſanct. c. 16. Ambr. l. 1. de Sp. ſanct. c. 8. *Sanctificatio.* Ideo enim ſanctus ſpiritus dicitur, quod nonnullos homines à reliquis ſeparet ad miniſterium Eccleſiaſticum, & fideles intus ſanctificet regenerando, renovando, illuminando: Ambroſ. lib. 1. de ſpir. ſanct. c. 5. *Non enim accipit à creaturis, ſed accipitur Spiritus Sanctus, ſicut non ſanctificatur, ſed ipſe ſanctificat. Creatura enim ſanctificatur. Sanctificat autem Spiritus ſanctus, in quo, licet verbi communio, diſcretio tamen naturæ eſt. Sanctus enim dicitur homo qui accipit, & Deus qui tribuit ſanctitatem, quia legimus: Eſtote ſancti quoniam ego ſanctus ſum. Non ergo poteſt ſanctificatio & corruptela unius eſſe natura.* l. 3. c. 5. Athanaſ. t. 1. opp. f. 141. B. ſeqq. *Gratioſa* inhabitatio. Joh. XIV. 23. quam habet cum Patre & Filio communem: *Ecce facit in ſanctis cum Patre & Filio ſanctus etiam Spiritus manſionem, intus utiq; tanquam Deus in templo ſuo. Deus Trinitas Pater & Filius & Spiritus ſanctus veniunt ad nos. &c.* ait Aug. tract. LXXVI. in Joh. conf. Ambr. l. 1. de Sp. ſanct. c. 10: *Sic igitur,* inquiens, *venit Spiritus, quemadmodum venit Pater: quia ubi Pater eſt, ibi eſt & Filius: Et ubi Filius eſt, ibi eſt & Spiritus ſanctus. Non ergo diſcretè venire æſtimandus eſt Spiritus ſanctus. Venit autem non de loco ad locum, ſed à diſpoſitione conſtitutionis ad ſalutem redemtionis, à gratia vivificationis ad gratiam ſanctificationis, ut de terris ad cœlum, de injuria ad gloriam, de ſervitio ad regnum transferat. Confirmatio.* Eſt enim ſpiritus veritatis, qui corroborat corda fidelium adverſus calamitates verbo veritatis, ut certi ſint, ſe innocentes affligi, & propter bonam cauſſam pati. Joh. XIV. 17. 26. *Diaboli ejectio:* Luc. XI. 20. Chriſtus in Spiritu Dei ejicit dæmonia. vide Ambroſ. de Spir. ſanct. lib. 3. c. 21. *Futurorum prædictio.* Joh. XVI. 13. 15. quæ futura erant Eccleſiæ fata, nec adhuc dum à Prophetis prædicta, ea ſpiritus ſanctus diſcipulis Chriſti erat revelaturus. Cyrillus verba Chriſti ita παραφράζει: *Signum hoc erit vobis,* ὅτι δὴ πάντως ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας τὸ πνεῦμα ἐστὶν: *omnino ex mea ſubſtantia ſpiritum eſſe, & meam veluti mentem eſſe, quod ventura prædicaturus ſit, non ſecus ac ego. Prædixi enim, licet omnia diſcere non poſſitis. Nec enim, ut ego, ventura prædixerit, niſi & in me ſit, & per me procedat, & ejusdem ſit mecum ſubſtantia.* Hæc ille. *Errorum & peccatorum redargutio:* Joh. XVI. 8. quo

de opere peculiare caput, nempe 7. lib. III. ſcripſit Ambroſ. in tract. de ſpir. ſanct. quod ſic orditur: *Cur enim verborum ſimilitudinem recuſamus, ubi unitatem poteſtatis aſſerimus, cum eo usque unitas poteſtatis eſt, ut & arguat ſpiritus, ſicut arguit Pater & arguit filius.*

(5) Ex cultu adorationis.

(5) *Cultus adorationis* eidem competit, quod idem lib. III. de ſpir. ſanct. c. 12. per totum probat. confer & cap. 18. Theodoretus eundem cultum ex formula baptiſmi deducit lib. V. Hæret. fab. c. 3. f. 259. C. *Spiritus vero*, ajens, *dignitatem evidentius nobis Dominus demonſtrat. Baptiſmatis enim docens myſterium, ſic diſcipulos alloquitur: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & ſpiritus ſancti. Quod ſi creatam haberent naturam Filius aut ſpiritus ſanctus, cum Deo, qui creavit, numerati non fuiſſent. Arguunt enim divina eloquia eos, qui præter Creatorem creaturam adorant.*

Perſonalitas.

§. 42. (3) *Perſona eſt à Patre & Filio realiter diſtincta.* Joh. XIV. 16. Chriſtus promittit *παράκλητον patronum & conſolatorem*, quod perſonæ nomen eſt; & quidem *ἄλλον, alium*: vid. Ambroſ. lib. 1. de ſpir. ſanct. c. 15. ſpiritum nimirum veritatis, qui corda corroborat verbo veritatis, ut intrepidi ſint fideles in periculis pro veritate exantlandis; ſecus ac mundus, qui, ſeductus à ſpiritu mendacii, iſtum ſpiritum accipere non poteſt, ſicut diſcipuli Chriſti, in quibus ille manebat, & manſurus erat, *ἄλλον τοίνυν παράκλητον, alium itaque paracletum ſpiritum vocat, in propria quidem hypoſtaſi volens eum intelligi*, ait Cyril. in Joh. l. c. Joh. XV. 26. dicitur *venturus*, veniunt autem proprie perſonæ, non dona quæ dantur: & *mittendus*; miſſio autem denuo eſt perſonæ, ſicut & *proceſſio* & *teſtificatio*, qui actus omnes perſonales ſunt. Teſtificatur autem potiſſimum de Chriſto non ſolum mediate per Apoſtolos; ſed etiam immediate per viſibilem ſui effuſionem in die Pentecoſtes factam, Apoſtolorum efficacem informationem & inſtructionem, miracula, & teſtimonia interna, conſcientiarum convictionem, quod Chriſtus ſit Deus, ſanctus, verax, innocens. Joh. XV. 26. Eſt autem *ordine tertia* perſona, quod patet, non ſolum ex ordine formulæ baptiſmatis, in qua tertio loco ponitur ſpiritus ſanctus, ſed etiam ex ſerie originis. Eſt enim ex Patre, à quo procedit. Eſt etiam à Filio, à quo ipſo procedit, prior igitur ordine eſt Pater, & Filius, & ipſe

tertius

Digitized by Google

tertius eſt: quod indigitatur Joh. XV. 26. ubi *ἐκεῖνος ille* dicitur. Confer Baſil. epiſt. 300.

§. 43. (4) *Character ipſius perſonalis, quo à Patre & Filio diſtinguitur, eſt proceſſio ab utroque.* I. Procedere ſpiritum ſanctum, extra controverſiam eſt. Nam clarè id ſcripſit Johannes ex ore Chriſti c. XV. 26. Adeoque hoc quoque non quæritur: An originem ſuam ab alio habeat. Nam & hoc clarum eſt ex Joh. XVI. 13. quod non locuturus ſit à ſemetipſo, locuturus quæcunq; audierit: *ut intelligamus, non eum eſſe à ſemetipſo. Pater quippe ſolus de alio non eſt. Nam & Filius de Patre natus eſt, & ſpiritus ſanctus de Patre procedit, Pater autem nec natus eſt de alio, nec procedit.* juxta Auguſt. tract. XCIX. in Joh. Id vero quæritur 1. quæ, qualis, quanta ſit proceſſio iſta? 2. A quâ perſona procedat? Ardua utraque quæſtio eſt. *Quid enim interſit inter procedere & naſci, & longum eſt quærendo diſſerere, & temerarium, cum diſſerueris, definire, quia hoc & menti utcunque comprehendere, & ſi quid forte mens inde comprehenderit, lingua difficillimum eſt explicare, quantuslibet ſit Doctor, quantuslibet adſit auditor*, verba ſunt Auguſt. tract. 99. in Joh. Quare & nos cum eodem precamur: *Ipſe aſſit ſpiritus, ut ſaltem, ſicut eam* (quæſtionem de proceſſione) *cogitare poſſumus, ſic eloqui poſſimus, ac ſic ad intelligentiam veſtram pro mei moduli facultate perveniat.* Noſtrâ ſententiâ, iſta proceſſio non eſt localis; quippe quæ repugnat naturæ divinæ & infiniti ſpiritus. Didymus Alex. lib. 2. removet ſpuriam hanc proceſſionem, dicens: *Spiritus veritatis, ſupra dicto modo miſſus, à filio de Patre egreditur, non aliunde ad alia transmigrans. Impoſſibile quippe hoc pariter & blaſphemum. Si enim hic ſpiritus veritatis juxta naturas corporum certo ſpatio circumſcriptus eſt, alium deſerens locum ad alium commigravit. Sed quomodo pater non conſiſtens in loco, ultra omnem corporum eſt naturam: ita & ſpiritus veritatis nequaquam locorum fine clauditur: Cum ſit incorporalis, &, ut verius dicam, excellens univerſam rationalem creaturam: Quia ergo impoſſibile eſt, & iniquum, iſta, quæ diximus, in corporalibus credere: exire de patre ſpiritum ſanctum ſic intelligendum, ut ſe ſalvator de Deo exiiſſe teſtatur, dicens; Ego de Deo exivi & veni. Et ſicut loca & commutationem locorum ab incorporalibus ſeparamus: ſic & prolationes, intus dico & foris, ab intellectu alium natura diſcernimus: quia iſte corporum ſunt recipientium tactum & habentium vaſtitates.* confer Ambroſ. lib. 1.

Character.

 de

Digitized by Google

de Spiritu ſancto cap. 10. Nam ex profeſſo contra localem Spiritus ſancti proceſſionem diſputat. Eſt eſſentialis, emanativa, æterna. *Eſſentialis*, quia eſſentiam per eam accipit: ſicut Filius per generationem: *Emanativa*, quia fit per modum ſpirationis; *Æterna*, quia ab æterno facta eſt. II. *Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio.* Utrumque ex ſcripturis ſolide probari poteſt, ſecus ac Pontificii, & noviſſime Jac. Maſenius in medit. concord. part. III. art. 6. p. 72. Et concl. tract. 2. c. 1. citatus à Chriſt. Sandio ad Joh. v. 26. ſentiunt. Cur ſic illi ſentiant, mirum non eſt. Hypotheſi enim ſuæ de traditionibus non ſcriptis, & auctoritate Eccleſiæ inſerviunt; Mirandum vero eſt, talem ſententiam inter eos inveniri, qui volunt Evangelici videri, & hoſtes Pontificiorum: contra quos immortalis memoriæ Theologus & decus Eccleſiæ Evangelicæ, præſertim Argentinenſis, D. Joh. Conradus Dannhavverus, p. m. integrum tractatum ſcripſit, cui titulus: Stylus vindex, in quo duo potiſſimum demonſtravit: (1) proceſſionem Spiritus ſancti de Patre & Filio eſſentialem & æternam in ſcripturis ſacris ſolide eſſe fundatam doctrinam: (2) eſſe articulum fidei creditu neceſſarium. Ferias igitur nobis fecit, ſaltem ut breviores eſſe poſſimus.

Proceſſio qualis:

§. 44. Dicemus tamen aliquid in gratiam eorum, quibus non vacat prolixum tractatum evolvere; & noſtri hujus tractatus; ne quis inſignis defectus in ipſo notetur, ſi doctrina de perſonali proceſſione Spiritus Sancti in ipſo deſideraretur. *Eſſentialem* diximus eſſe proceſſionem, ſic dictam ab eſſentia, à qua procedit Spiritus Sanctus, & quam ſpirando accipit: ἐξ αὐτῆς ἡμῖν τῆς θείας φύσεως πρόεισιν; *Ex ipſa natura divina procedit.* Juxta Cyril. in Joh. XIV. 16. qui verbis ſequentibus probat, *quod divinus*, ϗ οὐχ ἑτερούσιον, *ac non diverſa ab ipſo Patre & Filio ſubſtantia, ſit ſpiritus.* Et Theodoretus lib. V. hæret. fab. c. 3. fol. 237. t. 4. *In eo autem quod dixit: ex patre procedit, oſtendit, Patrem eſſe fontem ſpiritus. Et non dixit: procedet, ſed procedit, oſtendens & naturæ identitatem, & indifferentiam, & ſubſtantiæ indiviſibilitatem, & unionem perſonarum.* Probatur ex Joh. XVI. 14. 15. Ubi Chriſtus de Spiritu ſancto, *de meo*, ait, *accipiet, & vobis annunciabit*: ratione addita, *omnia,*

ta, omnia, quæ Pater habet, mea ſunt, ideo dixi, de meo accipiet, & vobis annunciabit. Loquitur de ſapientia prorſus divina, & veritate, in quam deducturus erat diſcipulos Spiritus ſanctus; Hanc ait Chriſtus ſpiritum ſanctum habere non à ſe, ſed à Filio, & quidem ejus eſſentia, quæ eadem eſt cum Patris eſſentia, conſequenter etiam ſapientia & veritate; Hinc argumentum: A qua perſona ſpiritus ſanctus habet ſapientiam, ab eadem habet & eſſentiam ſuam: ſed à Patre & Filio habet ſapientiam: Ergo etiam ab iisdem ſuam eſſentiam: *Non ergo loquetur à ſemetipſo, quia non eſt à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet loquetur, ab illo audiet à quo procedit. Audire illi ſcire eſt: ſcire vero eſſe, ſicut ſuperius diſputatum eſt. Quia ergo non eſt à ſemetipſo, ſed ab illo, à quo procedit, à quo illi eſt eſſentia, ab illo ſcientia, ab illo igitur audientia, à quo nihil eſt aliud quam ſcientia,: Nec moveat, quod verbum futuri temporis poſitum eſt; Non enim dictum eſt, quæcunque audivit, aut quæcunque audit, ſed quæcunque audiet, loquetur. Illa quippe audientia ſempiterna eſt, quia ſempiterna eſt ſcientia*; & ſeqq. Sic Auguſt. tract. 99. in Joh. Et Didymus Alex. l. 2. de ſpir. ſanct. *Loqui ergo Patrem, & audire Filium, vel è contrario, filio loquente audire Patrem, ejuſdem naturæ in Patre & Filio conſenſusque ſignificatio eſt. Spiritus quoque ſanctus, qui eſt Spiritus veritatis, ſpiritusque ſapientiæ, non poteſt, Filio loquente, audire quæ neſcit: cum hoc ipſum ſit quod profertur à Filio, i. e. procedens de veritate, conſolator manans de conſolatore, Deus de Deo ſpiritus veritatis procedens. Denique ne quis illum à Patris & Filii voluntate & ſocietate diſcerneret: ſcriptum eſt: Non enim à ſemetipſo loquetur: ſed ſicut audiet loquetur.* Confirmatur ex ſcopo Chriſti, qui erat, fiduciam generare in animis diſcipulorum de Paracleto mittendo, hæc vero naſcitur ex eſſentia, ſapientia, veritate, potentia divina, qua præditus debuit eſſe ille Paracletus: Chriſtus igitur hæc requiſita omnia & alia diſcipulis ſuis in hoc plane divino ſermone revelavit, & confirmavit, aſſerens, procedere ipſum à Patre. *Emanativam* eſſe, probatur ex continua proceſſione Spiritus ſancti à Patre & Filio; Dicitur enim ſpiritus in præſenti: *procedere*: ut nempe ſpiritus vitalis ab anima hominis procedit in corde, & calet, donec homo vivit; vel, ut Cyril. in Joh. XIV. loquitur, ὥσπερ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα ζωὴν ἔχει: *ut quivis noſtrum pro-*

prium ſuum ſpiritum in ſeſe continet. Confer Auguſt. tract. 32. in Joh. Vel ut *fluvius* perennis à fonte. Joh. IV. 14. VII. 38. vide Ambr. lib. I. de ſpir. ſanct. c. 20. & lib. III. c. 21. Athanaſ. in epiſt. II. ad Serap. f. m. 193. t. 1. opp. vel radius à luce & lumine, fol. 205. *Æternam* diximus, quia proceſſio fit intra Trinitatem, quales actus æterni ſunt: *Spirativam* quoque, quod vox ipſa Spiritus mox inſinuat, utpote denotans aliquem ſpiratum, adeoque ab alio per ſpirationem procedentem.

à Patre & Filio.

§. 45. Denique, quod contra Græcos potiſſimum κρινόμενον eſt, procedit non ſolum à Patre, ſed etiam à Filio: *Spiritus ſanctus nullo modo ab unigeniti ſubſtantia alienus intelligitur, ſed ex ea naturaliter procedit, identitate naturæ aliud nihil ab ipſo exiſtens, licet in propria perſona exiſtere intelligatur:* Cyril. in Joh. XVI. 12. 13. & comm. de rect. in Chriſt. fide: *Spiritus vivificus per utroſq;* (Patrem & Filium) *procedit* Tom. I. Act. Epheſ. p. 199. & p. 242. *perinde ab illo* (Filio) *atque à Deo Patre* (Spiritus S.) *procedit.* Rationes ſunt (1) Quia dicitur utriusque ſpiritus, Patris Matth. XVI. 20. Filii, quia omnia, quæ Pater habet, Filii ſunt (niſi relativè ſint oppoſita) πνεῦμα γὰρ ἐστι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, *ſpiritus eſt Patris & Filii.* ait Cyril. in Joh. XIV. 16. & ad v. 23. πνεῦμα καὶ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τοῦ χριστοῦ: *Spiritus idem Patris, qui Filii:* probatque ex Rom. VIII. 11 Gal. IV. 6. & concludit: *Vides, ut idem ſit Patris ac Filii Spiritus:* & quidem *proprius* utriusque ſpiritus, ſicut ſuus cuique hominum proprius eſt ſpiritus: vid. ad Joh. XV. 26. 27. allegata §. 46. ſeq. Adde verba Didymi lib. 2. de ſpir. ſanct. *Ex his colligitur, quam indiviſa ſit ſubſtantia Trinitatis: & patrem vere filij eſſe Patrem: Et filium verè Patris Filium: & ſpiritum ſanctum vere Patris & Dei eſſe ſpiritum: & inſuper ſapientiæ & veritatis, i. e. Filij Dei;* Et quæ ex profeſſo diſputat Athanaſius tom. 2. opp. in epiſtola ad Serapionem priore fol. m. 10. 11. ſeqq. Diſputat enim, quod idem ſit Patris & Filii ſpiritus, quod eadem ſit utriusque eſſentia. Ergò Filii quoque eſt ſpiratio activa, & ſpiritus ſpiratus. Quærit Auguſt. tract. 99. in Joh. *Utrum & à Filio procedat ſpiritus ſanctus?* & affirmat: *Filius enim ſolius Patris eſt Filius, & Pater ſolius Filii eſt Pater; ſpiritus autem ſanctus non eſt unius eorum ſpiritus, ſed amborum:* Concludit paulo poſt: *ſicut unus Pater, & unus Dominus, i. e. Filius, ita ſit & unus ſpiritus, profecto amborum*

borum eſt, ſicut ipſe Chriſtus Jeſus dixit: ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis: & dicit Apoſtolus: Miſit Deus ſpiritum Filii ſui in corda noſtra &c. *Et multa alia ſunt teſtimonia, quibus hoc evidenter oſtenditur, & Patris & Filii ipſum eſſe ſpiritum, qui in Trinitate dicitur ſpiritus ſanctus.* Et paulo poſt: *Cur non credamus, quod etiam de Filio procedat ſpiritus ſanctus, cum Filii quoque ipſe ſit ſpiritus?* Confirmat ab inſufflatione diſcipulorum à Chriſto poſt reſurrectionem facta, *ſi enim*, ajens, *non ab eo procederet, non poſt reſurrectionem ſe præſentans diſcipulis ſuis inſufflans diceret: Accipite ſpiritum ſanctum: Quid enim aliud ſignificat iſta inſufflatio, niſi quod procedat ſpiritus ſanctus & de ipſo?* Unde & Cyril. comm. in Joh. XIV. *idcirco Chriſtus inſufflavit corporaliter*, (ſpiritum diſcipulis ſuis) *oſtendens, quod ſicut ex ore humano ſpiritus prodit corporaliter, ſic & ἐκ τῆς θείας οὐσίας θεοπρεπῶς προχεῖ) τὸ ἐξ αὐτῆς, ex divina ſubſtantia Deitati convenienter ſpiritus, qui ex eo eſt, profunditur.* Confer teſtimonia alia Cyrilli, Athanaſii, Epiphanii apud Tubingenſes in ℞. ad Hier. Patr. f. 162. (2) Quia Filius eſt principium miſſionis temporalis Joh. XV. 26. Spiritus Sancti, non tanquam inferioris & ſubordinati, ſed æqualis; E. etiam proceſſionis æternæ. *Principium* dico, non miniſterium; *Ne nos enim ſtultis ſuis ſermonibus impii quidam ad ea, quæ nefas, abducant, ut cogitemus, Filium miniſtri vices implendo, ſpiritum, qui à Patre eſt, creaturæ miniſtrare; Nam id nonnulli dicere auſi ſunt. Quin potius conſentaneum eſt credere, quod, cum ſpiritus ſit proprius, ſicut nimirum eſt Dei ac Patris, ſanctis eum diſcipulis mittat ad ſanctificationem.* verba ſunt Cyril. ad Joh. XV. 26. 27. Ratio conſequentiæ iſtius eſt, quod Pater propterea à nemine mittatur in tempore, quia eſſentiam ſuam à nemine habet ab æterno. (3) Quia filius eſt principium eſſentiæ ſpiritus ſancti. Ergo etiam proceſſionis, qua eſſentiam ſpiritus ſanctus accipit. Antecedens probatur ex ſapientia ſpiritus ſancti, quam accipit à Filio Joh. XVI. 14. *Oſtenditur, ſapientiam, quæ diſcipulis datur à Filio, Spiritus ſancti eſſe ſapientiam, & doctrinam Spiritus ſancti doctrinam, nomenque naturæ & voluntatis eſſe conſortium ſpiritus ſancti cum Filio. Et quia ſuperius demonſtratum eſt ſocium eſſe per naturam Spiritum unigenito Dei, & Deo Patri: Filius vero & Pater unum ſunt, juxta illud: Ego & Pater unum ſumus; non diviſa & inſeparabilis ſecundum naturam oſtenſa eſt Trinitas. In alio quoq; Evangelio dicitur: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis.*

Si

Si ergo ſpiritus Patris in Apoſtolis loquitur, docens eos, quæ debeant reſpondere, Et quæ docentur à ſpiritu, ſapientia eſt, quam non poſſumus etiam præter Filium intelligere, liquido apparet, ejusdem naturæ ſpiritum eſſe cum Filio, & cum Patre, cujus ſpiritus eſt. Did. Alex. lib. 1. de Spir. Sanct. Conſequentia probatur, quia eſſentia & modus eſſentiam accipiendi ſunt indiſſolubili vinculo connexa, vide paulo poſt verba Auguſtini ex tract. 99. in Joh. (4) Quia omnia, quæ Pater habet, Filii ſunt. Ergo etiam ſpiratio activa. Antecedens eſt clara Chriſti aſſertio Joh. XV. 15. Conſequens ſequitur vi dicti de omni. Quod in ipſis Chriſti verbis invenimus: ſic enim ſonant: Omnia, quæ Pater habet, mea ſunt. E. dixi, de meo accipiet, & vobis annunciabit: *Quoniam conſubſtantialis eſt Filio, & modo Deo congruenti per ipſum procedit, omnem ejus perfectiſſimam in omnibus operandi vim atque efficacitatem habens, idcirco dixit: Quia de meo accipiet. Ipſum enim per ſe ſubſiſtere ſpiritum credimus, & eſſe revera id, quod eſt, ac dicitur, inexiſtere tamen in ſubſtantia Dei, & ex ea procedere, omnia quæ ejus ſunt in ſe habentem naturaliter.* Cyril. ad Joh. XVI. 14. Confer. Ambroſ. lib. 2. de ſpir. ſanct. c. 12. Athanaſ. in 2. epiſt. ad Serap. t. 1. opp. f. m. 195. ſeqq. Cyril. com. l. Act. Ephes. p. 242. cujus hæc ſunt verba ad dictum Joh. XVI. 14. *Cum itaq; Domino noſtro ad cœlum aſſumto Spiritus ſanctus ſtupenda prodigia per ſanctorum Apoſtolorum manus ederet; tunc demum verè illum glorificavit. Creditum eſt enim (quod Deus ſecundum naturam eſſet) per Spiritum ſuum denuo illum operari. Propterea quoque Dominus ajebat: quoniam de meo accipiet, & annunciabit vobis. Hoc tamen non ita accipiendum eſt, quaſi ſpiritus S. per quandam participationem ſapiens, aut potens ſit: eſt enim ille numeris omnibus perfectus, nulliusq; penitus indigus; verum quia potentia & ſapientia Patris, h. e. Filii Spiritus eſt, hinc & ipſe quoq; reipſa potentia & ſapientia eſt.* Argumentum hoc eſt: ſi Filius habet omnia, quæ Pater habet, ſequitur, quod etiam habeat Patris ſapientiam & veritatem; atqui omnia habet, E. etiam ſapientiam & veritatem, E. Spiritus Sanctus accipiens à Patre ſapientiam & veritatem, accipit eandem etiam à Filio. Similiter nos argumentamur: ſi omnia Patris ſui Filius habet, habet etiam ſpirationem activam, conſeq. Spiritus S. etiam à Filio procedit. Atqui verum eſt prius. E. etiam poſterius. Hinc rectè Auguſt. tr. 99. in Joh. *Spiritus ſanctus non pro-*

Digitized by Google

procedit de Patre in Filium, & de Filio procedit ad ſanctificandam creaturam: ſed ſimul de utroque procedit, quamvis hoc Filio Pater dederit, ut quemadmodum de ſe, ita de illo quoq; procedat: Neq; enim poſſumus dicere, quod non ſit vita ſpiritus ſanctus, cum vita ſit Pater, vita ſit Filius, ac per hoc ſicut Pater cum habeat vitam in ſemetipſo, ſic ei dedit vitam procedere de illo, ſicut procedit & de ſeipſo. Et Cyrillus lib. IX. in Joh. XIV. 16. 17. *Nunquid ergo*, quærit, *putabit aliquis, imò vero firmiter credet, cum naturalium Dei ac Patris bonorum ſubſtantialiter particeps ſit Filius;* ἔχει τὸ πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅνπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ πατήρ: *Spiritum eo modo habere quo & Pater cenſetur, non adventitium, neq; extrinſecus (furor enim eſt ita ſentire) ſed quomodo unusquisq; noſtrum ſuum in ſeipſo Spiritum continet, & ex intimis viſceribus foras profundit. Idcirco enim Chriſtus inſufflavit &c.* vide verba §. 44. præced. citata. quibus probare voluit Cyrillus, unam eſſe Patris & Filii ſubſtantiam, quia utriusque idem ſit Spiritus. Perſequitur doctrinam ad c. XV. 26. 27. *Sicut enim*, ajens, *proprius eſt Filii ſpiritus naturaliter & in ipſo exiſtens, & per ipſum procedens, ita etiam Patris. Quibus autem communis eſt ſpiritus,* τούτοις εἴη δήπου πάντως ἂν καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διωρισμένα, *hi utiq; ſubſtantia non differunt.* Adde ſequentia ejusdem argumenti.

§. 46. *Dicas* cum Auguſtino tract. 99. in Joh. *Si ergo & de Patre & de Filio procedit ſpiritus ſanctus, cur Filius dixit: de Patre procedit?* Argumentum hoc eſto: Quem Spiritum Chriſtus non dixit de ſe procedere, ſed de Patre, is Spiritus de ſolo Patre procedit, & non de Filio: Atqui Chriſtus &c. E. Auguſtinus negat majorem, data inſtantia ex Joh. VII. 16. ubi Chriſtus ait: doctrina mea non eſt mea, ſed ejus qui me miſit. Quibus verbis negare videtur quidem, doctrinam eſſe ſuam, & affirmare, quod ſolius ſit Patris, & tamen eandem vocat ſuam; Ergo aliquid eſt Filii, etſi dicat non eſſe ſuum, ſcil. ſolius, ſed Patris: *Cur putas* (ita habet reſponſio Auguſtini ad quæſtionem ſupra poſitam) *niſi quemadmodum ad eum ſolet referre & quod ipſius eſt, de quo & ipſe eſt? unde illud eſt, quod ait: mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. Si igitur hic intelligatur ejus doctrina, quam tamen dixit non ſuam, ſed Patris; quanto magis illic intelligendus eſt & de ipſo procedere Spiritus ſanctus, ubi ſic ait: de Patre procedit, ut non diceret, de me*

obj. — R.

non procedit? à quo autem habet Filius ut ſit Deus, eſt enim de Deo Deus, ab illo habet utiq;, ut etiam de illo procedat Spiritus ſanctus, ac per hoc Spiritus ſanctus, ut etiam de Filio procedat, ſicut procedat de Patre; ab ipſo habet Patre.

Unitas. §. 47. Diximus de eſſentia, origine, & charactere perſonali Spiritus ſancti, ea occaſione etiam de ipſius attributis & operibus quibusdam. *Unicus* eſt Spiritus, quod ipſa mox appellatio, Spiritus, in ſingulari demonſtrat. Ambroſ. lib. 1. de Spir. ſanct. c. 4. *quamvis multi dicantur Spiritus, quia lectum eſt: Qui facit Angelos ſuos Spiritus: Unus tamen eſt Dei Spiritus. Ipſum igitur unum Spiritum & Apoſtoli & Prophetæ ſunt ſecuti.* Quare extreme impudens eſt ἀνώνυμος ille apud Sand. not. ad Math. XVI. 27. cum putat *per ſanctos Angelos intelligi poſſe ſeptem Spiritus. de quibus Apoc.* l. 4. *& per ſeptem ſpiritus ipſe Spiritus ſanctus.* Quæ ratio? *Abſurdum enim Spiritum ſanctum hic loci omiſſum dicere.* Cæterum utut largiamur Apoc. l. 4. per ſeptem Spiritus unicum intelligi Spiritum ſanctum, donis copioſum; negamus tamen per Angelos in die extremo ablegandos intelligendum eſſe Spiritum ſanctum, cum nullum ſit axioma divinum, quod cogat Spiritum ſanctum intelligi, ſicut in Apocalypſi. Neque abſurdum eſt Math. XVI. 27. nullam fieri mentionem Spiritus ſancti, cum Chriſtus voluerit ſui ſolum mentionem facere, tanquam Filii hominis & judicis viſibilis futuri, qualis Spiritus ſanctus non eſt. Ex dictis obſervamus diſtinctionem inter Spiritum ſanctum Dominum, & Domini Miniſtros, Angelos; quam urget Dydimus Alex. lib. 1. de Spir. ſanct. fol. 192. A. *Sancti ſunt Angeli participatione Spiritus ſancti, & inhabitatione unigeniti Filij Dei, qui ſanctitas eſt & communicatio Patris. De quo Salvator ait: Pater ſancte. Si igitur Angeli non ex propria ſubſtantia ſancti ſunt, ſed ex participatione ſanctæ Trinitatis: alia Angelorum oſtenditur à Trinitate eſſe ſubſtantia. Ut enim Pater ſanctificans alius eſt ab his qui ſanctificantur: & Filius eſt alius ab his quos efficit ſanctos, ita & Spiritus ſanctus alterius eſt ſubſtantiæ ab his quos ſui largitione ſanctificat.* Deinde inter datorem, qui Spiritus eſt, & unicus; Et dona, quæ chariſmata ſunt, & multa. Denuo audiamus Didymum loc. cit. fol. 192. B. *Nec exiſtimare debemus, Spiritum ſanctum ſecundum ſubſtantiam eſſe diviſum, quia multitudo bonorum dicatur: Impoſſibilis enim*

& in-

Digitized by Google

& indiviſibilis atq; immutabilis eſt : ſed juxta differentes efficientias & intellectus, multis bonorum vocabulis nuncupatur : quia participes ſuos non juxta unam eandemq; virtutem communione ſui donet : quippe cum ad utilitatem uniuscujusq; aptus ſit : expleat bonis eos, quibus judicat ſe adeſſe debere. Scil. propterea ejusdem naturam vocat *operatricem & diſtributricem* lib. 2. de Spir. ſanct. Baſilius lib. V. contr. Eunom. putat, Spiritum ſanctum in donis ſuis conſideratum eſſe inſtar alicujus manus, in varios digitos diſtinctæ, quot ſunt dona & chariſmata. vide Dionyſ. Petav. Theol. dogm. lib. V. c. 9. n. 3.

§. 48. *Symbola* Spiritus ſancti ea ſunt, in quibus apparuit. Talis fuit columba ad Jordanem, quæ ſuper Chriſto ferebatur, vera illa quidem & naturalis, ſed Spiritui ſancto peculiari modo conjuncta. Varie olim à variis de hac columba judicatum fuit. Extant epitomæ cujusdam Clementis Alex. Diaconi, in quibus hæc leguntur : καὶ ἡ περιστερὰ μὲν σῶμα ὤφθη, ὃν οἱ μὲν τὸ ἅγιον πνεῦμα φασίν, οἱ δὲ ἀπὸ Βασιλείδου, τὸν διάκονον. Οἱ δὲ ἀπὸ Οὐαλεντίνου τὸ πνεῦμα τῆς ἐνθυμήσεως τοῦ πατρὸς τὴν κατέλευσιν πεποιημένον ἐπὶ τὴν τοῦ λόγου σάρκα : *Et quidem columba corpus apparuit, quem quidam Spiritum ſanctum dicunt, Baſilidiani autem Diaconum, & Valentiniani Spiritum cogitationis Patris, qui deſcenſum fecit ſuper verbi carnem.* Malè! Rectè autem : *Apparuit Spiritus ſanctus in columba,* ait Aug. tract. VI. in Joh. Cur in columba ? ℞. Ambr. lib. III. de Sp. ſanct. c. 15. *Deſcendit Spiritus in ſpecie columbæ, ut & ſapientiæ teſtimonium ferret, & ſacramentum lavacri ſpiritaſis impleret, & unius ſe cum Patre & Filio operationis oſtenderet.* An *ſtella,* quæ Magis apparuit, fuerit Spiritus ſanctus ? Auctor libri de mirabilibus ſcripturæ affirmat ; Sic enim ſonant ipſius verba : *Qui, ſicut poſtmodum corporali ſpecie columba deſcendit ſuper Ieſum Dominum in Jordane, ſic gentes adoratrices ſtellæ ſpecie deduxit ad cunabula Domini naſcentis in carne. De quo ſpiritu Balaam Aſtrologus per parabolam loquebatur : orietur ſtella ex Jacob, rutilum ſcilicet lumen ſpiritalis gratiæ Chriſti, qua nox infidelitatis gentium illuminatur. Sicut ergo in igne ſuper Apoſtolos poſtea in cœnaculo Sion deſcendit, ita in ſpecie ſtellæ ad Dominum Spiritus ſanctus deduxit.* Sed ſi perinde ut in Actis etiam h. l. diceretur Spiritus in ſtella comparuiſſe, haberet auctor quod vellet; ſed quia id non fit, ideoque in nativa vocis ſtella ſignifica-

 tione

tione perſeveramus: An & Nubes dicatur Matth. XVII. 5. ubi refertur, quod in monte (Thabor.) Chriſto glorificato, apparuerit nubes lucida, & adumbrarit præſentes; per hanc nubem nonnulli intelligunt Spiritum ſanctum; qui tertiam Trinitatis perſonam repræſentarit, ſicut Pater primam in voce, & Filius ſecundam in carne: Ita Damaſcenus, cujus verba in catena Poſſini ad Matth. loc. cit. hæc ſunt: *Indicatur, quod prius quidem in Jordane baptizato Filio teſtata eſt Trinitas, Patre teſtante deſuper, Spiritu tanquam columba deſcendente. Nunc vero in Thabor ipſi rurſus teſtimonium perhibetur à prædicante, ab eo qui prædicatus eſt, & nube, quæ Spiritus eſt: hæc David quoque prædixit: Thabor & Hermon in nomine tuo exultaverunt baptiſato Chriſto. Illud vero Thabore mutato, quia in utriſq; vox data eſt: Hic eſt Filius meus, dicens.* Pia quidem hæc ſententia eſt eatenus, quatenus myſterium Trinitatis confirmare allaborat, non tamen video, quomodo cum textu ſtare poſſit. Nam in textu dicitur, quod vox ex nube ſonans dixerit: Hic (Chriſtus) eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, hunc audite. Quæ vox ſine dubio Patris fuit, non Spiritus ſancti, utpote qui Chriſti Pater non eſt. Perſona igitur, quæ in nube apparuit, Spiritus ſanctus non fuit, ſed Pater. Neque enim Spiritus ſanctus fuit ipſa nubes, quæ lucida conſpiciebatur: ipſe autem Spiritus eſt, non corpus, quod fuit nubes; ſi dicas, Spiritum ſanctum non fuiſſe ipſam nubem, ſed cum nube conjunctum, & in ipſa apparuiſſe; redarguet te vox Patris, quæ ex nube ſonuit, & docebit, Patrem fuiſſe, qui ſibi nubem appropriarit; ſaltem hoc nobis manebit, Spiritum S. non fuiſſe ipſam nubem. Orthodoxi veteres nubem relinquunt in ſua natura, dicunt autem ſymbolum fuiſſe Novi Teſtamenti, quod lucidum ſit, ſecus ac Vet. Teſtamentum à caliginoſa nube Exod: XIX. 16. adumbratum. *Etenim ut ipſe Deus antiquis in nube apparuit; ſic & nunc ejus Filius, Deus & ipſe & conſubſtantialis Patri. Ac Moyſi quidem non in lucida, ſed in caliginoſa apparuit nube, quoniam terrere tum Judæos Deus, nunc vero non niſi docere diſcipulos volebat*: Ita Chryſoſtomus in catena Corderij ad Matth. XVII. Et in caten. Poſſin. *Ut credant à Deo exiſtere vocem quæ auditur, ideo accedit etiam nubes lucida: ſiquidem cum minatur, tenebroſam oſtendit, ut in Sinâ. Intravit enim, ait, in nubem, & in caliginem Moyſes, & velut vapor ita ferebatur fumus. Ac Propheta de minis illius diſſerens ait: Tenebroſa aqua in nubibus aëris, hic vero quia terrere noluit, ſed docere nubes lucida.* Et Theoph. ad l. c. *lucida nebula* (νεφέλη nubes) *hoc loco, ait, non caliginoſa ſicut in veteri, eo quod non exterrere voluit, ſed docere.*

Art. V. Sect. II.

De

ATTRIBUTIS, ET OPERIBUS, ET CULTU DEI.

Argumentum.

A*Ttributa divina ſunt ſpiritualitas.* 1. *Inviſibilitas.* 2. *Simplicitas.* 3. *Æternitas.* 4. *Immutabilitas.* 5. *Immortalitas.* 6. *Infinitas.* 7. *Immenſitas.* 8. *Omnipræſentia* 9. *Omnipotentia.* 10. *Bonitas.* 11. *Miſericordia.* 12. *Juſtitia.* 13. *Omniſcientia.* 14. *Sapientia.* 15. *Voluntas.* 16. *Veritas.* 17. *Perfectio.* 18. *Majeſtas.* 19. *Opera, ut creatio.* 20. *Angelorum, quorum explicantur nomina.* 21. *Eſſentia.* 22. *Affectiones.* 23. *Opera.* 24. *Hominum.* 25. *Creatarum rerum gubernatio.* 26. *Cultus.* 27.

§. I.

Attributa 1. Spiritualitas.

HActenus diſſeruimus de tribus Deitatis perſonis. Sequuntur Dei *attributa.* Ea ſunt à parte rei idem cum Deo, utpote de quo in abſtracto prædicantur. Joh. XIV. *6.* ego ſum via, veritas, & vita, ait Chriſtus: Differunt tamen formaliter, quare dictincte proponemus. 1. *Spiritualitas!* Eſt enim Deus ſpiritus Joh. IV. 24. Accipimus verba ſicut jacent, ut Deus ſit ſubjectum, ſpiritus autem prædicatum, adeoque ſumatur h. l. οὐσιωδῶς, ſicut eſt communis vox omnibus tribus perſonis. *Incorpoream eſſe oſtendit naturam divinam & infinitam;* ait Theodor. hæret. fab. lib. V. c. 1. Conqueritur Ambroſ. lib. III. de Spir. Sanct. cap. 11. quod Ariani hæc verba in ſuis codicibus non legerint: Sandius patrocinium Arianorum ſuſcipit in ſe, & Ambroſium calumniæ vel mendacii convincere vult, rationibus tribus (1) quod etiam Chryſoſtomus, à Pariſienſibus ab Arianis fæcibus diligenter expurgatus, hom. 32. in Joh. verba iſta omittat. 2. Quod Arianos nihil juviſſet abraſio. 3. Am-

broſius fuerit teſtis de domo, utpote Homouſianus. ℞. ad 1. ſi Chryſoſtomi codex *Arianis fecibus* olim fuit maculatus, & verba illa non agnoſcit, utique ſaltem ſuſpicio erit, eſſe defectum iſtum ex reliquiis Arianis, nondum expurgatis. Ad 2. juviſſet Arianos contra Deitatem Spiritus ſancti, quam negabant; contra vero Anti-Ariani Patres non Ambroſius ſolum & Vigilius, ſed etiam alii, ut citata Calvini verba ſubinnuunt, pro Deitate ſpiritus ſancti adducebant. Ad 3. Ambroſius fuit quidem Homouſianus, non tamen ſuſpectus teſtis; Quis enim crederet tantum Epiſcopum Arianis imputaturum fuiſſe, cujus, quod non feciſſent, ipſum eveſtigio convincere potuiſſent? Tempus certè nominavit, quando id factum, nempe *quo impia infidelitatis Auxentius Mediolanenſem Eccleſiam armis exercituq́ occupaverat*, & locum, nempe *in oriente.* Quod autem *hodie nullus codex reperiatur, qui loco illo careat*, falſum eſt. Annon enim ipſe Sandius paulo ante citavit editionem Chryſoſtomi Pariſienſem, quæ loco iſto deſtituitur? Eſto vero, nullus reperiatur, dicerem, ideo id factum, quod ab *Arianis fecibus expurgati* fuerint codices.

Inviſibilitas. §. 2. *Inviſibilitas.* Deum nemo vidit unquam Joh. I. 18. optimè Greg. Nyſſ. de vit. Moſ. fol. m. 220. D. tom. I. opp. *Divinus*, ait, *Johannes, qui in ſplendidiſſimam hanc caliginem pervenerat, non dubitavit exclamare: Deum nunquam ullus vidit: non ſolum hominibus, ſed intellectuali omni natura impoſſibile divinæ ſubſtantiæ cognitionem hac negatione determinans.* Confer Theodoret. dial. I. tom. 4. opp. f. m. 14. Diſtinguendum autem inter inviſibilitatem mediatam & immediatam; Immediatè inviſibilis eſt Deus, mediatè autem viſibilis, nempe mediante ſpecie externa, in qua apparet: *Soli enim Filio naturali adſpectabilis eſt Pater eo modo quo natura divina cerni poteſt, & nulli præter eum alteri: non tamen propterea ſancti Prophetæ mentientur, dum ſe vidiſſe clamant Dominum Sabaoth: Non aſſerunt enim, ipſam ſe vidiſſe Dei eſſentiam ac naturam, ſed apertè id clamant: Hæc eſt viſio ſimilitudinis gloriæ Domini. Igitur à rebus humanis divinæ gloriæ figura obſcurè formabatur, eratq́ tanquam in tabula expreſſa veritatis ſimilitudo longè ultra mentem & orationem tendentis.* Abuſi ſunt hoc dicto Ariani veteres, & adhuc hodie abutuntur recentiores & Sociniani, ut Chriſto ὁμοουσίαν cum Deo Patre eripiant. Plurima veterum teſtimonia Phi-

nia Philonis, Juſtini Martyris, Theophili Antiocheni, Irenæi, Tertulliani &c. Sandius in not. ad l. c. corradit, ut obtineat, Chriſtum *& ratione divinæ ſuæ naturæ, & ratione naturæ humanæ fuiſſe viſibilem.* Cæterum iſta veterum teſtimonia abludunt à ſtatu controverſiæ: Qui eſt: An Filius Dei ſit viſibilis ſecundum ſuam divinam naturam immediatè? Hoc non negant illi Patres, qui aſſeruerunt, Filium Dei in V. T. apparentem Patribus conſpectum fuiſſe. Conſpectus enim fuit in forma aſſumpta, non autem in ſua ſubſtantia divinâ, eaque immediate. Pater igitur dicitur inviſibilis, & Filius viſibilis, quia Pater non aſſumſit ſpeciem corpoream, in qua appareret, ſicut Filius aſſumpſit, & quidem, quæ vulgata ſententia eſt, ut præluderet ſuæ incarnationi; qua hominis etiam formam externam aſſumpturus erat. Subindicat hoc Juſtinus Martyr in Apol. II. pro Chriſt. f. m. 75. cum ſcribit: *Judæi, exiſtimantes, ſemper parentem rerum cunctarum cum Moſe eſſe loquutum, cum, quia, qui eò eſt collocutus, Filius Dei eſſet, qui & Angelus & Apoſtolus cognominatus eſt, rectè & à Prophetico Spiritu, & ab ipſo Chriſto coarguuntur, neque Patrem neque Filium noſſe: Qui enim Filium Patrem eſſe dicunt, comperiuntur neque Patrem ſcire, neque Filium eſſe Patri univerſorum noſſe: qui, quod Verbum & Primogenitus Dei ſit, Deus etiam eſt. Ac prius ille quidem per ignis formam, & imaginem incorpoream Moſi ac cæteris Prophetis apparuit. Nunc autem Imperii veſtri temporibus, prout antea memoravimus, ex Virgine homo genitus, juxta Patris conſilium & voluntatem, propter ſalutem credentium, nullificari & paſſionem ſubire perſeveravit, ut moriens atque reſurgens mortem vinceret.* Atque hoc ſenſu capiendus eſt etiam Auguſtinus tract. III. in Joh. *Illud autem ſciatis, quia omnia, quæ corporaliter viſa ſunt, non erant illa ſubſtantia Dei. Illa enim carneis oculis videmus, Dei ſubſtantia unde videtur? Evangelium interroga: Beati mundo corde, quia ipſi Deum videbunt. Fuerunt homines, qui dicerent, vanitate ſui cordis decepti: Pater inviſibilis eſt, Filius autem viſibilis eſt. Unde viſibilis niſi propter carnem? Quia ſuſcepit carnem manifeſtum eſt. Illis enim, qui carnem Chriſti viderunt, aliqui crediderunt, aliqui crucifixerunt. Et qui crediderunt illo crucifixo nutarunt, & niſi ipſum poſt reſurrectionem palparent, fides ad eos non revocaretur. Si ergo propter carnem viſibilis eſt Filius, & nos concedimus, & eſt Catholica fides,*

Digitized by Google

fides, ſi autem ante carnem viſibilis, ſicut ipſi dicunt, i. e. antequam incarnaretur, multum delirant, & multum errant. Facta enim ſunt illa viſibilia corporaliter per creaturam, in quibus typus oſtenderetur, non utique ſubſtantia ipſa demonſtrabatur & manifeſtabatur. Confer. Ambroſ. de ſpir. ſanct. lib. 1. c. 4.

Simplicitas. §. 3. *Simplicitas* Dei. Colligitur ex abſtractis, quæ de Deo enunciantur, ut cum dicitur vita, veritas, lux &c. Joh. XI. 25. XIV. 6. Optime Auguſt. Tract. XX. in Joh. de Filio Dei, & per conſ. etiam de Patre & Spiritu Sancto: *Filio enim hoc eſt eſſe quod poſſe: Homini non ita eſt, ex comparatione humanæ infirmitatis, longe infra jacentis. Utcunque corda ſuſtollite, & ne forte aliquis noſtrum attingat ſecretum, & quaſi coruſcatione magna lucis horreſcens ſapiat aliquid ne inſipiens remaneat, non tamen ſe totum ſapere putet, ne ſuperbiat, &, quod ſapiat, amittat. Homo aliud eſt quod eſt, aliud quod poteſt. Aliquando enim & eſt homo, & non poteſt quod vult. Aliquando autem ſic eſt homo, ut poſſit quod vult. Itaque aliud eſt eſſe ipſius, aliud poſſe ipſius: Si enim hoc eſſet eſſe ipſius, quod eſt poſſe ipſius, cum vellet poſſet. Deus autem cui non eſt alia ſubſtantia ut ſit, & alia poteſtas ut poſſit, ſed conſubſtantiale illi eſt quicquid ejus eſt, & quicquid eſt, quia Deus eſt, non alio modo eſt, & alio modo poteſt, ſed eſſe & poſſe ſimul habet, quia velle & facere ſimul habet.*

Æternitas. §. 4. *Æternitas.* Inſinuatur Joh. I. 1. Quando Deus & Dei verbum, conſequenter etiam utriusque Spiritus, dicuntur fuiſſe in principio rerum creatarum, i. e. ab æterno.

Immutabilitas. §. 5. *Immutabilitas* fluit ex priori. Quidquid enim mutationibus obnoxium eſt, æternum non eſt. Unde Auguſt. tract. XIX in Joh. ad verba Joh. V. 26. ita diſſerit: *Non alibi (Deus) habet vitam ſed in ſemet ipſo: Vivere quippe ſuum in illo eſt, & non aliunde: Et non alienum eſt, non quaſi particeps ſit vitæ, ejus vita, quæ non eſt quod ipſe: quod habet vitam in ſemetipſo, ut ipſa vita ſibi ſit ipſe. Si potuero adhuc modicum quid inde dicere exemplis propoſitis ad intelligentiam veſtram informandam, Domino adjuvante potuero, & pietate intentionis veſtræ. Vivit Deus, vivit & anima: ſed vita Dei immutabilis eſt. Vita animæ mutabilis eſt; Deus nec proficit nec deficit, ſed eſt ipſe ſemper in ſe, eſt ita ut eſt, non aliter nunc, aliter poſtea, aliter antea; anima vero vita valde aliter*

Digitized by Google

ter atq́, aliter. Ambroſius lib. 1. de Spir. Sanct. cap. 5. deducit ex ſanctitate Dei: *Ergo* inquiens, *omnis mutabilis creatura, ſed non mutabilis ſpiritus Sanctus. Neque enim aliquo vitio mutari poteſt, qui omnium abolet vitia, peccata condonat. Quomodo ergo mutabilis, qui ſanctificando alios mutat ad gratiam, non ipſe mutatur? Quomodo mutabilis, qui bonus ſemper eſt? Neque unquam malus ſpiritus ſanctus, per quem nobis, quæ bona ſunt, miniſtrantur.*

§. 6. *Immortalitas.* Habet Deus vitam in ſemetipſo. Nam Pater habet vitam in ſemetipſo, & Filio dedit habere eandem in ſemetipſo, Joh. V. 26. Orig. in Matth. tom. XII. f. m. 274. B. Ἐξαίρετον γάρ τι ἐχρῆν παραστῆσαι ἐν τῷ λεγομένῳ περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς τῶν ὅλων, ὡς ζῶντος, παρά τι τὴν αὐτοζωὴν, καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῆς. *Egregium enim quidpiam docendum fuit ſuper eo, quod de Deo & Patre rerum omnium dictum eſt, tanquam vivente tum ex propria ipſius vita, tum & eorum qui illius participes ſunt.* Immortalitas.

§. 7. *Infinitas.* Deus initio & fine caret, nullisque terminis includitur aliis: Non eſſentiæ; Eſt enim ὁ ὢν; Non temporis; Eſt enim æternus; non virium, eſt enim omnipotens; Non ſcientiæ, eſt enim omniſcius, & à nemine hominum comprehendi poteſt; Non loci, eſt enim omnipræſens & immenſus. Infinitas.

§. 8. *Immenſitas.* Spiritus ſanctus implevit Filium Dei ſine menſura; oportet igitur iſtum & hunc, conſequenter & Patrem cœleſtem, eſſe immenſum. Joh. III. 34. *Itaque,* ait Cyril. h. l. *non ad menſuram dat, neque, ut illi, partem quandam exiguam ſpiritus habet, idq́, per participationem: ſed cum ſit ipſe largitor, utique manifeſtum eſt, illum totum habere ſubſtantialiter in ſeipſo.* Immenſitas.

§. 9. *Omnipræſentia.* Deum eſſe ubique præſentem, inde patet, quod ubique velit adorari. Joh. IV. 24. Allegat hoc dictum & explicat Theodor. lib. 5. hæret. fab. cap. 1. *In ſacris,* ajens, *autem Evangeliis ſimilia ſentire Dominus Samaritanam docuit. Nam cum illa Deum loco circumſcribi exiſtimaret, & propterea dixiſſet: Patres noſtri in hoc monte adoraverunt, vos autem dicitis, quod Hieroſolymis oportet adorare, Dominus ad contrariam ſententiam illam inſtituit, & incircumſcriptam eſſe divinam naturam docuit, ſic enim affatus eſt: Amen, dico tibi mulier, veniet hora, & nunc eſt, quando nec Hieroſolymis, nec in loco hoc* Omnipræſentia.

adorabunt Patrem. Et cum ſic docuiſſet, non certis locis circumſcriptam eſſe adorationem, ſubjunxit: Spiritus eſt Deus, & qui eum adorant, in ſpiritu & veritate oportet adorare. fol. 252. C. t. 4. opp. Ubique locorum vident ipſius faciem Angeli ejus, etiam in terris ipſi conſtituti. Matth. XVIII. 10. Unde verum Deum non adorant, qui ipſum veluti loco certo alligatum, ut Samaritani, Joh. IV. 22. adorant. Vide Nyſſ. Orat. III. adverſ. Eunom. f. m. 521. opp. t. 2. & Auguſt. tract. XXXI. in Joh. cujus hæc ſunt verba: *Homo enim ſecundum corpus in loco eſt, & de loco migrat, & cum ad alium locum venerit, in eo loco, unde venit, non eſt: Deus autem implet omnia, & ubique totus eſt, non ſecundum ſpatia tenetur locis.* Non eſt autem illa Dei præſentia nuda adeſſentia, ſed cum operatione conjuncta. Luc. I. 68. Deus dicitur populum ſuum viſitaſſe, dum præſens factus eſt λόγος in carne, & populum ſuum redemit. v. 28. Angelus Mariæ apprecatur: Dominus tecum, nempe efficaci operatione, ut fias Dei Mater. Matth. XXIII. 21. dicitur Deus habitare in templo Hieroſolymitano, nempe quoad efficacem quoque operationem, quam per verbum & Sacramenta ibi præſtabat. Hoc quoq; ſenſu capiendum eſt, quando dicitur abire, vel abeſſe, nempe quoad ſuſpenſionem certæ alicujus operationis, vel apparitionis, & modi præſentiæ. Sicut vineæ Dominus abiiſſe dicitur Matth. XXI. 33. Marc. XII. 1. Luc. XX. 9. *Deus tuus ubique totus eſt; ſi non ab illo facias caſum, nunquam à te ipſe facit occaſum*, Scitè dictum eſt ab Aug. t. 34. in Joh.

Omnipotentia. §. 10. *Omnipotentia*: Deus omnia poteſt poſſibilia, i. e. quæ contradictionem non involvunt. Luc. I. 37. Angelus incarnationis nuncius Mariæ virgini ait: *Deo nullum verbum eſt impoſſibile.* i. e. nihil appellari poteſt ex divinis revelatis vel promiſſis, quod Deus non poſſit præſtare; adeoque præſtare etiam poteſt, ut ipſa virgo concipias ſine virili opera Filium Dei. Nam Matth. III. 9. vel *ex lapidibus Deus poteſt excitare liberos*, ſicut ex Abrahamo & Sara, ad generandos liberos per grandævam ætatem ineptos, nihilominus ſuſcitavit ſemen, ut Iſaac naſceretur: vide Eſai. LI. 1. 2. Ineptit Philo, cum putat, formas lapidum tranſire in animas vegetativas, has in ſenſitivas, has in rationales; Longius quoque à litera recedunt Patres nonnulli, qui per lapides intelligunt,

Digitized by Google

intelligunt gentiles, lapidum idololatricorum cultores. Quanquam & in his potentia Dei ſpectanda eſt, quatenus non minore virtute converſi ſunt ad verum Deum, quam ſi ex lapidibus homines crearentur. Rectè Hieronym. ad l. c. Matth. *Simpliciter Dei indicat potentiam, quod qui de nihilo cuncta fecerit, poſſit & de ſaxis duriſſimis populum procreare.* Ita per omnipotentiam Dei fieri poſſet, ut hominibus laudem Dei tacentibus, lapides loquerentur. Luc. XIX. 40. Atq; ſic Deo poſſibile eſt, quod hominibus impoſſibile: ut idem Chriſtus dixit, quando de divitibus ſalvandis cum diſcipulis ſuis ſermocinabatur. Matth. XIX. 26. Marc. X. 27. Luc. XVIII. 27. Applicatur ad ſingulas perſonas, nempe ad Patrem; Pater, omnia poſſibilia ſunt Tibi, ait Chriſtus agonizans ad Patrem ſuum. Marc. XIV. 36. Ad Filium, cum Centurio ipſum ſaltem verbum vellet pro curando ſervo. Matth. VIII. 8. Luc. VII. 7. Ad ſpiritum ſanctum, qui fæcundando virginem, oſtendit, Deo nullum verbum eſſe impoſſibile. Luc. I. 37. Fundamentum eſt, quod omnium trium perſonarum ſit eadem eſſentia, quæ à potentia realiter non differt, vide Auguſt. in Joh. p. m. 215. tract. XX. Nec obſtat, quod Matth. XXVI. 39. Chriſtus ſemel iterumque dixit: *Pater, ſi poſſibile eſt* &c. id enim intelligendum eſt de potentia Dei ordinaria, quæ revelata eſt; non abſoluta, quæ abſcondita eſt, ut cum Brentio ex comm. ad Luc. loquamur.

§. 11. *Bonitas.* Deus bonus eſt, & ſolus quidem, nempe per eſſentiam. Matth. XIX. 16. 17. ut propterea merito dicatur πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐξοχώτατον *omnium bonorum eminentiſſimum*: à Nyſſeno orat. VIII adverſ. Eunom. f. m. 643. Cum juvenis aliquis Chriſtum bonum ſalutaret, regerebat Chriſtus: qui bonum ſe vocaret! Neminem eſſe bonum, niſi Deum unicum. Clemens Alex. lib. 1. Pæd. 8. ita legit: οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ μου. *nullus eſt bonus, niſi meus Pater*: ſed fontes habent: εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός, *niſi unus, Deus.* Hic vero Deus eſt perſonis trinus, ut non Pater ſolum ſit bonus, ſed etiam Filius. Joh. X. 1. Audi notam Hieronym. ad l. c. Matth. *Qui Magiſtrum vocaverat bonum, & non Deum, vel Dei Filium confeſſus erat: diſcit quemvis ſanctum hominem* Bonitas.

comparatione Dei non eſſe bonum : de quo dicitur : Confitemini Domino, quoniam bonus. Nequis autem putet, in eo, quod bonus Deus dicitur, excludi à bonitate Filium Dei: legimus in alio loco : Paſtor bonus ponit animam ſuam pro ovibus ſuis: Et in Propheta: Spiritum bonum, terramque bonam. Igitur & Salvator non bonitatis teſtimonium renuit: Sed Magiſtri abſq; Deo excluſit errorem. Obſtare videtur huic divinæ bonitati (1) quod Matth. V. 45. Deus dicatur ſolem ſuum impertiri etiam malis & impiis (2) Quod Joh. XII. 40. ex Iſai. VI. 9. 10. Deo tribuatur excœcatio & induratio Judæorum temporibus Meſſiæ viventium Ad (1) ℞. Juſtin. Martyr. qq. & RR. ad Orthod. ℞. ad V. οὐκ ἔστι βεβαιωτικὸν πονηρῶν καὶ ἀδίκων ἐν τῇ πονηρίᾳ καὶ ἀδικίᾳ, ἀλλὰ παρασκευαστικὸν εἰς δικαίαν τιμωρίαν : *non eo fit, ut mali & injuſti in malitia & injuſtitia ſua conſtabiliantur, ſed ut via ad juſtum ſupplicium præparetur*, putat, quia tot tantisque beneficiis non patiantur ſeſe ad pœnitentiam adduci. Ad 2. ℞. Cyril. comm. ad l. c. & primo quidem negat, prædictionem iſtam & ejus complementum cauſſam fuiſſe excœcationis Judæorum & crudelitatis in Chriſtum : potius Deum voluiſſe hoc modo præcavere flagitia iſta ; negat & hoc, quod Deus Judæos excœcarit, addita ratione, quod ſecus pœnas ab ipſis repoſcere non potuiſſet, eſſe igitur meram prædictionem ejus, quod futurum erat, ut ſenſus verborum Dei hic ſit : *Si homo factus fuero, & propria voce utilia vobis expoſuero, ne ſic quidem me audictis, quemadmodum neque Prophetas: neque, cum videritis ſigna ſupra humanam rationem, quicquam vobis vidiſſe profuerit : & hoc indicat illud: Non videritis : Neque enim dixit : indurabo eorum corda, & excæcabo oculos, ſed quia, quamvis audieritis, nequicquam audieritis; & quamvis videritis, non videritis, ne converſi remedium à me accipiatis.* Ita Cyrillus ad l. c. Joh. cum hac expoſitione conſentiunt LXX. qui verba Prophetæ vertunt in futuro, vide Matth. XIII. 14. Act. XXVIII. 26.

Miſericordia.

§. 12. *Miſericordia.* Eſt alia miſericordia Dei interna, alia externa ; interna eſt eſſentia divina relata ad objectum miſerabile, in quod affectus Dei tendit ; Externa vero eſt opus ipſum, quod miſericordia ſua motus efficit Deus. Diſtinctio fundata eſt in Evangeliſtis. Luc. I. 78. laudat Zacharias σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ, *viſcera miſericordiæ Dei* : quæ inſignis deſcriptio

deſcriptio eſt miſericordiæ internæ. Matth. V. 7. Beatos Chriſtus prædicat miſericordes, eo quod miſericordiam ipſi conſecuturi ſint. Miſericordiam ſine dubio Dei intelligens, non autem internam, hæc enim eſt incommunicabilis; E. externam, quæ eſt peccatorum remiſſio, & alia miſericordiæ opera. Habet hæc ſuos gradus, quos iſta non recipit. Dicitur enim interdum *magna* Dei miſericordia. Luc. I. 58. & manet in æternum ℣. 50. quatenus ſalus, merito Chriſti parta, eſt æterna.

§. 13. *Juſtitia.* Perinde cum hac comparatum eſt ac cum miſericordia Dei, ut alia ſit interna, quæ eſt voluntas Dei, petens hominem quod juſtum eſt; alia externa, quæ ſunt opera juſta, & indicia iſtius internæ juſtitiæ. Matth. VI. 33. Chriſtus jubet nos primo omnium ſolicitos eſſe de juſtitia Dei, intelligens non juſtitiam illam internam, qua Deus juſtus eſt, ſed externam, quam ipſe à nobis poſtulat in juſtificatione per fidem, & vitæ renovatione, per bona opera; hæc tamen externa juſtitia indicio eſt, quod Deus ad intra ſit juſtus. Ab hac juſtitia Pater dicitur *juſtus*. Joh. XVII. 25. ut merito ſcripſerit Clemens Alex. l. 1. pæd. c. 8. *Quod idem quoq; Deus juſtus ſit, non eſt mihi pluribus verbis opus, ſi Evangelicam Domini vocem adduxero.* Vi hujus juſtitiæ Filius hominis cuiq; tribuet ſecundum ſua opera. Matth. XVI. 27. quorſum referri poteſt, quod Luc. VI. 38. Chriſtus comminatur: *qua menſura metimini, remetientur vobis:* Ex hoc enim dicto Orthodoxi veteres contra Cerdonem & Marcionem demonſtrarunt, eundem, qui bonus, Deum etiam juſtum eſſe: *Non animadvertit ſtultus*, hæreticus, *quod qui ſolus ab eo bonus vocatur, ei, qui fratrem ſtultum vocat, gehennam minatur, juſtumq; ſe dicens, dixit: qua menſura* &c. ait Theodor. Hæret. fab. lib. 1. n. 24. & Spiritus ſanctus mundum arguet de juſtitia. Joh. XVI. 8. Juſtitia.

§. 14. *Omniſcientia.* Deus omnia novit. Nam Filius Dei novit omnia. Joh. XVI. 30. XXI. 17. novit autem ex ὁμουσίᾳ cum Patre, ſicut Spiritus ſanctus ex ὁμουσίᾳ cum utroque. Confer. quæ dicta ſunt ſupra. §. 15. & 41. Sciendum autem quod alia ſit Dei notitia theoretica, alia Practica; ſecundum iſtam omnia novit; ſecundum hanc autem quædam neſcit. *Non novi* Omniſcientia.

 vos,

vos, dicet judex omnium hominum ad hypocritas. Matth. VII. 23. Diſtinctionem explicat Gregor. Nyſſen de opific. homi. c. 20. B. c. Ἡ δὲ γνῶσις οὐ πολλαχοῦ τὴν ἐπιστήμην τε καὶ τὴν εἴδησιν ὑφηγεῖται κατὰ τὸ σημαινόμενον. Ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ κεχαρισμένον διάθεσιν. Ὡς ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. Καὶ πρὸς τὸν Μωυσέα φησὶν, ὅτι ἔγνων σε παρὰ πάντας; περὶ δὲ τῶν ἐν κακίᾳ κατεγνωσμένων λέγει ὁ τὰ πάντα εἰδὼς, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. *Cognitio vero non ſcientiam ac notitiam ubiq; ſignificat, uti vox ipſa notare videtur : ſed quandam animi ad id, quod gratum nobis eſt, affectionem, ut quum ſcriptum eſt ; novit Dominus ſuos : Et ad Moyſen inquit : Novi te ſupra omnes. Etiam damnatis ait, qui caeteroquin omnia novit : nunquam novi vos.* Quandoquidem videtur Deus incertus eſſe de rei eventu, ut Matth. XXI. 37. cum inquit : Forte reverebuntur Filium meum ; Sed iſta ἀνθρωποπαθῶς *dicta ſunt* θεοπρεπῶς intelligenda. Recte Hieronymus comm. ad l. c. *quod jungitur : verebuntur Filium meum : non de ignorantia venit. Quid enim neſciat Paterfamilias, qui h. l. Deus Pater intelligitur ? Sed ſemper ambigere dicitur Deus : ut libera voluntas hominum reſervetur. Interrogemus Arrium & Eunomium : Ecce Pater dicitur ignorare : Et ſententiam temperat, &, quantum in vobis eſt, probatur eſſe mentitus. Quicquid pro Patre reſponderint, hoc intelligant pro Filio : qui ſe dicit ignorare conſummationis diem.* Puta, ſi Ariani & Eunomiani ignorantiam Filii ad divinam ipſius naturam retulerint.

Sapientia. §. 15. *Sapientia.* Eſt aliqua Dei & interna quidem ſapientia. Nam ejus verba referuntur Luc. XI. 49. Major ſapientia Salomoneâ. Matth. XII. 42. Luc. XI. 32. & tamen cenſurae hominum iniquae ſubjecta eſt. Matth. XI. 19. Luc. VII. 35. Diſtingui ſolet in ſapientiam Dei eſſentialem, quae omnibus tribus perſonis communis eſt ; & perſonalem, quae uni tantum perſonae, nempe ſecundae, tribuitur. Viſionem iſtam dici Joh. V. 19. cenſet Auguſtinus in Joh. l. c. p. m. 225.

Voluntas. §. 16. *Voluntas.* Alia eſt voluntas Dei, alia hominis. Diſtinctionem inſinuat Chriſtus in precibus ſuis Matth. XXVI. 39. non mea, ſed tua, Pater, fiat voluntas. Chriſtum enim intelligere voluntatem humanae ſuae naturae, inde patet, quia diſtinctionem facit inter Patris & ſuam voluntatem : inter divinam autem Patris & ſuam voluntatem diſtinctio nulla eſt ;

quia

Digitized by Google

quia eſt eadem, vide §. 17. Sect. I. Ita tamen eſt una trium Deitatis perſonarum voluntas, ut nihilominus diſtinguatur in legalem & Evangelicam; *Legalem*, qua Deus vult ſua præcepta ab hominibus obſervari & impleri. Matth. VII. 21. XII. 50. *Evangelicam*, quæ nobis optime cupit propter Chriſtum Filium Dei. Secundum hanc voluntatem non vult ullum ex parvulis perire. Matth. XVIII. 14. Rurſus diſtinguitur Dei voluntas in abſolutam, & conditionatam, ſeu ordinatam; *Abſolutam*, qualis fuit, cum Deus vellet Filium ſuum pati & mori pro genere humano. Luc. XXII. 42. *Ordinatam*, qualis ea eſt, qua vult noſtram ſalutem; vult enim per fidem in Meſſiam vitam nobis æternam dare. Joh. VI. 39. 40. Hæc enim Dei voluntas eſt, ut qui videt Filium, & credit in ipſum, vitam habeat æternam. Diſtinctiones autem hæ nullam inferunt diverſitatem in voluntate Dei in ſeſe conſiderata: quia fundantur in externis objectis, circa quæ eadem Dei voluntas occupatur. *Liberrima* eſt hæc Dei voluntas, & apparet in diſpenſatione beneficiorum cum corporalium, quæ in libera Patris-familias voluntate conſiſtunt. Matth. XX. 15. Marc. IX. 13. tum ſpiritualium. Spirat enim Spiritus ſanctus ſua gratia, ubi vult. Joh. III. 8. & Filius vivificat, quem vult. Joh. V. 21. *Univerſalis* eſt ratione objectorum, quatenus ne pilus quidem de noſtris capillis vel paſſerculus in terram decidit ſine Dei Patris voluntate. Matth. X. 29. 31. Luc. XII. 6. 7. *Reſiſtibilis* tamen eſt, ſi abſoluta non eſt. Nam Phariſæi ſpreverant conſilium Dei erga ſeſe. i. e. voluntatem Dei, qua volebat ipſos convertere, & ſalvare. Luc. VII. 30. ſemper bona. Nam in oratione Dominica precamur: fiat voluntas tua, *vel eo nobis bene optamus, quod nihil ſit mali in Dei voluntate, etiamſi quid pro meritis cujusq; ſecus irrogatur*: ait Tertul. in lib. de Orat. c. 4.

§. 17. *Veritas*. Alia eſt in re ipſa, alia in verbis. In re ipſa, quatenus Deus eſt ipſa eſſentialis veritas. Joh. XIV. 16. & Spiritum habet, qui veritatis Spiritus eſt. ✝. 17. Alia in verbis: Nam Dei verbum eſt veritas. Joh. XVII. 17. Talis veritas erant promiſſiones divinæ, quas Deus verax Joh. VII. 28. fecerat Patriarchis de mittendo ſuo Filio, ut homo factus humanum genus redi-

Veritas.

redimeret & ſalvaret. In hujus veritatis laudes effunduntur virgo Maria, audito & confirmato, quod mater Domini futura eſſet. Luc. I. 54. 55. Et Θεόπνευστος Zacharias ℣. 70. Hinc etiam prophetica nomina ipſe & uxor Eliſabetha accepiſſe dubium non eſt. Dicitur ille זכריה *Deus recordatus eſt*; nempe promiſſionum ſuarum Abrahamo & Davidi factarum; Iſta autem אלישבע *Dei mei juramentum*, illud ſcilicet, quod Deus fecit Abrahamo Gen. XXII. 16. ſeqq.: Hanc veritatem profeſſurus in hunc mundum venit Filius Dei, ſummus Propheta, & exegeta conſiliorum divinorum, plenus gratia & veritate. Joh. I. 14. 17. V. 33. XVIII. 37. & Spiritus Sanctus confirmavit hanc veritatem, tanquam teſtis omni major exceptione. c. XV. 26. XVI. 13.

Perfectio. §. 18. *Perfectio.* Deus in cœlis perfectus eſt. Nam Chriſtus vult nos eſſe perfectos, ſicut Pater in cœlis perfectus eſt. Matth. V. 48. Non autem intelligit perfectionem eſſentialem; ſic enim perfecti eſſe abſolute non poſſumus: ſed moralem, quæ etiam pauperibus, & inimicis, benefacit. ℣. 44. ſeqq.

Majeſtas. §. 19. *Majeſtas.* Deus eſt Deus altiſſimus. Luc. I. 32. Cujus Majeſtas apparuit in luce, quæ Paſtores Bethlehemicos circumfulſit; Nam erat claritas non Angelica, ſed Domini, ut ideo ſibi timuerint paſtores, tanquam qui Dei gloriam vidiſſent, coram qua peccator, ſine reconciliatione, eſt inſtar ſtipulæ. Unde opus erat dici: nolite timere, ſcil. ſicut Iſraelitæ ſibi timuerunt, audita voce legis divinitus promulgatæ.

Opera, §. 20. *Opera* Dei externa ad duo capita revocari poſſunt, nempe opus creationis & gubernationis. I. *Creationis.* Quæ opus eſt totius Trinitatis. Nam Joh. I. 2. ſeqq. per verbum, quod Deus eſt, omnia ſunt facta, quæcunque facta ſunt. *Ediximus, Deum univerſitatem hanc mundi verbo & ratione, & virtute molitum. Apud veſtros quoq; ſapientes λόγος, i. e. ſermonem atq; rationem conſtat artificem videri univerſitatis*: uti ad gentiles ait Tertul. in Apol. Idem dictum urget Theodoretus lib. V. fab. Hæret. c. 4. adverſus eos, qui duplex principium ſtatuebant. Si autem per verbum, ideo erat Deus, Pater nimirum, qui per iſtud ſuum æternum verbum omnia formavit: Et Spiritus ſanctus, qui utriusque Patris

Patris nimirum & Filii, Spiritus eſt. vide dicta ſuper §. 19. & 41. n. 4. Cave autem, ut triplex, vel duplex, ſicut Manichæi, (vide Athanaſ. de incarn. verb. f. m. 55. t. 1. opp.) principium creationis propterea introducas, quia tres ſunt perſonæ: vide Hieron. ad Matth. XV. 13. Materia, unde creata ſunt omnia, erat nulla. Nam omnia per Dei verbum facta ſunt: E. non præextitit aliqua materia, unde facta ſunt. Nam & hæc materia ab ipſo creata fuiſſet, & ſic daretur progreſſus in infinitum, ut adeo tandem ſubſiſtendum ſit in aliquo nihilo negativo. *Effectus* erat mundus. Nam Mundus per verbum Dei, lucem illam æternam, factus eſt. Joh. I. 10. & in mundo etiam minima, utpote quæ adhuc hodie curat, cur igitur non crearit? Argumentum eſt Athanaſii ex Matth. VI. 25. ſeqq. deductum Orat. III. adverſ. Arian. f. m. 396.

§. 21. *Effectus* omnium nobiliſſimus ſunt Angeli & homines. *Angelorum*, ut diſtincte loquamur, (1) *Nomina* obſervanda ſunt. Dicuntur ἄγγελοι, *nuncii*, ab officio annunciandi, quo funguntur. Πολύσημος vox eſt. Nam & Joannes Baptiſta ſic dictus eſt; *Nec novum eſt Spiritui ſancto, angelos appellare eos, quos Miniſtros ſuæ virtutis præfecit Deus*; ait Tertul. c. 9. ad ℣. Jud. Et quia Diabolus quoq; ſuos habet Angelos Matth. XXV 41. ideoque diſcriminis ergo additur, Angeli *Dei* Matth. I. 24. II. 13. &c. *ſancti*: Matth. XXV. 31. *Cæleſtes*. XXIV. 36. Sunt, qui alia quoque nomina Angelorum in Evangeliis extare putant: Sandius interp. ad Matth. VIII. 8. ad verba Centurionis: εἰπὲ μόνον λόγῳ, ſomniat, ſermonem eſſe Centurioni de Angelo aliquo mittendo: q. d. *Dic ſaltem verbo tuo; i. e. manda ſolummodo Spiritui ſancto cuidam, vel Angelo, aut virtuti; ut procedat, vadat, ſive exeat à te, ad ſanandum puerum meum, & ſanabitur.* &c. Probat explicationem ex v. 9. Quod Centurio ratiocinetur à minori ad majus: ego homo, ſub altiori licet poteſtate conſtitutus, tamen imperare poſſum ſervis, ita, ut mandatis meis pareant; quanto magis Tu imperare potes Angelis tuis tibi ſubditis, ut mandata tua exſequantur; Sicut locum explicent, Chryſoſtomus, Origenes, Hieronymus. Adde Luc. VII. 7. ℟. Angelos in ſcriptura ſacra dici λόγους rationes, ſeu ſermones, probari non poteſt. Eſto,

unde *Angeli*: quorum nomina.

V u Pla-

Digitized by Google

Platonicos & Platoniſſantes nonnullos Patres (quos in diſſert. de τῦ λόγῳ adducit Sandius) ſic iſtos vocaſſe; quale autem verbum Centurio intellexerit, videre eſt ex reſponſo Chriſti, quod petito Centurionis dedit Matth. VIII. 13. nempe verbum mandati & promiſſionis: *vade, & ſicut credidiſti fiat tibi.* Hoc enim audito diſceſſit Centurio, & ſervum ſuum reſtitutum invenit. Unde Vatablus: *Dic verbo*) *Dic verbum. i. e. jube.* Hebr. Ratiocinatio Sandii non probat λόγον ſignificare Angelum aliquem, ut quidem Patres ab ipſo allegati interpretentur. Hi enim per λόγον intelligunt *mandatum* Chriſti ad Angelos ſuos, non autem ipſum *Angelum* aliquem. Audi enim verba Chryſoſtomi in ὑποδείγει: *ſic & tu; quamvis ſub poteſtate Patris, habes tamen poteſtatem jubendi Angelis tuis.* Et Origenes: *tantum dic verbo, oſtende abſens corpore, quod præſens Spiritu conſummare potes*: Et paulo poſt: *Tu mandas, quod & ſtatim completur. Quod autem mandas, & dicis, fit & ſine mora perficitur.* Et Hieronymus ait, pelli morbos *& verbo Domini, & miniſteriis Angelorum.* Ecce, diſtinguit inter *verbum Domini*, & inter *Angelos*, eorumque miniſteria; & Origenes explicat, quod illud verbum ſit, nempe *mandati*, ut *fiat* petitum: profectum ex *poteſtate mandandi*, uti loquitur Chryſoſtomus. Taceo, quod in melioribus exemplaribus Matth. VIII. 8. verba ſic habeant: μόνον εἰπὲ λόγον, in caſu accuſativo, qui rem denotat, non perſonam. Quare comparatio, ſive ratiocinatio ita optime inſtitui poteſt: quod ego dico, ſeu impero, nempe ſervis meis, id fit. E. multo magis fiet, quod tu imperaveris morbo, nempe ut cedat; & ſanitati, ut redeat. Quid enim cogit, Angelos intelligi? Annon & mari & ventis &c. Chriſtus imperavit, & paruerunt? Similis perverſio eſt, cum Matth. XXIV. 30. verba Chriſti: *cum virtute multa*; ita explicat: *cum multis ſanctis Angelis.* Etiamſi enim Chriſtus venturus ſit *in gloria Patris cum Angelis ſuis*; Matth. XVI. 27. Marc. VIII. 38. *in ſua gloria, & omnes Angeli ejus cum ipſo.* Matth. XXV. 31. *in gloria ſua, Patris, & Angelorum ſuorum.* Luc. IX. 26. Et *virtutes ſint certus ordo ſanctorum ſpirituum*: quod rationis loco addit: Attamen exinde non conficitur, per *virtutem* h. l. intelligendos eſſe Angelos. Dicitur enim cum *virtute* in ſingulari, non cum *virtutibus* in plurali

plurali. Dicitur: in gloria cum Angelis ſuis; non in gloria cum virtute, quæ Angeli; In epiſtolis Paulinis Angeli quidem ſunt virtutes; ſed non omnes virtutes ſunt Angeli. Tales explicationes ſimiles ſunt illis, quas refutat Hieron. ad Matth. VI, 26. dum erant, qui per *volatilia cæli* intelligerent ſanctos Angelos: *Sunt enim quidam, qui, dum volunt terminos Patrum excedere, & ad alta volitare, in ima merguntur, volatilia, dicentes, cæli angelos eſſe, cæteraſq; in Dei miniſterio fortitudines, quæ absque cura ſui Dei alantur providentia. Si hoc ita eſt, ut intelligi volunt: quomodo ſequitur ad homines: Nonne vos magis pluris eſtis illis? ſimpliciter ergo accipiendum, quaſi volatilia absq; cura & ærumnis Dei aluntur Providentia, quæ hodie ſunt & cras non erunt: quorum anima mortalis eſt, & cum eſſe ceſſaverint ſemper non erunt: quanto magis homines, quibus æternitas promittitur, Dei reguntur arbitrio?* Et alii, quam invenimus apud Cæſarium Nazianzeni fratrem, & poſtea apud alios, Theophylactum, Euthymium &c. cum per *ſtellam*, quæ Magis apparuit, Matth. II. 2. intelligunt Angelum aliquem, id quod Theophylactus poſt Chryſoſtomum in c. II. Matth. Hom. VI. & VII. inde probare voluit, *quod & per diem fulſerit; & ad motum Magorum ſe commoverit, & ad quietem eorum conquieverit.* Richardus Montacutius in *Exerc.* II. 101. p. l. in dubio relinquit ſententiam. Sed rationes Chryſoſtomi, aut Theophylacti non convincunt, ſtellam iſtam fuiſſe Angelum. Conſtanter enim dicitur *ſtella*, nunquam *Angelus*; Neque plus efficiunt rationes, quam extraordinariam ſtellam, vel ſaltem ejus motum inſolitum & divinitus directum fuiſſe; ſicut creaturæ etiam irrationales Deo parent; non vero præciſe Angelum fuiſſe, vel Angeli involucrum.

Eſſentia.

§. 22. (2) *Eſſentia* Angelorum eſt *ſpiritualis.* Patet ex verbis expreſſis. Matth. VIII. 16. vocantur *ſpiritus*; ubi mali quidem Angeli intelliguntur, ſed quia hæc vox ſpecies eſt, ideoque utrisque, etiam bonis Angelis, competit. Incorporei igitur & hi ſunt. Nam Spiritus non habet carnem & oſſa. Luc. XXIV. 39. Confirmatur obſeſſione hominum. Nam in uno homine legio Angelorum etſi malorum fuit. Marc. V. 9. Luc. VIII. 30. quod fieri non potuiſſet, ſi corporei ipſi fuiſſent. Apparuerunt quidem aliquando, ſed ſpecies erat aſſumpta, non propria, vel eſſentialis. Innuitur voce apparere, quippe quæ

Digitized by Google

ſubinnuit, inviſibiles alias, & in ſeſe eſſe, nec apparere, niſi cum corpora aſſumpſerint. Diverſæ autem erant ſpecies, in quibus apparuerunt. Interdum *in figura caſtrorum & exercitus*, qua conſpecti ſunt, nato Deo exercituum. Luc. II. 13. ſicut apparituri ſunt etiam in die extremo, & ſingulis momentis apparere poterant. Matth. XXVI. 53. Interdum *in illuſtri ſplendore juvenum candidatorum*. Cum Chriſtus ex mortuis reſurrexiſſet aderat Angelus è cœlo, qui magnifica ſui ſpecie cuſtodes ita perterrefecit, ut attoniti diffugerent. Movit ille de ſepulchri ore lapidem, & conſedit ſuper ipſo. Aſpectus ipſius erat ſicut fulgur, & veſtimentum candidum ſicut nix. Matth. XXVIII. 2. ſeqq.: ſic & fœminis apparuerunt, inſtar virorum, innuentes, virum Dominum Chriſtum, mortis victorem & triumphatorem; ſedentes, ad indicandum vigorem Chriſti reſuſcitati, & futuram ſeſſionem ad dextram Dei; in ſtola candida, quod ſacerdotum inſigne eſt. Marc. XVI. 5. Act. I. 10.

Affectiones. §. 23. *Affectiones* ſunt: *veritas*, in qua creati ſunt. Joh. VIII. 44. Eſt autem ea veritas perfectio & integritas erga Deum, ſpiritibus illis concreata & connaturalis: conſiſtens in vera fide ac obedientia erga Deum; in ſapientia atque juſtitia, tanquam imagine divina; In *ſanctitate*, à qua dicuntur ſancti Angeli. Matth. XXV. 31. Optime Baſil. in Pſalm. XXXII. 6. Αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεπέφερον; οὐ γὰρ νηπιοκτισθέντες οἱ ἄγγελοι: εἶτα τελειωθέντες τῇ κατ' ὀλίγον μελέτῃ τῆς οὐσίας αὐτῶν συγκαταβληθεῖσαν, ἔχον τὴν ἁγιότητα. Διὸ καὶ δυσμετάθετοί εἰσι πρὸς κακίαν: εὐθὺς οἱονεὶ βαφῇ τινι, τῷ ἁγιασμῷ στομωθέντες, καὶ τὸ μόνιμον εἰς ἀρετὴν τῇ δωρεᾷ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔχοντες: *Sanctificationem ipſis Spiritus Sanctus contulit. Non enim infantes creati ſunt angeli, deinde paulatim exercitio perfecti, ſic ad ſpiritum ſuſcipiendum digni facti ſunt, ſed in pia compage, & veluti maſſa ſubſtantiæ ipſorum ſanctitatis primordia ſimul acta habuerunt. Quapropter etiam ægrè ad malitiam tranſire poſſunt: ſtatim ſanctificatione veluti tinctura quâdam corroborati, & ſtabilitatem ad Virtutem ex dono Spiritus Sancti habentes.* *Pietas* in Deum, & *charitas* in homines. Nam gaudent de peccatore pœnitentiam agente. Luc. XV. 7. *Sapientia*, quia quædam hominum cogitata conjicere & noſſe poſſunt ex factis externis. Angelus enim, qui ad pedes ſepulchri ſedens mulieres conſpexerat, ait: nolite timere; Scio enim, quod

quod Jeſum quæratis Nazarenum, illum olim crucifixum &c. Matth. XXVIII. 5. Marc. XVI. 6. Eo reſpicit Chriſtus, quando Math. XXIV. 36. ait, ne Angelos, quidem ſcire diem judicii extremi, q. d. qui tamen tam ſapientes ſunt ſpiritus. Eo ipſo autem innuit, quod ſcientia Angelica ſuos habeat limites; & pendeat in quibusdam ex immediata vel mediata revelatione Dei. Certè ex Propheticis ſcripturis myſteria fidei & ipſi hauriebant, quod docent ipſorum verba, ex Prophetis mutuo accepta. *Immortalitas.* Luc. XX. 36. Dicuntur enim beati aliquando non poſſe mori, eo quod Angelis ſint ſimiles. *Conſtantia in beatitudine.* Nam ſemper vident faciem Patris noſtri cœleſtis. Matth. XVIII. 10. Quomodo autem videant faciem Patris cæleſtis diſputat Theodoretus dial. I. tom. IV. opp. f. 14. Alia ipſorum attributa colligas

§. 24. (4) *Ex operibus ipſorum.* Nam *divinis diſpenſationibus miniſtrant,* ait Theodor. lib. V. hæret. fab. c. 7. explicans dictum Math. XVIII. 10. Iſta autem referuntur vel ad Deum, vel ad homines: Ad *Deum*, quippe coram quo ſtant, exſpectantes ipſius mandata. Luc. I. 19. Dan. VII. 10. Voluntatem ipſius & myſteria hominibus annunciant, ut Gabriel Meſſiæ incarnationem Luc. I. 25. II. 20. ſeqq. Beneficia ipſius & admiranda prædicant, quale quid fecerunt, nato Chriſto, quaſi quoddam *ἐπινίκιον* concinentes, ſicut victores capta præda. v. 13. Eidem inſervierunt, cum Sathanas tentator ab ipſo receſſiſſet. Matth. IV. 11. Et apparuit quidam ex ipſis, qui ad montem oliveti luctantem confortaret. Luc. XXII. 43. Ad *hominem:* vel quoad animam, vel quoad corpus, vel quoad utrumque; animam, ut eſt revelatio divinæ voluntatis, & myſteriorum. Angelus fuit, qui Zachariæ ortum Johannis Baptiſtæ indicavit; Luc. I. 13. qui Mariæ imprægnationem extraordinariam denunciavit. v. 27. qui paſtoribus Meſſiæ nativitatem manifeſtavit. Luc. II. 10. qui mulieribus & Apoſtolis reſurrectionem Chriſti intimarunt. Matth. XXVIII. 3. 4. ſeqq. Marc. XVI. 5. ſeqq. Luc. XXIV. 6. 7. Qui reditum ex cœlo ad judicium prædixerunt. Actor. I. 10. Qui animam Lazari. i. e. pie defunctorum deportant in ſinum Abrahæ Luc. XVI. 26. *Corpus*; Nam Angelus fuit, qui juſſit Joſephum fugere cum ſua Maria & nutritio puerulo. Matth. II. 13. redire. v. 19. habitare in loco tuto. v. 22. 23. Qui aquam Opera.

Betheſdanam movit, in gratiam ægrorum, ut reconvaleſcerent. Joh. V. 4. Angeli ſunt, qui cuſtodiunt infantes & puſillos, ne quod damnum capiant. Matth. XVIII. 10. *An autem ſingulis hominibus ſinguli Angelorum deputati ſint, tanquam cuſtodes?* Ex hoc loco non poteſt deduci. Loquitur enim de pluribus Angelis, etſi pluribus quoq; infantibus deſtinatis: *verba non cogunt, ait Catharinus, & à Cajetano hæc profecta ſunt: Nota, quod non dicit, Angeli ſinguli eorum, ſed dicit: Angeli eorum. Ex hoc enim textu non habetur, ſingulos homines, aut etiam ſingulos puſillos, credentes in Chriſtum, de quibus loquitur textus ad literam, habere ſingulos angelos, ſed ſolum eos habere Angelos beatos: ad quorum verificationem non exigitur ſingulos ſingulorum eſſe Angelos, ſed ſufficit, multos eſſe Angelos eorum:* Ita Montac. Orig. part. 2. n. 64.

Individua. §. 25. Unius nomen exprimitur, nempe *Gabrielis*. Sic ille dicitur à robore Dei; ille ipſe eſt qui olim Danieli revelavit LXX. ſeptimanas, & complementum Zachariæ. Dan. IX. 21. Luc. I. 13. ſeqq. Is ipſe eſt, qui Mariæ impraegnationem intimavit; *Cubiculi Mariæ janitor, Cunarum Domini cuſtos, infantis Chriſti gerulus:* deſcribente Hieronymo epiſt. 48. ad Sabin. Putat Origenes hunc ipſum fuiſſe, qui paſtoribus Bethlehemiticis ad turrim Eder conſpectus eſt, cum Meſſias eſſet natus. Luc. II. 9. Ex eminentioribus Angelorum ipſum eſſe, colligunt nonnulli ex Luc. I. 19. dum *ſtare* dicitur coram Deo. Id certum eſt, quod inter Angelos ſint *diſtincti ordines*. Quod deducitur ex Math. XII. 24. Joh. XII. 31. XIV. 30. Mali enim Angeli inter ſeſe habent aliquem *ſupremum*, quem Beelzebub vocabant Judæi, ſeu aliquem *principem*, ut ipſe Chriſtus vocat; Quis igitur negaverit & bonos Angelos Dei, qui ordinis Deus eſt, ſupra ſeſe habere ſuos principatus & poteſtates? Diſtributi ſunt Angeli in aciem ſuam & militiam. Luc. II. 13. in qua ſunt legiones. Ergo etiam duces legionum.

& ordines explicantur.

& homines. §. 26. Poſt Angelos creatus eſt *homo*. Nam ab initio Deus creavit hominem, maſculum & feminam Gen. I. 27. allegante Chriſto. Matth. XIX. 4. 5. Creavit autem ad ſui imaginem, quæ conſiſtebat in ſapientia mentis, & ſanctimonia voluntatis. Colligitur ex verbis Dei & Adami Gen. II. 24. Matth. XIX. 5. Nam quæ verba Deo tribuit Chriſtus, ea Adamo tribuit Moſes, ut doceretur, Deum per Adamum ea protuliſſe, adeoque Adamum ſapientia divina fuiſſe colluſtratum.

Simul

Digitized by Google

Simul autem indicatur ſanctimonia voluntatis, dum amore conjugali ſe invicem proſequebantur mas & fæmina. Quo ipſo confutatur delirum dogma Origenis, & aliorum, qui cenſent, animas in cœlo lapſas cum malis Angelis pœnæ loco in corpora detrudi, ſimiles filio perdito, qui peregre abiit.

§. 27. Creationem ſequitur (II) *Providentia*, Cujus 1. *exiſtentia* non eſt cur in dubium vocetur. Nam Pater cœleſtis, & ipſius Filius, à prima creatione usque huc operantur, ut ait ipſe Filius Judæis, operationem ipſius, die Sabbathi factam, calumniantibus. Joh. V. 15. Provocat idem ad volatilia cœli, quos Deus nutriat, & flores agri, quos idem veſtiat; quanto magis homines ad ſui imaginem creatos? Matth. VI. 26. *Simpliciter ergo accipiendum: quod ſi Volatilia absq; cura & ærumnis Dei aluntur providentia, quæ hodie ſunt, & cras non erunt: quorum anima mortalis eſt: & cum eſſe ceſſaverit, ſemper non erunt: quanto magis homines, quibus æternitas promittitur, Dei reguntur arbitrio?* Patet hinc (2) *Objectum*: res nimirum etiam minimæ, quales ſunt pili capitis, & paſſerculi. Matth. X. 30. 31. vide Juſtin. Martyr. quæſt. Orth. CXLVI. Hieron. ad l. c. quanto magis igitur homines curabit? Sunt autem hominum alii pii, alii impii. Pios orantes exaudit & eripit ex periculis. Luc. XVIII. 7. humiles exaltat. Luc. I. 51. Etſi ſuis quoque *mediis* utatur. Matth. II. 13. 14. Deus puerum Jeſum ſervat, ſed per Joſephum: Eundem ſervabat jam adultiorem, & in officio conſtitutum per fautores, quos ipſi conciliabat; Centurionem apud Romanos. Matth. VIII. 5. Regium in aula Herodis. Joh. IV. 54. Jairum Archiſynagogum apud Judæos. Luc. VIII. 41. Imprimis autem *fidei* magna vis eſt. Matth. XIV. 23. Marc. VI. 47. Joh. VI. 16. ſumma erat tempeſtas, cum Chriſtus adeſſet ſuis diſcipulis, & Petrum faceret ambulare ſuper mari, ſed credentem; ubi enim cœpiſſet vacillare, mergebatur. Matth. XXI. 33. Marc. XII. 1. Luc. XX. 9. comparatur Deus homini, qui Eccleſiam Judaicam veluti vineam plantaverit, ſepe circumdederit, torcular in ea foderit, turrim ædificarit, agricolis eam elocarit, ſervos miſerit, qui de fructibus acciperent, denique ipſum filium ablegarit, qui vineam viſitaret. *Impiorum* autem *conſilia peſſima in optimum finem convertit*. Math. XXI.

42. Marc.

Betheſdanam movit, in gratiam ægrorum, ut reconvaleſcerent. Joh. V. 4. Angeli ſunt, qui cuſtodiunt infantes & puſillos, ne quod damnum capiant. Matth. XVIII. 10. *An autem ſingulis hominibus ſinguli Angelorum deputati ſint, tanquam cuſtodes?* Ex hoc loco non poteſt deduci. Loquitur enim de pluribus Angelis, etſi pluribus quoq; infantibus deſtinatis: *verba non cogunt, ait Catharinus, & à Cajetano hæc profecta ſunt: Nota, quod non dicit, Angeli ſinguli eorum, ſed dicit: Angeli eorum. Ex hoc enim textu non habetur, ſingulos homines, aut etiam ſingulos puſillos, credentes in Chriſtum, de quibus loquitur textus ad literam, habere ſingulos angelos, ſed ſolum eos habere Angelos beatos: ad quorum verificationem non exigitur ſingulos ſingulorum eſſe Angelos, ſed ſufficit, multos eſſe Angelos eorum:* Ita Montac. *Orig.* part. 2. n. 64.

Individua.

§. 25. Unius nomen exprimitur, nempe *Gabrielis*. Sic ille dicitur à robore Dei; ille ipſe eſt qui olim Danieli revelavit LXX. ſeptimanas, & complementum Zachariæ. Dan. IX. 21. Luc. I. 13. ſeqq. Is ipſe eſt, qui Mariæ imprægnationem intimavit; *Cubiculi Mariæ janitor, Cunarum Domini cuſtos, infantis Chriſti gerulus.:* deſcribente Hieronymo epiſt. 48. ad Sabin. Putat Origenes hunc ipſum fuiſſe, qui paſtoribus Bethlehemiticis ad turrim Eder conſpectus eſt, cum Meſſias eſſet natus. Luc. II. 9. Ex eminentioribus Angelorum ipſum eſſe, colligunt nonnulli ex Luc. I. 19. dum *ſtare* dicitur coram Deo. Id certum eſt, quod inter Angelos ſint *diſtincti ordines*. Quod deducitur ex Math. XII. 24. Joh. XII. 31. XIV. 30. Mali enim Angeli inter ſeſe habent aliquem *ſupremum*, quem Beelzebub vocabant Judæi, ſeu aliquem *principem*, ut ipſe Chriſtus vocat; Quis igitur negaverit & bonos Angelos Dei, qui ordinis Deus eſt, ſupra ſeſe habere ſuos principatus & poteſtates? Diſtributi ſunt Angeli in aciem ſuam & militiam. Luc. II. 13. in qua ſunt legiones. Ergo etiam duces legionum.

& ordines explicantur.

& homines.

§. 26. Poſt Angelos creatus eſt *homo*. Nam ab initio Deus creavit hominem, maſculum & feminam Gen. I. 27. allegante Chriſto. Matth. XIX. 4. 5. Creavit autem ad ſui imaginem, quæ conſiſtebat in ſapientia mentis, & ſanctimonia voluntatis. Colligitur ex verbis Dei & Adami Gen. II. 24. Matth. XIX. 5. Nam quæ verba Deo tribuit Chriſtus, ea Adamo tribuit Moſes, ut doceretur, Deum per Adamum ea protuliſſe, adeoque Adamum ſapientia divina fuiſſe colluſtratum.

Simul

Digitized by Google

Simul autem indicatur ſanctimonia voluntatis, dum amore conjugali ſe invicem proſequebantur mas & fæmina. Quo ipſo confutatur delirum dogma Origenis, & aliorum, qui cenſent, animas in cœlo lapſas cum malis Angelis pœnæ loco in corpora detrudi, ſimiles filio perdito, qui peregre abiit.

§. 27. Creationem ſequitur (II) *Providentia*, Cujus I. *exiſtentia* non eſt cur in dubium vocetur. Nam Pater cœleſtis, & ipſius Filius, à prima creatione usque huc operantur, ut ait ipſe Filius Judæis, operationem ipſius, die Sabbathi factam, calumniantibus. Joh. V. 15. Provocat idem ad volatilia cœli, quos Deus nutriat, & flores agri, quos idem veſtiat; quanto magis homines ad ſui imaginem creatos? Matth. VI. 26. *Simpliciter ergo accipiendum: quod ſi Volatilia abſq; cura & ærumnis Dei aluntur providentia, quæ hodie ſunt, & cras non erunt: quorum anima mortalis eſt: & cum eſſe ceſſaverit, ſemper non erunt: quanto magis homines, quibus æternitas promittitur, Dei reguntur arbitrio?* Patet hinc (2) *Objectum*: res nimirum etiam minimæ, quales ſunt pili capitis, & paſſerculi. Matth. X. 30. 31. vide Juſtin. Martyr. quæſt. Orth. CXLVI. Hieron. ad l. c. quanto magis igitur homines curabit? Sunt autem hominum alii pii, alii impii. Pios orantes exaudit & eripit ex periculis. Luc. XVIII. 7. humiles exaltat. Luc. I. 51. Etſi ſuis quoque *mediis* utatur. Matth. II. 13. 14. Deus puerum Jeſum ſervat, ſed per Joſephum: Eundem ſervabat jam adultiorem, & in officio conſtitutum per fautores, quos ipſi conciliabat; Centurionem apud Romanos. Matth. VIII. 5. Regium in aula Herodis. Joh. IV. 54. Jaïrum Archiſynagogum apud Judæos. Luc. VIII. 41. Imprimis autem *fidei* magna vis eſt. Matth. XIV. 23. Marc. VI. 47. Joh. VI. 16. ſumma erat tempeſtas, cum Chriſtus adeſſet ſuis diſcipulis, & Petrum faceret ambulare ſuper mari, ſed credentem; ubi enim cœpiſſet vacillare, mergebatur. Matth. XXI. 33. Marc. XII. 1. Luc. XX. 9. comparatur Deus homini, qui Eccleſiam Judaicam veluti vineam plantaverit, ſepe circumdederit, torcular in ea foderit, turrim ædificarit, agricolis eam elocarit, ſervos miſerit, qui de fructibus acciperent, denique ipſum filium ablegarit, qui vineam viſitaret. *Impiorum* autem *conſilia peſſima in optimum finem convertit.* Math. XXI.

42. Marc.

Providentia.

42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Judæi proceres rejiciunt Chriſtum lapidem ſalutis & Eccleſiæ, hoc ipſo vero, Deo faciente, factus eſt ipſe in caput anguli, dum evaſit fundamentum Eccleſiæ ex Judæis & gentilibus colligendæ: Id quod mirabile viſum eſt piis & fidelibus: Matth. XXVII. 62. ſeqq. Principes ſacerdotum & Phariſæi Pilatum compellant, ut miſſis cuſtodibus curaret ſepulchrum defuncti Jeſu obſervari, ne diſcipuli veniant noctu, indeq; ipſum auferant, dicantq;, à mortuis eum reſurrexiſſe; Id quod etiam à Pilato impetrarunt. Miſit enim cuſtodes, & Judæi ipſi ſepulchrum Synedrii & Pilati ſigillis obſignarunt. Hoc vero eo faciebat, ut cogerentur fateri deinde, Jeſum à diſcipulis non eſſe ablatum, utpote tam ſolicitè cuſtoditum. Superbos deprimit. Luc. I. 51. crudelibus & infeſtis pœnas irrogat. Luc. VII. 50. 51. Chriſtus comminatur Judæis Propheticidis & Apoſtolicidis vindictam divinam, irrogandam homicidis propter innocentem, quem à temporibus Abel, in hunc usque diem, fudiſſent ſanguinem piorum, imprimis Dei miniſtrorum. Matth. XXII. 7. Servicidis immittit exercitum, qui crudeles homines perdat, & civitatem accendat.

Cultus religioſus.

§. 28. *Cultus religioſus.* Cui debeatur hic, ex ſcripturis ſacris diſcendum eſt. Nam Matth. IV. 9. 10. cum diabolus peteret à Chriſto ſeſe adorari, Chriſtus regerit ex ſcripturis Deut. VI. 13. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Joh. IV. 22. Idem refutat adorationem Samaritanorum, i. e. totum cultum, quem Deo ſeſe præſtare credebant, ex eo fundamento, quod adorarent ſibi ignotum, deſtituti verbo & mandato divino; cum contra Judæi recte adorarent verbum revelatum ſequentes. Ex verbo Dei eſt fides, quæ præcedere debet omnem cultum divinum. Joh. IV. 23. Debemus enim Deum adorare in ſpiritu & veritate, nempe vera fide, ſincero cordis affectu, & virtutibus à ſpiritu ſancto excitatis: ſecus ac perverſi Judæi faciebant, cæremoniis ſuis confiſi, & Samaritani hypocritæ. Ex verbo autem Dei diſcimus, ſolum Deum religioſè eſſe adorandum, nempe ex illo Deut. VI. 13. deducente Juſtino Martyre Apol. II. f. m. 49. *Quia, niſi ſolus colatur, iſte non colitur*, dicente Auguſt. lib. 1. de conſ. Evang. cap. 19. confer Hilarium comm. in Matth. l. c.

Digitized by Google

Art. V.

De

LAPSU QUORUNDAM ANGELORUM, ET HOMINUM.

Argumentum:

D*Iabolus eſt cauſſa principalis ſui peccati.* 1. *Nomina ejus recenſentur.* 2. *Exiſtentia probatur.* 3. *Eſſentia eſt ſpiritualis.* 4. *Diviſio dæmonum.* 5. *Affectiones & opera.* 6. *Referri poſſunt ad cædem & mendacium.* 7. & 8. *Loca ipſorum.* 9. *Potentia & ſcientia ſunt limitata.* 10. *Remedia perſonalia & realia.* 11. *Cautelæ.* 12. *Autor fuit homini, ut peccaret, non Deus.* 13. *Peccati ratio formalis.* 14. *Dividitur in Originale & actuale.* 15. *Actualia ſubdividuntur.* 16. *Effectus & pœnæ.* 17.

§. 1.

OMnes Angeli, adeoque etiam illi, qui Dæmones evaſerunt, creati ſunt in *veritate* perfectionis ac integritatis erga Deum, fidei ac obedientiæ, ſapientiæ & juſtitiæ, & reliquorum donorum ſanctiſſimorum & excellentiſſimorum concreatorum. Joh. VIII. 44. Sed in iſta veritate non, ſicut quidem debebant, & poterant per vires concreatas, vid. Baſil. in Pſal. XXXII. 6. perſtiterunt, ſponte ſua per ſuperbiam converſi ad *mendacia & cædes*, i. e. omnis generis vitia, per quæ non ſteterunt in veritate concreata. *Diabolus bonus creatus eſt, volens autem ad vitium deflexit.* Ita Theodoret. lib. V. fab. hæret. c. 8. f. 271. Deus igitur, ipſorum creator, non eſt in cauſſa, quippe qui omnia bona, & bene, adeoque etiam Angelos, creavit; ſecus ac Manichæi olim blaſphemarunt, docentes, quod duo omnium rerum principia ſint, bonum bonarum, malum malarum, in quibus etiam dæmones ſint, à ſuo ipſi Patre mali creati; Abuſi dicto Joh. VIII.

Digitized by Google

44. ubi dicitur : ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, *quod mendax ſit, ſicut & pater ejus*, ſcil. mendax eſt, Manichæis explicantibus, quaſi Diabolus habuerit Patrem mendacem : ſed ita explicandum eſſe dictum negat Cyrillus comm. ad l. c. ratione reddita (1) *In ſacris enim diviniſq; monumentis nihil tale quiſquam legerit : at pro fide nequaquam ſuſcipi debet , quod in ſcripturis divinitus inſpiratis dictum non ſit.* (2) quia qui primus peccavit dicitur homicida eſſe ; qui igitur vinctus fuerit prius, quam hominem ſeduceret ἀνθρωποκτόνος ? Errat tamen & ipſe Cyrillus, dum per homicidam iſtum, & mendacem intelligit Cainum : & per patrem ejus diabolum. *Ille* ipſe enim, qui eſt diabolus, dicitur homicida ab initio ; & merito. Nam fecit, ut primus homo morte moreretur, quod in Cainum non cadit, quippe qui non fuit is homicida ab initio ; Sed nec *mendax* ab initio : neque ex *proprio* mentitus ; *Cum igitur loquitur mendacium, ex propriis loquitur : hoc eſt, homines quidem mendacio uſi, quaſi re aliena utuntur eo. Diabolus autem cum mendacio utitur , re propria utitur. Nam ipſius eſt proles, & ipſe proprie mendax, & pater ejus, hoc eſt , mendacii ipſe eſt Pater. Dixit enim ad Hevam, quacunque die comederitis, eſtis ſicut Dii. At hi mortem magis vindemiarunt.* ita Theoph ad Joh. VIII. 44. f. m. 686.c. *Ex proprio ergo* mentitur diabolus, cum mentitur, ſeipſe nimirum & alios ſeducens, & nemine impellente *non ſtetit* in veritate, ſecus ac homines, qui à dæmone perſuaſi, & impulſi peccarunt, & ceciderunt. Theodoretus, de Diabolo & dæmonibus diſputans adverſus Marcionem, Cerdonem, Manetem, argumentum ſumit à minis Dei adverſus ipſum : *ſufficiunt autem minæ ipſi intentata ſupplicii, ut improbitatem ſponte ſuâ elegiſſe oſtendant. Juſti enim Dei proprium non eſt, eum punire, qui neceſſitate malus ſit.* f. 271. Et à condemnatione ipſorum , futura , & promulganda aliquando in die extremo, ut probet, non eſſe ipſos malos ab initio creatos. Matth. XXV. 41. Confirmatur ex Joh. VIII. 44. ubi Chriſtus diabolum arguit apoſtaſias, (ἄρχοντα ἀποστασίας *principem defectionis*. Theodor. l. c. appellat.) non facturus id, niſi diabolus potuiſſet, & debuiſſet, ſtare in concreata perfectione. conf. 2. Pet. II. 14. Idem Theodoretus l. c. confirmat ex ipſa dæmonum confeſſione, ſcientium , fore tempus , cum torquebuntur.

Digitized by Google

tur. Matth. VIII. 29. Addit Jeſaiæ. XIV. 9. Ezech. XXVIII. 12. ſeqq.

§. 2. *Nomina* ſua habent. Vocantur *Angeli*, nuncii, quondam quidem Dei ſui creatoris, eo fine creati, ut DEO miniſtrarent, in mandatis ipſius expediendis; ſed poſtea Diaboli, principis ſui, quem deſciſcendo ſecuti ſunt, Angeli. Unde dicuntur Math. XXV. 41. (Vid. Tert. Apol. c. 22.) *Diaboli Angeli*: contra diſtincti *Angelis Dei.* Matth. XXII. 30. Domini. I. 20. 24. Chriſti. XVI 27. Dicuntur etiam *Dæmones.* Matth. VIII. 31. Marc. V. 12. q. d. ſcioli, qui magnam ſcientiam & ſapientiam ſibi arrogant; Item *Dæmonia* Matth. VII 22. Quod diminutivum à dæmon eſſe, docet Tertul. Apol. c. 32. *Neſcitis, genios Dæmonas dici, & inde diminutiva vox Dæmonium.* Item Sathanas; Matth. XII. 26. *Quivis enim Spiritus, qui in Dæmonum numero cenſetur, ut Diaboli Filius Satanas nuncupatur, juxta dictum Chriſti noſtri ſervatoris: Si ergo Satanas Satanam ejicit, adverſus ſe diviſus eſt.* Cyr ad Joh. VIII. 44. An & *volatilia cœli* dicantur? Marc. IV. 4. 15. affirmamus. Nam ipſe Chriſtus ita explicat; Sicut volatilia cœli devorant & auferunt ſemina, juxta viam cadentia; ſic Sathanam eripere quibusdam hominum ſemen verbi divini. An & *montes* Math. XXI. 21.? Affirmat Hieronymus comm. ad l. c. ſed nulla urget neceſſitas, ut à litera, ſaltem in tantum, recedamus. Collectivum nomen eſt legio. Quæſitus enim dæmon à Chriſto: quod nomen eſt Tibi? reſpondit: legio; plures enim noſtrum ſunt. Marc. V. 9. Nomina.

§. 3. *Exiſtere* dæmonas olim quidem negarunt Sadducæi, ſed affirmativa ex hiſtoria Evangelica ſatis patet. Cum Chriſtus aliquando in fines Gadarenorum perveniſſet, exhibuit ſuis diſcipulis duos dæmoniacos, & in his aliquem inſigniter furioſum, ut exiſtentiam, malitiam, potentiamque dæmonum doceret. Matth. VIII. 28. Marc. V. 1. Luc. VIII. 26. ſeqq. confer. Juſtin. quæſt. & R. 41. Exiſtentia.

§. 4. *Eſſentia* Spiritus ſunt, quod non ſolum expreſſum *nomen*, Spiritus, Matth. VIII. 16. X. 1. ſed etiam *opera* demonſtrant; Nam in unico homine vel legio dæmonum eſſe poteſt, & operari varia, quæ nonniſi Spiritus præſtare poſſunt; de quibus operibus paulo poſt. Eſſentia.

Diviſio. §. 5. *Dividuntur* ratione ordinis, vel dignitatis, in principem, & principi ſubordinatos. Sunt enim *legio*, in qua certus quidam ordo eſt, ducis, & inferiorum militum; Marc. V. 9. Clarius exprimitur iſte ordo Matth. IX. 34. XII. 24. Marc. III. 22. dum ſit mentio *principis* dæmoniorum, qui & *princeps hujus mundi* Joh. XII. 31. XIV. 30. XVI. 11. appellatur: & *princeps mali generis* Tertull. Apol. cap. 22. Alio nomine dicebatur *Beelzebub.* Matth. X. 25. XII. 24. q. d. Dominus muſcarum, *à muſcis* ſic dictus *quæ ad multitudinem ſacrificiorum advolabant*, uti explicat Ribera Jeſuita ad Apoc. II. p. 41. & aptè! comparat cum B. Maria virgine, quæ & ipſa à diverſis locis cultus ſui diverſa nomina ſortiatur. Hieron. ad Matth. X. 25. paulo aliter explicat: *Beelzebub, idolum eſt Acaron, quod vocatur in Regum volumine idolum Muſca. Beel, ipſe eſt Bel ſive Baal: Cebub autem muſca dicitur. Principem ergo Dæmoniorum ex ſpurciſſimi idoli appellabant vocabulo: qui muſca dicitur propter immundiciam, quæ exterminat ſuavitatem olei.* Quidquid ſit, id ſaltem certum eſt, quod inter Dæmonas aliquis ſit eminentiſſimus, & reliqui ipſi ſobordinati: *Caput & Princeps Dæmonum eſt Beelzebub & ſingulæ eorum turmæ habent capita, & Principes ſuos, v. g. Spiritus fornicationis habet præpoſitum ſuum, it. Spiritus avaritiæ, vanæ gloriæ, mendacÿ, infidelitatis.* Ita Hieron. ad Habac. III. Idem princeps etiam *Diabolus* nuncupatur à calumniis, quibus Deum apud homines; & hos apud iſtum traducit. Matth. IV. 1. 5. 8. *Ille & Deum apud homines criminatus eſt, Hevæ dicens: invidens vobis, prohibuit vobis à lignô. Et iterum apud Deum homines accuſavit falſo, ut Job, dicens: Non gratis Job colit Deum.* ita Theoph. l. ad Joh. VIII. 44. f. m. 686. In eandem ſententiam vocem explicat Theodoret. comm. in Pſalm. LXXI. 4. Æquivoca autem vox eſt; Nam tribuitur etiam iis, qui diabolo ſeſe regendos & abutendos præbent, qualis erat Judas Iſcharioth. Joh. VI. 70. *Dæmon* κατ' ἐξοχὴν, Luc. VIII. 29. quod ſcientia & calliditate reliquis emineat. Putant *ridicule quidam: dæmones ſcire Filium Dei, & Diabolum ignorare: eo quod minoris malitiæ ſint iſti quam ille cujus ſatellites ſunt: Cum omnis ſcientia diſcipulorum ad Magiſtrum referenda ſit, & tam dæmones quam Diabolus ſuſpicari magis Filium Dei, quam noſſe intelligendi ſunt. Nemo enim Patrem novit, niſi Filius & cui voluerit Filius revelare.* ita Hieron. ad Matth. VIII. 29. Eſt autem vox iſta Dæmon origine Græ-

ne Græca; Sic enim Heſychius: *Δαίμονες οἱ θεοὶ, δαήμονές τινες ὄντες, οἷον ἔμπειροι*: confer. Lactant. l. 2. c. 15. & obſerva cum Origene lib. V. adverſ. celſ. p.m. 234. quod hæc vox in ſcriptis N. T. ſemper ſumatur *ἐπὶ τῶν φαύλων de malis* ſpiritibus. *Sathan* Matth. IV. 10. adverſarius, quo nomine Chriſtus ipſum à ſeſe abegit, poſtquam impudentiſſime ipſum tentaſſet: ut ſic ille *criminum ſuorum in Sathana nomen audierit*, explicante Hilario. Juſtinus Martyr dial. cum Tryph. f. 259. nomen derivat ex Sata, quod deſertorem, & nas, quod ſerpentem ſignificet; ſed imperitè; derivatur enim à שטן *adverſari*, ipſo Chriſto Math. XVI. 23. explicante. Eſt *homo inimicus*, Math. XIII. 39. qui agrum Dei zizaniis diſſeminatis corrumpit: Hieronymus ait: quia *Deus eſſe deſiit*, nempe qualis ſibi fore videbatur. Cyrillus Comm. in Joh. VI. 44. vocat *προέχοντα καὶ ὑπερεχόμενον*, *eminentem & præcellentem*, Et refert quorundam ad Joh. VIII. 44. ſententiam, qui diſtinguant inter *πρωτοστάτην* antiſtitem omnium aliorum Dæmonum, & *ἄρχοντα*, *principem ſæculi* hujus, de quo Joh. XII. 31. Quorſum pertinent, qui diſtinguunt inter Sathanam, dæmonem, & diabolum, quaſi ille noceat corporibus, iſte mentibus, hic famæ totius hominis; ſed ſunt iſta ejusdem Spiritus nomina, â diverſis tamen ipſius vitiis deſumpta. Tertul. de anim. c. 17. *Dominum* dici ait Math. VI. 24. ubi Chriſtus ait: non poteſtis duobus Dominis ſervire. verba citantur. §. 13. infer. Math. XVII. 21. Marc. IX. 29. indigitat Chriſtus peculiare genus dæmoniorum, quod non, niſi precibus & jejuniis, ejiciatur. Diſtinctiones quoque ſortiuntur ab adjunctis, & effectis: nonnulli enim ſunt *impuri* dicti. Luc. IV. 33. nonnulli *muti & ſurdi*: Marc. IX. 17. 25. Certè *plures* ſunt, & illi interdum etiam in unico homine. In Maria Magdalena fuerunt ſeptem. Marc. XVI. 9. In alio legio Marc. V. 9. Reſpondit enim Chriſto, de nomine qnærenti, legionem ſeſe vocari. i. e. plures: *Interrogat illum Dominus, non ut ipſe diſcat, ſed ut alij diſcant multitudinem dæmoniorum, qui in illo erant. Quandoquidem unus apparebat eſſe, oſtendit Jeſus, cum quot inimicis miſerabilis homo ille certarit.* ita Theophyl. ad l. c. f. 213. D.

Affectiones.

§. 6. *Affectiones* ſunt: *impuritas*. Nam ſæpius dicuntur *impuri* Spiritus. Math. X. 1. XII. 42. &c. Et reipſa illud oſtenderunt, cum dæmoniacos, ſuos eo adegerunt, ut veſtes de corporibus

 aufer-

Digitized by Google

auferrent, & nudi vagarentur. Luc. VIII. 27. *Potentiâ:* Nam vel Chriſtum, Dei filium, per medium aërem vexit, & in faſtigio templi ſtitit. Math. IV. 8. Unde dicitur ἰσχυρὸς; Matth. XII. *Non debemus eſſe ſecuri: adverſarius noſter fortis victoris quoque vocibus comprobatur. Domus illius mundus, qui in maligno poſitus eſt: non creatoris dignitate, ſed magnitudine delinquentis: Vaſa ejus nos quondam fuimus.* ita Hieron. ad l. c. Et *Opera* ipſorum duobus verbis deſcribit Chriſtus Joh. VIII. 44. cum vocat: homicidam ab initio, & mendacii patrem; homicidium igitur & mendacium abſolvunt genium Diabolicum. *Homicida* eſt, quia hominem viventem olim naturali & ſpirituali vita, & victurum aliquando etiam æternâ, privavit imagine divina, & hoc ipſo vita illa ſua triplici; *Mendax* quoq; eſt, & quidem pater mendacii, quia verbum Dei in alienum ſenſum detorſit, eumque perſuaſit primis hominibus, ut perdita fide peccarent in Deum, & à priſtina veritate degenerarent. Facunde utrumque explicuit Tertul. Apol. c. 22. fol. m. 38. F. *Operatio eorum eſt hominis everſio, ſic malitia ſpiritalis à primordio auſpicata eſt in hominis exitium. Itaque corporibus quidem & valetudines infligunt & aliquos caſus acerbos; animæ vero repentinos & extraordinarios per vim exceſſus. Suppetit illis ad utramque ſubſtantiam hominis adeundam ſubtilitas & tenuitas ſua; multum ſpiritualibus viribus licet, ut inviſibiles, & inſenſibiles in affectu potius quam in actu ſuo appareant: ſi poma, ſi fruges, neſcio quod aura latens vitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate convulnerat, ac ſi cæca ratione tentatus aër peſtilentes hauſtus ſuos offundit. Eadem igitur obſcuritate contagionis aſpiratio dæmonum & Angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amentiis fœdis, aut ſævis libidinibus cum erroribus variis. quorum iſte potiſſimus, quod eos ipſos captis & circumſcriptis hominum mentibus comedat, ut & ſibi pabula propria nidoris & ſanguinis procuret, ſimulachris imaginibus oblata; & quæ illi accuratior paſcua eſt, hominem à cogitatu veræ divinitatis avertat præſtigiis falſis, quas & ipſas quomodo operetur expediam.*

ut ſunt: Calumniæ.

§. 7. Confirmabuntur hæc, ſi aliquot *ſpecies* genii, & operum diabolicorum ſubjecerimus oculis: *Calumniatur* Spiritus hic Dei verbum, dum alieno ſenſu applicat & interpretatur. Specimen dedit Math. IV. 6. cum verba Pſalmi XCI. 11. adducit, tanquam per ea auxilium divinum & cuſtodia Angelica

gelica eſſet promiſſa Chriſto, ſi temere ſeſe præcipitem de pinnaculis templi dederit: ut adeo ſibi ſemper ſimilis maneat, qualis fuit ab initio calumniator verborum Dei. ***Mentitur*** quidquid cogitat, loquitur, agit; ***cogitat***: eſt enim ſuperbus, qui **Et mendacia** major ſibi videtur, quam revera eſt. Math. IV. 9. videtur ſibi **cordis,** is eſſe, penes quem ſit auctoritas dandi regna mundi cui velit: ideóque etiam adorari ſeſe ab ipſo Dei Filio petit. Marc. I. 24. indigne fert ſeſe à Chriſto torqueri. Marc. V. 9. *legionem* ſeſe vocat, q. d. Tu Tibi videris eſſe Dominus Zebaoth ſeu exercituum: Jeſ. VI. 3. Ego vero ſum legio, Dominus validi exercitus, quem tuis opponam. ***Loquitur***, etiamſi enim verba vera ſint, quæ loquebatur, mens tamen erat, decipere auditores: & **Oris,** licet interdum videretur certus eſſe de aliquo myſterio divino, poſtea tamen vertigine circumactus dubitabat, & in diverſa diſtrahebatur præcipitia. Appellabat Jeſum Davidis filium, & judicem, ſeu tortorem ſuum. Matth. VIII. 29. & tamen indignabundus cum eodem expoſtulabat, qui veniſſet ante tempus ipſum torturus. Marc. I. 24. Eandem querelam repetiit c. 5. 7. Quid, ajens, mihi tecum eſt, Fili Dei altiſſimi? adjuro Te per Deum, ne me torqueas. Fatetur ipſum eſſe Dei filium, & tamen alicujus ipſum injuriæ poſtulat, quod intempeſtivè, imò injuſte, torqueret. i. e. negat, verum eum Deum eſſe. Math. IV. 3. tentat ipſum, an Dei filius ſit? facere igitur ex lapidibus panem: quod ſi feciſſet, dæmoni obſecutus, non fuiſſet Filius Dei: ***In omnibus tentationibus hoc facit Diabolus, ut intelligat ſi Filius Dei ſit: ſed Dominus reſponſionem temperat, ut eum relinquat ambiguum.*** ita Hieron. [illegible] i. c. ŷ. 6. Marc. I. 23. appellat ipſum Jeſum Nazarenum, ut quidem verè appellari poterat Matth. II. ult. ſed iſte nebulo procul dubio propterea eum ſic vocavit, quod Meſſias verus deberet eſſe Bethlehemita, hic verò Nazarethanus, i. e. falſus Meſſias eſſet. Atque hæc cauſſa eſt, quare loqui prohibuerit dæmonas. Marc. 1. 25. ***Agendo*** etiam mentiebatur. Matth. IV. 8. ſpeciem mundi, & omnium ipſius regnorum **Operis,** Chriſto objiciebat, tanquam in manibus ſuis ea ipſe haberet. Huc referunt nonnulli Lunaticos, quos ad certas quasdam lunæ phaſes torquebat Math. IV. 24: tacitè innuens, Dei creaturas eſſe malas, & factas in exitium & damnum hominis. vide Hieron.

Artic.

Digitized by Google

Artic. IV. ſect. 1. §. 29. Et degentes in ſepulchris obſeſſos; quos eo adigere ajunt dæmonem, ut perſuadeat ſimplicioribus, animas poſt mortem in dæmonas converti: ***Habitabat autem in ſepulchris, volens hominibus malam opinionem inferre, quod morientium animæ Dæmones fiant: quod abſit ut quis credat.*** ita Theoph. ad Marc. V. 2. Judæis Joh. VIII. 40. perſuaſit, Jeſum non eſſe Chriſtum, à Deo miſſum, veritatis præconem: qua de cauſſa Chriſtus ipſos dicebat eſſe diaboli filios, facientes opera, & in his etiam mendacia, quæ parens ipſorum, diabolus, ipſis ſuggeſſiſſet. q. d. ***Ille in veritate non ſtetit, ſed mendacii pater eſt. Igitur & vos mentientes, & dicentes, quod non ſim ex Deo, & non ſtantes in veritate, neque manentes in meo ſermone, illius filij eſtis, qui mendacium peperit.*** ita verba Chriſti circumſcribit Theoph. ad Joh. VIII. 44. f. 686.

Invidia. Odium. Sævitia. §. 8. ***Invidet*** homini ſuam felicitatem, & invidia ***odioque*** motus miſere ipſum, Deo permittente, ***excruciat.*** Enarravimus aliquot ejus ſævitiæ exempla Artic. IV Sect. I. §. 23. 34. addimus quædam: Luc. XIII. 11. Chriſto in Synagoga verſanti occurrit mulier, quæ habebat membra contracta, & corpus incurvatum ex ſpiritu maligno, qui graviſſimi hujus morbi cauſſa extiterat. Luc. XXII. 31. cribrare voluit Apoſtolos, ſicut cribrant triticum, ut per foraminula excidant grana; ſic iſti excidant Dei gratia, & vita æterna, per tentationes & inſidias diabolicas, ſicut exciderunt Judas proditor, & Petrus abnegator. Non quidem ſemper id facit immediatè, facit tamen mediatè, inſpirando malignos affectus iis, qui ſeſe ipſi obnoxios reddunt Joh. XIII. 27. ingreditur Judam Iſchkarioth, cum eo impudentiæ eſſet progreſſus hic, ut vel bucellam à Chriſto acciperet, fruſtra habitis omnibus dehortationibus antegreſſis. Ex quo

Obſeſſio. exemplo ſimul patet, quod ***duplex*** ſit ***obſeſſio***, alia corporalis, qualis narratur Matth. VIII. 28. Marc. I. 26. 27. alia ſpiritualis, qualis fuit Judæ, in malitia indurati. Joh. XIII. 27. In corporali diabolus hominum corporibus & membris ſeſe inſinuat, eorumque uſum utplurimum cohibet, obſtruens aures, linguam, oculos, &c. vel per eadem loquens, & movens ſeſe, vel ipſum etiam hominem ἐνεργούμενον, vel alios, lædens. Patet hoc ex diſceſſu dæmonis. Eo enim ejecto homines loqui, audire, quieſcere &c.

Digitized by Google

ti &c. eſſe poſſunt Matth. IX. 32. *Cauſſa* ordinaria eſt peccatum: *Eos* enim *tantum poſſidere poſſunt, quos fallendo deceperint*, ait Auguſt. lib. IV. de C. D. c. 32. Unde dicitur *princeps hujus mundi*, quod mundo dominetur per & propter peccata ſua. Joh. XII. 31.

§. 9. *Loca.* Habet diabolus, tanquam fortis, ſua palatia: *Domus illius mundus.* (ait Hier. ad Math. XII. 29.) *qui in maligno poſitus eſt.* Inter iſta palatia, ubi degere ſolet diabolus, poſſunt referri etiam ſolitudines. Luc. XI. 24. Nam & homines, quos obſidet, in deſerta expellit, ut extra hominum conſortia degant. Exemplum habemus Matth. VIII. 28. Marc. V. 1. Luc. VIII. 29. ubi Evangeliſtæ referunt, quod diabolus duos à ſeſe obſeſſos egerit in deſertum, & coëgerit inhabitare ſepulchra, forſan ut ut illos miſeros terrore mortis excruciaret. Atque hæc quoque cauſſa eſt, cur in deſerto Chriſtum aggreſſus fuerit tentator, nempe quod in ſolitudine ſperarit faciliorem victoriam Matth. IV. 1. ſeqq. *Ita viſum Chryſoſtomo, nec eſt improbabile:* Ἐπειδὴ γὰρ τὸν διάβολον ἐπισπάσασθαι ἐβούλετο, οὐ διὰ τῆς πείνης μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ τόπου δίδωσιν αὐτῷ λαβήν: *Quo facilius Diabolum ad certamen eliceret, anſam illi voluit conſerendi prælium exhibere, non modo per eſuriem, ſed & à loco. Tunc enim aggreditur Diabolus ex inſidiis, & quaſi loco ſuperiore, cum ſolitarios viderit, & ſecum ſolos homines. Ita enim ab initio mulierem aggreſſus eſt; ſolam eam inveniens, & Viri conſortio carentem. Cum autem alios conjunctos & copulatos viderit, non eadem audacia ſolet aggredi.* Montac. Θεανϑρ. part. 1. §. 85. p. 413. Homines quoque, quos vexat, utplurimum ſunt quoad temperamenta corporum male affecti, ſicut Lunaticus fuit, Luc. IX. 39. ita ut duo concurrant in tali paroxyſmo, pravi humores, ſiderum influxu turbati, & dæmon hoc vitio abutens; adeoque non merè naturalis iſte morbus ſit: *De rerum ergo natura diſputent Medici, quippe quibus perſuaſum ſit, ſpiritum impurum minime hic eſſe, ſed morbum corporis duntaxat, ac diſputantes dicant, per quendam cum lunari lumine, quod humida præditum eſt natura, conſenſum & convenientiam, humores in capite contentos moveri; nos autem, qui morbum hunc in ægris à Spiritu malo, muto, & ſurdo genitum videri, in Evangelio credimus, & iis qui eo prope modo, quo Ægyptii incantatores, ſanationem promittere more illorum ſoliti ſunt, feliciter ſucceſſiſſe credi inter ipſos videmus, ne anſam præbeamus Dei operibus*

Loca.

 ita

ita calumniandis, ut iniquitatem in excelſo loquantur, & ponant in cælum os ſuum, dicemus, ſpiritum hunc impurum certas Lunæ figuras obſervare, atq; ita operari, ut cum obſervatum fuerit, ſub tali Lunæ figura affici homines, non mutus & ſurdus Dæmon tanti mali cauſam habere videatur, ſed magna illa cæleſtis fax, quæ conſtituta eſt, ut nocti præſit, neque ullum habet morbi hujus inter homines imperium. Ita Orig. in Matth. tom. XIII. fol. 311. A. B. Quoad mores vero iidem homines plerumque ſunt ſcelerati. Locus denique ipſorum proprius eſt *abyſſus* infernalis, quem deprecantur Luc. VIII. 33. Ignis infernalis, quem Deus judex juſtus ipſis præparavit. Matth. XXV. 41.

Potentia. §. 10. Non tamen illa diaboli *potentia* eſt infinita, ut pro arbitrio graſſari poſſit, ſed limitata eſt, utpote qui ſub Deo eſt. Matth. VIII. 30. 31. 32. narratur, quod ſine permiſſione Chriſti ne in porcos quidem potuerint intrare: *Permittit illis intrare in porcos: ut diſcamus, quod ſicut non pepercerunt porcis: ita neque homini illi peperciſſent, niſi eum divina virtus cuſtodiſſet. Dæmones enim, cum inimici noſtri ſint, protinus nos conciderent, niſi Deus nos conſervaret. Diſce autem, quod neque in porcos habeant poteſtatem, & multò minus in homines, niſi permittat Deus.* Ita Theophyl. ad Marc. V. f. 214. A. Chriſto prohibente ne loqui quidem poſſunt. Marc. I. 25. Cum cribrare vellet Apoſtolos, denegavit hoc ipſi idem. Luc. XXII. 31. Etiam in tentatione Petri limites ipſi poſuit. v. 32. In ſeipſo id demonſtravit Chriſtus, dum permiſit diabolo ſe quidem tentare, ut demitteret ſeſe deorſum, non tamen præcipitare. Matth. IV. 6. *Vox diaboli, quæ ſemper omnes cadere deorſum deſiderat, Mitte te, inquit, deorſum: perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt.* ita Hieron. ad l. c. Eodem fine limitata eſt quoque *ſcientia* dæmonum, ut neque ſenſa cordium imediatè, neque futura contingentia noſſe poſſint. Hieron ad Matth. XV. 19. hæc annotatio eſt: *Arguendi ex hac ſententia, qui cogitationes à diabolo immitti putant: Et non ex propria naſci voluntate. Diabolus adjutor & incenſor malarum cogitationum eſſe poteſt, auctor eſſe non poteſt. Sin autem ſemper in inſidiis poſitus levem cogitationum noſtrarum ſcintillam ſuis ſimilibus inflammarit, non debemus opinari, eum cordis quoque occulta rimari; ſed ex corporis habitu & geſtibus æſtimare, quid verſemus intrinſecus. v. g. Si pulchram mulierem nos crebro viderit inſpicere, intelligit cor amoris jaculo vulneratum.* Neque

Digitized by Google

que ſemper cogitat, vel agit, quæ ſuo ipſiusmet regno ſunt proficua; Id quod apparet ex morte Chriſti, quam procuravit, ſibi maximè noxia. Unde obſervanda eſt diſtinctio inter *deſideria* Spiritus maligni Joh. VIII. 44. quæ ſemper habet nocendi, & inter deſideriorum complementum, quod non ſemper aſſequitur.

§. 11. *Remedia* autem contra diabolum & malos Spiritus reliquos ſunt vel perſonalia, vel realia: *Perſonalia* ſunt Chriſtus & Thaumaturgi. *Chriſtus*, quippe qui ſemen iſtud mulieris eſt, quod caput ſerpenti antiquo conterit. Apparuit hoc non in uno exemplo, ſed pluribus, quando diabolos vi ejecit ex obſeſſis, ut vel auditores & ſpectatores id agnoſcerent. Matth. VIII. 35. Marc. I. 25. V. 8. IX. 25. vide dicta Art. IV. ſect. I. §. 23. 29. 34. *Alligatus eſt fortis, & religatus in tartarum, & Domini contritus pede, & direptis ſedibus tyranni captiva ducta eſt captivitas.* ait Hieron. ad Matth. XII. 29. *Hominibus* quoque dedit poteſtatem ſuper dæmonas; ut Apoſtolis ſuis, primum in Judæam, deinde in orbem univerſum ablegatis. Matth. X. 1. Marc. XVI. 17. Etiam ſeptuaginta diſcipulis. Luc. X. 17. *Hunc traduxit, ejus imbecillitatem patefaciens, & ab iis, qui olim adorabant, conculcari juſſit. Ejus enim vox eſt: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* ita Theodor. lib. V. fab. hæret. c. 8. f. 270. t. 4. opp. D. Erunt quoque in die extremo, qui dixerint Chriſto: in nomine tuo dæmonia ejecimus. Math. VII. 22. *Realia* vero ſunt: *meritum* & virtus Chriſti; Nam abitu Chriſti i. e. paſſione & morte, & reſurrectione princeps hujus mundi judicatus, i. e. victus & principatu ſuo exutus eſt. Joh. XVI. 11. Hoc fine permiſit etiam â diabolo ſeſe tentari & vexari: eam nempe ob cauſſam, ut nos ab ipſo liberaret. Id quod Theodoretus Orat. X. de provid. t. IV. opp. f. 445. ſeqq. facundè ediſſeruit. Vide, quæ inferius in effectis meriti Chriſti, & de ſtatu exinanitionis diſputantur. Eſt *verbum Dei*; Nam in nomine Jeſu dæmones ejecti ſunt Matth. VII. 22. Et ipſe Chriſtus illo Spiritus ſancti gladio tentatorem Spiritum percuſſit. Matth. IV. 4. 7. 10. Cum diſcipuli Chriſti Evangelium per Judæam primum prædicarent, videbat Chriſtus diabolum, ſicut fulgur, de cœlo ſuæ potentiæ deturbatum. Luc. X. 18. Sunt *pre-*

Remedia. Perſonalia. & Realia.

ces jejuniis conditæ, i.e. ſeriæ & ardentes. Math. XVII. 21. Marc. IX. 29. ait Chriſtus, pertinax Dæmonum genus, unde erat is, qui Lunaticum puerum vexarat, non exire, niſi fide, per preces jejunantium operoſa. Unde ipſe Chriſtus Luc. XXII. ℣. 32. rogavit pro Petro, ne, dæmone tentante, fides ipſius deficeret. Bene Orig. com. in Math. tom. XIII. f. m. 313. A. inde deducit: *Quin & ad illud animum advertamus: Hoc genus non ejicitur, niſi per orationem & jejunium, ut ſi in curando aliquo, cum ejusmodi malo conflictante, opera aliquando à nobis ponenda ſit, non exorciſmum adhibeamus, neque interrogemus, nec immundum Spiritum quaſi audientem alloquamur, ſed orationi & jejunio vacantes, dum pro agro preces fundimus, poſtulata aſſequamur, & noſtro jejunio Spiritum immundum ab eo depellamus.* Hæc ille ad Matth. XVII. 21. Merito obſervat, quod in colloquium cum dæmonibus deſcendendum non ſit, quandoquidem ne Chriſtus quidem mendacem Spiritum loqui paſſus fuerit. Ultimus actus erit in die extremo, cum relegabuntur diabolus & Angeli ejus, & cum ipſis impii in ignem æternum. Matth. XXV. 41. Et ita homines ab iſto malo liberabuntur.

Cautela. §. 12. *Cautela* tamen opus eſt, ne diabolus, ubi ſemel ejectus eſt, revertatur; Nam ſi homo iterum ſeſe ipſi obnoxium reddit, ſepties deterior ipſius fit conditio: Revertitur enim fortis ille, & ſecum ducit ſpiritus ſeptem pejores. Luc. XI. 26.

Seductio hominis. §. 13. Diabolo auctore peccavit homo, & peccatum in mundum emanavit olim, & adhuc hodie perpetratur, & propagatur. Probatur ex dicto hactenus explicato Joh. VIII. 44. ubi diabolus dicitur ἀνθρωποκτόνος, *homicida*, & is, *ab initio*: cædis igitur auctor eſt, qua homo morte mortuus eſt, igitur etiam cauſſæ cædis, nimirum peccati, quod mendax ſpiritus parentibus noſtris perſuaſit. Idem etiam ſubſecuto tempore utriuſque auctor extitit, & adhuc exiſtit. Loco citato appellatur pater Judæorum, quatenus opera mala perpetrabant: Hæc enim ipſe illis perſuaſerat, & ad ea facienda impulerat. Serpens ille eſt & vipera, quæ habet ſua genimina, homines in peccatis natos & corruptos. Matth. XII. 34. Idem malus ille hortulanus eſt, qui plantat arbores putridas. v. 33. Homo inimicus, qui zizania ſeminat. Matth. XIII. 25. Impurus ſpiritus non ſolum in ſeſe, ſed etiam

Digitized by Google

etiam quoad alios, quos peccatis inficit, & commaculat. Vagatur ille, & quærit hoſpitium, quod occupet, & invenit apud ſecuros, & carnales. v. 43. ſeqq. Optime Tertull. de anim. c. 16. f. m. 346. Opp. G. *At cum* (Paulus) *dicit, fuimus aliquando naturâ filii iræ, irrationale indignativum ſugillat, quod non ſit ex ea naturâ, quæ à Deo eſt, ſed ex illa, quam diabolus induxit, dominus & ipſe dictus ſui ordinis, non poteſt duobus dominis ſervire: Pater & ipſe cognominatus: vos ex Diabolo Patre eſtis: ne timeas & illi proprietatem naturæ alterius adſcribere poſterioris & adulteræ, quem legis avenarum ſuperſeminatorem, & frumentariæ ſegetis nocturnum interpolatorem. Minus principalis* cauſſa eſt ipſe homo, qui ſeſe diabolo permittit ſeducendum, ut cor corrumpat, unde deinde exeunt peccata varia. Matth. XV. 19. Quare Hieron. ad l. c. concludit, *peccata naſci ex propria voluntate.* Exemplum præbet Filius perditus, qui ſponte ſua domum Patris ſui dereliquit. Luc. XV. 12. Et oves perditæ: verſ. 4. drachma amiſſa. v. 8. confer Origen. tom. XI. in Matth. XIII. 47. f. 214. 215. *Deus* igitur mali cauſſa non eſt. Hic enim omnia bene facit, ut populus fatetur Marc. VII. 37. Quare Chriſtus Joh. VIII. 38. inſtituta collatione inter ſuam & Judæorum doctrinam vitamque, ſibi invicem opponit Patrem ſuum, & patrem Judæorum, ex iſto veritatem ſeſe accepiſſe; hos vero loqui & facere, quæ apud patrem ſuum diabolum didiciſſent, i. e. mala. Idem facit Matth. XV. 13. ubi docet, plantas malas à ſuo patre plantatas non eſſe. vide Hieron. ad l. c. *Abutuntur hoc loco qui diverſas naturas introducunt, dicentes: Si plantatio, quam non plantavit Pater, eradicabitur: Ergo quam plantavit ille, non poteſt eradicari. Sed audiant illud Hieremiæ: Ego vos plantavi vineam veram, quomodo verſi eſtis in amaritudinem vitis alienæ? plantavit quidem Deus, & nemo poteſt eradicare plantationem ejus; Sed quoniam iſta plantatio in voluntate proprij arbitrij eſt, nullus alius eam eradicare poterit, niſi ipſa præbuerit aſſenſum.* Confirmatur à bonitate Dei, qui ſolus bonus eſt. Matth. XIX. 16. 17.

§. 14. *Ratio formalis* peccati eſt *ἀνομία*, cum quid fit, vel eſt, præter, aut contra legem divinam. *Præter legem Dei*; Nam hac de cauſſa Chriſtus improbavit Phariſæorum traditiones, tanquam ſupervacaneas, & peccaminoſas, quod non Dei, ſed hominum, præcepta eſſent. Matth. XV. 9. *Contra eandem*; Nam Peccati ratio formalis.

regno cœlorum excidit, quisquis minimum præceptorum divinorum ſolverit vel docendo ſecus, vel faciendo. Matth. V. 19. Eſt lex divina inſtar regulæ, vel lineæ, à qua quisquis digreſſus fuerit, ſive ad dextram, ſive ad ſiniſtram declinando, peccat. Matth. XV. 3. *Adiaphora* igitur in ſeſe peccaminoſa non ſunt e. g. illotis manibus edere, Matth. XV. 11. Marc. VI. 15. Hoc enim à Deo prohibitum non eſt, vel contrarium imperatum.

Diviſio in Originale, §. 15. *Dividitur* peccatum in originale & actuale. *Originale* eſt, quod à parentibus noſtris attrahimus; Quidquid enim ex carne natum eſt, caro eſt Joh. III. 6. Et propterea opus habet ſpirituali regeneratione, ut fiat filius Dei, & hæres vitæ æternæ. v. 3. ſeqq. Similis locus eſt v. 35. quidquid de terra eſt, de terra eſt, & terrena loquitur. i. e. peccaminoſa. Sunt parentes mala arbor, quæ non poteſt bonos fructus proferre. Matth. XII. 33. Et generatio mala & adultera ſunt peccatores. Cap. XVI. 4. nata inferius ex mundo. Joh. VIII. 23. Atque hinc erat, quod puerperæ apud Judæos ſeſe & prolem ſuam expiare cogerentur, oblatis ſacrificiis, nempe quia partu erant immundæ. Luc. II. 22. digitus eo intenditur. Etſi enim in Chriſto puero locum non habuerit de jure: Ipſe enim ex Sp. S. conceptus peccato nullo infectus erat, fieri tamen pro nobis peccatum ſuſtinuit, ut omnem juſtitiam expleret. Atque hæc lues *omne* hominum genus infecit. Nam mundum dilexit Deus, ut filium mitteret, ne periret mundus in ſuis peccatis. E. totus mundus peccato infectus. Joh. III. 6. Sic, quidquid ex carne natum eſt, caro eſt. Etiam infantes, & pueri hoc peccato laborant. Patet ex morbis, vexationibus dæmoniacis, ipſa etiam morte, quibus illa alias innocens ætas obnoxia fuiſſe in Evangelica hiſtoria legitur. Traducitur igitur peccatum, dum homo hominem traducit, unde *traducem peccati* obſervat Auguſt. tract. III. in Joh. *Actualia peccata* ſunt pravi illi fructus, qui ex arbore corrupta enaſcuntur. Matth. XII. 33. cogitata, dicta, & facta, quæ ex corde hominis prodeunt. Joh. VIII. 23. quia Phariſæi peccato originali erant infecti, ideo non capiebant Chriſti conciones, ſed ipſum blaſphemabant.

Et Actualia. §. 16. Actualia peccata alia ſunt *omiſſionis*, alia *commiſſionis*. Matth. V. 22. ſeqq. Chriſtus jubet diligi proximum, neque odio

habeti.

Digitized by Google

haberi: Alia *ex proareſi, alia ex inadvertentia*; Luc. XXIII. 34. Chriſtus intercedens pro ſuis crucifixoribus, orat: Pater remitte illis, quia neſciunt, quid faciant. E. etiam iſtud factum eſt peccatum, quod quis neſcit peccatum eſſe: *Alia in Filium hominis, alia in Spiritum Sanctum.* Matth. XII. 25. Marc. III. 29. *Poſtquam* Chriſtus adductis in medium argumentis irrefragabilibus conſcientias Phariſæorum calumniantium ita conſtrinxiſſet, ut non haberent, quod reponerent; & ipſi nihilominus credere nollent, ſed ſaltem ſecum blaſphemare pergerent, dicentes, eum habere ſpiritum immundum, Marc. III. 30. cœpit ipſis Chriſtus concionari de peccato in Spiritum Sanctum. Sic autem dicitur peccatum, quod pugnet immediate cum officio, donis, & operatione Spiritus Sancti, cujus eſt, per verbum & ſacramenta homines vocare, illuminare, juſtificare, & æternum ſalvare: quibus mediis, & operationibus, ſi quis obſiſtat, præſumendo, invidendo, reſiſtendo, impugnando, deſperando, perſeverando, is dicitur reſiſtere Spiritui Sancto, & peccare peccatum irremiſſibile. Cum non aliud remiſſionis peccatorum medium divinitus ſit ordinatum, quam iſtud miniſterium Spiritus. Quod ſi autem non remittitur peccatum in hoc ſeculo, gratiæ nimirum regno, nec in futuro, nempe extremo judicio, ſeu in cœlis, ei remittetur. i.e. in æternum non remittetur. Marc. III. 29. *In Filium hominis peccare* Math. XII. 32. & eum blaſphemare dicuntur, qui Chriſti perſonam, majeſtatem, ſanctitatem violant, calumniantur, abnegant, exagitant, perſequuntur: Hoc genus peccati atrox quidem eſt, remiſſibile tamen, quia non immediatè in media remiſſionis impingit. Auguſtinus de ſerm. Domi: in mont. c. 43. & c. 44. videtur ad peccatum in Spiritum Sanctum referre etiam peccatum contra fraternitatem; quem Thomas Aquin. quæſt. 86. art. 1. utcunque excuſare conatur, vid. Sixt Senenſ. lib. VI. Bibl. ſanct. annot. XXVIII. & LVI. Propius ad ſcopum accedit Chryſoſtomus, cum ita diſputat in Catena à Corderio edita fol. 175. *Peccatum autem in S. Spiritum commiſſum non remittetur. Enimvero ſpectatoribus miraculorum Chriſti, contra propriorum ſenſuum experientiam contumacia nitentibus ad non credendum, quod palam erat, autorem eſſe Sanctum Spiritum talium operum, quomodo æquum ſit ignoſci?* Neque tamen vel ipſe,

Digitized by Google

ipſe, vel Cyrillus, vel Athanaſius peculiari diſſertatione de hoc dicto, exhauſerunt naturam peccati in Spiritum Sanctum. Alius dicit, per pœnitentiam non poſſe expungi, ut Chryſoſtomus; alius poſſe, ut Cyrillus, alius per Spiritum intelligit naturam Chriſti divinam, ut Athanaſius; alius totam Trinitatem, ut Cyrillus: Ingenue dicam, me non vidiſſe inter veteres, qui naturam peccati iſtius exhauſerit, adæquatè docendo, conſiſtere iſtud, in veritatis divinæ agnitæ petulanti abnegatione, abnegatæ oppugnatione, & oppugnatæ blaſphematione pertinace. vid. D. Feuer. de pec. in Spir. ſanct. Aliud alio gravius eſt. Sunt quædam verba inutilia, reliquis leviora peccata Matth. XII. 36. *Si otioſum verbum, quod nequaquam ædificat audientes, non eſt absque periculo ejus qui loquitur: & in die judicij redditurus eſt unusquisq; rationem ſermonum ſuorum: quanto magis vos, qui opera Spiritus ſancti calumniamini: & dicitis, me in Beelzebub principe dæmoniorum ejicere Dæmonia, reddituri eſtis rationem calumniæ veſtræ? Ociosum verbum eſt quod ſine utilitate & loquentis dicitur & audientis: Si omiſſis ſeriis de rebus frivolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſolvitur, & aliquid profert turpitudinis; hic non ociosi verbi, ſed criminoſi tenebitur reus.* ita Hieron. ad l.c.

Effectus & Pœnæ. ut amiſſu gratiæ.

§. 17. *Effectus & pœnæ* peccatorum ſunt vel privativæ vel poſitivæ, & utræque vel corporales, vel ſpirituales, vel æternæ. Peccando perdit homo gratiam, & attrahit ſibi iram divinam. Joh. III. 36. qui non credit in Filium non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum: *Non dixit: ira Dei veniet ad eum, ſed ira Dei manet ſuper eum. Omnes qui naſcuntur mortales habent ſecum iram Dei. Quam iram Dei? quam excepit primus homo Adam. Si enim peccavit primus homo, & audivit, morte morieris, factus eſt mortalis ille, & cœpimus naſci tales, cum ira Dei nati ſumus. Venit inde Filius non habens peccatum, & indutus eſt carne, indutus eſt mortalitate, & ſi ille nobiscum communicavit iram Dei; nos pigri ſumus cum illo communicare gratiam Dei? qui ergo non vult credere in Filium, ira Dei manet ſuper eum. Quæ ira? de qua dicit Apoſtolus: fuimus enim & nos natura filij iræ, ſicut & cæteri. Omnes ergo filij iræ, quia de maledicto mortis venientes. Crede in Chriſtum factum propter te mortalem, ut illum capias immortalem: Quando enim cœpit ejus immortalitatem, nec tu eris mortalis.*

Vivebat.

Vivebat, moriebaris: mortuus eſt, ut vivas. Attulit gratiam Dei, abſtulit iram Dei, Deus bibit mortem, ne mors biberet hominem. ita Auguſt. tract. XIV. in Joh. p. 158. Amittit ſanitatem corporis, & obnoxium ſeſe reddit morbis. Matth. IX. 2. Chriſtus ait paralytico: confide fili, remiſſa ſunt tibi tua peccata, innuens, hæc eſſe cauſſam, cur paralyſi hactenus laborarit: *Datur nobis intelligentia, propter peccatum pleraſq; evenire corporum debilitates. Et idcirco forſan dimittuntur prius peccata: ut cauſis debilitatis ablatis, ſanitas reſtituatur.* Hieron. ad l. c. Joh. V. 14. Chriſtus curato à ſeſe annoſo illi ægro dicit, cave, ne poſthac iterum pecces, ne deterius tibi fiat, docens, peccatum in cauſſa fuiſſe, cur in morbum inciderit, & tamdiu illo laborarit. Cyril. ad h. l. f. 210. D. *docet, inquit, non ſolum in futurum judicium peccatoribus Deum reſervare ſupplicia, ſed in corporibus adhuc degentes etiam ante magnum & manifeſtum illum Judicis univerſorum diem variis modis punire.* Ad morbos refertur *mors.* Cui & ipſi homo obnoxius eſt ob peccatum etiam leviſſimum. Matth. V. 19. qui maximum mandatum ſolverit, minimus erit in regno cœlorum, i. e. damnabitur ad æternam mortem, cenſente Chriſto v. 20. Igitur etiam minima peccata ſunt mortalia. Aſſerit hoc Chriſtus contra Phariſæorum corruptelas, qui de reatu peccatorum coram Deo cenſebant judicandum eſſe ex pœnis civilibus, ut mortale coram Deo ſit illud ſolum peccatum, quod in foro humano capitis ſupplicium meretur, ut e. g. homicidium externum; non autem ſit mortale, quod apud homines non eſt capitale. Sed alia Chriſti eſt ſententia. Dicit enim de reatu coram Deo non eſſe judicandum ex reatu coram hominibus politice tali: quam ſententiam ſequutus eſt & Paulus 1. Cor. IV. 3. non volens in die aliquo humano judicari, etſi nihil ſibi conſcius, ſed à ſolo Deo; neque tamen eſſe juſtificatum ſeſe. Hoc ipſo tamen non negat Chriſtus fore *gradus pœnarum.* Nam dicit alia peccata eſſe digna judicio, ubi de homicidiis certis agebatur; Alia concilio, ſeu ſynedrio, in quo pœnæ exaſperabantur; alia gehenna ignis, cum peccator abjicitur in vallem filiorum Hinnam, ſeu Tophet, locum maledictum, tanquam æternum comburendus. Interea, quia in gehennam ignis abjicitur is quoque, qui ſolum iraſci-

Sanitatis.

& vitæ.

Digitized by Google

tur fratri igitur etiam minima peccata coram Deo ſunt mortalia. Luc. XV. 17. 18. filius prodigus verſabatur inter peregrinos velut in exilio, nudus & famelicus, poſtquam bona ſua decoxiſſet: Redigitur in ſtatum ſervitutis, & quidem extremæ & ignominioſæ, dum fit ſubulcus; reverſus ad patrem veſtiendus eſt, veſte pridem deſtitutus; annulo ornandus, pridem mancipium; calceamentis induendus, carens viribus boni faciendi, & mali omittendi; convivio adhibendus eſt, utpote ſpirituali fame & ſiti laborans. *Cauti ſimus ſuper unoquoque peccato, quaſi in aliquam inferorum partem deſcendentes.* ita Origenes in Matth. tom. XII. f. 278. B. Et ea mors non ſolum eſt corporis, ſed etiam animæ. Neque ſolum temporalis, ſed etiam æterna. Joh. VI. 52. Chriſtus ſeſe vocat panem vivificum, qui ſcil. vitam reddat iis, qui vitam in ſe ipſi non habent, ſed mortui ſunt ob peccatum, neque ſe ipſi in vitam reſtituere poſſunt, quandoquidem caro nihil proſit. v. 63. vide paulo poſt. *Mens* laborat ignorantia rerum divinarum. Joh. XIV. 5. Thomas ſuo & aliorum nomine fatetur, neſcire ſe terminum, quo iturus eſſet Chriſtus; multo minus ſcire viam, qua iturus eſſet ipſe, & per ipſum alii. Phariſæos tanquam cæcos Chriſtus culpat: Math. XV. 14. Et ita quidem cæcos, ut ſeſe in rebus divinis cæcutire neſcierint. Joh. IX. 40. 41. *Cum ſit cæcitas ipſa peccatum, ſi cæci eſſetis, id eſt, ſi vos cæcos adverteretis, & ad medicum curreretis: Si ergo ita cæci eſſetis, non haberetis peccatum, quia veni ego auferre peccatum.* ita reddit verba Chriſti Auguſt. tract. XLIV. in Joh. p. m. 404. Optimè Dn. D. Dannhaw. Hodoſ. Phænom. V. p. 451. *Quando Salvator de paſſione ſua concionabatur, intelligebant quidem diſcipuli, quid eſſet flagellari, conſpui, occidi; Hæc autem de Meſſia enunciari poſſe, non credebant; neq; hoc tantum, quomodo de Meſſia dicantur, id nullo conceptu poterant complecti.* Laborat etiam *voluntas* ſervitute ſpirituali. Joh. VIII. 34. cum Judæi vellent omnino liberi haberi, Chriſtus negabat, eos liberos eſſe, ratione reddita, quod ſervi eſſent peccati, in quo nati, & operoſi eſſent. Ab hac peccaminoſa ſervitute ne Abrahamum quidem, unde libertatem ſuam Judæi arceſſebant, liberum fuiſſe docet. Cyrillus ad l. c. *Innuit quodammodo Dominus, beatum Abraham etiam aliquando ſerviſſe peccato, & per ſolam in Deum fidem liberatum, jam non idoneum eſſe in alios ſpiritualem nobilitatem tranſmittere, quoniam, qui ſervitutem pecca-*

Spiritualis.

Et liberi arbitrii.

peccati non per ſe ipſum excuſſit, neque ſibi ipſi libertatis conciliator, & dator apparuit, ſed ab alio hanc accepit, nempe à juſtificante ipſo Chriſto, nullo modo aliquos liberandi author aut Dominus eſſe poteſt. Paulo ante idem de liberatore ab hac ſervitute dixerat f. 538. *Liberare hominem à ſervitute ſecundum carnem, penes potentes & magnates ſit, liberare vero peccato, ſoli Deo convenit.* Luc. XV. 15. declaratur parabola filii prodigi, qui apud dominum peregrinum ſervituti ſeſe addixerat. Patet hinc, *liberum arbitrium* in rebus ſpiritualibus nullum eſſe, adeo, ut ne quidem potentiam paſſivam habeat homo naturalem ad accipiendum Spiritum Sanctum. In culpa eſt intellectus cœcitas, & voluntatis contemptus Joh. XIV. 17. Quare debet in ſeipſo deſperare homo, non habens, unde ſibi ſuccurrat; & unicè reſpicere ad Deum, à quo, ut filius perditus à patre, recipiatur: Debet exſpectare illuminationem Spiritus Sancti; quandoquidem ex ſeſe mundus ne quidem noſſe poſſit ſeſe totum peccatis eſſe obnoxium, & mereri æternam damnationem, multo minus de ſuo aliquid facere, deſtitutus ipſa etiam *potentia* faciendi. Quare locum habet illud Chriſti: Sine me nihil *poteſtis* facere. Joh. XV. 5. comparat ſeſe Chriſtus viti, diſcipulos autem palmitibus, viti inſitis; Sicut igitur palmites ex vite vitam, ſuccum, & vires attrahunt, neque quicquam valent ſine illa; ita homo in ſeſe vitam nullam habet ſpiritualem, & ne quidem potentiam, niſi accipiat à Chriſto: *Ne quiſquam putaret, ſaltem parvum aliquem fructum poſſe à ſemetipſo palmitem ferre, cum hæc dixiſſet, hic fert fructum multum: non ait, quia ſine me parum poteſtis facere: Sed, nihil poteſtis facere. Sive ergo parum, ſive multum, ſine illo fieri non poteſt, ſine quo nihil fieri poteſt, quia etſi parum attulerit palmes, cum purgat agricola ut plus afferat: tamen niſi in vite manſerit, & vixerit de radice, quantumlibet fructum à ſemetipſo non poteſt ferre: quamvis autem Chriſtus vitis non eſſet niſi homo eſſet, tamen iſtam gratiam palmitibus non præberet, niſi etiam Deus eſſet.* ita Aug. tr. LXXXI. in Joh. p. m. 548. Et Cyr. ad l. c. Joh. f. m. 875. *Aperte Dominus noſter Jeſus Chriſtus hanc ſolum ob cauſam ſeipſum quidem vitem nuncupatum eſſe ait, ut clare cerneremus, & corporis propemodum oculis, tanquam in rudi & ſenſibili ac manifeſto exemplo, perſpiceremus, ad pariendam virtutem, fructusq; ſpiritales producendos idoneos illos eſſe, qui ei mordicus adhærere ſtatuerint, à vite nimirum accepta virtute, quaſi à matre, ut etiam operari poſſint: qui vero ab ejus conjunctione avulſi quodammodo putrefacti ſunt converſione ad vitia, & vitam Deo minimè placentem nullo modo ad virtutem idonei videbuntur, aut bonorum operum claritatem adipiſci poterunt, ſed omnivoro igni tradentur tanquam inevitabili neceſſitate conſumendi. Quod enim ad pietatem eſt inutile, pœnis luendis*

quodammodo eſt idoneum, quemadmodum nempe & quod in palmitibus eſt aridum, ad ignem ſolum eſt utile. Ait notanter: *τὴν ἐξ αὐτῆς δύναμιν, potentiam* ex ipſa vita habere, Et qui *poſſit* aliquid in rebus divinis, cum mortuus ſit irregenitus. Matth. VIII. 22. (quo cum confer. Epheſ. II. 5. V. 14. Coloſ. II.) Chriſtus expreſſe vocat *mortuos*, cum cuidam reverturienti diceret: ſinite mortuos ſepelire mortuos. Chryſoſtomus in catena mortuos ait eſſe propter infidelitatem, *dimitte, inquit, mortuos, hoc eſt, infideles, ſepelire mortuos ſuos. Tu autem per fidem vivus, atque à ſtultis opinionibus eorum melius informatæ mentis aſſenſum abſtinens, vitam ſequere præeuntem, Chriſtum ſcilicet, qui vita eſt & vocat.* Ita habent ipſius verba fol. 115. Et in altera fol. 311. *Dicendo autem mortuos ſuos, oſtendit ſuum non eſſe hunc mortuum: ex infidelibus enim, ut ego quidem arbitror, erat qui fuerat defunctus.* Anepigraphus quidam quærit fol. 312. *Quis mortuorum in peccato ſepultor ſit? Diabolus, R. qui & ipſe mortuus eſt ad bonum: hic igitur mortuus mortuos hoſce ſepelit; nos autem optimæ vitæ largitorem præferamus.* Similis locus eſt Luc. XV. 24. ubi pater Filii, deperditi pridem, ait: Filius meus erat *mortuus* & revixit. Ad quæ verba Ambroſ. comm. in Luc. f. m. 470. A. hæc notavit. *Ille perit, qui fuit; Non enim poteſt perire qui non fuit. Itaque gentes non ſunt, Chriſtianus eſt, juxta quod ſupra dictum eſt: Quia elegit Deus qui non ſunt, ut quid ſunt deſtrueret. Poteſt tamen & hic in uno accipi ſpecies generis humani. Fuit Adam & in illo fuimus omnes. Periit Adam, & in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine, qui perierat, reformatur, & ille ad ſimilitudinem Dei factus & imaginem, divina patientia & magnanimitate reparatur. Quid eſt ergo, elegit Deus quod non ſunt, ut quod ſunt deſtrueret? Id eſt, elegit populum gentium qui non erat, ut deſtrueret populum Judæorum. Poteſt & de agente pœnitentiam dictum videri, quia non moritur niſi qui aliquando vixit. Et ideo gentes non moriuntur, ſed mortui ſunt. Etenim qui in Chriſtum non credit, ſemper eſt mortuus. Et gentes quidem cum crediderint, per gratiam vivificantur, qui vero lapſus fuerit per pœnitentiam reviviſcit.* Et Theoph. ad l. c. *Quantum ad malitiæ abundantiam mortuus erat is deſperatus.* Hinc eſt, quod reſtitutio hominis *regenerationi* comparetur. Joh. III. 5. Sicut enim per generationem homo accipit ipſam etiam potentiam, quæ nulla ipſius antea erat; ita etiam in regeneratione homo accipit potentiam ſpiritualem, qua antea plane erat deſtitutus.

Sequitur hinc, quod homo irregenitus *non poſſit* bona opera facere. Eſt enim mala arbor, quæ *non poteſt* bonos fructus ferre. Matth. VII. 16. Neque è ſpinis colligunt fructus, neque è rubo uvam. Luc. VI. 44 Audi Chryſoſt. ad l. c. Matth. in Caten. f. m. 279. *Ne quis dicat, arborem quidem malam malos fructus ferre, ferre autem etiam bonos, ac ob duplicem fructum, quem fert, difficilem reddit diſcretionem; non eſt, inquit, hoc: malos enim tantummodo fert, bonos vero nequaquam, quemadmodum etiam illa è contra. Ecquid igitur? bonus ne nunquam malus factus eſt? ac contra rurſum eſt, ac multorum vita talibus abundat exemplis. Chriſtus vero non hoc ait, fieri non poſſe ut malus convertatur, aut qui bonus eſt, poſtea labatur, ſed quamdiu malitiæ adhæret, bonum fructum reddere non poſſe. Fieri ſiquidem poteſt ut malus convertatur ad virtutem: in malitia autem perſiſtens fructum bonum non fert.* confer Auguſt. de grat. c. 18. & 19: Lib. II. cont. Julian. c. 8. & 9. & Lib. IV. c. 3. qui ex hoc loco prolixe diſputat contra Pelagianos virtutum Ethnicarum Patronos.

Digitized by Google

Artic. VI.

De

ΧΡΙΣΤΟΛΟΓΙΑ.

Sect. I.

DE CHRISTI NOTITIA ET NOMINIBUS.

Argumentum.

CHriſtologia eſt licita, neceſſaria, & utilis 1. *Myſterium.* 2. *Principium cognitionis quod, & quidem principale, eſt Trinitas.* 3. *Miniſteriale ſunt Angeli & homines.* 4. *Quo, eſt verbum Dei.* 5. *Subjectum ſunt Angeli & homines.* 6. *Summarium.* 7. *Opiniones de Chriſto variæ.* 8. *Chriſti nomina, qualia ſunt: Jeſus.* 9. *Chriſtus.* 10. *Agnus Dei.* 11. *An brachium?* 12. *Caput anguli.* 12. *Cornu ſalutis.* 14. *Dominus.* 15. *Electus Dei.* 16. *An facies Patris?* 17. *Filius Dei.* 18. *Generoſus.* 19. *Granum tritici.* 20. *Immanuel.* 21. *Liber vitæ.* 22. *Lux* 23. *An margarita?* 24. *Nazarenus.* 25. *Oſtium.* 26. *Panis.* 27. *Paſtor.* 28. *Paterfamilias.* 29. *Reſurrectio.* 30. *Rex Iſrael.* 31. *Sanctus.* 32. *Sapientia.* 33. *Servus Dei.* 34. *An & Spiritus ſanctus?* 35. *Sponſus.* 36. *An Theſaurus?* 37. *Venturus.* 38. *Verbum, veritas & via.* 39. *Vinitor, Vitis.* 40. *Virtus altiſſimi.* 41. *& vita.* 42.

§. I.

ABſoluta Theologia & doctrina de lapſu Angelorum & hominum, aggredimur Χριστολογίαν. Deus enim eo fine Filium ſuum miſit, & hic miſſus in carnem, ideo venit, ut lapſum genus humanum in integrum reſtitueret, id quod prolixè in hoc ipſo Articulo & ſequente demonſtrabimus. Eſt igitur articulus hic præcipuus hujus noſtri ſcripti ſcopus, utpote Evangelicæ hiſtoriæ excellentiſſimum momentum. Dubitare quidem quis poſſet: An licitum ſit Chriſti perſonam & offi- *Chriſtologiæ honeſtas.*

 cium

Digitized by Google

cium revelare, cum Matth. XVI. 20. ipſe vetuerit, ne diſcipuli cuiquam dicerent, quod Meſſias ipſe eſſet. Sed R. interdictum iſtud fuit temporarium, non perpetuum. Reſpiciebat enim tempus ſuæ paſſionis & mortis, quod iſtud prius tranſire deberet, quam tam illuſtria de ſe prædicarentur, utpote quod neque diſcipuli, neque auditores ſatis eorum capaces futuri fuiſſent. Præterito igitur illo tempore, tutum erat, imo oportebat, Chriſtum plena luce aliis revelare. vide Baſil. epiſt. 141. Chryſoſtomum in Catena Corderii & Poſſini. ad l. c. Matth. Placuit ſapientiæ divinæ in χειρογνωσία quoque vitam æternam collocare. Joh. I. 12. quotquot eum receperunt, iis dedit poteſtatem, ut fierent filii Dei. Hinc concludit Cyrillus de rect. in Chriſt. fid. *qui fidem in ipſum complexus fuerit, eximiam inde mercedem gloriamq́; reportaturum eſſe.* Idem l. 2. prolixius explicat & confirmat. p. 151. Actor. Eph. Contra Chriſtus ait Judæis Joh. VIII. 24. niſi credideritis, me eum eſſe, peribitis in veſtris peccatis. *Nihil aliud Dominus Jeſus Chriſtus mihi videtur his verbis dixiſſe, niſi credideritis quia ego ſum: &c. quam hoc: niſi credideritis, quia Deus ego ſum moriemini in peccatis veſtris. Bene, Deo gratias! quia dixit: niſi credideritis: non dixit: niſi ceperitis: quis enim hoc capiat? Aut verè quia auſus ſum dicere, & niſi eſtis intelligere, aliquid de tanta ineffabilitate cepiſtis: Si ergo non capis, fides te liberat. Ideo & Dominus non ait, niſi ceperitis quia ego ſum: ſed quod poterant dixit, niſi credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.* ita Auguſtin. tract. 38. in Joh. XVII. 3. *hæc eſt vita æterna*, ipſe ait Chriſtus, *ut Te, Pater, cognoſcant ſolum* (unum) *verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.* Quæ verba τῆς θεολογίας διδασκαλίαν appellat Theodor. lib. V. hæret. fab. c. 1. Matth. XVI. 13. ſeqq. examen idem inſtituit inter ſuos diſcipulos de ſua perſona & officio, requirens ipſos, quid vel alii de ipſo, vel ipſimet de eodem ſtatuerent; & poſtquam rejectis falſis opinionibus veram ſententiam Petrus, reliquorum Apoſtolorum os, expoſuiſſet, beatus audit, tanquam qui edidiſſet confeſſionem, cui tanquam petræ Eccleſiæ machina invictè inniteretur. *Hilarius II. & VI. de Trinit. Ambroſ. in Luc. VI. c. 9. Epiphan. hæreſ. 59. Chryſoſt. hom. 55. Matth.*

Utilitas.

Matth & ſerm. de Pentecoſte. Cyrill. Dial. de Trinit. lib. 4. *Felix tertius PP. apud Baron. a.* 405, *Photius epiſt.* 35. *confeſſionem Petri intelligunt per petram, pro qua ſententia allegantur etiam Leo Magnus, Felix IV. Gregorius Magnus, Adrianus, Leo II. Gregorius VII. PP. Theophylactus, Lyra, Durandus. Hunc ſenſum ſecutus eſt Eraſmus.* (ita Sandius ad Matth. XVI. 18.) & ex Pontificiis Maldonatus ad loc. cit. *Sunt inter veteres auctores, qui interpretentur: ſupra hanc petram; id eſt, ſuper hanc fidei confeſſionem, qua me Filium Dei vivi eſſe dixiſti, ut Hilarius & Gregorius Nyſſenus, & Chryſoſtomus, & Cyrillus Alexandrinus, Auctor commentariorum in Epiſt: D. Pauli qui Ambroſio tribuuntur. Longius etiam à ſenſu recedens D. Auguſtinus interpretatur, ſuper hanc petram, i. e. ſuper me ipſum, quia petra erat Chriſtus. Et quia fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. Origenes vero ſuper hanc petram, id eſt, ſuper omnes homines eandem fidem habentes.* Quod de Origene dixit, legitur in ipſius comment. in Matth. fol. m. 274. E. 275. A: *Quod ſi dixerimus & nos, quemadmodum Petrus: Tu es Chriſtus Filius Dei viventis, non quaſi revelatum nobis fuerit à carne vel ſanguine; ſed luce cordi noſtro affulgente à Patre, qui in cœlis eſt, Petrus efficimur; Dicatur & nobis à verbo: Tu es Petrus, & qui ſequuntur. Petra enim eſt omnis diſcipulus Chriſti, de quo bibebant, qui bibebant de ſpiritali conſequente petra; & ſuper quamlibet ejusmodi petram ædificatur omnis ſermo Eccleſiaſticus, & vita juxta ipſum inſtituta ratio: unicuiq; enim perfecto habenti congregationem ſermonum beatitudinem perficientium,* & neceſſitas. *& operum, & cogitationum, ineſt Eccleſia à Deo ædificata.* Hieron. Comm. ad Matth. XIII. 45. χειρογωνίαν confert precioſiſſimæ margaritæ: *unum autem eſt precioſiſſimum margaritum, ſcientia Salvatoris, & Sacramentum paſſionis illius, & reſurrectionis arcanum. Quod cum invenerit homo negotiator, ſimilis Pauli Apoſtoli, omnia legis prophetarumq; myſteria, & obſervationes priſtinas, in quibus inculpatè vixerat, quaſi purgamenta contemnit & quisquilias, ut Chriſtum lucrifaciat. Non quo inventio nova margaritæ condemnatio ſit veterum margaritarum: ſed quo comparatione ejus bonis alia gemma vilior ſit.* Joh. XX. 31. Hæc (de Chriſto) ſcripta ſunt, ut credatis, & credendo vitam æternam habeatis.

§. 2. *Myſterium* autem eſt hæc doctrina. Matth. XI. 21.

cujus

cujus gratia Deo Patri ſuo gratias egit Chriſtus, quod id revelaſſet infantibus, quales ſunt ſimpliciter credentes, non autem ſapientibus & prudentibus hujus mundi. vid. Juſtin. Martyr. dial. cum Tryph. f. 198. Non tamen ſenſu Judaico id intelligendum, quaſi dé Chriſtologia omnino non conſtaret, niſi per Prophetam Eliam, quæ Tryphonis olim ſententia fuit, recitante eodem Martyre f. 174. opp. *Chriſtus autem, ſiquidem natus eſt, & alicubi exſtat, ignotus eſt. Ac ne ipſe quidem ſeipſum ſcit, neq; poteſtate aliqua præditus eſt, donec adveniens Elias illum unxerit, & manifeſtum omnibus reddiderit. Vos vero auditionem inanem poſtquam excepiſtis, Chriſtum vobis quendam fingitis, & illius gratia præſentis vitæ commoda inconſideratè perditis.* Nam ex *ſcripturis Propheticis* illud conſtat, ad quas Juſtinus l. c. provocavit, easque pro ſeſe adduxit, ut probaret, Chriſtianos nullum ſibi Chriſtum temere *pinxiſſe, aut vanis fidem habuiſſe fabulis, aut demonſtrationis, expertibus aſſertionibus*, ἀλλὰ μεςοῖς πνεύματ☉ θείε, ϗ δυνάμει βρύεσι, ϗ τεθηλόσι χάρισι; *ſed Spiritu divino plenis, virtuteq; ſcatentibus, & gratia florentibus.* Neque etiam ſenſu Ethnico id myſterium capiendum eſt. Audiverant illi aliquid veluti per tranſennam de Meſſia, ſicut ligaturus eſſet pullum ad vitem, & equitaturus ſuper aſinam; hinc illi ſumpſerunt anſam fingendi neſcio quem Dionyſium, Jovis Filium, inventorem vitis, & propterea aſinum in myſteriis & arcanis ſuis ſacris circumduxerunt: referente eodem Juſtino Apol. II. f. m. 70. Abſint hæc à nobis nefanda myſteria. Myſterium Χειςολογίας eſt, quia niſi Deo revelante de ipſa ratio noſtra nihil ſcit, neque etiam revelata capere poteſt, niſi virtute divina mens illuſtretur humana.

Principium cognitionis. quod principale.

§. 3. *Principium* igitur *cognitionis* aliud eſt quod, aliud quo. *Quod* eſt tota Trinitas: *Pater*; is enim eſt, qui de cœlo clamavit Matth. III. 17. XVI. 1.5. hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacitum mihi eſt, hunc audite! Qui Petro revelavit, quod Jeſus Nazarenus eſſet Filius Dei viventis. Matth. XVI. 17. & idem eſt, qui hodie quoque idem myſterium nobis manifeſtat, φωτὸς ἡμῶν τῇ καρδίᾳ ἐλλάμψαντ☉ ἀπὸ τοῦ ἐν οὐρανοῖς πατρός: *luce in corde noſtro illuſcente à Patre, qui eſt in cœlis:* uti loquitur

quitur Origen. tom. XII. in Matth. Rationem dat Chriſtus Matth. XI. 27. quod nemo norit Filium niſi Pater; adeoque nec Filium norit ullus homo, niſi Patre Filium revelante. Confirmatur ex Joh. VII. 28. Cum enim Judæi gloriarentur, ſe noſſe ipſum; Negat ipſe, ratione addita, quod neſcirent à Patre ab æterno ſeſe genitum eſſe, in tempore miſſum, ut promiſſiones expleret; imò, quod neſcirent ipſum Patrem, quem ipſe norit, utpote cujus in ſinu eſſet, & eo fine miſſus, ut & ſe, & Patrem revelaret. Fluit hinc, quod & Filius ſe ipſe revelarit, & revelet. Joh VIII. 12. ea de re inter ipſum & Phariſæos diſceptatio oritur: Jeſus occaſione ſumpta à tempore matutino, quo docebat, v. 2. ſeſe vocaverat lucem univerſi, in tenebris ignorantiæ & peccatorum ſubmerſi, mundi: Hoc ægre ferentes Phariſæi, teſtimonium, utpote domeſticum, repudiabant. Regeſſit autem Jeſus, non eſſe repudiandum, etſi domeſticum, eo quod è ſciente animo eſſet profectum, qualis apud Phariſæos excœcatos non eſſet, & confirmatum teſtimonio ſui Patris, qui & in V. T. Jeſ. XLII. 6. & in N. T. Matth. III. 17. XVII. 5. eundem ſuum filium lucem, & doctorem appellaſſet: ſi igitur juxta legem Deut. XVII. 6. XIX. 15. veritas teſtimonii æſtimetur ex dualitate teſtium, cur igitur ipſi fidem derogaverint ſuo & Patris, divinarum perſonarum, teſtimonio? Exſibilabant quidem Phariſæi illum Chriſti Patrem, utpote inviſibilem; ſed docebat Chriſtus, unde is contemptus eſſet, nempe ex ignorantia ſupina veri Dei, cujus Deitatis perſonæ ipſe & Pater eſſent: Carnalia ſcilicet Judæi ſentiebant de Chriſto, quare quidquid Jeſus vel dicebat, vel faciebat, id omne Judæis erat ſcandalo, propter præconceptam de ipſo & Deo falſam opinionem. Cum inſtarent Judæi, &, ironicê licet, quærerent, tu quis es? reſpondit ipſis: imprimis quod & loquor vobis. id eſt, is ipſe Meſſias, qui ſuam Perſonam & officia verbis hactenus & factis declaraſſet, quare hæc conſulerent, ut cognoſcerent ipſum, Confirmanda erat hæc cognitio per ipſam Chriſti paſſionem, & mortem, qua exaltandus & declarandus erat Chriſtus, quod eſſet verus Meſſias, Deus, lux mundi, à Patre miſſus, verax. Joh. VIII. 25. ſeqq. Joh. IX. 35. 36. 37. Chriſtus quæſivit cœcum, ſanitati à ſeſe

reſtitutum, & poſtquam inveniſſet, docuit eundem, quis eſſet Filius Dei, nempe ſe eſſe, quem ille vidiſſet, & audiviſſet λόγον. Cap. XII. 30. poſtquam Pater è cœlo reſpondiſſet Filio, petenti nominis divini glorificationem, quæ facta erat, & futura in Meſſiæ revelatione, & nonnulli ſiniſterius de oraculo judicarent, Chriſtus dixit, vocem iſtam ſonuiſſe non tam propter ſeſe confirmandum, quam circumſtantes auditores informandos de deitate Meſſiæ, & muniendos adverſus ſcandalum. Cum Chriſtus coram ſynedrio vinctus & reus ſtaret, interrogabatur â ſummo Pontifice Caipha: an Chriſtus, & Filius Dei benedicti, eſſet? affirmavit Jeſus utrumque; & ne offenderentur ſpreta hominis forma, ſubjecit, paulo poſt ipſoſmet hunc Filium hominis Dei Filium ad Patris dextram evectum viſuros eſſe, ſcil. poſt aſcenſionem in cœlos. Matth. XXVI. 63. 64. Marc. XIV. 61. ſeqq. Repetiit confeſſionem coram pleniore concilio. Luc. XXII. 70. poſtquam Pontifex ſummus ipſum interrogaſſet: an Meſſias eſſet? v. 67. Hoc non ſine providentia divina factum eſt. Nam licet Pontifex laqueos hos ignominiæ, ſive periculi, ipſi poneret, Deus tamen hac ratione Meſſiæ perſonam & officium voluit revelare. Non autem ſufficiebat hoc. Nam coram Pilato eadem quæſtio ventilata eſt. Accuſaverant Judæi Jeſum, quod ſe Chriſtum regem dixiſſet; Pilatus igitur Jeſum in prætorium reductum interrogavit: an eſſet ille Judæorum Rex? & iterum; Rex es tu? annuit Jeſus, quod ſic: Joh. XVIII. 33. 37. Matth. XXVII. 11. Marc. XV. 2. Luc. XXIII. 2. Hoc fine Johannes & reliqui Evangeliſtæ ſcripſerunt Evangelicam de Jeſu *miraculis* hiſtoriam, ut legentes crederent, eum eſſe Chriſtum, illum verum Dei Filium. Joh. XX. 31. vide Juſt. Martyr. f. 230. 40. Ex dictis apparet, quod Chriſtus ſuam Perſonam officiumque & invictis argumentis, & divinis miraculis probarit, & confirmarit. Unicum addimus ex Matth. XI. 4. ſeqq. de diſcipulis Johannis. Cum enim Jeſum interrogarent: an Meſſias eſſet? nullum aliud reſponſum accipiebant, quam per miracula, quæ Chriſtus ipſis enarrabat. confer denuo Juſtinum Martyr. vel quiſquis auctor eſt qq. & RR. XXXVIII. Hilar. comm. in l. c. Et alterum ex Luc.
XXIV.

XXIV. 25. ſeqq. Nam in itinere Emauntico ſuis diſcipulis Meſſiæ potiſſimum paſſionem & mortem explicuit. Imo jam in V. T. Filius Dei fuit, qui ſemet ipſe revelaret hominibus, præſertim Patriarchis, & Prophetis, & per hos Eccleſiæ ſuæ Iſraëliticæ. Denique & *Spiritus ſanctus* hoc nobis myſterium revelat. In V. T. revelavit id ſanctis Prophetis. e. g. Davidi. Matth. XXII. 43. In N. T. manifeſtavit Zachariæ, Eliſabethæ, Simeoni, Hannæ &c. Luc. I. 41. 67. II. 26. Diſcipulis quoque, imo omni mundo. Quo de prolixus eſt Chriſtus ipſe. Joh. XIV. 26. ſeqq XV. 26. XVI. 9. ſeqq. Actor. I. 8. cum promittit diſcipulis ſuis, in orbem prædicandi gratia ituris, Spiritum ſanctum, qui de Meſſia teſtaturus, & ipſos etiam in hoc articulo, fidei, in omnem veritatem deducturus ſit.

§. 4. *Miniſterialem operam* præſtiterunt Angeli, & homines. *Angeli*; Et quidem boni. Etſi enim mali quoque, ut ſunt Dæmones, teſtimonia ſua de Jeſu Chriſto conferrent, ea tamen Chriſtus repudiavit. Ita ſenſit Athanaſius orat. 1. adverſ. Arian. f. 285. C. D. *Dæmonibus, cum è monumentis vociferarentur, ora obdurabat, tametſi verum eſſet, quod ab ipſis diceretur, neque falſi quicquam in his verbis proferrent, Tu es filius Dei; & Sanctus Dei. Noluit tamen per os impiurum veritatem enunciari, multo minus vero per illos, ne per hanc occaſionem admiſcentes Zizania ſua mala voluntatis eo tempore ſuperſeminarent, quo homines in ſomnis eſſent. Ea de cauſa nec ipſe eos ſuſtinuit talia loquentes, nec eoſdem à nobis ſuſtineri voluit ſuosque admonuit his verbis* &c. Gabriel Angelus fuit, qui Mariæ virgini conceptionem Meſſiæ denunciavit. Luc. I. 26. ſeqq. Angelus fuit, qui ante jam certum fecerat Zachariam de prodromo Meſſiæ. v. 13. ſeqq. Angelus, qui Joſephum informavit de fœtu Mariæ prægnantis; Matth. I. 20 ſeqq. Angelus, qui paſtoribus nativitatem ejusdem detexit. Luc. II. 10. ſeqq. Angeli diverſi, qui, Chriſto ex mortuis reſuſcitato, reſurrectionem ejus intimarunt diſcipulis & mulieribus nonnullis. *Homines* quoque id officii divinitus acceperunt, ut Meſſiam manifeſtarent. Johannes Baptiſta, Meſſiæ prodromus, debuit ſcientiam ſalutis, qualis eſt χριστογνωσία Joh. XVII. v. 13. dare hominibus Luc. I. 77. Apoſtolorum & diſcipulorum Chriſti idem erat officium. Nam

Miniſteriale.

Digitized by Google

debebant eſſe teſtes Jeſu Chriſti, nati, denati, reſuſcitati, in cœlos ſublimati, ab Hieruſalem uſque ad fines terræ. Act. I. 8.

Quo §. 5. *Principium quo* uſi ſunt Angeli & homines, imo Deus ipſe, fuit verbum Dei in ſcripturis contentum. Clariſſime hoc patet ex omnibus illis locis, quæ ex V. T. allegantur apud Evangeliſtas, ad probandam Meſſiæ vel perſonam, vel officia, vel beneficia. Ordine ea enumeravimus ſupra Artic. III. ubi de Moſaicis & Propheticis vaticiniis ex profeſſo actum eſt. Confer Athanaſ. de incarn. verbi t. 1. opp. f. 86. ſeqq. De comm. Eſſent. Patr. & Filii. f. 235. Orat. I. adverſ. Arian. f. 286. B. Eleganter Auguſtinus Tract. XXXV. in Joh. *antequam*, ait, *veniret Dominus noſter Jeſus Chriſtus, multas ante ſe lucernas propheticas accendit, & miſit.* Certe Chriſtus ipſe ignorantiæ Meſſiæ cauſam unicè adſcripſit ignorantiæ ſcripturæ. vide Luc. XXIV. 25. *Ne quæratis igitur alibi Chriſtum, quam ubi ſe nobis voluit prædicari Chriſtus:* nempe in ſcripturis, conſilium eſt Auguſtini tract. VII. in Joh. Hoc enim fine Johannes, adeoque & reliqui Evangeliſtæ, hiſtoriam Evangelicam ſcripſerunt, ut crederemus, Jeſum eſſe Meſſiam; & per fidem in ipſum vitam æternam haberemus. Joh. XX. 31. Verbo acceſſerunt *Miracula*, quibus Chriſtus ſeſe Deum & Meſſiam eſſe potiſſimum declaravit. De quibus ſupra in Θεολ. §. 21. ſeqq.

Subjectum, quæſt. I. §. 6. *Subjectum* cognitionis Chriſti ſunt Angeli quidem & homines; ſed de quibusdam ſpeciales quæſtiones moventur. Quæritur. I. *An Johannes Baptiſta Meſſiam norit?* videtur quod non. Nam Joh. I. 31. ipſe dicit: *Non noveram ipſum.* Sed R. Chryſoſtomus, Euthymius, & Theophylactus, non noviſſe ipſum de facie; noviſſe autem quoad perſonam, officia, & beneficia. Nec ſine cauſſa erat, quod expreſsè diceret Johannes Baptiſta, ſe eo modo ipſum neſciviſſe, eo quod videri alias potuiſſet gratiæ ipſius tam illuſtre ejus elogium ſeſe dediſſe. II. *An in V. T. cognitionem Meſſiæ veram habuerint?* Affirmamus, & quidem obſcuriorem ex typis, clariorem ex Propheticis vaticiniis. Iſtud innuitur Luc. I. 5. ſeqq. Prima enim Meſſiæ & præcurſoris revelatio fiebat Sacerdoti Judaico, cum ſacris Leviticis operaretur, ut oſtenderetur, præparationem ad χριϛολογίαν, & adumbrationem factam eſſe in lege cæremoniali. v. 10. refertur

de

Digitized by Google

de fideli populo, quod orarit, ſine dubio miſſionem Meſſiæ liberatoris, ut ex verbis Angeli & Zachariæ haud obſcure colligunt commentatores. Venerat Chriſtus ad legem implendam Matth. V. 17. qua agendo, qua patiendo; Lex igitur prædixerat, vel præfigurarat, quæ deinde completa ſunt: *Lex enim operum poſita eſt, & omnium in fidem eorum, quæ in Chriſto erant revelanda, concluſit, cujus & doctrina & paſſio grande & profundum eſt paternæ voluntatis arbitrium.* vide Hilarium comm. ad Matth. l. c. & p. 258. *In ipſo Lex & prophetia omnis impletur; ſub paſſione, & jamjam ſpiritum traditurus, magni hujus in ſe certus arcani, poto aceto conſummata omnia eſt profeſſus. Fidem enim geſtorum omnia tum prophetarum dicta ſumebant.* conferatur Origenes comment. in Joh. tom. I. fol. 8. & tom. V. fol. 80. ubi diſputat contra eos, qui vaticinia Prophetica de Chriſto elevabant ideo, quod Chriſtus in carne exhibitus ſatis habuerit argumentorum ex ſuis miraculis, probandi ſuam perſonam & officium. Gregor: Nyſſenus tom. II. fol. m. 154. ſeqq. Auguſtin. lib. 1. de conſ. Evang. c. 11. 14. III. *An Diaboli Chriſtum cognorint?* varie diſputatum eſt de hac quæſtione inter veteres & recentiores. Dubitaſſe ſaltem ab initio, & Chriſto in ſtatu exinanitionis poſito, ſentit Ignatius Martyr in literis ad Philippenſes; occurriſſe enim ipſi argumenta hinc pro Deitate, inde pro humanitate, quæ non cum Deitate, ſicut nec iſta cum hac, potuerit conciliare. Sic & Cyprianus lib. de jejuniis & tentationibus Chriſti, Euſebius demonſtr. Evangel. lib. X. c. 8. Hilar. comm. in Matth. IV. f. m. 257. Hieronymus comm. ad Matth. IV. 8. Huc quoque inclinat Auguſtinus lib. IX. de C. D. c. 22. nempe, quod ſua intervalla habuerit vertiginoſus ſpiritus, modo cognoverit, modo dubitarit. Et Tractat. VI. in Joh. ubi diſtinguit inter fidem charitate præditam, & deſtitutam. Lib. I. de conſ. Evangel. c. 15. affirmativæ accedit, allegatis diabolorum verbis Marc. I. 24. *ſcio, quis ſis, ſanctus Dei.* Et ſic etiam Theodoret. l. V. hæret. fab. c. 2. Alii quoq; affirmant quæſtionem, ut Tertull. lib. IV. & V. contr. Marc. c. 6. In libro contra Praxeam, Athanaſ. de incarnat. verb. f. 85. t. 1. opp. Orat. I. adverſ. Arian. f. 285. Gregor. Nazianz. Orat. XXXIX. Alii negant, ut Leo Magnus ſerm. XVIII. de paſ. Alii diſtinguunt inter dæmonas &

Diabolum, putantes, *dæmones ſcire filium Dei, & diabolum ignorare,* quos ridet, & refutat Hieron. in comm. ad Matth. VIII.29. Noſtra ſententia, ſcivit, ſaltem per intervalla, diabolus, Jeſum eſſe Filium Dei; fides tamen illa iſtius ſua habuit deliquia, dum Chriſtus in ſtatu exinanitionis verſaretur, ſemper autem fuit deſtituta charitate, & fiducia in Deum: ut adeo vera fides non fuerit, quod contra Bellarm. lib. I. de juſtif. c. 15. Et Juſtinianum Jeſuitam ad Jac. II. p. 86. obſervat & urget Dn. D. Dannh. in hodoſ. phœn. III. p. 287. IV. *An Philoſophi quoque ſciverint hoc myſterium?* Aff. Auguſtinus lib. I. de conſ. Evangel. c. 15. *Quidam Philoſophi eorum, ſicut in libris ſuis Porphyrius Siculus prodidit, conſuluerunt deos ſuos quid de Chriſto reſponderent: illi autem oraculis ſuis Chriſtum laudare compulſi ſunt. Nec mirum, cum & in Evangelio legamus eum dæmones fuiſſe confeſſos. Scriptum eſt autem in Prophetis noſtris, quoniam Dii gentium dæmonia. At per hoc iſti ne contra Deorum ſuorum reſponſa conentur, continent blaſphemias à Chriſto, & eas in diſcipulos ejus effundunt.* Extendi poſſet quæſtio etiam ad alios Ethnicorum, pro quorum notitia videntur militare, quæ ex Patribus, & Sibyllinis oraculis collegit Auguſtinus Steuchus Eugubinus, in libro de perenni philoſophia & alii Hyperaſpiſtæ religionis Chriſtianæ. Sed ſi quid idoneorum teſtimoniorum eſt, traditioni acceptum ferendum eſt, non rationi; Eſt & manet hoc myſterium ſapientibus hujus mundi abſconditum Matth. XI. 25.

Summarium. §. 7. *Summa χριστολογίας* in quibusdam Evangeliſtarum locis proponitur. Matth. XVI. 16. Petrus Chriſto ait: *Tu es Chriſtus, Filius Dei viventis.* Quibus verbis comprehenditur doctrina de Chriſti perſona, & officio; *Perſona*, quod homo eſſet, quippe quem Petrus videbat, & digito indice monſtrabat; Et Deus, utpote Dei Filius; *Officium*, Nam erat Chriſtus unctus ad officium Propheticum, ſacerdotale & regium. Talis ſumma habetur etiam Math. XXVI. 63. 64. Marc. XIV. 61. ſeqq. Pontifex quæſierat ex Chriſto de officio ipſius, an eſſet Meſſias? Et de Perſona; an Chriſtus filius Dei? utrumque affirmabat Chriſtus, & ſubjiciebat ex Pſal. CX. de ſtatu ſuæ exaltationis, quod exantlatâ paſſione ſua, & morte, evehendus eſſet ad dextram Dei, & ea facturus, unde vel ipſi cognituri ſint, quod merus homo

homo ipſe non extitiſſet. Simul inſinuabat unionem perſonalem, communionem naturarum, & communicationem idiomatum; dum Pontifex quærebat de filio Dei, & ipſe ſubjiciebat de filio hominis, innuens, eundem eſſe filium Dei, & hominis; & humanam naturam exaltandam eſſe ad majeſtatis divinæ à ſe poſſeſſæ plenarium exercitium. Huc refer veteres. Autor comm. in Marcum, qui Hieronymo adſcribi vulgo ſolent, eleganter ait: Chriſtus eſt *homo naſcendo*, *vitulus moriendo*, *leo reſurgendo*, *aquila aſcendendo*. vid. Cornel. à Lap. præfat. comm. in Marc. pag. 559. a. & Hieron. t. IX. opp. f. 43. Eandem in compendio exhibet Theodor. Orat. X. de Provid.

§. 8. Variis autem *Judiciis* Chriſtus erat obnoxius, & omnem lapidem movit Diabolus, ut ipſius agnitio impediretur, quod præſtare allaborabat per varias opiniones, quas de ipſo hinc inde diſſeminabat, & varios adverſarios, qui ipſius perſonam & officia in dubium revocabant, imo negabant. Egimus his de impedimentis ſupra Artic. II. ſect. 2. §. 5. ſeqq. Et agemus pluribus inferius. ſect. 2. §. 2. ſeqq. Judicia varia.

§. 9. Ne igitur & nos variis opinionum incertarum ventis circumagitemur, ipſas ſacras literas conſulamus, & quæ ad χριστογνωσίαν ſpectant, diſtinctius inde & accuratius deducamus. 1. *Nomina* occurrunt, quorum alia ſunt propria, alia metaphorica. Cur vero Deus voluerit metaphoricis verbis Evangeliſtas & alios ſuos Amanuenſes uti, factum eſt propter noſtram infirmitatem, quæ Deum, ut in ſe eſt, non poteſt capere. vide Athan. de decret. Nicæn. t. 1. opp. Alia ſunt eſſentialia, alia officialia, alia utrumque. *Jeſus Chriſtus eſt Dei verbum, & vita, & lux, & veritas, & Deus, & Sapientia*, καὶ πάντα, ὅσα κατὰ φύσιν ἐστί. *Et hæc omnia ſecundum naturam eſt*, ait Gregor. Nyſſ. ab init. orat. II. cont. Eunomium. Quædam ſuperius Art. II. Sect. 2. §. 2. ſeqq. delibavimus. Supereſt, ut reliqua adjungamus. Eminent præ reliquis duo Jeſus, Chriſtus. *Jeſus* nomen accepit à Deo per Angelum Gabrielem adhuc *ante ſui conceptionem*; Dixit enim iſte Mariæ Luc. I. 31. nomen ipſius vocabis Jeſus. Repetitum eſt *ante partum* poſt conceptionem Matth. I. 21. dum Angelus per ſomnium Joſepho mandat, ut Filium, quem Maria illibata (1) *Nomina*, ut Jeſus.

ſponſa

ſponſa concepiſſet,& in utero geſtaret, appellaret Jeſum; addita ratione nominis; populum enim ſuum ſalvabit à ſuis peccatis. Tertia vice repetitum eſt in *circumciſione*. Luc. II. 21. Nomen enim ipſius dictum eſt Jeſus. Radix vocis eſt Hebræa ישע unde הושיע, ſalvavit, inſtar medici ægrotum; inde ישוע Jeſus, *Σωτὴρ* Salvator: *Prophetarum officium erat à peccatis revocare, Chriſti vero proprium, credentes ſalvare.* ait Hilar. comm. in Matth. f. m. 253. Magna igitur differentia eſt inter Chriſtum & Chriſti Miniſtros. Iſte enim eſt Salvator de ſuo, tanquam qui paſſione & morte ſua à peccatis, & horum pœnis homines ſalvavit; Hi vero applicant ſolùm fructum meriti Chriſti, & annunciant per verbum & ſacramenta. *Chriſtus commune dignitatis eſt nomen, Jeſus proprium vocabulum Salvatoris*: ait Hieron. ad Matth. XVI. 20. Analoga vox eſt *σωτήριον Salutare*. Luc. II. 30. deſumpta ex Pſ. XCVII. 3. Jeſ. LII. 3. & Gen. XLIX. 18. *Σωτηρία, Salus* Joh. IV. 22. eo quod venerit Filius Dei non ut condemnaret homines, ſed ut mundus per ipſum ſalvaretur. Joh. XII. 47.

Chriſtus. §. 10. Alterum nomen illuſtre eſt *Chriſtus*. Luc. II. 11. acceptum ab unctione, *Meſſias Hebraicè, Latinè unctus, Græcè Chriſtus eſt: Ab unctione enim dicitur Chriſtus. Chriſma unctio eſt Græcè, ergo Chriſtus unctus, ille ſingulariter unctus, præcipuè unctus, unde omnes Chriſtiani unguntur. Ille præcipuè, quomodo in Pſalmo* (XLV.) *dicit: propterea unxit Te, Deus, Deus &c.* verba ſunt Auguſtini Tract. VII. in Joh. Ab unctione igitur accepit nomen Chriſtus, tract. 33. non tamen à vulgari, ſed divina; unde *Chriſtus Dei* dicitur. Matth. XVI. 10. Habet & diabolus ſuos Chriſtos, qui ſunt *Pſeudo-Chriſti*, venditantes ſeſe pro eo, qui non ſunt. Matth. XXIV. 5. 23. 24. Sunt etiam Reges & Sacerdotes vulgares uncti. vide Theodoret. epiſt. 146. Verus Chriſtus is eſt, qui veram unctionem accepit, & ipſe Dominus eſt: quod Angelus Luc. II. 12. notanter addit: Chriſtus *Dominus*; & obſervat. Theodoret. epiſt. 130. ad Timotheum f. 1001. t. 3. opp. *Quia namq; Chriſti etiam alii appellati fuerunt, & Sacerdotes, & Reges, & Prophetæ, ne quis eum ſimilem illis exiſtimaret, conjunxerunt Angeli cum Chriſti vocabulo nomen Domini, dominatricem nati dignitatem indicantes, nempe* Spiritus Sancti, quem ſecundum ſuam humanam naturam immenſo

modo

Digitized by Google

modo acceperat in ipſo incarnationis momento, ſtatim enim dictus eſt Chriſtus, poſtquam natus eſſet, Angelo ſic ipſum appellante. Luc. II. 11. & inauguratione Prophetica ad Jordanem. Matth. III. 16. Luc. III. 22. IV. 1. 18. *Scopus* & finis fuit triplex officium. Luc. IV. 18. mentio fit vaticinii Jeſaiani cap. LXI. 1. de Meſſia, ſicut Spiritu S. unctus fuerit, & miſſus ad prædicandum Evangelium, & patranda miracula. Cætera, quæ de Meſſia quæri ſolent, inferius, ubi de officiis Chriſti, expedientur. ſect. 4.

§. 11. Reliqua nomina ordine alphabetico adjungimus, ut eo facilius inveniri poſſint. Vocatur *Agnus Dei* Joh. I. 29. **Agnus Dei.** à Baptiſta, qui digito Jeſum ſuis diſcipulis & Auditoribus monſtrabat. Agnus ſcil. Leviticis oppoſitus, quatenus hi non poterant in ſeſe ſuſcipere, & propria virtute expiare mundi peccata; ſicut hic agnus per iſtos præfiguratus, & ab Jeſaia LIII. 7. Jeremia. XI. 19. prædictus. Tertul. adverſ. Jud. c. 9. explicans elogium Chriſti de Joanne Joh. V. 35. ille fuit lucerna ardens & lucens, docet, ſic dictum eſſe, quod *non tantum vias ejus pararet in eremo, ſed & agnum Dei demonſtraret, eoq; illuminaret mentes hominum præconio ſuo, ut eum eſſe intelligerent agnum, quem Moyſes paſſurum nominabat.* Hæc ille. *Singulariter ille hic eſt agnus Dei, quia ſingulariter hujus agni ſanguine ſolo homines redimi potuerunt.* ait Auguſt. tract. VII. in Joh. Rigoroſiores æquo fuerunt Patres Conſtantinopolitani in Trullo, cum vetuerunt, Jeſum ſub agni imagine in N.T. pingi. Si enim non dubitavit Baptiſta, Novi Teſt. præco, ipſum hac voce appellare, cur non licuerit pictori pingere, & pingendo agnum ipſum appellare?. Confer dicta ſuperius Art. II. ſect. 1. §. 15.

§. 12. An & *Bracchium* dicatur Joh. XII. 38. ex Jeſ. LIII. 1. **An Brachiũ?** LXII. 2? Sic putat Athanaſius in tract. de comm. eſſent. Patr. &c. *βραχίονα γὰρ τοῦ πατρὸς πάλιν καλεῖ: brachium enim rurſus Patris unigenitum nominat: Brachium quidem non ut partem, membrumq; Deitatis, ſed ut ſubſtantiæ coadunitum.* t. 1. opp. f. m. 230. Ita & Auguſtinus iiſdem pene verbis tract. LIII. in Joh. *Satis oſtendit, brachium Domini ipſum Filium Dei nuncupatum, non quod Deus Pater figura determinetur carnis humanæ, eique Filius tanquam membrum corporis hæreat, ſed quia omnia*

Digitized by Google

per ipſum facta ſunt, ideo brachium Domini dictum eſt. Analogia igitur fidei explicationi huic non repugnat, quatenus brachium Dei dicitur Chriſtus à robore divino quo admiranda præſtitit, in creatione, & creatarum rerum gubernatione, & officij adminiſtratione. Neque tamen & hæc applicatio analogiæ fidei repugnat, imo textui magis accommoda videtur, quæ per brachium Dei omnipotentiam in operibus miraculoſis relucentem intelligit, ut adeo verbum & miracula, à Chriſto præſtita, conjungantur.

Caput Anguli. §. 13. *Caput anguli.* Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. ex Pſal. CXVIII. 22. 23. quatenus ædificium Eccleſiæ & ſalutis Chriſto Salvatori innititur, & in quo, veluti in communi angulo, Judæi & Gentiles converſi in una Eccleſia conveniunt. Hoc reſpectu dicitur caput anguli; iſto lapis angularis.

Cornu ſalutis. §. 14. *Cornu ſalutis.* Luc. I. 69. Zacharias ſacerdos ex inſtinctu Spiritus ſancti celebrat Deum, quod mittendo Filium ſuum in carnem erexerit cornu ſalutis, qua voce appellant Meſſiam David Pſ. CXXXII. 17. Ezech. XXIX. 21.

Dominus. §. 15. *Dominus* dicitur à diſcipulis Joh. XXI. 7. 12. Et cum additamento Dominus *David.* Matth. XXII. 43. Marc. XII. 36. Luc. XX. 46. ex Pſ. CX. 1. vide ſupr. art. IV. §. 12.

Electus §. 16. *Electus Dei* Matth. XII. 18. Luc. XXIII. 35. ex Jeſ. XII. 1. Erat enim ex reliqua hominum multitudine auctoratus ad publicum docendi officium, & præ reliquis hominibus dilectus, unde & *ἀγαπητὸς dilectus* dicitur, *κατ' ἐξοχὴν* Math. III. ult.

An facies Dei? §. 17. An *Facies Patris?* Matth. XVIII. 10. Angeli dicuntur ſemper videre faciem Patris in cœlo: Clemens Alexandrinus in Epitomis per iſtam faciem intelligit Filium, utpote Patris ſui imaginem: *πρόσωπον δὲ πατρὸς ὁ υἱὸς, δι' οὗ γνωρίζεται ὁ πατήρ*: *Facies vero Patris Filius; quippe per quem cognoſcitur Pater:* Filius equidem eſt imago Patris, & ſubſtantialis quidem, ut Patrem videat, qui Filium videt. Joh. XIV. 19. Faciem tamen dici, & quidem eo in loco, ex textu probari nequit. Id enim per faciem intelligitur, quod Angeli modo peculiari vident, tanquam eximii Dei miniſtri & apparitores; Angeli vero

Chriſtum

Chriſtum in carne exhibitum non videbant modo peculiari, ſed communi, eo quod homines quoque ipſum viderent. Chriſtus igitur per faciem illam non poteſt intelligi h. l. ſed majeſtas Dei, cujus contemplatores ſunt Angeli, quos tamen non pudet cuſtodire parvulos, & obſervare.

§. 18. *Filius Dei*, nempe Patris, à quo genitus eſt ab æterno. Joh. IX. 35. *Davidis*, ex cujus ſemine aſſumpſit humanam naturam Matth. IX. 27. *Hominis*, nempe Mariæ, cujus ex carne & anima λόγος ſibi humanitatem formavit. Joh. III. 14. ex Dan. VII. 13. confer dicta Artic. IV. ſect. 1. §. 12. **Filius Dei.**

§. 19. *Generoſus*. Luc. XIX. 12. comparat ſeſe Chriſtus Nobili generoſo, qui peregre proficiſcitur ad occupandum ſuum regnum. Reſpicit autem ſublimem ſuam nativitatem, quam habuit ab æterno ſecundum divinam; & quam in tempore, ſecundum humanam ſuam naturam. *Quis ſuper hac parabola non dixerit, nobilem illum hominem in regionem longinquam profectum, ut acciperet ſibi regnum & reverteretur,* ὁ Χριστὸς ὤν, *eſſe Chriſtum?* &c. Origen. Comm. ad Matth. tom. XIV. **Generoſus.**

§: 20. *Granum tritici.* Joh. XII. 24. appellat ſeſe Chriſtus granum, vel certe confert ſeſe ipſi, quatenus fructum facturus erat ſua paſſione & morte, ſicut granum non fert fructum, niſi in terram conjectum emoriatur. **Granum.**

§. 21. *Immanuel.* Matth. I. 23. ex Jeſaiæ VII. 14. allegatur vaticinium de nomine Jeſu, quod dicendus eſſet Immanuel, quod explicant: *nobiscum Deus*: nempe à divina & humana ſua natura, quas in una perſona copulavit; copulans & nos cum Deo, etſi non perſonali, ſed myſtica, unione. optime Orig. l. 1. contr. Celſ. p.m. 26. de hoc, ait, *Prophetæ olim prædixerunt, non tacentes de prodigio, naſciturum ex Virgine* τὸν ἐπώνυμον τοῦ πράγματος, *qui ex re nomen habet; quoniam eo nato Deus erit cum hominibus.* Et ante ipſum Tertul. adverſ. Jud. c. 9. f. 100. B. *Porro*, inquiunt, *iſte qui venit, neque ſub ejuſmodi nomine eſt dictus, neque re bellica functus. At nos è contrario, admonendos eos exiſtimavimus, uti quoque cohærentia quoque hujus capituli recognoſcant: Subjuncta eſt enim & interpretatio Emmanuel, Nobiſcum Deus, uti non ſolum ſonum nominis expectes, ſed & ſenſum. Sons enim Hebraicus,* **Immanuel.**

Digitized by Google

quod eſt Emmanuel, ſuæ gentis eſt; Senſus autem ejus, quod eſt, Deus nobiſcum, ex interpretatione communis eſt. Quæro ergo, an iſta vox, Nobiſcum Deus, quod eſt Emmanuel, exinde quo Chriſtus inluxit, agitetur in Chriſto? Et puto ex toto non negabis. Nam qui ex Judaiſmo credunt Chriſto, ex quo in eum credunt, Emmanuel cum volent dicere, nobiſcum Deum eſſe ſignificant. Atque ita conſtat, jam veniſſe illum qui prædicabatur Emmanuel, quia quod ſignificat Emmanuel, venit, i. e. Nobiſcum Deus. Et poſt ipſum Cyrillus in ſcholio de unigeniti incarnatione tom. 2. Actor. Epheſin. pag. 626. *Emmanuel nominatur Deus verbum, quod Abrahæ ſemen apprehendit, & ſimiliter ac nos participavit carni & ſanguini. Interpretatur autem Emmanuel Nobiſcum Deus: Confitemur autem nobiſcum fuiſſe Dei verbum; non localiter: (In quo enim loco non eſt Deus, qui implet omnia?) nec quod adeſſe nobis conſpicitur auxilii ratione: Dictum enim hoc modo eſt ad Jeſum: Et ſicut eram cum Moſe, ita ero & tecum; ſed quod factus eſt in noſtris, i. e. in humanitate, non derelicta natura ſua. Inconvertibile eſt enim natura Dei verbum.* Et paulo poſt: *Accepit autem etiam ſervi formam, & conſpectus eſt homo in terra, Chriſtus verè & Emmanuel, eundem nobis Filium deſignans; partim quia unctus eſt more noſtro, humanæ hominis natura Spiritum accipiens, ut in ſe ipſo & primo: Poſitus eſt enim primordium generis: Rurſum ut Deus ipſe eſt ungens Sancto Spiritu eos, qui in ſe credunt: partim quia fuit nobiſcum, ſecundum quas modo reddidi rationes, & in eo facit certos Eſaias Propheta, dicens: Ecce virgo in utero concipiet & pariet Filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel: Cum enim ſancta Virgo ex Spiritu quidem S. prægnans eſſet facta, peperit autem ſecundum carnem filium, tunc etiam Emmanuel dictus eſt: Fuit enim nobiſcum per carnalem generationem incorporalis, & id erat, quod per vocem David ſignificabatur: Deus manifeſtè veniet, Deus noſter, & non ſilebit.* Et Irenæus lib. IV. adv. Hæreſ. citante Theodor. dial. II. *Qui ex Virgine natum Emmanuelem prædicabant, unionem Dei verbi cum creatura ſua oſtendebant.*

Liber vitæ. §. 22. *Liber vitæ.* indigitatur Luc. X. 20. cum LXX. diſcipuli ex ſua functione reverſi gauderent & gloriarentur de re præclarè à ſeſe geſta, ſubjecit Chriſtus admonitionem, gauderent potius de nominibus ſuis in cœlo, ſeu in libro vitæ, id eſt, in Chriſto Apoc. III. 5. conſcriptis. vide Dn. D. Dannh. Phænom. VII. hodoſ. p. 593.

§. 23. *Lux*

Lux.

§. 23. *Lux.* Sic dicitur partim ratione divinæ ſuæ naturæ. Nam lux venit in mundum; partim ratione ſui officii, quatenus illuminat eos, quibus ſua ignorantia, malitia, & miſeria tenebras obduxit. Eſt enim lux vera, quæ illuminat omnes homines in hunc mundum venientes. Joh. I. 9. Eſt lux gentium, quas à tenebris ad lucem transfert. Luc. II. 32. Merito quærit Auguſtinus tract. II. in Joh. *Quare additum eſt: vera?* Et ℞. *quia & homo illuminatus dicitur lux, ſed vera lux illa quæ illuminat. Nam & oculi noſtri dicuntur lumina, & tamen niſi aut per noctem lucerna accendatur, aut per diem Sol exeat, lumina iſta ſine cauſa patent. Sic ergo & Johannes erat lux, ſed non vera lux, quia per eum non illuminantur tenebræ, ſed illuminatione factus eſt lux.* p. 15. Chriſtus igitur lux dicitur alio longe modo, quam homines, etiam præſtantiſſimi, qualis Johannes, quo nemo hominum erat major. conf. tr. XIV. XXXV. Aug. in Joh. Allatrant hæc Ariani, quorum verba profert advocatus cauſſæ Sandius ad Joh. I. 9. nempe *Origenis*, ex tom. III. in Joan. ubi caſtigat aliquem, qui ex h. l. collato cum 1. Joh. I. 5. probare voluit τῇ ὐσίᾳ μὴ διεςηκέναι τῦ ὑῦ τὸν πατέρα, *Patrem à Filio ſubſtantia non differre*: Et quod aliud ſit lux, quam tenebræ non comprehendunt, aliud, in qua tenebræ non ſunt. Deinde probaturit, quod Pater, utpote veritatis, ſit θεὸς πλείων ϰ̀ μείζων ἀληθείᾳ *Deus potior & majori veritate, qua lux i. e. Filius eſt.* Euſebii, qui l. III. contr. Marcel. hinc probat, quod Pater ſit inviſibilis, Filius viſibilis; Et lib. VII. de præp. Evang. cap. 17. quod *ſecundas* poſt Patrem *partes* teneat: Et lib. I. Theol. Eccleſ. c. 20. dem. 3. quod potior Filio Pater ſit. Quibus jungit orthodoxum Naz. orat. 2. qui Filium dicat μεγάλυ φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα, *magni luminis parvum ſplendorem.* Hæc ille. ℞. ad Orig. verba iſta ſapere ætatem Arii, i. e. Origeni eſſe ſuppoſita, quod conjicio ex terminis technicis, qui in verbis iſtis occurrunt, tum demum uſurpari cœptis, cum Eccleſia contra Sabellianos & Arianos pugnaret. Obſervandum etiam hoc eſt, quod ὐσία apud veteres ſignificet perſonam; ſicut vice verſa ὑπόςασις eſſentiam; quo ſenſu Filius à Patre differt ὐσίᾳ, non ὑποςάσει; ſed & inferior Patre dicitur, quâ Pater eſt, ab Orthodoxis quoque Patribus. Ad 2. Euſebii loca; Agit quidem ille in libris iſtis cauſſam Arianorum, ſed verba à Sandio

adducta poſſunt adhuc commodum ſenſum habere: Nempe Patrem eſſe inviſibilem, Filium viſibilem, quatenus hic aſſumpſit ſpeciem, & carnem humanam, in qua apparuit, ille autem non; *Et tenere Filium ſecundas partes poſt Patrem*, nempe origine, & ordine; Ad 3. Naz. parvus eſt ſplendor φαινομένως, dum adhuc in mundo erat in ſtatu exinanitionis conſtitutus. Quod enim Nazianzenus Filium Patri eſſe ὁμοούσιον ſtatuerit, nemo, credo, inficias ibit.

An margarita. §. 24. An *margarita?* Matth. XIII. 45. Affirmat Origenes comm. ad l. c. fol. m. 212. B. ὁ δὲ ἀγανάρχης τῶν μαργαριτῶν, οὗ εὑρισκομένου, καὶ οἱ λοιποὶ συνευρίσκονται, ὁ πολυτίμητος μαργαρίτης, ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ὑπὲρ τὰ τίμια γράμματα καὶ νοήματα τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν λόγος, οὗ εὑρεθέντος καὶ τὰ ἄλλα πολύτιμα εὐμαρῶς παραλαμβάνονται. *Dux eſt gregis margaritarum, qua reperta ſimul reperiuntur & reliqua, illa eſt pretioſa margarita, Chriſtus videlicet, Dei verbum, ſuperans pretioſas ſcripturas, & ſenſus legis ac Prophetarum; quo reperto reliqua omnia facile capiuntur.* Nihil eſt, quod obſtet explicationi, ſaltem ex parte analogiæ fidei.

Nazarenus. §. 25. *Nazarenus.* Sic appellatum fuiſſe diſcimus ex Matth. II. 23. *Nazarenus vocabitur.* Quæ vocis origo ſit; diſceptant Grammatici. Alii à נזר ſeparavit, unde Naſaræi dicti, qui voto religionis, vel dignitate Sacerdotali, & regia, erant à promiſcuo populo ſecreti, & Meſſiæ hac ratione typi; alii derivant à נצר ſurculus Jeſ. XI. 1. cujus ſynonymum eſt צמח Jerem. XXIII. 5. Inde dicta eſt civitas Nazareth, ſita in tribu Naphthali Joſ. XIX. 37. Et mare Genezareth cum circumjecta terra, q. d. vallis ſurculorum, locus, ubi Chriſtus frequenter verſabatur, ſine dubio propterea, ut oſtenderet, ſeſe eſſe ſurculum illum verum. Utraque derivatio locum habere poteſt, ſi ſenſum vocis, & ſignificationem myſterii reſpicimus: fuit enim Chriſtus Nazarenus & ſanctificatione, & generatione. Grammaticè tamen poſterior derivatio congruentior eſt. Uſurpavit eandem vocem diabolus. Marc. I. 24. ſed calumnioſè, ut ſuſpicionem hominibus injiceret, Meſſiam ipſum non eſſe, utpote qui Nazaretha eſſet oriundus, unde Meſſias non erat proditurus. Traducere voluit eandem vocem titulo crucis, cui inſerta fuit

fuit, ſed & hoc divina providentia ad bonum finem convertit, nempe, ut oſtenderetur, hunc eſſe, in quem typi & vaticinia Prophetarum reſpexiſſent.

§. 26. *Oſtium.* Joh. X. 7. vocat ſeſe oſtium, nempe medium, per quod intratur in regnum gratiæ, quæ eſt Eccleſia militans; & gloriæ, quæ eſt vita æterna. Luc. XIII. 24. Salvamur enim per Jeſum Chriſtum, ejuſque meritum. confer Gregor. Nyſs. orat. X. contr. Eunom. t. 2. opp. f. m. 672. Aug. tract. XLV. in Joh. Oſtium.

§. 27. *Panis* & quidem *Dei* Joh. VI. 33. quod à Deo genitus ſit, & miſſus, imo ipſe Deus ſit: *vita* v. 35. quia mundo in peccatis mortuo, dat vitam; *qui de cœlo venit* v. 51. nempe per incarnationem, cujus fructus eſt vita æterna. An & *quotidianus* dicatur? Matth. VI. 11. Sic putat Cyprianus Comm. in orat. Dom: *Panis vitæ Chriſtus eſt.* Conſentit. Hieron. in Matth. l. c. Caſſian. collat. IX. Sed præſtat panem intelligere uſualem, ne bonorum corporalium in precibus ad Deum prorſus obliviſcamur. Panis.

§. 28. An & *Pan*? Inclinat in affirmativam h. l. Voſs. harm. Evangel. lib. II. c. 9. §. 23. qui §. 22. narrationem facti repetit, & hoc ſuum judicium ſubjungit: *Sane admodum veriſimile eſt, per magnum Pana accipiendum eſſe Chriſtum, eoque Chriſti mortem nunciatam. Tempus convenit, ſive ſpectemus, quod res ad Tiberium delata: ſive quod contigerat tempore Epitherſis, patris Aemiliani, unde id accepit Plutarchus, Trajani Cæſaris præceptor. Et quis potius Pan magnus dicatur, quam Chriſtus auctor naturæ ſive univerſitatis, quam nomine Panos intellexere Gentiles?* Nos in medio relinquimus. *Paſtor* & quidem bonus ille quem Prophetæ quondam venturum prædixerunt, & Eccleſia deinde anxiè exſpectavit, tanquam à quo verbum Dei auditura, & ipſe pro ea mortem ſubiturus eſſet. Joh. X. 12. *Poſteaquam vero Paſtor bonus renunciatus eſt Chriſtus ſuper omnes, animam ſuam pro nobis poſuit, pugnans adverſus par & bigam illam ferarum immanium, crucem ſuſtinuit propter nos, ut morte mortem perimeret, condemnatus eſt autem propter nos, ut univerſos criminis ac peccati damnatos eximeret, abolita per fidem peccati tyrannide, & affixo propriæ cruci quod contra nos erat chirographo.* ita Cyrill. comm. in h. l. fol. 647. An & Pan? Paſtor.

§. 29.

Paterfamilias. §. 29. *Paterfamilias*: Luc. XIII. 25. comparatur tali, tanquam penes quem poteſtas eſt recipiendi vel excludendi pulſantes. Petra. *Petra.* Matth. VIII. 24. Chriſtus petræ ſeſe comparat, juxta Hilarium comm. ad l. c. Nyſſen. t. 2. opp. f. m. 164. A. Item Matth. XV. 18. coll. cum 1. Cor. III. 11. Eph. II. 20. 1. Petr. II. 6. vide Origen. lib. III. & contr. Celſ. Eutychianum P. R. Epiſt. 1. ad Joannem & omnes Epiſcopos Bæticæ; & quos alibi citavimus; qui per petram l. c. Chriſtum intelligunt. An & An principium? *principium?* Joh. VIII. 25. τὴν ἀρχὴν ὅ, τι ϗ λαλῶ ὑμῖν, *principium, quod & loquor vobis.* Sic putat Auguſtinus tract. 38. in Joh. Ambroſ. lib. III. de fid. c. 4. & lib. 5. c. 5. & lib. 1. hexaëm. c. 2. & 4. Fulgent. lib. ad Thraſ. Proſper Pſal. 109. Bernh. lib. 5. de conſid. Rupertus comm. ad l. c. Sed circumſtantiæ textus evincunt, adverbialiter vocem τὴν ἀρχὴν eſſe ſumendam, ut idem ſit, quod *primum*, vel *omnino*, ut explicant Chryſoſtomus, Leontius, Theophylactus, Euthymius &c. Ex noſtris Lutherus in gloſſa marg. Jch bin ewer Prediger / wann ihr das zu erſt gläubet / ſo werdet ihr wohl erfahren wer ich ſeye / und ſonſt nicht.

Reſurrectio. §. 30. *Reſurrectio.* Joh. XI. 25. quatenus ex mortuis ſuſcitat & vita donat æterna pie defunctos, & in ſeſe quondam credentes. *Prorſus honorarium & fructus fidei in Chriſtum eſt vita ſempiterna, & non aliter hoc advenit hominis animæ. Si enim propter Chriſtum omnes reſurgimus, hæc profecto vera vita eſt ſine fine in beatitudine vivere.* ita Cyril. in Joh. l. c. fol. 682. *Ego ſum, inquit, reſurrectio & vita; ideo reſurrectio, quia vita.* Auguſt. tract. XLIX. in Joh.

Rex Iſrael. §. 31. *Rex Iſraël.* Matth. XXI. 5. Marc. XI. 10. Luc. XIX. 38. Joh. XII. 13. qui juxta vaticinia prophetica ſuper aſina & pullo vectus regiam ſuam Hieroſolymam ingreſſurus erat. Quo de infra ſect. 5.

Sanctus. §. 32. *Sanctus*, & quidem ſanctus Dei. Marc. I. 24. vel ipſis diabolis fatentibus. Qua in ſanctitate typum ipſius geſſit Aaron. Pſ. CVI. 16. *Non dixit autem immundus iſte, ſanctus es (multi enim Prophetæ ſancti fuerunt) ſed, ille ſanctus, adjectione articuli, ille unicus & prædefinitus.* ita Theoph. ad l. c. fol. 195.

Sapientia. §. 33. *Sapientia.* Nam Matth. XI. 19. Sapientia Dei juſtificatur ab hominibus. *De ſe utique locutus eſt. Eſt enim ipſa ſapientia:*

entia: non ex efficientiis, ſed ex natura. Res enim omnis habet poteſtatem. Cæterum negotium omne poteſtatis effectus eſt. Ut non idem eſt opus virtutis & virtus, ut efficiens diſcernitur ab effecto. Plures enim eludere dictum Apoſtolicum quod ait: Chriſtum ſapientiam & Dei virtutem his modis ſolent: quod in eo ex virgine creando efficax Dei ſapientia & virtus extiterit, & in nativitate ejus divitiæ prudentiæ & poteſtatis opus intelligatur, ſitq; in eo efficientia potius quam natura ſapientiæ. Quorum nequid tale intelligi poſſet, ipſum ſe ſapientiam nuncupavit: ea in ſe, non quæ ejus ſunt oſtendens. Eſt enim ſapientia opus, fides, charitas, ſpes, pudicitia, jejunium, continentia, humilitas, humanitas ſed hæc naturæ opera ſunt, non ipſa natura. Et non in his quæ fiunt conſiſtit res ipſa quæ faciat, cum Apoſtolus Dei virtutem & Dei ſapientiam dixerit, quia ex ea ſapientia quæ erat creata, ſapientia eſt. (ait Hilar. comm. ad l. c. λ.) Et Chryſ. in catena Corder. ad l. c. *Sapientia h. e. Filius & verbum Dei, qui eſt Sapientia Patris.* Poſt Originem: *Chriſtus Dei ſapientia.* Et poſt utrumque Nicetas: Χριςὸς ἡ ἐνυπόστατος σοφία *Chriſtus ſubſiſtens ſapientia.*

§. 34 *Servus Dei* Matth. XII. 18. ex Jeſ. XLII. 1. ſic dictus à miniſterio ſuo ſive officio, & humillima obedientia Patri ſuo in ſtatu exinanitionis præſtita. Confer. Matth. XX. 28. ubi finis ſervitutis exprimitur, nempe noſtra redemptio, de qua præclare Baſilius in catena Poſſini ad Matth. l. c. fol. 646: *Omnis humana anima ſubdita fuit maligno jugo peccati communis omnium hoſtis, ac Dei libertate privata captiva ducta eſt per peccatum. Omni autem captivo lytro opus eſt pro captivitate. Inventum id eſt, tale quod redimendis ſimul omnibus ſufficeret, quoad & reipſa datum eſt in pretium redemptionis animæ noſtræ ſanctus & pretioſus Chriſti ſanguis, qui pro nobis omnibus effuſus eſt: quapropter & hoc pretio redemti ſumus: Solus enim homo ad redemptionem non ſufficiebat nobis. Quia & ipſe peccato erat obnoxius. Idcirco Dominus noſter Jeſus Chriſtus, homo & Deus exiſtens, liberavit nos: Ideo peccatum non fecit, nec eſt inventus dolus in ore ejus.* Servus Dei.

§. 35. An & *Spiritus ſanctus* dicatur, & quidem Matth. XII. 31. & Luc. I. 35? videntur nonnulli veterum utrumque affirmare, quorum verba ad ll. cc. adducit, & ſententiam defendit Sandius. Pro iſto adducit Tertullianum de Trinitate,

Hilarium Can. 12. & 31. Ambroſium in Lucæ XII. Et Chryſt. hom. 36. op. imperf. ℞. Liber de Trinitate eſt Novatiani, non Tertulliani; Nec obeſt nobis, ſed potius favet. Nam c. 29. dictum de Spiritu ſancto clare explicat, ipſo Sandio fatente. Si vero omnino de Filio Dei explicaret, ſuæ ſcenæ ferviret. Novatiani enim ſeduct ab Origene & Theognoſto, notante Athanaſio ad Matth. XII. fol. 991. t. 1. opp. negabant veniam iis, qui Chriſtum abnegaſſent. vide Auguſt. quæſt. 102. in utroque Teſt. Et ideo hoc dictum de Filio Dei accipiebant. Hilarius aliquanto obſcurius loquitur, cum per Spiritum ſanctum accipit *Deum in Chriſto*, & *conſiſtentem in eo paterni Spiritus ſubſtantiam*; Nam & Spiritus ſanctus eſt Deus, & paternus Spiritus. Et committit blaſphemiam in Spiritum ſanctum etiam is, qui *Deum* negat Chriſtum, poſt tot ipſius miracula, & media ſalutis efficaciter ſuppeditat. Ambroſius in cap. XII. Luc. nihil definit, ſed aliorum ſolum opinionem refert, & ex ea, tanquam ex hypotheſi, diſputat: *Videtur quibusdam, ut eundem & Filium hominis & Spiritum ſanctum Chriſtum intelligamus*; Et ſub finem: *Pleriq; tamen illud tenent, ut eam blaſphemiam dicant non eſſe veniabilem, ſi quis Chriſtum dicat in Beelzebub ejicere dæmonia, non poteſtate divina.* Nec Chryſoſt. larvatus in opere imperfecto (quod alias lucernam Arianam redolet.) nobis obeſt, cum ait: *Opera Filii Dei diabolo applicare blaſphemare eſt Filium Dei, vel Spiritum ſanctum.* Neque enim propterea Filius Dei eſt Spiritus ſanctus, ſi blaſphemia ipſum vel Spiritum ſanctum ferit. Idem utrumque poteſt ferire; Filium Dei, quatenus magiæ accuſatur; Spiritum ſanctum, quatenus ejus media negantur. Lutherus vocem blaſphemiæ Mar. III. 28. rectè vertit Gotteslſterung/ non obſtante, quod ſic videatur ex Sp. S. non-Deum facere, cum negat peccatum in hunc commiſſum remiſſibile eſſe. Neque enim objectum talis peccati eſt Spiritus ſanctus, qua Deus; ſed qua paracletus, qui media ſalutis homini vult applicare, & petulanter repellitur. Quæ adducuntur & coacervantur ab eodem Sandio ad Luc. I. 35. pleraque accipiunt vocem Spiritus ἀπλῶς, prout vox communis eſt tribus perſonis, & Chriſto quoque competit. Nec diffitemur, ante controverſias Pneumatomachorum Patres inter-

interdum ſecurius de Spiritu ſancto loquutos eſſe. confer Athanaſium t. 1. opp. f. 999. ubi ex profeſſo dictum tractat.

§. 36. *Sponſus.* Sic appellatur Joh. III. 29. νύμφιος καὶ πανηγυριάρχης, (uti loquitur Cyril. l. c.) à ſemetipſo, reſpectu habito vel ad carnem ex hominibus aſſumptam, vel ad Eccleſiam, quam per fidem ſibi addicit, deducendam aliquando in pleniſſimam bonorum cœleſtium fruitionem, conferatur Matth. XXV. 1. In occurſum ipſius, tanquam ſponſi, eunt decem virgines. Hieronymus huc refert verba Johannis Matth. III. 11. ubi negat dignum ſeſe eſſe, qui calceamenta Chriſti portet. quaſi indigitaſſet, *quod Chriſtus Sponſus ſit, & Johannes non mereatur Sponſi corrigiam ſolvere, ne vocetur domus ejus, juxta legem Moyſis, & exemplum Ruth, domus diſcalceati.* Sed dubito, an hæc explicatio quadret dignitati Chriſti, quaſi is eſſe poſſet, vel præſumi, qui fratri ſemen excitare nollet. Aptius eſt, quod ad Matth. IX. 15. annotat: *Sponſus Chriſtus eſt, Sponſa Eccleſia eſt.* confer. Theophyl. ad Marc. II. 19. Sponſus.

§. 37. An *Theſaurus?* Matth. XIII. 44. Affirmat Hieron. Theſaurus. poſt Origenem comm. in l. c. verba ipſorum ſuperius adduximus.

§. 38. *Venturus.* Sic appellatur Matth. XI. 3. reſpectu habito ad Exod. III. 14. explicante Johanne in Apocalypſi. I. 8. adeoque ad vaticinia Prophetarum, qui Filium Dei in carnem venturum prædixerunt. Venturus.

§. 39. *Verbum* ſcil. non προφορικὸν, ſed ὑποστατικόν, vel, ut Verbum. Auguſt. tract. 29. in Joh. loquitur: *verbum & Deus eſt, & doctrinæ ſtabilis verbum eſt, non ſonabilis per ſyllabas & volatilis, ſed manentis cum Patre.* vide quæ ſupra Art. II. Sect. 2. §. 2. dicta ſunt. Trahit hæc vox originem ex V. T. ubi *verbo* Domini cœli formati eſſe dicuntur Pſ. XXXIII. 6. idque miraculis, ab hoc verbo in tempore factis, confirmatum eſſe, docet Tertul. Apol. c. 21. f. m. 37. *Cum ille verbo Dæmonia de hominibus excuteret, cæcos reluminaret, leproſos purgaret, paralyticos reſtringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ, id elementa ipſa famularet, compeſcens procellas, & freta ingrediens, oſtendens ſeſe verbum Dei, i. e. λόγον, illud primordiale progenitum virtute, & ratione comitatum, & Spiritu inſtructum, eundem qui verbo omnia & faceret, & feciſſet.* Inde acceperunt & Chaldæi interpretes, quibus ſonat מימרא, vide Jeſ, XLV. 17.

Deſinant igitur Platonici vocem ſuo Platoni vindicare. Vide Euſeb. l. XI. Præp. Evang. & Auguſt. de. C. D. lib. VIII. & X. Cyril. Alex. lib. VIII. contr. Julianum. Notat autem λόγος alias *rationem*, & *ſermonem* cum internum, tum externum, vide Tertul. Apol. c. 21. Sermoni interno Filius comparatur propter immaterialem ex Patre generationem, & decreta in ipſo facta, Eph. I. 4. Externo vero propter efficacem Dei operationem. Pſ. XXXIII. 6. Joh. I. 3. & myſteriorum divinorum revelationem, factam cum in V. T. tum in N. T. de qua ſupra. *Veritatem* eundem dici Joh. VIII. 32. ſentit Auguſt. tract. XLI. p. 373. in Joh. dicens: *Veritas incommutabilis eſt, veritas panis eſt, mentes reficit, nec deficit, mutat veſcentem, non ipſa in veſcente mutatur. Ipſa eſt veritas, carne induta eſt propter nos, ut de Maria virgine naſceretur, & impleretur prophetia, Veritas à terra orta eſt: Hac ergo Veritas cum Judæis loqueretur, latebat in carne, latebat autem non ut negaretur, ſed ut differetur, differretur ut in carne pateretur, in carne autem pateretur, ut caro peccati redimeretur.* Id certum, quod Joh. XIV. 6. ſic ipſe ſeſe vocet, ut & *viam.*

Vinitor. §. 40. *Vinitor.* Luc. XIII. 7. comparat ſeſe Vinitori, qui pro ſterili hactenus ficu intercedit, & eandem ex bona ſpe futuræ fœcunditatis fodit, & ſtercorat. Idem *viti* ſeſe confert Joh. XV. 1. & quidem *vera*, cujus intuitu omnes in mundo vites nullæ ſunt: Auguſt. in Joh. tract. 80. *Secundum hoc dicit, quod eſt caput Eccleſiæ, noſque membra ejus, mediator Dei & hominum, homo Jeſus Chriſtus. Unius quippe naturæ ſunt vitis & palmites. Propter quod cum eſſet Deus, cujus natura non ſumus, factus eſt homo, ut in illo eſſet vitis humana natura, cujus & nos homines palmites eſſe poſſemus.* Idem dicitur etiam *vita.* Joh. XIV. 6.

Virtus altiſſimi. §. 41. *Virtus altiſſimi.* Luc. I. 35. Angelus Gabriel ipſum hoc titulo exornat, cum incarnationem Mariæ intimaret. *Quid ſignificat hic arcanus ſermo? ὅτι Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, quod Chriſtus ſit Dei potentia, & Dei ſapientia;* Quærit & reſpondet Gregorius Nyſſenus Orat. in diem natal. Chriſt. t. 3. opp. f. m. 348. Iisdem verbis uſus eſt Athanaſius in literis ad Serap. t. 2. opp. f. m. 14. ut ex hoc iſte ſua videatur eſſe mutuatus. Eadem eſt explicatio Damaſc. lib. III. de Orth. Fid. c. 2.

Digitized by Google

Art. VI. Sect. II.

De

DUABUS CHRISTI NATURIS.

Argumentum:

IN *Chriſto duæ ſunt naturæ.* 1. *Nempe divina, & humana.* 2. *Quarum hæc aſſumpta eſt in incarnatione.* 3. *Quæ variè deſcribitur.* 4. *Prædicta.* 5. *Opus totius Trinitatis.* 6. *Impellente miſericordia.* 7. *Miniſterio Angelorum intimantium.* 8. *Organo verbo & fide.* 9. *Subjectum eſt Dei Filius,* 10. *Materia.* 11. *Mater.* 12. *Vapulant adverſarii.* 13. *Majores Chriſti.* 14. *Difficultates genealogiæ.* 15. *reſolvuntur.* 16. & 17. *Conciliantur.* 18. *Genus Mariæ.* 19. *Finis incarnationis.* 20. *Tempus* 21. *Locus.* 22. *Incrementa fœtus.* 23. *Adverſarii.* 24. *Nativitatis tempus.* 25. *Locus.* 26. *Actus.* 27. *Involutio infantis & repoſitio* 28. *Annunciatio Angelica.* 29. *Circumciſio.* 30. *Magorum adventus.* 31. *Nomen, Gens, iter.* 32. *Tempus.* 33. *Locus.* 34. *Acta.* 35. *Reditus.* 36. *Mariæ purificatio.* 37. *Θεῖα ſictitia.* 38. *Pueri educatio.* 39. *Probatur Chriſti humanitas expreſſis verbis.* 40. *Conſequentiis.* 41. *Ex partibus eſſentialibus corpore & anima.* 42. *Ex affectionibus humanis.* 43. *Duratio ejuſdem poſt aſcenſionem.* 44.

§. I.

HActenus de Chriſti nominibus. Sequuntur *naturæ*, quæ duæ ſunt, divina & humana. Utramque deſiderabat redemptio generis humani. Bene igitur Auguſtin. tract. XVII. in Joh. pag. 183. *Verè neceſſarius erat illi homo ad ſalutem: ſed homo ille qui & Deus eſt. Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Jeſus Chriſtus. Venit ergo homo qui erat neceſſarius.* Equidem non ſtatim, præſertim ab initio, vulgo agnoſcebatur pro Deo quoque; putabatur enim usque ad baptiſmum ſuum filius Joſephi & Mariæ. Luc. III. 23. Sed poſtquam Patris vox è cælo ſonuit: hic eſt Filius meus dilectus; apparuit, hunc hominis Filium eſſe etiam Dei Filium. Quanquam nec hoc omnes deinde ſciverunt, aut Duæ naturæ in Chriſto.

crediderunt. Nicodemus ipſum non alium agnoſcit, niſi prophetam, in quo quidem Deus habitet, ipſe vero Deus non ſit. Joh. III. 2. Neque poterat turba ſecum conciliare, quod Jeſus moriturus eſſet in cruce, & tamen Meſſias eſſet, cum hic ſit manſurus in æternum. Joh. XII. 32. ſeqq. confer 2. Sam. VII. 13. 16. 1. Par. XVII. 12. &c. Quod tamen potuit centurio ſub cruce, confitens, & hominem ipſum & Dei Filium eſſe. Marc. XV. 39. Idem & iſti, & alii diſcere potuiſſent ex iis ſcripturæ locis, ubi Meſſias dicitur Davidis & Filius & Dominus, hoc ſecundum divinam, iſtud ſecundum humanam, naturam. Matth. XXII. 42. ſeqq. οὐδὲ γὰρ ταυτὸν, θεὸς καὶ ἄνθρωπος, *non enim eſt unum & idem* (quamvis ſit unus & idem) *Deus & homo*, ſcribit ad Trall. Ignatius.

Divina & humana. §. 2. Chriſtum præditum divina natura, adeoque verum Deum eſſe, prolixe probatum dedimus ſupra Artic. IV. §. 12. ſeqq. Hominem autem eſſe, animâ rationali & corpore organico, ſicut nos homines, (ſola propria humanæ naturæ hypoſtaſi excepta) in, & poſt incarnationem, ante & poſt aſcenſionem, & ſeſſionem ad dextram Dei, præditum, id jam demonſtrandum eſt. Ubi præcipua argumenta deſumenda erunt ex Matthæo, Marco, Luca, quippe qui potiſſimum occupati erant circa Filii Dei humanitatem, ſicut Johannes circa divinitatem: *In quatuor Evangeliis, vel potius quatuor libris unius Evangelii, S. Johannes Apoſtolus non immeritò ſecundum intelligentiam Spiritalem aquilæ comparatus, altius multoque ſublimius aliis tribus erexit prædicationem ſuam, & in ejus erectione etiam corda noſtra erigi voluit: nam cæteri tres Evangeliſtæ tanquam cum homine Domino in terra ambulant, de divinitate ejus pauca dixerunt: iſtum autem quaſi piguerit in terra ambulare, ſicut ipſe exordio ſui ſermonis intonuit, erexit ſe, non ſolum ſuper terram, & ſuper omnem ambitum aëris & Cœli, ſed ſuper omnem etiam exercitum Angelorum, omnemque conſtitutionem inviſibilium poteſtatum, & pervenit ad eum, per quem facta ſunt omnia: dicendo, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, Hoc erat in principio apud Deum.* Ita Auguſt. tract. 36. in Joh. p. 337. adde pag. 341.

Humanæ fundamentum. §. 3. Fundamentum autem totius hujus demonſtrationis eſt Filii Dei *incarnatio*, quare de ea ante omnia agamus. Diſtinguimus merito inter incarnationem, & incarnati expoſitionem

Digitized by Google

nem extra uterum, tanquam inter prius & inter poſterius. Iſta facta eſt eo momento, quo Filium Dei concepit Maria, & humana natura recepta eſt in hypoſtaſin λόγου: Hæc vero, poſtquam juſtum in utero materno tempus confeciſſet.

§.4. Myſterium hoc proponitur ſub nomine *adventus*. Joh. III. 31. ubi Filius Dei dicitur veniſſe deſuper. Diſtinguitur igitur hic adventus ab adventu in regiam Hieroſolymorum. Matth. XXI. 5. Joh. XII. 15. & ad judicium, qui dicitur adventus in gloria. Matth. XXV. 31. & gratioſo Joh. XIV. 23. vid. Tertul. adv. Gent. Apolog. f. m. 36. qui duos iſtos adventus notat, *primum, qui jam expunctus eſt in humilitate conditionis humanæ, ſecundum, qui concludendo ſeculo imminet in ſublimitate divinitatis expertæ.* Aug. ſerm. 130. de Temp. Dicitur iſte exitus à Patre & adventus in mundum. Joh. XVI. 28. dicit Chriſtus, exiviſſe ſeſe à Patre, & veniſſe in mundum, quod factum eſt per incarnationem, quam ſecuta eſt officii adminiſtratio. vid. Cyr. ad l. c. *qui veniſſe in hunc mundum, ait, & rurſus ex hoc mundo ad Patrem redire nec à patre remotum,* ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, *cum factus eſt homo, nec ab hominibus,* ὅτε μετὰ σαρκὸς ἀποδήμει πρὸς τὸν πατέρα, *cum in carne ad Patrem rediit.* Et Coment. 2. de fid. in Chriſt. t. 1. Act. Epheſ. p. 164. *Si quis miſſionis vocabulum de ipſo quoque verbo dictum accipiat, neminem id turbet: Siquidem divinæ ſcripturæ mos eſt iſtiuſcemodi locutionibus nonnunquam uti: Non quod divinam illam cœleſtemque naturam aut loco circumſcribere, aut ſpatio intercludere velit: (Novit enim illam corporis expertem, omnique termino ac loco etiam imaginario ſuperiorem eſſe) ſed quod ejuſmodi humanis vocibus ea nobis manifeſtare contendat, quæ mentis alioquin noſtræ captum excedunt: Nam & ipſe quoque Salvator Paracletum ſeſe ad nos miſſurum promittit, cum tamen Spiritus Domini omnia impleat; juxta illud: Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Auguſt. tract. 102. in Joh. *Exiit à Patre, quia de Patre eſt; & in mundum venit, quia mundo ſuum corpus oſtendit, quod de virgine aſſumpſit.* & tract. 34. *Manens apud Patrem, veritas & vita, induens ſe carne, factus eſt via*: Ei reſpondet vox Miſſio. *Miſſio tua incarnatio tua eſt*: ait Aug. ad Chriſtum ſuum tract. XXXVI. *Deſponſatio.* Matth. XXII. 7. dum narratur Rex Filio ſuo nuptias paraſſe: *Sponſam* (verbum) *ſibi jam conjunxerat in utero virginis. Verbum enim ſponſus, & ſponſa caro humana, & utrumque unus Filius Dei, & idem filius hominis, ubi factus eſt caput Eccleſiæ.*

Nomina.

Ille

Ille uterus Virginis Mariæ thalamus ejus, inde, proceſſit tanquam ſponſus de thalamo ſuo: ait Auguſt. tract. VIII. in Joh. cum quibus confer, quæ habet tract. IX. in Joh. Serm. II. de temp. Et Dn. D. Dannh. Hodoſ. phæn. VIII. p. 612. ſeqq.

Prædictio. §. 5. Prædicta eſt incarnatio cum verbis, tum typis: *Verbis*: Jeſ. VII. 14. Ecce virgo prægnans, allegante Matth. I. 23. ut rectiſſime Hilarius comm. in Matth. Can. 1. dixerit: Filium Dei *conceptum ex ſpiritu ſancto, natum ex Maria virgine, omnium opus Prophetarum eſt.* confer dicta ſup: *Typis*, qualem ait Auguſt. tract. IV. in Joh. fuiſſe lapidem ſine manu de monte abruptum. Sunt, & in his Oroſius lib. IV. qui alia addunt præſagia, ex Triſmegiſto, Hydaſpe, Sibyllis, Oraculis, Meteoris inſolitis, prodigiis &c. petita, prolixè enumerata à Baronio in Appar. §. 18. ſeqq. Sed ſuo nos iſta loco relinquimus, cum ſcriptura Evangelica & Apoſtolica nullam vel minimam eorum mentionem faciat, & pleraque eorum ita comparata ſint, ut hiſtoricam quoque fidem deſideres. Nobis ſufficit ſcriptura noſtra, & in his quod Prophetæ prædixerunt. Juxta horum vaticinia & dicta verbum caro factum eſt. Joh. I. 14. Singula verba pondera ſunt. *Verbum* ait, nempe illud ipſum, quod in principio erat, quod apud Deum erat, quod ipſe Deus erat, per quod omnia creata ſunt, uno verbo, Filius Dei, *Factum* eſt: *Non ait, ad carnem verbum veniſſe,* ἀλλὰ σάρκα γενέσθαι, *ſed carnem factum eſſe*; ait Cyrillus comm. ad l. c. quare hoc? addit: *ne habitudine, ſicut in Prophetas, aut ſanctos alios ipſum veniſſe ſuſpiceris, ſed revera carnem factum eſſe*; *i. e. hominem*. Dicit quidem factum eſſe *carnem*, ſed per hanc intelligitur tota humana natura: *Idem enim eſt, ac ſi diceret, Verbum eſſe factum hominem:* eodem explicante paulo poſt: *Ex parte totum complexus, nomine carnis totum ſignificat hominem.* Quare autem *carnem* dixit, non *hominem* eſſe factum? Et hujus rei rationem reddit Cyrillus: *ut una cerneretur & vulnus & remedium, æger & medicus, quod in mortem prolapſum eſt, & qui excitavit ad vitam, quod corruptione ceſſit, & qui corruptionem amovet, quod morte ſuperatum eſt, & qui morte ſuperior eſt, quod orbatum eſt vita, & qui vitam largitur.* Sed ratio hæc non ſatis concludit. Sic enim potius dicendum fuiſſet: Verbum anima factum eſt, quia anima maximè fuit vulnerata & exanimata peccato. Dicendum igitur per carnem inſinuari miſeriam huma-

nam

Digitized by Google

nam, quam una cum ſubſtantia aſſumere voluit Dei Filius, ideo carnem dixit, non animam, eſſe aſſumptam; Adde quod iſta voce *ἀνυποστασίᾳ* humanæ naturæ ſimul inſinuetur. Non habent igitur Luciani, Apollinares, Arii, cur ſibi de hoc loco gratulentur, quaſi ſuæ ſententiæ, de ſolo corpore aſſumpto, locus iſte faveret.

§. 47. *Opus iſtud eſt totius SS. Trinitatis.* Indigitat hoc Angelus Luc. I. 37. quando Mariæ ait: Apud Deum nihil eſt impoſſibile, ut perſuaderet ipſi, quod poſſibilis eſſet incarnatio Filii Dei, utpote Deo ipſam procuraturo. Confirmatur à Maria, cum v. 47. ſeqq. gratias agit Deo, & ipſius gratiam, potentiamque extollit, audito ab Eliſabetha, quod mater Domini eſſet: quod non feciſſet, niſi Deum credidiſſet auctorem tanti operis. Adde hymnum Zachariæ v. 68. Nam & ipſe excurrit in laudes Dei, quod cornu ſalutis in domo Davidis ſui ſervi erexiſſet. In ſpecie eſt opus *Patris*: Exivit enim à Patre, ſcil. miſſus, ut incarnaretur. Joh. XVI. 28. *Filij.* Nam verbum ita caro factum eſt, ut carnem in ſuam hypoſtaſin receperit; Joh. I. 14. obumbravit virginem Mariam Luc. I. 35. quod oraculum exponit Damaſc. lib. III. de Orth. Fid. c. 2. *Tunc obumbravit ei Dei altiſſimi in ſua ſubſiſtens hypoſtaſi ſapientia & virtus, Filius Dei, Patri conſubſtantialis, velut divinum ſemen: & conſtruxit ſibi ipſis ex caſtis & puriſſimis ſanguinibus carnem animatam anima rationali & intellectuali, primitias noſtræ conſperſionis, οὐ σπερματικῶς, ἀλλὰ δημιουργικῶς, non cum ſemine, ſed conditorio opere.* *Spiritus ſancti*; hic enim ſuper Mariam venit, adventu ſpeciali, quo ſemen ipſius excitavit, & habile reddidit, ut exinde Filius conciperetur. Luc. I. 35. Οὐ διὰ συνουσίας, ἀλλὰ διὰ δυνάμεως ἐγκύμονα καθίστησι: *non per concubitum, ſed per virtutem pragnantem eam reddidit*, ait Juſtin. Mart. Apol. II. vel, ut Aug. ſerm. 191. de temp. ait, Spiritus ſanctus *non fuit pro ſemine, ſed potentia, & virtute creatoris operatus*, & ut Damaſcenus l. c. loquitur: δύναμιν δεκτικὴν τῆς τοῦ λόγου θεότητος παρέχων, ἅμα τε καὶ γεννητικήν; *prabens vim recipiendi Deitatem verbi, ſimul & gignendi.* Hac ratione medium ſervabimus inter generationem & creationem, quod Filius Dei ſecundum humanam naturam neque ſit genitus à Spiritu ſancto, ut pater ipſius ſit; neque creatus ab eodem,

Principium eſt Pater.

Filius.

Spiritus ſanctus.

ſicut aliæ creaturæ ex nihilo; ut creator ipſius ſit eo modo, quo creaturarum aliarum creator eſt; confer Acta concilii Epheſ. t. 1. p. 367. edit. Pelt. Et verba Leonis Epiſcopi Rom. in epiſt. ad Flav. t. 2. quærentis: *An forte ideo putavit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, non noſtra eſſe natura, quia miſſus ad beatam Mariam ſemper virginem Angelus ait: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi; ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur Filius Dei, & quia conceptus Virginis divini fuit operis, non de natura concipientis fuerit cum concepti? Sed non ita nobis intelligenda eſt illa generatio ſingulariter mirabilis, & mirabiliter ſingularis, ut per novitatem creationis proprietas remota ſit generis. Fœcunditatem enim Virgini Spiritus ſanctus dedit, veritas autem corporis ſumpta de corpore eſt, & ædificante ſibi ſapientia domum, verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, hoc eſt, in ea carne, quam aſſumſit ex homine, & quam Spiritus vita rationalis animavit.* Op. fol. 105. & Theodor. dial. 1. qui Spiritui ſancto tribuit τῆ σώματος γεγενημένην διάπλασιν, *factam corporis efformationem*; & ex Ambroſio acutè dicit dial. II. θεία μὲν ἡ κατάβασις, ἡ δὲ σύλληψις ἀνθρωπίνη: *divina quidem eſt deſcenſio, conceptio vero humana eſt.* Quare nec pro Patre Chriſti Spiritus ſanctus haberi poteſt. *Non enim quæſivit in terra niſi matrem; qui jam habebat deſuper Patrem; Nam utraque ejus nativitas mirabilis fuit, divina ſine Matre, humana ſine Patre*: ait Aug. tr. 33. in Joh. Idem ſerm. 191. ſuccenſet illis, qui *ſceleratiſſime opinantur, Spiritum ſanctum fuiſſe pro ſemine.* Sic autem opinabatur auctor operis imperf. in Matth. hom. 1. citante Sixto Sen. lib. VI. Bibl. annot. 6. Confundunt nonnulli Spiritum ſanctum, qui tertia deitatis perſona eſt, cum ſecunda, de quibus ſupra §. 35.

Impulſiva. §. 7. *Impulit* Deum ſua ipſius *miſericordia.* Luc. I. 77. 78. Nam per tenerrimam Dei miſericordiam factum eſt, ut Ortus ex alto nos homines viſitaret. Eſt autem Ortus ex alto ἀνατολὴ, vox LXX. interpretum, qua reddiderunt Hebræam vocem צמח ſurculum ex radice Jeſſea, ſeu Davidica. Jeſ. IV. 2. Jerem. XXIII. 5. 6. Zach. III. 8. VI. 12. Idem indigitat B. Virgo Luc. I. 50. laudans Dei miſericordiam. Accedit *veritas promiſſionum*, quibus ſtare voluit Deus. Nam per os ſanctorum ſuorum Prophetarum Deus promiſerat Davidi Meſſiam ex ſuo ipſius ſemine. Luc. I. 70.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. *Miniſtro* Angelo uſus eſt Deus, cum myſterium hoc intimaret. Nam Angelus, & quidem Gabriel, fuit, qui de prodromo nuncium attulit Zachariæ. Luc. I. 15. Idem fuit, qui miſſus erat ad Mariam Virginem: eamque mulierem appellavit ex Gen. III. 15. docuitq;, dignam eſſe â Deo habitam, quæ Dominum conciperet, de quo Jeſais erat vaticinatus. Natum eſt hinc feſtum *περὶ ἀσπασμοῦ τῆς παρθένου*, *de ſalutatione virginis*, quod *annunciationis Mariæ* vulgo dicunt, & celebrant XXV. Martii. Tolerandum hoc, ſed illud planè ridiculum, quod de *Spaſino* B. virginis Monachi Græciſmi rudes addiderunt. Miniſteriū.

§. 9. *Organum*, & quidem ex parte Dei, fuit verbum, ex parte hominis ſeu Mariæ, fuit fides verbo Dei habita. Verbum Dei recitat nuncius à Deo miſſus, Angelus Gabriël. Luc. I. 28. ſeqq: exinde fidem concipit Maria. ℣. 38. & credendo concipit ipſum Dei Filium: *Virgo peperit, quia fide concepit, fide ſuſcepit.* ait Auguſt. tract. IV. in Joh. conſentiens Ambroſio, qui in expoſitione fidei, citante Theodoreto dial. II. t. 4. opp. f. m. 93. ita loquitur: *Unum Chriſtum, unum Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei confitemur, ſcientes, quod Patri ſuo ſecundum divinitatem coæternus exiſtens, ſecundum quam omnium etiam eſt conditor, dignatus eſt, poſt S. Virginis aſſenſum, quando dixit Angelo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum, ineffabiliter ſibi ex ea templum ædificare, & hoc ſibi ab ipſa conceptione unire.* confer. Caſaub. Ex: XXVII. adv. Baron. Organa.

§. 10. *Subjectum*, quod incarnatum, fuit Dei Filius. Subjectum. Nam *verbum* caro factum eſt. Joh. I. 14. & quod ex Maria natum, erat *Filius Dei.* ℣. 35. *Virtus altiſſimi* i. e. Filius Dei obumbravit virginem Mariam, carnem ex illa aſſumendo. Luc. I. 35. *Virtus venit in Virginem, ſicut & Angelus ad eam dixit: quia virtus Altiſſimi obumbrabit Te. Et ideo cæleſtis quidem deſcenſio, ſed humana conceptio eſt.* ita Ambroſ. contr. Apollin. citante Theodor. l. c. Optime Ignatius ad Philippenſes perſcripſit: Unus *eſt homo factus, neq; Pater, neq; Paracletus,* ſed *ſolus Filius*; *non opinione, non phantaſia, ſed revera.* Verbum *enim* caro factum eſt, & habitavit in nobis: ſapientia *enim* ſibi ædificavit domum; Et Theodoretus dem. 1. t. 4. opp. f. 178. explicans dictum Joh. I. 14. *Hic*, ait, *qui ſemper &*

 Deus

Digitized by Google

Deus eſt, qui omnia condidit, & vitæ æternæ & veræ lucis fons eſt, propter hominis ſalutem carnis tabernaculum ſibi circumdedit. Et contra Neſtorium diſputans: *Maria*, ait, *Deum verbum & in utero geſtavit hominem factum, & peperit, & Mater ejus, quem peperit, neceſſariò creditur.* Etſi igitur Pater & Spiritus ſanctus ſint Filio ὁμοούσιοι, attamen incarnati non ſunt. Auguſt. ſerm. III. in adv. Dom.

Materia. §. 11. *Materia*, quam aſſumpſit in ſuam hypoſtaſin, erat non homo, tanquam perſona, ſed humana noſtra natura, ex anima rationali & corpore organico conſtans. Nam verbum eſt factum caro, ſumta voce ſynecdochicè, ſeu pro carne animata. *Non enim Scriptura dicit, verbum hominis perſonam ſibi aſſociaſſe, ſed carnem factum eſſe. Quod autem verbum caro factum perhibetur, id aliud nihil eſt, quam quod perinde ac nos carni & ſanguini communicavit, noſtroque corpore ſibi adjuncto ex muliere prodierit.* ita Cyrillus ad Neſtorium. t. 1. Act. Epheſ. c. 12. p. m. 227. & in epiſt. ad Anaſtaſium p. 459. *Carnem autem ex virgine, & illibato corpore, ut dixi, anima mentali animatam aſſumſit, & ſuam propriam fecit. Cæterum mos eſt ſcriptura divinitus inſpiratæ ab ſola aliquando carne totum hominem ſignificare: Effundam enim, inquit, de Spiritu meo ſuper omnem carnem. Neque promiſit Deus gratiam Spiritus carnibus, anima mentali non animatis, ſed magis hominibus ex corpore & animâ conſtitutis.* Et Theodor: demonſt. 1. t. 4. opp. 178. *Non carnem ſolam, ſed animam quoque, à Deo verbo aſſumptam confeſſi ſumus. Cur igitur divinus Evangeliſta hoc loco animam prætermiſit, & ſolam carnem commemoravit? numquid manifeſtum eſt, quod viſibilem naturam demonſtrarit, & eam, quæ huic naturaliter conjuncta eſt, per illam ſignificarit? facta enim mentione carnis, animæ itidem cogitatio conſequitur. Quando enim Prophetam dicentem audimus, benedicat omnis caro nomini ſancto ejus, non cogitamus Prophetam carnes inanimas hortari, ſed ex parte totum ad hymnorum cantum invitari credimus.* Baſilius epiſt. 65. ad Sozopolitanos animatam fuiſſe iſtam carnem ex affectionibus ipſius colligit: *Quod dicunt, in ipſam Deitatem humanos affectus incidere, eorum eſt qui parum compotes mentis exiſtunt, neq; ſciunt, alios carnis effectus, alios carnis animatæ, quæ corpore uſa eſt. Carnis igitur proprium, ſecari, imminui, diſſolvi. E contrario carnis animati fatigari, dolere, eſurire, ſitire, ſopore detineri. Anima corpore utentis,*

Digitized by Google

utentis, triſtitia, metus, cura, & id genus alia. Aſſumpſit autem *ex* Maria virgine, ita ut ſemen animatum ex ipſa fuerit quaſi decerptum; & exinde ipſa Mater Jeſu, ſeu Filii Dei, & hic hominis Filius fuerit dictus: Ipſa prægnans fuerit, & ſicut aliæ matres pepererit. Matth. I. 23. Luc. I. 35. 43. Joh. I. 14. vide Athanaſ. t. 2. opp. f. 298. Urget particulam *ex* Baſilius de Spiritu ſancto ad Amphiloch. vid. Theodoret. dial. 1. p. 40. t. 4. Patet, hinc ineptiiſſe Hæreticos quosdam veteres, qui ſomniarunt, Chriſtum per Mariam veluti per canalem tranſiviſſe, nec ex ea ſuam humanam naturam aſſumpſiſſe; Theodor. epiſt. 145. ad Conſtant. Monach. vel dicebant, verbum â ſeipſo carnem eſſe factum converſione; per eos igitur Maria non fuit Mater: *Si enim verbum ſeipſum fecit carnem, non ex illâ carnem aſſumendo prodiit. Quomodo enim mater, cujus, quod natum eſt, partem nullam in ſe habet? quomodo partus dicatur, inconveniens ille, quaſi per canalem, tranſitus? Non igitur matrem, ſed vas faciunt virginem ſanctam.* ait Athanaſ. l. c. Cui ſuffragatur Baſilius epiſt. 344. t. 2. opp. f. 1170. *Si enim converſa eſt, eſt profecto alterata Deitas: abſit autem ut vel cogitemus, ne dum voce efferamus illud. Cum Dominus dixerit: Ego ſum & non mutor. Secundo, quo pacto in noſtram ceſſerit utilitatem incarnatio? niſi corpus noſtrum adunitum deitati exiſteret, & mortis vim ſuperius factum enervaſſet. Non converſus ſibi proprium quoddam corpus effigiavit, quod condenſata natura divina ſubſiſteret. Quomodo illa Deitas incircumſcripta intra molem corporis non nimis magni extaret. Si modo illa illius Filij unigeniti converteretur natura? ſed nullum puto hominem non vecordem: nullum Dei timore præditum, iſto morbo laborare*, ait Cyrillus in epiſtola ad Johannem Antiochenum tom. 2. Act. Epheſ. concil. p. 710. *Si ſanctiſſimum noſtri Servatoris corpus non ex virgine natum, ſed è cœlo deportatum aſſerimus, quomodo poterit illa Deipara eſſe intelligi? quem enim tandem illa peperit, ſi Emmanuelem ſecundum carnem vere non peperit?* Hæc ille contra calumniatores dogmatis de communicatione idiomatum, quaſi qui docet Mariam eſſe θεοτόκον, doceret, Chriſtum cœlo attuliſſe naturam ſuam humanam: quibus ille hæc regerit: *Cum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, vel è Cœlo, vel è ſupernis deſcendiſſe dicimus, non ita hoc dicimus, quaſi ſanctam illius carnem è cœlo allatam*

Digitized by Google

ſime myſterium patefactum eſt Luc. I. 27. ſeqq. Angelus e um miſſus eſt ad aliquam virginem, deſponſatam quidem alicui ex domo David, cui nomen Joſephus, ſed nondum domiductam, ipſa vero dicebatur Maria; Huic ab Angelo denunciabatur ℣. 31. quod prægnans futura eſſet, & paritura Filium Dei. Regerebat illa, qui hoc fieri poſſit, cum virum non cognoſcat. ℣. 34. Reſpondebat Angelus, Spiritum ſanctum ſuper ipſam venturum, & ipſum Dei Filium carnem ſibi eſſe adaptaturum, i. e. Deum præſtiturum eſſe, quod vires naturæ non valerent; Sicut Dei opera ſingulari factum eſſet, quod ſterilis hactenus, & jam grandæva mulier, Eliſabetha, ipſius cognata, imprægnata eſſet; neque enim Deo quicquam impoſſibile eſſe; quibus dictis annuit virgo, & credidit ſe, virginem illibatam fore Filii Dei matrem: utque confirmaret fidem, iter inſtituit ad ſuam illam cognatam vetulam, & gnaviter montana conſcendit, ubi illa habitabat; habitaſſe autem videtur Hebron in urbe ubi locorum quondam Triumviri Patriarcharum, Abraham, Iſaac, & Jacob etiam habitarant, & promiſſiones de ſemine benedicto acceperant. Cum huc veniſſet, & cognatam ſalutaſſet, embryo hujus in utero more inſolito ſubſiliit, veluti ſalutans ſuum Dominum, unde Deo revelante cognovit Eliſabetha, cognatam ſuam virginem prægnantem eſſe ex Domino Deo ſuo. Quo intellecto tota in laudes effuſa eſt ipſa Dei, & virginis, quibus Maria quadam quaſi antiphona reſpondit. *Pater*, qui putabatur Luc. III. 23. erat Joſephus, ætate qua ? ſenili pictores pingunt; quibus aſſurgunt, qui ſtatuunt, habuiſſe liberos prius, quam Mariam ſponſam ſibi adſciſceret; Juvenili alii, & quidem probabilius, ex more Judæorum, ſtatuunt. Nos nihil certi definimus. Sicut nec de illo, qualis faber fuerit. Juſtinus Martyr tradit, Jeſum feciſſe ζυγὰ καὶ ἄροτρα juga & aratra; ſic igitur Joſephus fuerit faber lignarius; Hilarius autem canone in Matth. XIV. ſcribit ferrarium fabrum fuiſſe. In quam ſententiam inclinat & Beda in Marc. confer Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 62.

§. 13. Vapulant igitur (1) Ebionitæ & Nazaræi hæretici, qui tradebant, Jeſum eſſe conceptum ex coitu Joſophi & Mariæ, Adverſarii. (1)

Mariæ, i. e. more aliorum hominum genitum eſſe. vide Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 29. Epiphan. hæreſ. XXX. Theodor. l. V. hæret. fab. c. 11. Nam Matth. I. 18. clare habetur: πρὶν ἢ συνελθεῖν ἀυτὰς &c. *priusquam congrederentur illi* (Joſeph & Maria) *inventa eſt hæc prægnans ex Spiritu ſancto.* Neque obſtat, quod Filius Davidis dicatur: Matth. I. 1. XXII. 42. Sic enim dicitur, quod ſemen, unde conceptus eſt in utero Mariæ virginis, fluxerit per continuam ſucceſſionem â Davide in Mariam, ex ſtirpe

(2) Davidis ortam. (2) Alii hæretici, ſtatuentes, ſemen Joſephi modo miraculoſo fuiſſe trajectum in uterum virginis, ut inde conciperetur Davidi Filius; Nam neque hoc vel in ſcripturis, vel in natura ullum habet fundamentum; imo utrisque repugnat. Iſtis, quæ negant ullo modo congreſſos fuiſſe duos iſtos Joſephum & Mariam; his, quia propagatio ſpeciei fit

(3) per conjunctionem vir & fœminæ. (3) Impudentiſſime omnium mentiuntur illi, qui dicebant, Mariam ex Panthera milite

Ethnici. concepiſſe per ſtuprum; utque inſultarent Chriſtianis, ſtruxerunt Veneri ædem in ipſo Chriſti ſepulchro. Refert immanem calumniam, & refutat Origenes lib. I. adverſ. Celſ. p. m. 25. ſeqq. *Revertamur*, ajens, *ad Judæi fictam perſonam, quæ narrat, Jeſu matrem gravidam extruſam â ſponſo fabro lignario propter fidem conjugalem temeratam & pudicitiam, & ex milite, cujus nomen ſit Panthera, peperiſſe.* Videtur Celſus Judæorum vitula araſſe. Hi enim tradunt, Joſephum deſcendiſſe â Jacobo parente ſuo, qui Panther dictus ſit; idque nominis in Joſephum, imo in ipſum Jeſum noſtrum, derivatum eſſe. Hanc blaſphemiam confundit Origenes ex ſana ratione, quæ non permittit, ut tam ſanctus, tamque miraculoſus vir ex impuro thoro natus ſit. Et ex vaticiniis Propheticis, quibus prædictum erat, virginem Filii matrem futuram eſſe.

Majores. §. 14. *Majores* Chriſti recenſentur in genealogia â Matth.

(1) I. 1. ſeq. Luc. III. 28. ſeqq. contexta. In iſta notandi ſunt (1) *Termini* unde incipiant, & ubi deſinant. Matthæus auſpicatur genealogiam ab Abrahamo, & deſinit in Joſepho, Chriſti patre nutritio. Lucas vero incipit â Joſepho, & deſinit in ipſo Adamo, imo in Deo, Adami creatore. Cauſſam reddit Leo I.

in

in epiſtola ad Pulcher. Auguſt. f. 109. *Nihil autem prodeſt, Dominum noſtrum beatæ Mariæ Virginis Filium, verum perfectumque hominem dicere, ſi non illius generis homo creditur, cujus in Evangelio prædicatur. Dicit enim Matthæus: Liber generationis Jeſu Chriſti, filius David, filii Abraham, & ita humanæ Originis ortum ſequitur, ut generationum lineas usq; ad Joſeph, cui mater Domini erat desponſata, deducat. Lucas vero retrorſum ſucceſſionum gradus relegens, ad ipſum humani generis principem rediit, ut Adam primum, & Adam noviſſimum ejusdem oſtendat eſſe naturæ.* B. Lutherus hanc: *Sicut Matthæus probare vult, Chriſtum Judæis veniſſe ſecundum promiſſionem Abrahæ, & David factam: ita Lucas vult oſtendere, eundem Chriſtum non ad ſolos Judæos pertinere; ſed etiam ad ipſum Adam, & ſemen ejus, h. e. ad omnes gentes totius orbis.* Matthæus diſtribuit Arboris genealogicæ ramos in tres Teſſeradecades, Patriarcharum, Regum, atque Ducum; Lucas ſimpliciter recenſet. Matthæus enumerat lineam Salomonis regis, unde erat Joſephus deſcenſu recto oriundus; Lucas vero lineam Nathanis, quæ ducalis erat, & à qua Maria deſcendit; ut conſtaret, Meſſiam & regem & ducem eſſe à Prophetis inſinuatum. Mich. V. 2. Ezech. XXXIV. 24. Hieronymus comm. ad Matth. I. 18. putat, utrumque Evangeliſtam recenſere unius & ſolius Joſephi genealogiam, *eo quod non ſit conſuetudinis ſcripturarum, ut mulierum in generationibus ordo ſequatur.* Neque hic decedere quicquam Chriſto, quo minus ex ſtirpe Davidis, & Judæ ſit; *Ex una* enim *tribu fuiſſe Joſephum & Mariam: Unde ex lege eam accipere cogebatur, ut propinquam; & quod ſimul cenſentur in Bethlehem; ut de una videlicet ſtirpe generati.* Atque hoc urget etiam Baron. app. §. 31. Sed licet prius utrumque poſſet concedi, poſterius tamen lubrico inſiſtit talo; Neque enim oſtenſo genere ſponſi, ultrò ſequitur, cujas fuerit ſponſa; Annon enim in genealogia Chriſti occurrunt Mulieres Cananææ, Moabitides, Hethææ, quorum tamen mariti fuerunt ex tribu Judæ? Annon Eliſabetha, Zachariæ uxor, dicitur Mariæ ex tribu Judæ oriundæ συγγενὶς; & tamen nupſerat ſacerdoti ex tribu Levi? id quod ipſe Baronius §. 32. urget. Unde & Baſilius epiſt. 391. ad Amphilochium ſcribit: ἀναμιγῆναι τὴν Ἱερατικὴν καὶ βασιλικὴν φυλήν: *Miſceri Sacerdotalem & regiam familiam.* Lex Num. XXXVI. 7. valebat tum demum,

 cum

cum per nuptias fiebat translatio immobilium poſſeſſionum: non autem, cum nulla fiebat translatio. *Dicas*: Atqui Lucas genealogiam Joſephi clare texit; Sic enim v. 23. ait: Jeſus putabatur filius Joſephi, qui erat *filius* Eli, & ita conſequenter usque ad *Nathanem*. v. 31. ℞. Atqui Matthæus Joſephum deducit ex linea Salomonis, qui fuit frater Nathanis. v. 6. Quod ἐναντιοφανὲς ut concilietur, dicendum eſt, quod Mathan, ſeu Mathada genuerit duos filios (juxta Luth. in Genealogiam Chriſt. t. 5. Wit. fol. 526.) Jacobum, & Eli; quorum iſte genuerit Joſephum; hic Mariam Θεοτόκον; Adeoque quod Lucas nominet Joſephi patrem legalem, ſeu ſocerum, cujus gener fuerit Joſephus, ſicut Ruth nurus dicitur Naëmi filia. Ruth. I. 13. qui fuerit Eli dictus; Mattheus vero, naturalem, nomine Jacobum: Clare enim hic dicit: ἐγέννησε, *genuit*, à cujus vocis literali ſenſu non eſt cur recedamus (vide Dn. D. Calov. annot. ad Geneal. Grot. §. 10. ſeqq.) quandoquidem nuſpiam locorum ſcripturæ adoptivo parenti tribuitur, ſicut adoptivi quoque *filij* dicuntur. Urget hanc rationem Auguſt. lib. 2. de conſenſ. Evangel. cap. 3. *Matthæus dicens, Abraham genuit Iſaac, Iſaac genuit Jacob: atque ita in hoc verbo quod eſt, genuit, perſeverans donec in ultimo diceret, Jacob autem genuit Joſeph: Satis expreſſit ad eum patrem ſe produxiſſe originem generantium, à quo Joſeph non adoptatus ſed genitus erat.* Apud Lucam vero terminus iſte non occurrit, imo ne filium quidem Eli appellat Joſephum, sed τοῦ Ἠλί, quales genitivi varie ſignificant, Matres, fratres, ſorores, generos, nurus. (2) *Contenti.* Genealogiam Meſſiæ ingrediuntur perſonæ maculatæ ſuſpendio, ut Nahaſſon Numer. XXV. 4. adulterio, ut Bathſeba, inceſtu, ut Thamar; (quam ab inceſtu fruſtra conatur liberare Chryſoſt. homil. 62. in Geneſ. cum ipſe hom. III. in Matth. iſtius ſceleris eam ipſe ream faciat) item alienigenæ, ut Ruth Moabitis: & Bathſeba Hetthæa; ſcil. Chriſtus ſalvator eſt omnium hominum & peccatorum.

Difficultates. §. 15. (II) *Difficultates*, & ἐναντιοφανῆ alia quoque occurrunt apud Evangeliſtas in gemina iſta genealogia, quæ Judæi ſugillarunt: (vid. Hieron. in epiſt. ad Tit. lib. 1. c. 3.) & Veteres & recentiores variè torſerunt. Videntur enim diſcrepare (1) *à veritate hiſtorica* cum Biblica, tum Eccleſiaſtica. Et *Matthæus* quidem

(1) in Matthæo.

dem (α) cum cap. I. 5. ſcribit, Salmon genuit Boas; At Salmon duxit uxorem Rahab Hierichuntidem; Boas autem vixit tempore Heli ſacerdotis, juxta traditionem Joſephi lib. V. Antiq. inter quod tempus & ingreſſum Iſraëlitarum in Canaan intercedunt anni 300. Qui igitur genuerit Salmon Boozum? (β) Porro Matthæus v. 8. refert, Joramum genuiſſe Oſiam, qui tamen 2. Reg. XV. 1. dicatur Azarias; & quarto gradu ab iſto diſtet; intercedentibus Ahaſia, Joas, & Amazia regibus. (γ) v. 11. Joſiam refert genuiſſe Jechoniam & fratres *tempore captivitatis Babylonicæ*; quod neque hiſtoriæ competit; Nam Joachimum genuiſſe dicitur, parentem Jechoniæ. 1. Par. III. 15. Neque promiſſioni divinæ, quam dedit Joſiæ 2. Paral. XXXIV. 28. quod miſeriam captivitatis Babylonicæ viſurus & experturus non eſſet. (δ) v. 12. Jechoniam genuiſſe Sealthielem, quod denuo neque cum veritate hiſtorica, neque cum comminatione Dei videtur convenire. Non cum iſta; Nam 1. Paral. III. 17. Sealthielis parens in Hebræis fontibus conſtituitur Aſſir; Neque cum hac; Nam Jer. XXII. 30. Deus comminatur Jechoniæ, quod nemo ex ipſius poſteris poſthac ſeſſurus ſit in throno Davidis, & imperaturus Judæis. (ε) Ibid. Sealthielem genuiſſe Zorobabelem, cum tamen 1. Paral. III. 19. Phadaia, frater Sealthielis, dicatur genuiſſe Zorobabelem.

§. 16. In *genere* ut reſpondeamus; ſciendum, quod (1) alia filiatio ſit legalis, per adoptionem nimirum, vel affinitatem, aut connubia; alia naturalis, cujus fundamentum eſt generatio. (2) Alia generatio ſit immediata, alia mediata. (3) Diverſæ perſonæ eadem interdum habeant nomina. (4) Eadem perſona diverſa habeat nomina, quibus in V. T. & in N. T. appellatur. In *ſpecie* ad (α) R. hypotheſis ex Joſepho adducta nondum eſt probata; Ruth quidem in Canaanem rediit tempore unius Judicis; ſed quis ille Judex fuerit, ſcriptura non expreſſit; Rabbini decimum appellant Abaſan, quo tempore centenarius potuit eſſe Salmon, & generaſſe Boozum; Ad (β) Ozias dictus eſt etiam Azarias, & genitus fuit ex Joramo generatione mediata: Ad (γ) eadem reſponſio eſt, nempe Joſiam mediate genuiſſe Jechoniam, qui vixit tempore captivita-

In genere &

in ſpecie.

 tis

tis Babylonicæ; Hunc enim προσδιορισμὸν referendum puto ad Jechoniam, non ad Joſiam, quippe quem divina promiſſio ab hoc tempore exemit. Ad (δ) ℞. diſtinguendum eſſe inter Sealthieles & Zorobabeles, qui ex linea Salomonis, & Nathanis deſcendunt. Qui ex Salomone deſcenderunt poſt captivitatem Babylonicam caruerunt throno Davidis, qui vero ex Nathane ortum duxerunt eum inſederuut, Duces facti. Neque dicit Matthæus, quod ſuus ſive Sealthiel, ſive Zorobabel Ducis dignitate gaviſus ſit. Quod vero de Aſſir dicitur Pſeudhermenia eſt, dum nomen appellativum vinctus, vertitur in proprium Aſſir. Ad (2) ℞. Nondum evictum eſt, quod idem Zorobabel à Chronicis, Matthæo, & Luca intelligatur. Certe Chronica plane alios filios & poſteros ſui Zorobabelis referunt, quam vel Matthæus, vel Lucas.

In Luca. §. 17. Quod Lucam attinet (1) kainanem illè inſeruit Genealogiæ Luc. III. 36. quem Catalogus Moſaicus neſcit. (2) Recenſet lineam Nathanis, excluſa Salomonea, cum tamen Deus Salomoni promiſerit 1. Par. XXVIII. 4. ſeq. Meſſiam. ℞. ad 1. ex verſione LXX. interpretum ille irrepſit in Lucam, ut propterea in correctioribus Exemplaribus merito fuerit omiſſus. Vide Petri Poſſini Diallact. interval. 1. cap. 2. f. 395. Cat. in Matth. Ad (2) Promiſit equidem Deus Salomoni Meſſiam, ſed conditionatè, ut patet ex 2. Paral. XXVIII. 6. Pſ. CXXXII. 13. Qua conditione non impleta, translata eſt promiſſio in Lineam Nathanis, cujus mentio aliqua fit Zach. XII. 12.

II. §. 18. (II.) *Inter ſeſe*: & quidem variis modis. 1. *Ordine*
(1) dum alter deſcendit, alter aſcendit; 2. *Terminis*; Nam Matthæus
(2) incipit ab Abrahamo; Lucas vero, ſi invertas ab Adamo; 3.
(3) *Materia* contenta; Nam Matthæus in ſua genealogia recenſet
(1) perſonas 42: Lucas vero 77. Iſte à Jechonia alias, quam hic,
(2) nominat perſonas. Imprimis, juxta Matthæum Joſephi parens
(3) dicitur Jacobus; Lucam vero Eli; ℞. ad 1. Mutatio ordinis
℞. ad non mutat rem ipſam. Ad 2. neque terminorum diverſitas quicquam derogat rei ipſi. Ad 3. Matthæo ſufficiebat in ſua genealogia expreſſiſſe illuſtriores Epochas, nempe Patriarcharum, Regum, Ducum, quare interjectarum perſonarum quarundam,

Digitized by Google

rundam, ſatis alioqui notatum, rationem non habuit, ſicut Lucas, cujus iſte finis non fuit. Matthæus numeravit lineam Salomoneam usque ad Joſephum; Lucas vero à Davide deflectit ad Nathanem, & continuata ſerie ipſius poſteros, nempe Duces poſt captivitatem Babylonicam, enumerat. Neque in parente Joſephi diſſentiunt. Nam, uti dictum ante, Matthæum naturalem quidem Joſephi parentem, Jacobum, appellat; Lucas vero non parentem, certè non naturalem, ſed generum potius, cenſente Luthero.

§. 19. Hi majores erant Mariæ virginis. Ex *Davidis enim ſtirpe* eam deſcendiſſe, inde probatur, quod Filius ipſius dicatur Filius David Matth. IX. 27. XXII. 42. Non eſt autem Filius David ratione Joſephi, quippe qui ipſum non genuit, E. Mariæ. E. Maria eſt de domo David. Quamvis ea ipſa à linea forſan materna fuerit innexa familiæ Sacerdotali; Nam Luc. I. 36. Eliſabetha Zachariæ uxor vocatur una ex filiabus Aaron, v. 5. ipſius συγγενὴς cognata. Quod tamen non impedit, quo minus Maria ex ſtirpe Davidis fuerit. Licuit enim ſacerdotibus ex aliis quoque tribubus, & familiis, regia præſertim, uxores ducere. vide Tertull. de carn. Chriſt. c. 21. & 22. Epiphan. Hæreſ. XXVI. Auguſtin. lib. 2. de Conſenſ. Evangel. c. 2. lib. XXIII. c. 9. adverſ. Fauſt. Cyrill. Alex. lib. I. adverſ. Julian. Qui adverſus Gentilium, Judæorum, Manichæorum, &c. calumnias genus Mariæ vindicarunt. Hæc certa ſunt. Traduntur alia, quæ ſi non omnino falſa, ſaltem incerta ſunt. Tradunt, parentes Mariæ fuiſſe Joachimum & Annam, Mathan Sacerdotis Bethlehemitici filiam, & ſororem Elizabethæ, apud Niceph. l. 2. hiſt. c. 3. Joachimum autem Barpantheris filium: qui precibus ſuæ uxoris vetulæ filiam impetrarit, quam trimulam templo dedicarit, ubi & votum virginitatis ipſa ediderit, nupſerit deinde Joſepho, (cœlibi, an viduo? Alii hoc, alii iſtud volunt;) mediante annulo, de quo Ferrand. diſquiſ. reliq. lib. 1. cap. 2. art. 2. De quibus & ſimilibus aliis dicimus, quod Fauſto Manichæo reſpondit Auguſt. lib. XXIII. c. 8. *quia Canonicum non eſt non me conſtringit.* Placeant illa cui velint *deliramenta Apocryphorum* ut cum Hieron. in c. 12. Matth. loquamur Nobis ſufficit, quod ſcriptura ſuppeditat,

Stirps Mariæ.

ditat, Jeſum fuiſſe Filium Mariæ, & hanc de domo David. Ex hujus ſemine λόγος templum ſibi formavit, dum animam & corpus exinde in ὑπόστασιν ſuæ divinæ naturæ ita aſſumpſit, ut ὑπόστασις divinæ humanæ naturæ fieret Hypoſtaſis, eamque terminaret. Colligitur hoc ex phraſi: Filius hominis, Davidis &c. Joh. III. 13. Math IX. 27. Hac enim phraſi perſona deſcribitur, ad quam præter naturam requiritur etiam perſonalitas; Quam propriam non fuiſſe, inde patet, quod alias gemina perſona fuiſſet, divina, & humana, quod unitati perſonæ ipſius repugnat; Non enim duo, ſed unus eſt, & unigenitus Dei Filius, qui & Mariæ Filius eſt. Oportet igitur perſonalitatem iſtam fuiſſe alienam, nempe Dei, communicatam tamen humanæ naturæ, ut Filius Dei eſſet hominis Filius. *Diſpenſationis unigeniti Filius Dei in carne Sacramentum, ſapientiſſimus Johannes declarat, ſcribens: & verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Hac recte intelligentes beati Patres, olim in Nicæa congregati, dixerunt; ipſum verbum ex Deo Patre natum per quem omnia fecit, Pater; Lumen de lumine; Deum verum, de Deo vero incarnatum & hominem factum eſſe; hoc eſt, unitum carni animam habenti rationalem & hominem factum eſſe; & cum hoc etiam manſiſſe Deum.* ita Cyrillus in defenſione anathemathiſmi 1. Act. Epheſ. pag. 783.

Finis. §. 20. *Finis* incarnationis, & *primarius* quidem, erat gloria Dei Luc. II. 14. nempe juſti, miſericordis, & veracis, qui ideo hominem fieri ſuum Filium voluit, ut peccata noſtra expiaret, gratiam Dei nobis recuperaret, & promiſſiones divinas adimpleret. *Secundarius* igitur erat noſtra ſalus, hominum nempe, non Angelorum. Nam Luc. II. 11. Angelus paſtoribus dicit: hodie *vobis* natus eſt Salvator. Pax in terris in gratiam hominum emerſit v. 14. Id ipſum eſt, quod dudum ante Gabriel Mariam docuerat, voce Jeſus, qua appellandum dixit Filium ipſius, nempe quod populum ſuum liberaturus eſſet à ſuis peccatis, horumque pœnis. *Niſi enim ille natus eſſet ſecundum carnem, tu non naſcereris ſecundum ſpiritum. Niſi ille ſervilem formam induiſſet, tu adoptionis filiorum gloriam conſequutus non eſſes: Propter hoc namque cœleſtis in terram deſcendit, quo tu terrenus in cœlum ſubvehereris.* Ita Amphilochius Iconii Epiſcopus. tom. 1. Act. Epheſ. pag. 425.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſolidiora ſunt, quam quæ Baſilius epiſt. 317. inveniſſe putat in genealogia Lucæ, quaſi ſeptuageſima ſeptima ab Adamo generatione natus Salvator ideo referatur, ut expiaretur peccatum, quod ſeptuagies ſepties vindicandum dixerat Lamech.

§. 21. *Quando* conceptio, adeoque incarnatio Filii Dei contigerit? quæritur. Intelligimus autem annum, menſem, ſeptimanam, & diem. Quidam audent certum tempus deſignare; ut Baronius apparat. 76. qui ait, contigiſſe *Auguſti imperatoris anno ab inito per menſes ferè quatuor Triumviratus quadrageſimo.* Cenſente Caſaub. exerc. XXVII. voluit dicere: *quando Chriſtus eſt conceptus, annos Auguſti prateriiſſe, ſi ab inito Triumviratu numerentur,* 40. Addit ὑπηκεῖν: *Hoc verum eſt.* Pergit autem Baronius ad menſem quoque & diem: *Octavo Calend. Aprilis, eadem die, qua primus homo formatus eſt Adam.* De hoc idem Exercitator merito cenſet, *plus habere curioſitatis, quam ſoliditatis*: cum adhuc ſub judice lis ſit, quo anni tempore mundus ſit conditus. Photius Myriobibl. cod. 232. citat Stephani Gobari Tritheitæ librum, & ex eo hæc ſive verba, ſive ſententiam refert f. 891. n. 3. *Joannes baptiſta Octobri menſe conceptus eſt, cujus contrarium, non in hoc, ſed Novembri. Deipara Dominicæ conceptionis in menſe novorum annunciationem accepit, nimirum Aprili, quem Hebræi Niſan dicunt, peperit vero Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum menſibus novem evolutis, h. e. quinto Januario, media nocte, qua eſt octavo Idus Januarias: Huic opinio contraria, non in illo menſe, quem diximus, ſed 25. Martij annunciationem accepiſſe, & peperiſſe Salvatorem non quinto Januarij ſed octavo Cal. Januar.* Hæc ille, docens, contrarias fuiſſe ſententias. Nobis, ut ingenue fateamur, non liquet. Celebrant in Eccleſia Romana quotannis die XXV. Martii feſtum annunciationis; Eodem & Græca, ut ex Menologiis conſtat. A majoribus ita eſſe traditum docet Auguſt. lib. IV. de Trinit. c. 5. *Sicut à majoribus traditum ſuſcipiens Eccleſiæ cuſtodit auctoritas, 8. Kalend. Aprilis conceptus creditur, quo & paſſus.* vide Baron. Martyrolog. die XXV. Mart. Alia quæſtio eſt, cur non citius, quam hoc tempore, Deus Filium ſuum in carnem miſerit? R. August. tract. 31. in Joh. *Multi dicunt, quare non ante venit Chriſtus? quibus reſpondendum eſt, quia nondum venerat plenitudo temporis, moderante illo per quem facta ſunt tempora. Sciebat enim*

quando

quando venire deberet. Primo per multam ſeriem temporum & annorum prædicendus fuit: Non enim aliquid parvum venturum fuit, diu fuerat prædicendus, ſemper tenendus. Quanto major Judex veniebat, tanto præconem longior ſeries præcedebat.

Locus. §. 22. *Locus*, ubi annunciatio Angelica, & p.c. conceptio & incarnatio Filii Dei contigit, eſt Galilæa & in Galilæa oppidum Nazareht, ſitum in tribu Zabulon: Hæc certa ſunt ex Luc. I. 26. Incerta vero, imò fabuloſa, quæ de domuncula illa, in qua annunciationem Angelus fecit, & Mariæ audivit, Pontificii fabulantur. Nolumus autem hic loci eam controverſiam excutere, ſed temporis ratione habita, hiſtoriæ Apoſtolicæ (Nam poſt aſcenſionem Chriſti ædes iſta translata dicitur) eam reſervare.

Incrementa. §. 23. Conceptus in uterò materno fœtus, ſicut alii embryones, *crevit* indies, & geſtatus eſt à virgine prægnante, donec tempus partus, à natura ordinatum adeſſet; Cur ita ſtatuamus, movêmur verbis Evangeliſtarum, Lucæ præſertim, qui in deſcribenda nativitate Filii Dei non aliis utuntur deſcriptionibus, quam vulgarium liberorum nativitates deſcribuntur; quare tacente ſcriptura nihil ſingulare nobis fingere licet.

Elenchus. §. 24. Vapulant igitur qui ſtatuunt, *primo ſtatim conceptionis momento juſtæ magnitudinis fuiſſe fœtum*, cum indignum ſit Filium Dei more aliorum hominum iu utero indies creviſſe & adoleviſſe. Annon enim hac ratione totum myſterium everteretur, cum longe indignius inſanæ rationi videatur, Filium Dei in utero muliebri concipi, & incarnari.

Nativitas, & ejus (1) tempus. §. 25. Hactenus de incarnatione Filii Dei, quæ facta eſt in conceptione, ſequitur incarnati & concepti *nativitas*, qua luci expoſitus eſt infans. In hac deſcribenda, ut ordine iterum procedamus, obſervandum eſt 1. *Tempus*. Nam ab Evangeliſta Luca cap. II. v. 1. ſeqq. curioſè annotatum eſt, nempe, quando Auguſtus Cæſar per P. Sulpitium Quirinium Syriam & Judæam iſti annexam, curavit deſcribendam. De hac deſcriptione plura diſputantur intricatiſſime inter Baronium, Caſaubonum, Montacutium, Eudæmonem Johannis, alios, quæ apud ipſos legi poſſunt: Nos noſtram, imo Theologorum noſtrorum com-

munem

munem ſententiam ſecuti, ita rem breviter & perſpicuè explicamus. *Deſcriptio*, Græcè dicta ἀπογραφὴ, ille actus dicebatur, quo ſubditorum nomina, cognomina, ætates, genus, patria, facultates, ſtatus, conditiones auctoritate publica annotabantur, & tabulis inſerebantur, quæ quaſi *breviarium* eſſent, & *inventarium* Reipublicæ. Talium deſcriptionum duarum meminit ſacra ſcriptura, prioris Lucas cap. II. 1. ſeqq. poſterioris Gamaliel in Actis cap. V. 37. & Joſeph. lib. XVIII. Antiqq Judaic. c. 1. Iſta fuit Oecumenica, quia deſcribebatur totus orbis Romanus ſecundum ſubditos ſuos, & ſubditorum facultates; Hæc vero fuit particularis, & concernebat ſolam Judæam, Archelao juſſu Cæſaris relegato; Iſta erat tranquilla; Nam etiam Judæi quieti manebant, euntes, ut profiterentur, & deſcriberentur; Hæc vero tumultuoſa; Nam Judas Galilæus, ex Gaulonitidis civitate Gamata oriundus, tumultus excitabat, cum Judæi tributa Romanis pendere juberentur. *Vir quidam Galilæus, Judas de nomine dictus, populum ad defectionem induxit, ignavos dictitans, atq; impios, ſi Romanis penſitare tributum ſuſtinerent, & Dominum aliquem agnoſcere præter Deum.* ita Joſephus lib. 2. de bel. Jud. c. 12. Cum iſta fieret, Judææ ordinarius Præſes erat Sentius Saturninus, ut refert Tertul. lib. IV. adverſ. Marc. c. 19. Extraordinarius vero Procurator ab Auguſto in Judæam miſſus, erat P. Sulpitius Quirinus; Cum autem hæc ageretur, idem hic Sulpitius Quirinus Judææ præerat, ſed ut ordinarius Præſes, cui inſuper ἡμνσις illa erat demandata; Iſta contigit cum Chriſtus naſcendus erat; hæc cum jam XIII. fere annos natus eſſet: Iſta Herode Aſcalonita adhuc vivente; Matth. II. 1. Auguſti anno 42. juxta Chronicon Euſebii, Epiphanium in Panar. hæreſ. XX. & LI. & alios, qui annos imperii Auguſtani incipiunt computare à nece Cæſaris; quos alii incipiunt à Triumviratu, & propterea annum 41. Auguſti faciunt natalem Meſſiæ; juxta Baron. not. ad Martyr. diem XXV. Dec. Hæc vero eodem jam defuncto. Matth. II. 19. Ex quibus apparet, quo ſenſu Lucas *priorem* eam deſcriptionem dixerit, qua Chriſtus eſt natus; nempe reſpectu P. Sulpitii Quirini, qui Judæam bis deſcripſit, ſemel ut ἐπίτροπος *procurator*, imperio extraordinario; iterum ut *Præſes*, impe-

rio ordinario. *Finis* iſtius univerſalis deſcriptionis erat alius à Deo, alius ab hominibus intentus; Auguſtus pacato & confirmato Imperio Romano ſine dubio noſſe voluit Rempublicam, ut ſciret, quid, & quantum virorum & virium ea complecteretur, quæ neceſſitate ita exigente uſui eſſent & præſidio Reipublicæ; Ideo per univerſum imperium deſcriptio inſtituta eſt, & in Judæa quidem juxta receptam diſtributionem, tribuum, familiarum, domuum, & capitum ſingulorum. Accedit, quod Caſſiodorus in variis habet: *Cum propter bella civilia immenſis orbis univerſus conflictatus eſſet cladibus, ipſa rerum dominia haberentur incerta, atque confuſa, hiſce Auguſtus proſpicere cupiens Romanum Orbem agris diviſit, cenſuq; deſcribi voluit, ut poſſeſſio ſua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum ceperat ratione ſolvenda.* Deus vero longe aliud intendit, nempe, ut hac ratione oſtenderet, adveniſſe tempus ultimæ Monarchiæ, nempe Romanæ, à Daniele c. II. 44. prædictæ, quo Meſſiæ regnum dedicaretur; & 60. Septimanarum, ab eodem prædictarum, vide Tertul. adverſ. Judæ. c. 8. Ablatum eſſe ſceptrum à Juda per Romanos rerum Dominos, quibus, ut reliquus orbis, ſic & Judæa, ſubjecta eſſet; & *Herodem* Aſcalonitam alienigenam qui beneficio Romanorum Judææ dominabatur. Matth. II. 1. Jeſum Nazarenum eſſe verum Davidis ſemen, & in civitate ipſius, nempe Bethlehemi natum; *Scriptum eſt apud Prophetas: Non deficiet Princeps ex Juda, neq; Dux de fœmoribus ejus, donec veniat cui repoſitum eſt. Quandoquidem vero diebus illis, quibus nobis in carne Chriſtus apparuit, Herodes Judea Rex erat, magnam habebat veritatis ſpeciem, eum, cujus ortus narrabatur, vere eſſe Chriſtum. Defecerat enim jam, juxta verba Prophetiæ, & Princeps ex Juda, & Dux ex fœmore ejus. Non autem dixit Herodis tantum, ſed addidit, regis: ex alia licet oriundi gente, nempe Idumaâ.* ita Chryſoſtomus in Catena Corderi fol. 20. ſub fin. Maria non obligata fuiſſet comparere Bethlehemi, ſed ſuffeciſſet ſponſum eo ſeſe conferre; ſed voluit eam ſecum eo ducere, ut curam ejus propiorem gerere poſſet, utpote ab Angelo ſolicitè ſibi commendatæ Matth. I. 20. Tacite autem Deus id fieri voluit, ut Bethlehemi exiſtens, loco Meſſiæ natali, filium eniteretur. Sic *ὁ Αὔγουστος ὑπηρετεῖται τῷ ἐν Βηθλεὲμ τόκῳ διὰ τοῦ προστάγματος τῆς ἀπογραφῆς, ipſe etiam Auguſtus edicto de cenſu promulgato partui inſervit edendo*

dendo in Bethlehem : ut optimè ait Chryſoſt. hom. VIII. in Matthæum.

§. 26. *Uſui* hæc deinceps fuerunt Chriſtianis & Orthodoxis. Juſtinus Martyr Apol, II. f. m. 58. & 59. hinc probat, Jeſum Nazarenum eſſe Meſſiam à Prophetis prædictum: *Vicus quidam eſt*, ajens, *Bethlehem in regione Judaorum, triginta quinque ſtadiis Hieroſolymis diſtans, ubi natus eſt Chriſtus Jeſus* : ὡς κὴ μαθεῖν δύνασθαι ἐκ τῶν ἀπογραφῶν τῶν γενομένων ἐπὶ Κυρηνίου τοῦ ὑμετέρου ἐν Ἰουδαίᾳ πρώτου γενομένου ἐπιτρόπου: *quemadmodum & ex deſcriptionibus cenſus acti, quæ ſub Cyrenio, primo veſtro in Judæa procuratore, ſunt confecta, intelligere poteſtis.* Tertullianus adverſus Marcionitas, humanæ Chriſti naturæ hoſtes, diſputans, lib. IV. c. 19. provocat ad deſcriptionem iſtam Auguſtalem: *ſed & cenſus*, dicens, *conſtat actos ſub Auguſto nunc in Judæam per Sentium Saturninum, apud quos genus ejus inquirere potuiſſent.* Et cap. 33. *nemo facile ignorare de genere potuiſſet, vel recentibus Auguſtanis cenſibus, adhuc tunc fortaſſe pendentibus.* Ulterius nonnulli procedunt, & inquirunt etiam in *Conſules*, qui fuerint, cum Chriſtus naſceretur: Neque tamen inter ipſos convenit. Alii ajunt natum eſſe Auguſto decimum tertium, & Sylvano Coſſ. ſic Epiphanius hæreſ. 51. & Onuphr. Panvin. comm. Faſt. lib. 2. & Rich. Montac. Θεανθ. an. 2. n. 169. Alii, ut Caſſiodorus in Chron. & Baronius Appar. §. 101. natalem Domini collocant ſub Cornelio Lentulo, & Valerio Meſſala; Severus autem hiſt. l. 2. mavult Sabinum & Ruffinum Coſſ. Alii neque his contenti inquirunt etiam in menſem, & diem nativitatis Chriſti : ſed neque inter hos convenit.. Nam Clemens Alex. lib. 1. ſtromat. refert, quod ſuo tempore diverſæ ſententiæ de natali die Domini fuerint; Quoſdam enim retuliſſe ad XXV. menſis Pharmuthi, qui noſtro Aprili reſpondet, alios ad XXV. Pachon, qui eſt noſter Majus; fundamentum erat ſextus menſis, ex quo Angelus miſſus eſſe refertur ad Mariam Luc. I. 26. Sed lubricum hoc; Neque enim ſextus ille menſis numerandus eſt ab anno legali, quod illi voluerunt, ſed à Johannis Baptiſtæ conceptione; hæc autem quando præciſe facta ſit, in ſcripturis non invenitur annotatum. Epiphanius VI. Januarii Chriſti natalem facit. Vulgaris ſententia præſcripſit diem XXV. Decembris. Martyrologium

Uſus.

giumRomanum, & alia tempora complexum, ita loquitur: ***Anno à creatione mundi, quando in principio creavit Deus cœlum & terram, quinquies milleſimo centeſimo nonageſimo nono: A diluvio vero anno bis milleſimo nongenteſimo quinquageſimo ſeptimo: A nativitate Abrahæ anno bis milleſimo quinto decimo: A Moyſe & egreſſu populi Iſrael de Ægypto, anno milleſimo quingenteſimo decimo. Ab unctione David in Regem anno milleſimo trigeſimo ſecundo: Hebdomata ſexageſima quinta juxta Danielis prophetiam: Olympiade centeſima nonageſima quarta: Ab urbe Roma condita anno ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo: Anno Imperii Octaviani Auguſti quadrageſimo ſecundo, totô in pace compoſito ſexta mundi ætate, Jeſus Chriſtus æternus Deus, æternique Patris filius, mundum volens adventu ſuo piiſſimo conſecrare, de Spiritu S. conceptus, novemque poſt conceptionem decurſis menſibus (Hic dicitur alta voce) In Bethlehem Judæ naſcitur ex Maria Virgine factus Homo*** In medio nos diem relinquimus, neque in re incerta cum ullo ſerram contentionis trahamus. Id unicum in Martyrologii computo notamus, quod ſecutum fuerit vitioſum LXX. Interpp. computum, cum ſequi debuiſſet fontes Hebræos. vid. notas Baronii ad l. c. Martyrol.

Locus. §. 27. II. *Locus*, ubi Filium ſuum enixa eſt virgo Maria, fuit civitas David. Luc. II. 11. Cum autem duplex fuerit civitas David, alia nativitatis, alia inhabitationis, (quæ fuit arx Sionæa 2. Sam. V. 7.) ideoque additur Luc. II. 4. civitas David ***quæ vocatur Bethlehem.*** Cæterum & Bethlehem duplex fuit; alia enim ſita erat in tribu Zabulon Joh. XIX. 15. alia vero in tribu Juda, cognomento Ephrata; ideoque additur Mich. V. 2. Bethlehem ***in terra Juda***, quæ fuit una ex Chiliarchiis Judæ; quod repetitur Matth. II. 5. 6. Luc. II. 4. minima quidem inter ipſas, reſpectu politico; ſed maxima, divino; quippe in qua natus eſt Meſſias. Unde à piis veteribus ſalutatur *Orbis Metropolis, & cælorum πανδοχεῖον.* Tertul. adverſ. Jud. c. 13. hinc concludit, veniſſe jam Meſſiam, quandoquidem Bethlehem non amplius ſit. Quorſum pertinet, quod Irenæus lib. III. adverſ. hæreſ. explicat, cur Evangeliſtæ loci mentionem facere voluerint, nempe ut complementum vaticiniorum Propheticorum docerent; verba ipſius citante Theodoreto dial. 1. f. 34. t. 4. opp. ſunt hæc: ***quorſum autem hæc verba: in civitate David, niſi ut promiſſionem, quæ Davidi à Deo facta erat,***

erat, fore ut ex ventris ipſius fructu rex ſempiternus exiſteret, expletam annunciaret, quam videlicet univerſitatis hujus conditor fecerat. Specialior Meſſiæ nati locus eſt *diverſorium*, quod *villulam Chriſti, & Mariæ diverſorium, & parvum terræ foramen*, nuncupat Hieronymus epiſt. XVII. ad Marc. Cyprianus, & Auctor de operibus Cardin. *caſulam* appellant; Et ſpecialiſſimus *ſtabulum*, & in hoc *præſepe*, in quo filium ſuum infantem repoſuit Mater virgo. Luc. II. 7. Beda lib. de Loc. ſanctis c. 8. ita deſcribit: *Bethlehem ſita eſt in dorſo anguſto, ex omni parte vallibus circundato, ab occidente in orientem mille paſſibus longa, humili, ſine turribus muro, in orientali angulo quaſi quoddam naturale ſemicentrum eſt, cujus exterior pars, Nativitatis Dominicæ fuiſſe dicitur locus, inferior Domini præſepe nominatur.* Plerique Patrum Græcorum & Latinorum ſtabulum iſtud vocant *Σπήλαιον ſpeluncam*, vide Juſtin. Martyr. in dial. cum Tryph. Origenem lib. 1. cont. Celſ. Euſebium lib. VII. dem. Evang. c 5. Athanaſium & Greg. Nyſſenum de nativ. Chriſt. Epiphanium hæreſ. XX. Hieronymum Epp. 17. 18. 48. in rupe ſcil. excavatam, quod volunt deducere ex Jeſ. XXXIII. 16. naturâ, an arte? Non conſtat. Id certum, quod regionis ille tractus petroſus fuerit, & multæ ibi domus è ſaxis exciſæ, quod ex Arabe Geographo docet Caſaubonus. Curioſiores porro quærunt, *in*, vel *juxta* oppidum Bethlehem; aut plane in agro Bethlehemitico natus ſit Jeſus noſter? Juſtinus Martyr ait: *ἐν σπηλαίῳ σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε· in ſpeluncam quam vicinam vico divertit*: ſed hæc ipſius verba non eo explicanda ſunt, quaſi ideo non Bethlehemi natus fuiſſet Meſſias, quia diverſorium ſaltem juxta vicum fuiſſe potuit. Nam Apol. II. idem aſſerit, natum eſſe Meſſiam *ἐν Βηθλεὲμ in Bethlehem*; Etiam ſuburbia & pomœria ad oppida & vicos pertinent: Quare utrumque verum eſſe poteſt. Bethlehemi, latè ſumpta, & juxta Bethlehemum, ſtricte ſic dictum, natum eſſe. Nos manemus in ſtricta vocis ſignificatione, & credimus, in ipſo oppido Bethlehem Filium Dei eſſe natum. *An bos & aſinus in iſto lapidoſo ſtabulo Meſſiæ recens nato adſtiterint?* Sic ajunt creduli in Papatu, & volunt probare ex Hab. IV. 2. ubi LXX. habent: *ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ in medio duorum cognoſcetur*, ſcil. Dominus Meſſias: per quæ duo animalia traditionarii intelligunt bovem

De bove & aſino.

Digitized by Google

& aſinum, quaſi non alia duo eſſe poſſent animalia quam bos, & aſinus! Nugæ: Alii huc advocant verba Jeſ. I. 3. de bove agnoſcente ſuum Dominum, & de Aſino præſepe Domini ſui. Sed nec hic ſenſus quadrat fictitio bovi & aſino; cum Dei ſcopus ſit, oſtendere, homines eſſe deteriores beſtiis licet ſtolidiſſimis, cum hæ beneficia Dominorum agnoſcant, Iſraelitæ minus. vide Hieron. l. c.

Nativitas ipſa.

§. 28. III. *Nativitas ipſa.* Prædictam eſſe à Prophetis oſtendimus Articulus III. ſection. I. §. 19. confer. Tertul. adverſ. Jud. cap. 9. Luc. II. 6. ſeqq. refertur, quod Joſepho & Maria Bethlehemi exiſtentibus venerit tempus partus, & hæc pepererit Filium ſuum primogenitum, involveritque linteolis, repoſueritque in præſepi. Utitur Evangeliſta verbis vulgaribus, neque ullius miraculi meminit, quod circa hanc Meſſiæ nativitatem contigiſſet; quare neque noſtrum erit ſingulare quid, vel miracula, & inſolita fingere. Cenſemus, fœtum, dum in utero fuit, indies creviſſe, more aliorum embryonum, donec ad maturitatem juxta conſuetas naturæ leges veniſſet. Fuit equidem nonnullorum Patrum, Græcorum præſertim, ſententia, referente Damaſceno de Orth. Fid. lib. III. c. 2. Filium ſibi formaſſe corpus, *οὐ ταῖς κτ᾽ μικρὸν προσθήκαις ἀπαρτιζόμενον τοῦ σχήματος, ἀλλὰ ὑφ᾽ ἓν τελειωθὲν quod non fuerit coagmentatum parvulis ſubinde additionibus figura, ſed uno momento fuiſſe perfectum*: Cæterum tale quid ex verbis Evangeliſtæ nuſpiam exſculpſeris. Simile judicium ferendum eſt de eo, quod tradunt de *clauſo Virginis parientis utero.* Sunt inter veteres quoque, qui negant apertis clauſtris Virginalibus Mariam peperiſſe, ſecus enim deſiiſſet virgo eſſe. Sed fruſtra virginitati metuunt, ubi virgo nullum virum cognovit; Potior nobis eſt ſcripturæ auctoritas, cum Luc. II. 23. ad Mariam quoque applicatur lex divina Exod. XIII. 2. Lev. XII. 8. de ſacrificio offerendo pro maſculo, qui primus *uterum frangit.* Neque deſtituitur ſententia veterum ſuffragio. Tertullianum contrariæ ſententiæ aſſertores ultro nobis largiuntur. Addimus Athanaſium ad Epictetum, quo cum ille diſputabat de incarnatione verbi, quod facta non eſſet per verbi converſionem, ſed humanæ naturæ aſſumptionem; *Ideoque pro fundamento iſtius rei ſubjicitur Maria, ut ab ea hoc ipſum corpus mutuaretur,*

Digitized by Google

tur, quod quaſi proprium pro nobis offerret, eandemque Mariam Eſaias prophetando demonſtrat: Ecce, inquiens, Virgo concipiet, &c. Gabriel porro, ad illam ipſam legatur, neque ſimpliciter ad quamvis Virginem, ſed Virginem deſponſatam viro, ut ex ſponſo oſtenderet, Mariam vere hominem eſſe, & parientis meminit ſcriptura: atque eam faſciis obligaſſe, beataque prædicantur ubera quæ ſuxerat, & oblatum eſſe ſacrificium, quia ut primogenitus aperuerat uterum parientis. Originem homil. XIV. in Luc. Ambroſ. lib. 2. comm. in Lucam, quorum verba & ſententiam adducit Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 137. Hieronymus quoque pro nobis ſtat, cum ait: *ſolus Chriſtus clauſas portas vulvæ virginalis aperuit, quæ tamen clauſa jugiter permanſerunt:* clarius: *junge, ſi licet, & alias naturæ contumelias, novem menſibus uterum inſoleſcentem, faſtidia, partum, ſanguinem, pannos* &c. quæ verba ipſius ſunt in invectiva adverſus Helvidium. Soliciti quoque ſunt nonulli de *doloribus*, an parturientis virginis tales fuerint, quales aliarum fœtus enitentium? *Totum hoc negocium erat plenum gaudio: nullus dolor; nulla naturæ contumelia in partu:* ait Cyprianus ſerm. de nativ. Nos nihil definimus. Quia ſcriptura nihil definivit. Neque reclamant ipſi, vel analogiæ fidei, qui ſtatuunt, Mariam doloribus parturientium laboraſſe. *Venæ umbilicalis* mentionem faciunt (juxta Ferrandum diſq. reliq. ſect. 2. lib. 1. p. m. 71.) Tertullianus his verbis verbis: *Audi Chriſtum, & audi Dominum, Patri Deo colloquentem (inquit Africanus ſcriptor) quia tu es, qui avulſiſti me ab utero Matris meæ, ſuper te projectus ſum ex vulva, Ecce aliud; & ab utero Matris meæ Deus meus es tu. Nunc ad ſenſus ipſos decertemus. Avulſiſti, inquit, ex utero; quid avellitur, niſi quod inhæret, quod infixum, quod innexum eſt ei, à quo avellitur? Si non adhæſit utero, quomodo avulſus eſt? Si adhæſit, quia vulſus eſt, quomodo adhæſiſſet, niſi dum ex utero eſt per illum nervum umbilicarem, quaſi folliculi ſui traducem, adnexus origini vulvæ? Etiam extraneum extraneo conglutinatur, ita concarnatur, & conſecratur cum eo, ut cum avellitur, rapiat ſecum ex corpore aliquid, à quo avellitur, quaſi ſequelam abruptæ unitatis.* Et Hilarius Pictavienſis, *inerrabilis*, dicens, *à Deo unigenitus Deus in corpuſculi humani formam ſanctæ Virginis utero inſertus accreſcit.* l.c. Eamque venam oſtendunt Pontificii in Galliis Anicii, in Conchenſi apud Ruthenos Francicos Abbatia; Lucæ in Italia; Rem ipſam nos non negamus, dubitamus tamen vehementer,

menter, venam iſtam in locis iſtis, quæ dicta ſunt, inveniri. Id prorſus fabulam redolet, quod Zeno Veronenſis Orat. VI. de nativ. neſcio unde lacunarum Hæreticarum hauſit: *Obſtetricis incredulæ, periclitantis enixa, in teſtimonium reperta, ejuſdem eſſe virginitatis, incenditur manus, quæ tacto infante, ſtatim edax illa flamma ſopitur. Sicq; illa medica feliciter curioſa, dum admirata mulierem virginem, admirata infantem Deum, ingenti gaudio exaltans quæ curatum venerat, curata receſſit.* Redolent hæc impium *de infantia Servatoris* librum; & refutantur ab Hieronymo lib. 1. contr. Helvid. Imo ab ipſa ſcriptura, quâ refertur, quod ipſa mater Maria infantem ſuum faſciis involverit, & in præſepi collocarit, nulla obſtetricis opera interveniente.

Nati involutio.

§. 29. IV. *Nati infantis involutio & repoſitio in præſepi.* Planiſſime omnia narrat Evangeliſta, referens σπάργανα panniculos, laceros forſan, quibus infantem mater involvit; & præſepe, quod cunas præbuit. Sed iſta non ſufficiunt curioſis ingeniis, quærunt, nova an vetera fuerint illa velamenta? propria, an mutuatitia? munda an immunda? an apud virginem manſerint repoſita, nec ne? Veterum probatiores, Euſebius, & Hieronymus, ignorant iſthæc; in media ætate Germanus, Euthymius, &c. inventi ſunt, qui aliquid ejus ſcire voluerunt, & definire; Erectæ in honorem panniculorum iſtorum Baſilicæ, & anniverſarium feſtum inter Pontificios eapropter inſtitutum; Reliquiæ eorum, ſicut & cunæ, hinc inde monſtrantur. Dicunt enim *cunarum Chriſti partem in D. Mariæ majoris; partem in B. Petri Vaticani; partem in S. Joannis Lateranenſis Romæ; partem in D. Amati Duaci, aliisq; pluribus in templis alibi conſervari. Dicant natalitias ejuſdem faſciolas, quibus Virgo mater populi ſui corpuſculum involverat, Conſtantinopoli Romam transvectas in D. Mariæ majoris Baſilica, Oveti apud Aſtures; ſicut & Duaci apud Belgas, & ſexcentis aliis in locis, monſtrari, non integras illas quidem, ſed partitè diviſas, uti apud rerum Marianarum ſcriptores legere eſt.* Relinquamus ipſis ſuas pupulas & crepundia!

Involuti denunciatio.

§. 30. V. *Annunciatio Angelica*, quæ facta eſt ad Paſtores. Erat ager Bethlehemiticus, à pane nomen habens, admodum fertilis etiam gregibus alendis, & hoc jam ab antiquo, nempe

tempore

Digitized by Google

tempore Jacobi, ubi in iſto agro erat turris Eder, quæ nomen habebat à gregibus ibi ſolitis cogi. Geneſ. XXXV. 21. ad hanc turrim Bethlehemici cives habebant ſuos paſtores, greges, & ſtabula; ut circa ipſam Angeli apparuiſſe videantur, & quidem illis paſtoribus, qui partibus noctis interſeſe diviſis excubias apud ſuos greges agebant, ut per ſimplices hoſce miniſtros Bethlehemitis de nato Meſſia renunciaretur. Id humillimus noſter Jeſus in more habet, ut non multos nobiles & divites & potentes vocet, ſed abjectos, quales erant hi paſtores, ne quis ſe à gratia Dei excluſum putet. Contexit autem Angelus, claritate divina circumfuſus, ſuum ſermonem ex oraculis Prophetarum, & notam Meſſiæ cognoſcendi dat præſepe, & faſcias, quibus alias abſterreri potuiſſent paſtores, quo minus hunc pro Meſſia agnoſcerent, traditionibus Phariſaicis imbuti. Hac iſte defunctus legatione circumſeſe habuit militiam angelicam, Regi recens nato veluti inſervientem, qui & ipſi hymnum ex oraculis propheticis concinnatum decantabant. Hoc finito, & angelis in cœlum regreſſis, paſtores ſummo mane Bethlehemum contenderunt, & anxie quæſiverunt puerperam lapſa nocte factam, quam poſtquam inveniſſent, & puerum faſciis involutum, & in præſepi repoſitum, confirmati in fide, apparitionem hinc inde divulgarunt, quam, qui audiebant, non quidem omnes omnia credebant, mirabantur tamen, iſta non Synedrio, aut ſtirpi Davidicæ, aut ſacerdotibus, ſed ſimplicibus paſtoribus eſſe revelata. Paſtores hoc viſo tandem ad ſuæ vocationis officia reverſi ſunt. Quot paſtorum fuerint? curioſiores & ſuperſtitioſiores quærunt. Tres fuiſſe, traditio ait, ſepultos in Eccleſia trium paſtorum, quæ juxta Bethlehemum exſtructa. vid. Caſaub. exerc. II. 10.

§. 31. VI. *Circumciſio.* Poſtquam octavus poſt nativitatem dies veniſſet, circumciſus eſt infans, & nomen accepit Jeſus; hoc ideo, quia Angelus prædixerat; Iſtud vero, factum eſt, ut circumciſus oſtenderetur verus eſſe homo, & natus ex ſemine Abrahami. Circumciſio.

§. 32. VII. *Magorum adventus.* Deſcribitur Matth. II. 1. ſeqq. Poſtquam enim Jeſus Bethlehemi natus fuiſſet, ecce Magi Circumciſi viſitatio.

Digitized by Google

ex oriente Hieroſolymam veniunt, quærentes, ubi recens natus Judæorum Rex eſſet? vidiſſe enim ſeſe ſtellam ejus in oriente; & veniſſe, ut ipſum adorarent. Herodes, hoc audito, tota Hieroſolyma cum ipſo, ad tale quæſitum cohorruerunt; eaque de cauſſa congregato ex omnibus ſummis Pontificibus & Scribis concilio interrogabat, ubi locorum Chriſtus naſcendus eſſet? reſpondebant illi: Bethlehemi, juxta vaticinium Mich. V. 2. quo ille audito clam ad ſeſe vocabat Magos, &, qua potuit diligentia, requirebat, quo tempore ſtella ipſis apparuiſſet? eoque cognito dimittebat ipſos Bethlehemum, ajens: abite eo; & circumſpectè explorate infantem, eoque invento, renunciate mihi inventum, ut & ego eo concedam, & ipſum adorem. Sic dimiſſi Bethlehemum verſus iter inſtituunt, inter eundum iterum ſeſe conſpiciendam præbuit ſtella, quam in oriente viderant, & præceſſit ipſos uſque ad domum, in qua infans erat, & ſtetit ſuper ipſa; Ea viſa vehementer gaviſi ſunt ipſi: Ingreſſi autem invenerunt puerulum cum ſua matre; & in genua provoluti adorarunt Deum ipſum; etiam theſauris reſeratis obtulerunt ipſi aurum, thus, & myrrham. Quo facto redierunt in ſuam patriam, Deo ipſos per ſomnium dehortante à reditu ad Herodem.

Magorum. §. 33. Multa ſunt, quæ circa hanc hiſtoriam diſputantur, pleraque ſine certis fundamentis: Nos ordine de præcipuis quædam huc referimus. Magorum (1) *nomen* non eſt

Nomen. origine Græcum, ſed Heſychio auctore Μάγους οἱ πέρσαι οὕτω λέγουσι: Perſicum; in Perſia enim ab auctoribus probatioribus collocantur Magi: ſic deſcribuntur à Baſilio M. Ἔθνος περσικὸν τὸ μάγοι, μαντείαις, καὶ ἐπαοιδαῖς καὶ φυσικαῖς τισιν ἀντιπαθείαις προσέχοντες, καὶ περὶ τὴν τήρησιν τῶν μεταρσίων ἐσχολακότες: *Magi ſunt populus Perſicus, vaticiniis, & incantationibus deditus, & obſervationi repugnantium proprietatum in rebus naturalibus: obſervationibus item rerum cœleſtium vacant.* Et Porphyrius: παρά γε μὴν τοῖς πέρσαις, οἱ περσικὸν θεῖον σοφοὶ, καὶ τούτου θεράποντες, Μάγοι μὲν προσαγορεύονται. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ, κατὰ τὴν ἐπιχώριον αὐτῶν διάλεκτον, ὁ Μάγος. *Apud Perſas illi, qui in rerum divinarum ſcientia verſantur, appellantur Magi, & divinum cultum attendunt. Hoc enim patria ipſorum lingua ſonat vox, Magus.*

Certiora

Certiora hæc ſunt, quam quæ referunt *de regia ipſorumdignitate*, tanquam reges, & quidem Sabæi fuiſſent: Quæ ſingulorum nomina fuerint, inter traditionarios non conſtat: vulgo vocant Melchiorem, Caſparum, & Balthaſarem; Zacharias autem Chryſopolitanus appellat Apellium, Amerum, Damaſcum; item Magalath, Galgalath, Saracin; in quodam codice Græco Bibliothecæ Palatinæ dicuntur, Ator, Sator, & Peratoras. Omnia incerta, imo fabuloſa. (I) *Gente* qui fuerint, ex dictis apparet, nempe Perſæ; ſunt quidem qui Arabiæ Felici illos adſcribunt, ſed inter Arabes Magi nulli erant. Ex Abrahamo & Ketura eos derivat Epiphanius in compendio doctrinæ; quippe quorum majoribus pater dederit dona, thus, myrrham & aurum, in peris ipſorum collocans; quæ dona poſteri eorum retulerint Meſſiæ. Hæc ille ex traditionibus Hebræorum. Sed quam nullius auctoritatis ſint illæ traditiones, vel ex una *Magodia* regione patet, quam in Arabia narrator collocat, nulli unquam Geographo memoratam. (II) *Iter* inſtituerunt viſa aliqua extraordinaria *ſtella*. Sunt qui ex ſtella iſta faciunt Spiritum ſanctum, alii angelum; neutrum ex ſcriptura probare poſſunt, quare eadem illud facilitate ſpernimus, qua iſti aſſerunt. Situ & motu extraordinario eam fuiſſe ex circumſtantiis textus colligitur. Oportet enim viciniorem ipſis fuiſſe, & inferiori in aëris regione, ut domum deſignare potuerit. Effecit autem illa, ut Magi iter ſuſciperent. Unde hic effectus? varii varia reſpondent; Nonnulli ad Aſtrologiam confugiunt, & figuram ſtellæ, dicentes, iſti quidem, ſic fuiſſe tum figuratum ſtellarum ſitum, ut nativitatem hujus infantis portenderit; Ita Albertus Magnus, vel quisquis auctor eſt ſpeculi; & poſt ipſum Alliacenſis Cardinalis quæſt. in Geneſ. XXX. vide Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 10. Hi vero, ſtellam fuiſſe in figura virginis, puerulum tenentis; Alii referunt ad oracula à Melchioris filio, Balthaſaris columba; Caſparis Struthiocamelo ea in parte audita. Alii ex libro Sethi traditionem depromunt; Alii ex immediata divina inſpiratione deducunt; Alii ex Bileami vaticiniis, ut Origen. homil. XIII. in Num. & lib. 1. adv. Celſ. Alii ex Sibyllæ Perſicæ carminibus; fama per orientem

Gens. Iter. Stella.

Digitized by Google

entem vulgata de ſumunt. Omnia incerta. Proxime ad ſcopum feriunt, qui Magos ex ſchola Danielis derivant. Dan. I. 6. & informatos dicunt cum à Judæis in Chaldæa reſiduis, tum ex verſione ſcripturarum inibi proſtante. vid. Dn. D. Walth. Harm. Bibl. ad Matth. II. 2.

Tempus. §. 34. (IV.) *Tempus*, quo Bethlehemum venerunt, etiam in controverſiam rapitur. Epiphanius, & nonnulli recentiores, putant, biennium fere interceſſiſſe inter Chriſti nativitatem & Magorum adventum; eo quod Herodes curarit trucidandos pueros bimulos, ſecundum tempus, quod à Magis didicerat: Cœterum curavit trucidandos etiam eos, qui infra bimatum erant, quare didicerit à Magis puerulum regium eſſe infra bimatum! Alii igitur tempus brevius faciunt, & merito. Nam Bethlehemi infantem cum matre Magi deprehenderunt. Maria per nos cum filiolo ſuo Bethlehemo nondum diſceſſerat; quod tamen die 33. Lev. XII. 4. cogebatur facere poſt partum, utpote Hieroſolymis purificanda: Quis autem credat, ipſam facta purificatione rediiſſe Bethlehemum? cum Luc. II. 39. diſerte referatur, purificatione peracta Mariam & Joſephum cum infante ſua Nazaretham rediiſſe. Neque obſtat viæ longinquitas; cum beneficio dromedariorum ſuorum ex Perſide in Judæam intra aliquot ſeptimanarum ſpatium commodè potuerint pervenire; Brevius tempus aſſignare videntur illi, qui diem XIII. poſt nativitatem ſtatuunt diem adventus Magorum: Vix enim ſine miraculo potuiſſent tantum itineris intra tam anguſtum temporis ſpatium conficere. Quid autem opus fuerit miracula fingere; ubi ſcriptura tacet? Verba Evangeliſtæ ſunt hæc: γεννηθέντος *nato*, ſcil. paulo ante, quæ Aoriſti vis eſt; ἰδοὺ *Ecce*, quæ vox eodem collimat; notante Caſaub. Exercit. II. n. X.

Locus. §. 35. (V.) *Locus*, quo venerunt, erat Hieroſolyma, deinde Bethlehemum. Hieroſolyma metropolis erat Judææ, & ſedes religionis, & regni, quare eo tendebant, ſpe moti, fore, ut regem recens natum ibi aut invenirent, aut diſcerent, ubi ille locorum inveniendus. Cum igitur didiciſſent, Bethlehemum eſſe natalem Meſſiæ locum, protinus eò tendebant, inveneruntque, quem quærebant, Jeſum Judæorum regem recens

cens natum : *An in præſepi?* Sic putat Baron. an:l.34. Sed hiſtoria ſacra nihil ejus expreſſit, vel innuit. Matth. II. refertur, ipſum eos cum matre inveniſſe ἐν οἰκίᾳ *in domo*, in cujus meliore forſan conclavi degere jam poterant, poſtquam peregrini cenſu peracto diſceſſiſſent.

§. 36. (VI.) *Acta* Bethlehemi. Poſtquam domum ingreſſi inveniſſent matrem cum filiolo, proſtrati ipſum ceu Deum adoraverunt, &, ut ſuam erga tantam prolem devotionem conteſtarentur, ſimul etiam matri in tam exiguis facultatibus ſuccurrerent, theſauros ſuos aperuerunt, & obtulerunt iſti aurum, thus, & myrrham, proventus, vel merces, ſuæ terræ. Myſterium in his quærunt pii veteres: Pulcherrime munerum ſacramenta Juvencus Presbyter uno verſiculo comprehendit. Acta.

Thus, aurum, myrrham regiq́3, hominiq́3, Deoq́3
dona ferunt.

Hieron. ad l. c. Matth. Et Amphilochius, Iconii Epiſcopus t. I. Act. Epheſ. p.m. 425: *Quoniam vero idem & Rex, & Deus, & mortalis erat (mortem enim propter patibilis naturæ noſtræ œconomiam deguſtavit) dona illa myſteriorum quorundam ænigmata extiterunt. Aurum offerunt Magi, quia Regem ipſum eſſe intelligunt: Thus deferunt, quod Deo ſe offerre non ignorent: Adjiciunt deniq́3 Myrrham, propter mortem in perpeſſionis myſterio incluſam.*

§. 37. (VII.) *Conſequentia.* Peracta adoratione *reverſi* ſunt in ſuam Magi plagam, ſed alia, quam per Hieroſolymam, via; ita enim Deus juſſerat; ne Hieroſolymam relati Herodes reſciſceret, quod noſſe deſiderabat, ubi locorum infans regius degeret. Baronius refert, *baptizatos* deinde eſſe â Thoma Apoſtolo: ſed deſtituitur idoneis teſtimoniis. *Epiphania* feſtum longo poſt tempore inſtitutum eſt in memoriam hujus Magorum adventus. De quo vide Bar. an I.36. Caſaub. exercit. II. n. XI. Mont. Orig. ſ. Θεανδ. part. 1. p. 149. neque enim ad hanc ætatem ſpectat iſtius feſti inſtitutio, ut opus habeamus prolixè de eodem agere. Conſequentia. Epiphania.

§. 38. *Mariæ purificatio:* Luc. II. 22. Lege divina cautum erat, ut ſuſcepto maſculo mater poſt 40. diem nativitatis in templo ſeſe ſiſteret, Deo gratias actura pro ſobole, oblato holocauſto, & ab impuritate Levitica ſe purificatura, Mariæ purificatio.

Digitized by Google

catura, oblato vel agno, ſi dives; vel pari columbarum, aut turturum, ſi pauper, adeoque confeſſura, in peccatis ſeſe fœtum concepiſſe, & enixam eſſe. Hoc ipſum ſecundum quid & Maria fecit, non propter prolem, ſed propter ſe. v. Sixt. Sen. l. VI. Bibl. an. 136. Obtulit Deo filium ſuum primogenitum. Nam & hoc legis erat, ut primogeniti, quia Domini erant, ipſi ſiſterentur, vel redimendi quinque ſiclis, vel perpetuo miniſterio addicendi, ut Samuel. Chriſtus igitur & ipſe ſeſe ſiſtere voluit, non modo ut legem impleret, ſed etiam ut pro omnibus hominibus ipſe primogenitus victima caderet, præfigurata agno paſchali, cujus olim morte filii Iſraelitarum primogeniti vitam ſuam conſervarunt. Dum vero hic ritus peragitur, & Sacerdos puerum Jeſum manibus impoſitum ſuſtinet, benedicturus ei, ecce ſupervenit quidam *Simeon*, Hillelis, ut putant, filius, & Gamalielis præceptor, celeberrimus inter Judæos doctor. Iſte pridem ex Spiritu S. oraculum & promiſſum acceperat, quod mortem non eſſet viſurus, niſi prius viſo Meſſia in carne exhibito. Dum igitur Meſſias conſecratur, ecce tacito Spiritus S. motu, nihil tale cogitans, incidit in templum, &, ſpiritu eodem docente, agnoſcit mox Meſſiam, à ſe antea non viſum, & ex manu ſacerdotis transfert puerum in ſuas ulnas, cupidiſſime Jeſulum amplectens; verba quoque addit, ſpiritu ſuggerente, in quibus laudat beneficium cum ſibi, tum omnibus hominibus in hoc ſalvatore, & ſalutis omnis fonte exhibitum. Simul tamen cautelam addit pro parentibus, & Judæis, ne ſibi mundanum aliquod regnum, & ſplendorem in hoc rege pollicerentur; Nam conſecutura eſſe, quæ neque Mariæ placerent, neque Judæis cumprimis utilia eſſent. Vix ipſe dixerat, cum & *vidua* plus quam *octogenaria*, *Hanna* ſuperveniret, &, ſpiritu revelante, cognoſceret Meſſiam præſentem, & ita cognoſceret, ut & ipſa, velut alterno choro, Deo laudes & gratias perſolveret, non modo tum in templo, ſed & poſtea, loquens de exhibito Meſſia ad omnes eos, qui Hieroſolymis eadem fide Meſſiam exſpectabant. Exſpectabant autem multi, & quidem Hieruſalemi, ubi templum erat; moti vaticinio, Hag. II. 7. Iſai. LX. 1. ad quod alludens Simeon, celebrat *gloriam* Dei. Luc. II. 32.

§. 39. Sim.

Digitized by Google

§. 39. Simpliciſſima eſt hæc narratio ex ipſo textu deſumpta. Sed otioſi nonnulli & fabuloſi quædam attexuerunt, ut factum mirabilius redderent. In his eſt quidam Timotheus Presbyter Hieroſolymitanus, qui in ſerm. de Simeone fingit, quod Simeon viderit *virginem* (Mariam) *infinito & divino lumine circumdatam* præ cœteris mulieribus ſuos infantes offerentibus. Ipſe Baronius an. I. n. 40. fatetur, *pia potius meditatione, quam hiſtorica aſſertatione*, iſthæc ipſum dixiſſe. Repudiat ibidem commentum de cœcitate ejusdem Simeonis; & merito; etſi inepta ratione, quam deſumit ex Lev. XXI. Quod cœcus ſacerdos eſſe non poſſit, qui ſacris operetur. Unde enim novit Baronius, Simeonem fuiſſe ſacerdotem? Cum *Lucas* id non *inſinuet*; Neque enim ſoli ſacerdotes benedicunt. Neque Patres, qui agnoſcunt, ejusdem rei fundamentum apud Lucam inveniant; Neminem autem Patrum vetuſtiorum, vel genuinorum nominetenus allegare potuit; Cum nobis faveat Theophylactus: Neque *imaginibus* hac in re fides tribuenda ſit, Neque Janſenius, Barradius, alii, cum Baronio ſentiant. Melior iſta ratio eſt: *cum nullus antiquorum Patrum Simeonis cœcitatis* (vel Sacerdotii) *reperiatur aſſertor*; *illam hiſtoriam, velut apocrypham, rejectam fuiſſe, argumento eſt.* Sic Baronius contra ſemetipſum. Ejusdem farinæ eſt, quod de Anna, Phanuelis filia, fingunt, tanquam monialis fuiſſet, *religioſiſſima monialis* dicta à Cyrillo Catech. 10. Non eſt, hodierno ſaltem ſenſu, monialis, niſi quæ votum edidit; At unde probabit Baronius, Annam votum cœlibatus edidiſſe? Certe ex Cyrilli verbis non probabit, cui quidem illa Anna dicitur: ἐγκρατὴς *continens*; εὐλαβεστάτη *religioſiſſima*; καὶ ἀσκήτρια, *Exercitatrix*; non autem Monialis. At non recedebat de templo! *Reſpondeo* (cum Barradio Jeſuita) *hunc loquendi modum maximam frequentiam indicare, ac quotidianam.* Memoriam utriusque & Simeonis & Hannæ celebrant in feſto purificationis, apud Græcos Hypapante, ſeu occurſus, Germanice Liechtmeß dicto, à cereis nimirum, quorum uſus ceſſare ſolet ex illo tempore in Veſpertinis precibus & Litaniis.

Miracula fabuloſa.

§. 40. IX. *Pueri educatio.* Nihil habuiſſe extraordinarii præ

Pueri educatio.

præ reliquis hominibus (vide Juſtin. f. 246.) patet ex voce vulgari: *creſcebat.* Luc. II. 40. Talibus enim ſolent uti Evangeliſtæ vocibus; ſi rem, ut vulgo geritur, deſcribunt. Suxit igitur ubera matris Luc. XI. 27. & ablactatus poſtea eſt, ut Iſaac, Gen. XXI. 8. Ablactatus comedit butyrum & mel, cibos vulgares. Iſai. VII. 15. Ezech. XVI. 13. Adultior autem adhibebatur opificio lignario, Mature tamen dona Spiritus ſancti ſeſe exſerebant, & indies creſcebant, ut non gregarius ipſe puer videretur, ut puſilli ſolent eſſe inepti, petulantes, nugantes; ſecus ille. Non parum huc contulit inſtitutio parentum, juxta Dei mandatum Exod. XII. 26. Deut. IV. 10. VI. 7. Etſi enim publicas ſcholas frequentaſſe non legatur, ut alias moris erat, Actor. II. 9. 10. VI. 9. attamen ex parentibus didicit non infeliciter dogmata fidei; propterea ſecum eundem duxerunt ad templum, ubi magis magisque informabatur. Luc. II. 41. etſi non adeo feliciter ſecum duxerint. Cum enim hactenus per amabilitatem morum inter propinquos & vicinos frequenter verſaretur, parentes, dum Hieroſolymis redeunt, ipſum cenſebant inter comites una reverti, ſed manſit ipſe Hieroſolymis. Hinc reverſi parentes & quærentes amiſſum, tandem invenerunt inter doctores diſputantem. Mater objurgat quidem ipſum, ſed fert reſponſum, in quo acquieſcere cogitur, ſimulque ſecum reducit puerum, ſecumque habet, œconomicis negotiis adhibitum, donec ad baptiſmum, & officium obeundum, prodiret. Matth. III. 13. Marc. I. 9. Luc. III. 13.

Humana natura probatur (1) Ex nominibus.

§. 41. Hactenus de incarnatione & nativitate Chriſti, eorumque connexis, i. e. fundamentis, unde vera Chriſti humanitas ſolidè demonſtratur. Chriſtum igitur verum hominem fuiſſe, probatur (1) *expreſſis verbis.* Nam homo appellatur à ſemetipſo Joh. VIII. 40. vide Orthodoxum contra Eraniſten apud Theodoret. dial. II. Et Theod. lib. V. hæret. fab. c. 14. & à Centurione ſub cruce, & à militibus cruci adſtantibus. Marc. XV. 39. Luc. XXIII. 47. Filius hominis. Joh. III. 13. Matth. VIII. 20. Marc. VIII. 31. Filius David. Matth. IX. 27. XXII. 42. Marc. XII. 35. Luc. XX. 41. *Audiant Marcion & Manichæus, & cæteri hæretici, qui vetus laudant inſtrumentum: & diſcant*

Salva-

Salvatorem appellari Filium David: Si enim non eſt natus in carne, quomodo vocatur Filius David? ita Hieron. ad Matth. XI. 27. & Juſtin. Martyr. in dial. cum Tryph. f. m. 255. *Quocirca cum paſſurum ſe eſſe prædiceret, verbis ipſe ſuis ait: oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Phariſæis, & Scribis, & crucifigi, & tertio die reſurgere. Filium ſane hominis ſeipſum vocavit, vel à nativitate ſua è virgine; quæ, ſicuti dixi, è Davidis, & Jacobi, & Iſaaci, & Abrahæ genere fuit: vel ab ipſo Abrahamo, qui pater iſtorum, qui recenſiti ſunt, fuit, unde genus Maria deducit. Eorum ſiquidem, qui filiabus gignuntur liberorum, patres fœminarum genitores novimus:* & Tertul. de carne Chriſt. c. 22. *Deleant igitur & teſtimonia dæmonum, Filium David proclamantia Jeſum: Sed teſtimonia Apoſtolorum delere non potuerunt, ſi dæmonum indigna ſunt. Ipſe imprimis Matthæus, fideliſſimus Evangelij commentator, ut comes Domini, non aliam ob cauſam, quam ut nos carnalis originis Chriſti compotes faceret, ita exorſus eſt: Liber geniture Jeſu Chriſti, Filij David, Filij Abrahami. His originis fontibus genere manente cum gradatim ordo deducitur ad Chriſti nativitatem, quid aliud quam caro ipſa Abrahæ & David per ſingulos traducem ſui faciens in virginem uſque deſcribitur, inferens Chriſtum: imo ipſe Chriſtus producitur de virgine.* Nec licet dicere, quod Filium Davidis ſeſe propterea negarit, quia ejus ſeſe Dominum dixit: *Non enim prohibuit ſe vocari Filium David, ſed adjecit, oportere etiam credi, ipſum eſſe Dominum David. Hoc enim aperte docet illud: ſi igitur Dominus ejus eſt, quomodo Filius ejus eſt? quaſi diceret, ſecundum aliquid eſt Dominus, & ſecundum aliquid Filius. Hæc verò manifeſtè divinitatem indicant & humanitatem.* ita Orthodoxus apud Theodor. dial. II. f. 64. t. 4. Metaphorice idem dicitur *fructus* ventris Mariæ ab Eliſabetha Luc. I. 42. Tertull. c. 21. lib. cit. urget hinc argumentum, inquiens: *Tacebit igitur & Eliſabeth Prophetam portans, jam Domini ſui conſcium infantem, & inſuper Spiritu ſancto adimpleta. Sine cauſa enim dicit: Et unde mihi, ut mater Domini mei ad me veniat? Si Maria non Filium, ſed hoſpitem in utero geſtabat Jeſum: quomodo dicit: ibi benedictus fructus uteri tui? quis hic fructus uteri, qui non ex utero germinavit, qui non in utero radicem egit? qui non ejus eſt, cujus eſt uterus? & qui utique fructus uteri? Chriſtus. An quia ipſe eſt flos de virga, profecta ex radice Jeſſe, genus David: virga ex radice, Maria ex David: flos ex virga, Filius Mariæ, qui dicitur Jeſus Chriſtus,*

ipſe erit & fructus: Flos enim fructus: quia per florem & ex flore omnis fructus eruditur in fructum. Quid ergo? negant & fructui ſuum florem, & flori ſuam virgam, & virgæ ſuam radicem, quo minus ſuam radix ſibi vendicet per virgam proprietatem ejus quod ex virga eſt floris & fructus.

(2) Ex filiatione §. 42. (2) Ex *conſequentiis.* Mariæ dicitur ipſius *Mater* Luc. I. 43. Ea autem erat homo, quare & Filius ipſius erit homo. Iterum Tertul. l. c. *Quomodo enim mater, niſi quia in utero ejus fuit? ſed nihil ex utero ejus accepit, quod matrem eam faceret, in cujus utero fuit.. Hoc nomen non debet caro extranea. Matris uterum non appellat, niſi filia uteri caro. Filia uteri porro non eſt, ſi ſibi nata eſt.* & Theodoret. dial. I. f. 27. t. 4. opp. *Quod ſi nihil ex noſtra natura aſſumpſit Deus verbum, veræ non ſunt Patriarchis à Deo univerſorum jurejurando ſancitæ promiſſiones. Inutilis item Juda benedictio, falſa quæ Davidi facta promiſſio. Supervacanea verò etiam virgo, quæ Deo incarnato nihil naturæ noſtræ contulit. Prophetarum quoq; prædictiones finem non habent. Quare inanis eſt prædicatio noſtra, inanis fides noſtra, vana quoque ſpes reſurrectionis.* Confer dicta ſuperius. Habebat etiam ſuos *cognatos,* nempe Jacobum & Joſen, Simonem & Judam, & Sorores: Matth. XIII. 56. Ad quem locum Hieronymus hæc notavit: *Error Judæorum ſalus noſtra eſt, & hæreticorum condemnatio. In tantum enim cernebant hominem Jeſum Chriſtum, ut fabri putarent Filium.* De his Domini fratribus variè ſentitum eſt. Erant, qui dicerent, Joſephum, Chriſti putatitium patrem, genuiſſe illos Chriſti fratres & ſorores ex uxore, quam ante Mariam Virginem duxerat; Sic Hippolytus Portuenſis, Origenes, Euſebius, Epiphanius, Gregorius Nyſſenus, Joannes Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, ex Græcis; Ex Latinis vero Hilarius & Ambroſius; loca annotavit Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. an. 64. & 114. Baron. apparat. §. 61. & ſimul fontem opinionis, nempe Pſeudo Evangelia Petri & Jacobi, quæ Seleucius quidam finxerat, rejecta ab Hieron. in cap. XII. Matth. Alii contra ſtatuunt, fuiſſe illos Chriſti conſobrinos, ex Maria Cleophe ſuſceptos; vid. Marc. Anton. de Dom. lib. 2. de rep. Eccleſ. c. 2. n. 42. 43. 44. & Joſephum virginem, ſeu cœlibem, cum Mariam ſibi deſponſaret. Sic Hieron. l. c. & contr. Helvid. Auguſt. ſerm. XIV. in Nativ. Dom. Theodor. in epiſt. ad Galat. 1. Petrus

Da-

Digitized by Google

Damiani putat, *Eccleſiæ fidem in eo eſſe*, ut Joſephus virgo fuerit: quem ſequuntur recentiores communiter. Cæterum utut probabiliorem hanc ſententiam cenſeamus, certa tamen non eſt, quod Joſephus fuerit cœlebs; Neq; rationes Hieronymi, vel Auguſtini id convincunt. Sufficit nobis, obtinuiſſe, Chriſtum habuiſſe cognatos, ſeu conſobrinos, ut erat Jacobus minor Mariæ filius, & Cleophe, qui fuit frater Joſephi, Juxta Hegeſippum, apud Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 20.

§. 43. (3) *Ex partibus hominis eſſentialibus*, quæ ſunt corpus & anima rationalis. *Corpus* ipſius templum appellatur. Joh. II. 19. quod per mortem deſtructum eſt; *aëreumne?* Neg. vide §. 52. ſupr. Verum, ut noſtra ſunt, fuiſſe corpus, probatur ex *ſudore ſanguineo*, quem dolores infernales Chriſto extorſerunt; Etiamſi enim extraordinarium quid, imò miraculoſum, fuerit, ita ſanguinem ſudare; attamen ſanguis ipſe erat naturalis, & noſtro ὁμοούσιος, vide Theodor. lib. V. hæret. fab. c. 13. Male olim ſive ſoliciti, ſive religioſi, fuerunt nonnulli veterum, qui narrationem iſtam de ſudore Chriſti ſanguineo ex Bibliis expunxerunt; veriti Arianos, qui inde inæqualitatem Patris & Filii exſculpere ſatagebant, referente Epiphan. hæreſ. 69. confer Sixt. Senenſ. l. 1. Bibl. Sanguinem ſuum, in cruce effundendum, Chriſtus propinavit diſcipulis ſuis in S. Cœna: qui niſi verus fuerit, verus quoque nec in cœna erit. Quod abſit tam apertis verbis reclamare. Theodoretus dal. 1. t. 4. opp. f. m. 16. 17. collatis inter ſeſe vaticinio Jacobi. Gen. XLIX. 11. de ſanguine uvæ, & dicto Chriſti Joh. XV. 1. Ego ſum vitis vera; Eleganter docet, ficut vinum ex uva exprimitur, ita ſanguinem ex Chriſto expreſſum fuiſſe l. c. adeoq; probat, Chriſtum revera ſanguinem habuiſſe: *ſanguinem igitur uvæ Salvatoris appellavit ſanguinem. Si enim Dominus vitis appellatus eſt, & fructus vitis vinum appellatur, ſanguinis vero & aquæ rivi, ex Domini latere profuſi, per reliquum corpus deorſum manarunt, jure omninò & appoſitè vaticinatus eſt Patriarcha, lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum. Sicut enim nos myſticum vitis fructum poſt ſanctificationem ſanguinem dominicum appellamus, ſic veræ vitis ſanguinem uvæ ſanguinem nominavit.* Aliæ quoque corporis partes diſertè exprimuntur, caput, manus, digiti, pedes, oculi &c. vide Luc. XXIV.

(3) Ex partibus hominis.

Digitized by Google

XXIV.39. Joh. XX. 20. ubi diſcipulis ſuis oſtendit manus, pedes, latus, ut crederent, eum ipſum hominem eſſe. Si certa fides eſſet reliquiarum, poſſent huc referri, quæ *de Chriſti reliquiis* hinc inde ſervantur, & oſtentantur. Oſtenditur umbilicatis Chriſti vena Anicii; Capilli prolixiores (utpote Nazaræi & Galilæi ἀκερσικόμου & τανυπλοκόμου, Auguſtæ Trecarum;) Præputium Chriſti ſibi vendicant *in Italia Lateranum, & Calcata; in Galliis Anicium; Veſontio, Carolium: In Belgio Antverpia; in Germania Hildesbemium; &, ut quidem audio, in Lotharingia Nancejum, aliisq; nonnullis locis.* Verba ſunt Joan. Ferrandi Diſquiſ. reliq. lib. I. c. 1. p. 12.

Et anima. *Anima* quoque ipſius expreſſa fit mentio, cum ſuam ſeſe animam pro ovibus ponere dicit Joh. X. 15. 17. Matth. XX. 28. quam dixit, triſtem eſſe uſque ad mortem; Et verè quidem. vid. ſect. 4. infra §. 60. quam & in morte exſpiravit, Patrique ſuo cuſtodiendam in manus tradidit. Matth. XXVI. 38. XXVII. 50. Luc. XXIII. 46. Joh. XIX. 30. Luc. confer Theodoret. lib. V. Hær. fab. c. 13. Sunt, qui diſtinguunt inter animam & Spiritum; cum qua diſtinctione fere coincidit, quod Apollinaris olim finxit, deſtitutum fuiſſe Chriſtum anima, & loco ejus fuiſſe Deitatem; vel habuiſſe quidem Chriſtum animam, ſed non rationem & intelligentiam humanam: fuiſſe autem hujus loco ipſam divinitatem; vid. Theodor. lib. 5. hær. fab. c. 11. Cœterum hæc figmenta in ſacris fundamentum nullum habent, ut alibi oſtendimus. Optime Cyril. comment. II. de rect. in Chriſt. fid. p. 203. *Qui Apollinarij opinionem ſequuntur, ejusdemque ſententiæ ſubſcribunt, hi templum, Deo unitum, inanime rationeq; deſtitutum fuiſſe contendunt: Sed quid illi, obſecro, reſpondere poſſunt, cum ſanctos Evangeliſtas iſtiuscemodi de omnium noſtrum Salvatore literis prodidiſſe legunt? Nam cujus, quæſo, triſtitiæ, aut eorum omnium, quæ metum arguunt, ſumma illa divinaque verbi natura tandem capax eſſe queat? Major eſt enim, quam quæ iſtiuscemodi rebus ulla ex parte affici, aut ullis omnino humanis perturbationibus coerceri valeat. At vero in corpus, ſenſus, mentisq; expers, triſtitiæ & doloris ſenſus cadere non poteſt; ſed neq; moleſtiam ullam, aut ullum omnino mœrorem ex imminentium incommodorum proviſione concipiet aliquando. Ejusmodi autem dum, quæ præſentia ſunt, & adhuc futura traduntur, mente pertractat, anima rationis & intelligentiæ compos,*

compos pati ſolet; id quod omnes fatentur; Quomodo itaq; Emmanuel ait: Nunc anima mea turbata eſt? Quo modo idem tædere ac moleſtus eſſe cœpit, aut qualem tandem Spiritum in manus Patris commendavit? Res enim illa à divinitate eſt prorſus aliena; ſicut etiam à carne ſolum inanima. Perſpicuum eſt ergo, unigenitum, corpore aſſumto, non quidem illo inanimi, aut mente deſtituto, ſed anima ratione prædita, eademque perfecta, h. e. viam quæ ad illius rationem pertinent ſortita, vivificato & informato hominem factum eſſe. Cum quo conferri poteſt dialogus Theodoreti ſecundus, utpote qui ex profeſſo hac de quæſtione agit. Is Spiritus in locis ſupra citatis intelligitur, quo exſpirato Chriſtus exanimatus eſt; At non fuiſſet exanimatus, ſi Spiritum ſolum. i. e. facultatem rationalem reddidiſſet, anima, utpote diſtincta à Spiritu, retenta. Unde Cyril. l. c. rectiſſime: *Spiritum ſuum h. e. animam ſibi unitam Deo & Patri commendat. Quid igitur? an non pro nobis mortuus eſt Chriſtus? Quomodo mortuus eſt? Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Receſſit Spiritus, manſit corpus, ſine Spiritu manſit corpus. An ergo mortuus non eſt? mortuus eſt pro nobis.* ita Euſebius Emeſenus citante Theodor. dial. III. tom. 4. f. 173. A. Omnium clariſſime ipſe Theodor. dem. per Syll. 3. f. 185. *Crucifixus Chriſtus Dominus dixit, Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Hunc vero Spiritum Ariani & Eunomiani divinitatem unigeniti eſſe dicunt. In animum enim corpus aſſumtum putant. At veritatis præcones animam ſic appellatam dicunt, ex dictis ſequentibus id colligentes. Statim enim addit ſapientiſſimus Evangeliſta, & cum hoc dixiſſet exſpiravit. Hoc igitur modo Lucas rem narravit. Sed & B. Marcus ſimiliter uſus eſt verbo exſpiravit. Diviniſſimus autem Matthæus, quod emiſit Spiritum. Admirandus vero Joannes, quod tradidit Spiritum. Omnia humano more dixerunt. Nam & exſpiravit, & emiſit, aut tradidit Spiritum, de iis qui moriuntur dicere conſuevimus.* Præterea, ſi Filius Dei per *omnia* nobis factus eſt ſimilis, factus eſt etiam quoad facultates rationales ſimilis: Eas nimirum, quibus poterat proficere etiam ſapientia, quod non potuiſſet, ſi divina natura vices facultatis rationalis ſuſtinuiſſet. Profeciſſe autem Chriſtum & revera quidem, ſapientia, docet Ambroſ. de incarn. Dom. ſacr. c. 7. citante Lombardo lib. III. diſt. 14. his verbis: *Jeſus proficiebat ætate & ſapientia; Quomodo proficiebat ſapientia, doceat te ordo verborum.*

Ideo enim ætatem præmiſit, ut ſecundum hominem crederes dictum; ætas enim non divinitatis ſed corporis eſt. Ergo ſicut proficiebat ætate hominis, ſic proficiebat etiam ſapientia hominis. vid. Sixt. Senenſ. l. VI. Bibl. annot. 112. p. 608. Fruſtra ergo eſt Lombardus, cum profectum iſtum explicat de ſola manifeſtatione ſapientiæ. Hinc Anathematiſmus Cyrilli lib. 2. de rect. in Chriſt. fid. *Si quis dixerit, Dominum ac Salvatorem noſtrum, qui ex Spiritu ſancto ex Maria virgine ſecundum carnem natus eſt, anima, aut mente, aut ratione, aut ſenſu deſtitutum eſſe, anathema ſit.* Et Eraniſtes apud Theodoret. dial. 2. ex illo Luc. II. 52. concludit, & dicit. *Nihil horum convenire divinitati. Ætate enim proficit corpus, ſapientia vero anima, non quæ caret ratione, ſed quæ rationis eſt compos: ratione ergo præditam animam Deus verbum aſſumſit.* Eadem anima ſua quoque *voluntate* humana fuit prædita; quod clarè patuit, cum ad montem oliveti Chriſtus agonizans Patri ſuo diceret: non mea, ſed tua, fiat voluntas; non mea, ſcil. humana divinæ ſubordinata. Vide Chryſoſtomum homil. in illud Joh. V. 17. citante Theodoret. dial. III.

(4) Ex affectionibus humanis, juxta corpus.

§. 44. (4) *Ex affectionibus humanis*, ſive corpus, ſive animam, ſive utrumque concernentibus. Filius hominis Matth. VIII. 18. etiam ideo dicebatur, quod cum humana natura noſtra affectiones quoque ipſius, & infirmitates phyſicas aſſumſiſſet. Tales erant, & quidem *ratione corporis*, fatigatio. Math. VIII. 18. ſeqq. Marc. IV. 35. poſtquam multas conciones habuiſſet, & miracula perpetraſſet, tandem fatigatus eſt, & locum mutavit, ut quaſi reſpiraret. Joh. IV. 6 feſſus ex itinere conſedit ad puteum Samaritanum, & requievit. vid. Theod. dial. III. f. 127. t. 4. opp. & dem II. 180. Defatigationem ſequitur *ſomnus*, quem capere ſolebat Chriſtus: Matth. VIII. 24. Marc. IV. 38. *Fames & ſitis.* Nam poſtquam dies & noctes 40. miraculoſe jejunaſſet, tandem eſuriit, Matth. IV. 2. *Cur eſurit?* interrogat Ignatius Martyr, & reſpondet ipſe ſibi: Ἵνα δείξῃ, ὅτι κατ᾽ ἀλήθειαν ἀνέλαβε σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἀνθρώποις; *ut demonſtraret, quod revera corpus aſſumpſiſſet iisdem obnoxium paſſionibus, quibus reliqui homines.* Sic ille ad Philippenſes. Sic & Theodor. orat. X. de provid. Alio tempore factum eſt, ut denuo eſuriret, nempe cum

cum diem docendo tranſegiſſet, noctem vero precibus & jejuniis, eſurit tandem, & propterea ficum arborem acceſſit, ut cibum inde caperet, famem expleturus. Matth. XXI. 18. Marc. XI. 12. Audi Irenæum lib. III. adverſ. hæreſ. citante Theodor. dial. 1. fol. 35. t. 4. opp. *Si nihil à Maria ſumſiſſet, non utiq; cibos eos, qui è terra ſumpti ſunt, & quibus corpus è terra ſumtum alitur, admiſiſſet, nec, cum quadraginta dies, ſicut Moſes & Elias, jejunaſſet, in famem incidiſſet, corpore videlicet alimentum ſuum expoſcente.* Hæc ille. *Sitio!* exclamat in cruce. Joh. XIX. 28. *Eſurire, ſitire, laſſeſcere, atque dormire, evidenter humanum eſt*; ſcribit ad Flavianum Leo I. c. 4. *Lacrymæ.* Joh. XI. 33. 34. 35. audito, Lazarum eſſe mortuum, & viſo, ſorores aliosque flere, ipſe etiam lachrymas ex compaſſione effudit. Luc. XIX. 41. illachrymabatur urbi Hieroſolymitanæ impœnitenti, & aliquando propterea evertendæ. Uſus eſt olim his teſtimoniis Irenæus præſertim, adverſus eos, qui veram humanitatem negabant. Nugantur apud Pontificios, Mariam Chriſti matrem collegiſſe infantis ſui lachrymas, quæ hodie multis in locis aſſerventur, & colantur in Monaſterio Vindocinenſi, & paſſim per Galliam. Male quoq; olim Anti-Ariani deleverunt iſta verba ex codicibus biblicis, ex intempeſto Zelo contra Arianos, qui lachrymis iſtis contra Deitatem lachrymantis abutebantur: vide Epiphan. in Ancor. f. m. 550. opp. ubi proponit totam rem, verba ipſius oculis ſubjiciamus, ut plenius factum intelligamus: Sic autem ille: *At, inquiunt, de Deo ſcriptum eſt, non eſuriet, neq; ſitiet, neq; eſt perſcrutatio ſapientiæ ipſius. De Filio vero, quod eſuriit in deſerto, in tentatione. Et dicit ſcriptura: Deus noſter non fatigabitur: Dominus autem Jeſus fatigatus eſt in itinere. Et, non dormitabit, neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael: Dormivit autem, inquit, Dominus in navi. O vanæ ſuſpiciones eorum qui talia cogitant. Non enim ſolum noſtra onera ſuſcepit ſanctum verbum, ubi propter nos venit, ſed etiam ſub contactum venit, & carnem accepit, & homo inventus eſt, & à Scribis comprehenſus eſt; & dorſum flagris præbuit. Et faciem meam non averti à turpitudine inſpuitionum. Sed & flevit, velut in Evangelio ſecundum Lucam habetur in incorrectis exemplaribus, & utitur eo teſtimonio ſanctus Irenæus in opere contra hæreſes, adverſus eos, qui Chriſtum in apparentia apparuiſſe dicunt. Verum orthodoxi ſuſtulerunt verbum, timentes & non intelligentes ipſius finem ac vim,*

&
Digitized by Google

& robur. Et constitutus in anxietate ſudavit, & fuit ſudor ejus velut guttæ ſanguinis, & conſpectus eſt angelus confortans ipſum. Et non hoc ſolum, ſed etiam ſicut homo interrogat, ubi poſuiſtis Lazarum? & de laborante ex ſanguinis profluvio, quis me attigit? & de quærentibus ipſum, quem quæritis? ſed & diſcipulos velut homo interrogat; Quem dicunt me hominis eſſe filium illum hominis? Sed &; Quot panes habetis vobiscum? dixit. Et fatigatus ex itinere ſedit ad puteum in Samaria. Et; proficiebat ætate ac ſapientia Jeſus. Sed & priusquam puer noſſet vocare Patrem aut matrem, capiet vim Damaſci, & ſpolia Samariæ, qui ſapientia eſt & docet homines cognitionem, & plantavit aurem homini, & articulatam fecit loquelam filijs hominum, & fecit linguam claram ægre loquentium. Talia omnia ſuſtinuit pro nobis, quo omni conſequentia incarnationis propter nos diſpenſata cuſtodita, characterem veritatis non diſperderet. v. Vaſq. part. III. tom. 1. diſp. 56. *Dolores.* Dubium non eſt, Chriſtum, utpote verum hominem, doluiſſe, & vehementer quidem, acceptis plagis, & vulneribus, in circumciſione, coronatione, crudeli flagellatione, immani ad crucem affixione, per clavos ferreos facta, & ipſa denique crucifixione. Referri huc poſſunt *veſtimenta*, quibus corpus ſuum etiam contra æſtum, & frigus, & alias aeris injurias texit. *Quot* autem eorum fuerint? inter curioſos quæritur; ſunt quoque qui definire audent, alii quinque, alii tria fuiſſe dicentes, Joh. XIX. 23. 24. duo veſtimentorum genera recenſentur, conſutilium, & tunicæ inconſutilis. Hanc variis in locis oſtendere volunt Pontificii, Argentolicæ in Galliis, Treviris, alibi. vide Ferrand. Diſq. reliq. lib. 1. c. 1. &c. D. Dorſch. diſſert. de tunica Chriſti inconſutili. Montac. Θεανδ. part. II. §. 21. Nobis ad ſcopum ſufficit, Chriſtum habuiſſe veſtes. *Ratione animæ* interdum *gaudebat.* Luc. X. 21. exultavit Jeſus in Spiritu, propter felicem Evangelii progreſſum, ſingulari patris voluntate ſapientiſſime diſpenſatum: interdum *contriſtabatur*, quod teſtabantur gemitus & lacrymæ, doloris legati, fuſæ, cum Lazarum mortuum intellexiſſet, & exitium Hieroſolymorum prævideret. Vehementiſſime autem contriſtatus eſt in horto oliveti, quando triſtitiam infernalem deguſtavit, ut exclamaret: anima mea triſtis eſt usque ad mortem Matth. XXVI. 37. ſeqq. Marc. XIV. 33. ſeqq. Luc. XXII. 44. ſeqq.

Et animam.

Cœpit

Digitized by Google

Cœpit contriſtari, expaveſcere, angi, cum morte æterna colluctari, & inſolita triſtitia undiquaque quaſi circumcingi. Huc referri poſſunt querelæ in cruce, cum à Deo ſuo deſertum ſeſe conquereretur ex Pſ. XXII. 2. Matth. XXVII. 46. Marc. XV. 34. *Metuit* etiam ſibi, Joh. XI. 54. audito ſynedrii Hieroſolymitani ſanguinario adverſus ſeſe decreto, metuit ſibi ab ipſo, & propterea aliquandiu inde ſeceſſit in urbeculam ſuperioris Galilææ Ephrem, 20. milliaribus Hieroſolymis diſtantem, Joh. XII. 27. cogitans de paſſione ſua & morte futura, vehementer inhorruit quoad omnes ſuas vires, ita ut paſſionem etiam deprecaretur. Δηλῶν διὰ τούτων, ὅτι ἀληθῶς παθητὸς ἄνθρωπος γεγένηται; *declarans per hæc, quod revera paſſibilis homo ſit prognatus.* Cenſente Juſtino martyr. dial. cum Tryph. f. m. 255. *Turbatus* quoque eſt. Joh. XIII. 21. poſtquam vidiſſet, tot ſuis beneficiis Judam proditorem non emolliri & converti, vehementer perturbatus eſt in Spiritu ſuo, indignitate ſcil. ſceleris, dolore ſupplicii, ſcandalo diſcipulorum &c. ipſum commovente. Pleraque hæc complexus Irenæus lib. III. adv. Hæreſ. ſcribit; niſi verus homo eſſet, *nec Johannes ipſius diſcipulus de ipſo ſcribens, dixiſſet: Jeſus autem fatigatus ex itinere ſedebat. Nec idem David de eo prædixiſſet; & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Nec Lazari cauſa lachrymas fudiſſet, nec ſanguinis guttas ſudoris inſtar emiſiſſet: nec dixiſſet, triſtis eſt anima mea: nec deniq; icto ipſius latere ſanguis una cum aqua exiiſſet. Hæc enim cuncta carnis è terra ſumptæ argumenta ſunt, quam in ſe inſtauravit, ut figmento ſuo ſalutem afferret.* citat Theodor. f. 35. t. 4. opp. confer. Auguſt. lib. XIV. de C. D. c. 9. *Ratione totius* eſt mortuus. Et revera quidem; Nam exſpiravit animam, & obdormivit, & ſic mortuus illatus eſt ſepulchro, & tertio die ex mortuis reſurrexit. Atque hæc omnia verè contigerunt, non φανταστικῶς, Chriſto talia ſentiente. Complexus hactenus enumerata argumenta Ignatius Antiochenus Epiſcopus & Martyr ſic ad Romanos ſcripſit, citante Theodoreto dial. 1. f. m. 34. t. 4. opp. *Obturate aures veſtras, quando vobis loquitur quispiam ſine Jeſu Chriſto, qui eſt ex genere David, qui ex Maria: qui verè natus eſt, vere comedit & bibit, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt, crucifixus, & mortuus, videntibus cœleſtibus, terreſtribus & inferis.*

Ratione totius.

Duratio. §. 45. Retinuit hanc humanam naturam etiam poſt reſurrectionem, & in cœlo, quod conſcendit. Sicut enim transfiguratio in monte non ademit ipſi humanam ſuam naturam, ſed illuſtravit: Matth. XVII. 2. 3. Sic etiam glorificatio in cœlis eam ipſi non ademit: *Qualis futurus eſt tempore judicandi talis apparuit Apoſtolis. Quod autem dicit: transfiguratus eſt ante eos: nemo putet priſtinam eum formam & faciem perdidiſſe, vel amiſiſſe corporis veritatem, & aſſumſiſſe corpus vel ſpirituale, vel aëreum: ſed quomodo transformatus ſit Evangeliſta demonſtrat, dicens. &c.* ita Hier. comm. ad h. c. Matth. Et Leo I. epiſt. ad Flav. c. 5. f. m. 106. opp. *Poſt reſurrectionem vero Domini, quæ utique veri hominis fuit, quia aliter non eſt reſuſcitatus, quam qui fuerat crucifixus & mortuus, quid aliud quadraginta dierum mora geſtum eſt, quam ut fidei noſtræ integritas ab omni caligine mundaretur? colloquens enim cum diſcipulis ſuis, & cohabitans atque conveſcens, & pertractari ſe diligenti curioſoque contactu ab eis, quos dubietas perſtringebat, admittens, ideo & clauſis ad diſcipulos januis introibat, & flatu ſuo dabat Spiritum ſanctum, & donato intelligentiæ lumine, ſanctarum ſcripturarum occulta pandebat. Et rurſus, idem vulnus lateris, figuras clavorum, & omnia recentiſſima paſſionis ſigna monſtrabat dicens: Videte manus meas & pedes, quia ego ſum. Palpate & videte, quia Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Ut agnoſceretur in eo proprietas divinæ humanæque naturæ individua permanere, & ita ſciremus, verbum hoc non eſſe, quod carnem, & ut unum Dei Filium & verbum confiteremur & carnem.* & Theodor. epiſt. 145. ad Monach. Conſt. t. 3. opp. f. m. 1027. D. *Cum divinis rurſus Apoſtolis apparuiſſet poſt reſurrectionem, & manus illis & pedes oſtendit, Thomæ vero etiam latus & clavorum ac lanceæ cicatrices. Propter iſtos enim, qui apertè negant aſſumtionem carnis, & alios ſimul, qui corporis naturam poſt reſurrectionem converſam fuiſſe in divinitatis naturam dicunt, integra ſervavit clavorum & lanceæ veſtigia: & cum alia corpora omni labe libera excitet, in proprio corpore ſigna reliquit, ut eos, qui corporis aſſumtionem negant, errare convincat ex vulneribus, & eos qui in alteram naturam corpus fuiſſe converſum putant, ex clavorum veſtigiis doceat, in propria forma notis permanſiſſe.* confer. dialog. II. f. 66. & 88. ubi citat teſtimonium Hippolyti Epiſcopi & Martyris, Ambroſii Mediolanenſis, qui argutè obſervat dictum Chriſti: Luc. XXIV. 39. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut videtis

me;

me; dicebat: *non eſſe, ſed habere; ut habentem, & id, quod habetur conſiderans, non mixtionem, non converſionem, nec alterationem, ſed unionem factam intelligas. Ideo & figuras clavorum, & lanceæ ictum demonſtravit, & coram diſcipulis comedit, ut omni ratione naturæ noſtræ reſurrectionem in ſe renovatam perſuaderet*: f. 94. Amphilochii Iconienſis; Johannis Chryſoſtomi, & aliorum, ut probet, *quod non ſolum poſt nativitatem, ſed etiam poſt ſalutiferam paſſionem, & reſurrectionem, & aſcenſionem, inconfuſam divinitatis & humanitatis unionem demonſtrarit.* Confer. ejuſdem dem. per ſyllog. II. f. 181. ubi ſic ratiocinatur: *Si autem dicant, in divinitatem poſt reſurrectionem mutatum eſſe corpus, ſic eis reſiſtere oportet, quod etiam poſt reſurrectionem conſpectum ſit circumſcriptum, & manus habens & pedes, & reliquas corporis partes, tangiq; ac videri potuerit, vulnera & cicatrices habens, ſicut ante reſurrectionem. Duorum itaq; alterum dicere neceſſe eſt, ut vel divinæ etiam naturæ hæc membra tribuantur, ſiquidem corpus in divinitatem converſum membra hæc habuit, vel corpus intra naturæ ſuæ fines manſiſſe fateamur. Atqui divina natura ſimplex eſt & incompoſita, corpus autem compoſitum, & multis partibus diſtinctum. Mutatum igitur non eſt in naturam divinitatis, ſed etiam poſt reſurrectionem, licèt immortale ſit & incorruptibile, ac divina gloria plenum, corpus tamen eſt, propriam retinens circumſcriptionem.* & lib. V. fab. Hæret. c. 15. ubi ex profeſſo docet, idem corpus, quod vivus habuerat, reddivivum habuiſſe. Verba ſunt hæc: fol. 287. *Quod autem quam ſuſcepit naturam ſuſcitaverit, teſtatur ipſe, Apoſtolis & manus & pedes oſtendens: teſtantur & Thomæ digiti, qui vulnera contrectarunt. Quod & reliqui etiam fecerunt Apoſtoli, Domino præcipiente, palpate enim, ait, & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Clamat etiam divinus Joannes Apoſtolus in principio Epiſtolæ, quod vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt. Magnus autem Petrus apud Judæos concionans, mentionem cum feciſſet prædictionis David, quam de dominica reſurrectione vaticinatus eſt, hæc etiam dixit, Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, quoniam defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrum ejus eſt apud nos uſq; in hodiernum diem. Propheta igitur cum eſſet, & ſciret, quia jurejurando juraſſet illi Deus de fructu lumbi ejus ſecundum carnem ſuſcitaturum Chriſtum, ut ſederet ſuper ſedem ejus, prævidens locutus eſt de reſurrectione ejus, quod non derelicta eſt in inferno*

Digitized by Google

anima ejus, nec caro ejus vidit corruptionem. Duo ergo ſimul nos teſtes docent, alter Apoſtolus, alter Propheta, hic prædicens, ille prædictionem poſt eventum exponens, quod non divinitatis, ſed corporis & animæ ſit reſurrectio. Quorum autem eſt reſurrectio, horum utiq; erat & paſſio, non extincta anima cum corpore, (immortales enim etiam hominum ſunt animæ) ſed quod animæ ſeparatione corpus mortem ſubijt. Divinitas autem ab humanitate ſeparata non eſt, nec in cruce, nec in ſepulchro: ſed cum ſit immortalis & immutabilis, nec mortem nec paſſionem ſuſtinuit. Nam ſi anima, propter inſitam ſibi immortalitatem, mortis corporis particeps non fuit, qui fieri poterat, ut incircumſcripta natura, aut cruci figeretur, aut ſepulchro mandaretur? Hoc ſignificantes Evangeliſtæ, Joſeph ab Arimathia meminere, illumq; ad Pilatum veniſſe ajunt, & petiiſſe corpus Jeſu, & cum Pilatus dediſſet, corpus de ligno depoſuiſſe, & ſindone involuiſſe, & ſepulchro corpus tradidiſſe. Et corporis nomen ſæpius poſuerunt, impudens os blaſphemantium apertis & evidentibus teſtimoniis obſtruentes. Neque valet exceptio Eraniſtis fol. 79. Chriſtum diſcipulis oſtendiſſe manus &c. Sicut Jacobo in lucta: *Nam cum diſcipuli ſuſpicarentur, ſe Spiritum videre, ſuſpicionem hanc Dominus removit, & carnis naturam demonſtravit.* Hoc fine etiam cibum ab ipſis ſuis diſcipulis petiit, & comedit: *Cibo quidem corpus immortale factum non egebat. De iis enim qui reſurgunt dixit Dominus, illi neq; uxores ducunt, neq; nubunt, ſed ſunt ſicut Angeli. Quod autem cibum ſumſerit, teſtes ſunt Apoſtoli. Nam B. Lucas in actuum proœmio dixit, & conveſcens cum Apoſtolis, præcepit eis, ne ab Hieroſolymis diſcederent. Et diviniſſimus Petrus clarius dixit; Nos comedimus & bibimus cum eo poſtquam reſurrexit à mortuis. Cum enim eorum qui in præſenti ſunt vita proprium ſit comedere, congruenter Dominus per cibum & potum carnis reſurrectionem de ejus veritate dubitantibus demonſtravit. Idem etiam in Lazaro & in Jairi filia fecit. Etenim cum hanc ſuſcitaſſet, juſſit ei dari cibum: & Lazarum ſecum diſcumbentem habuit, veram ejus reſurrectionem hac ratione demonſtrans.* Sic idem f. 80.

Digitized by Google

Art. VI. Sect. III.

De

UNIONE ET COMMUNIONE NATURARUM ET COMMUNICATIONE IDIOMATUM.

Argumentum.

UNio perſonalis deſcribitur. 1. *Inde eſt una perſona.* 2. *Naturarum communio.* 3. *Communicatio idiomatum.* 4. *Genus primum & in eo* ἀντίδοσις. 5. Κοινωνία τῶν θείων. 6. Ἰδιοποίησις. 7. *Genus ſecundum.* 8. *Donorum Infinitorum.* 9. *Ut eſt omniſcientia, omnipræſentia.* 10. *Omnipotentia.* 11. *Poteſtas.* 12. *Cultus adorationis.* 13. *Secundum humanam naturam.* 14. *Tertium Genus.* 15.

§. I.

EX duabus iſtis naturis facta eſt una perſona, per receptionem humanæ naturæ in hypoſtaſin divinæ naturæ, qui actus vocatur *unio perſonalis.* Illuſtris locus eſt Joh. I. 14. verbum caro factum eſt, nempe huma nam naturam in ſuam hypoſtaſin recipiendo: nequaquam autem ſubſtantiali converſione, quaſi divina natura ſit converſa in humanam naturam: *Quomodo,* interrogat Athanaſius, *caro factus mutatus non eſt?* Et reſpondet: Τῷ ἑνωθῆναι σαρκὶ, οὐ τῷ μεταποιηθῆναι εἰς σάρκα; *carni unitus eſt, ſed in carnem non eſt commutatus:* At, objicit ſibi, verbum caro factum eſt? *R. voce, factum eſt, Evangeliſta eſt uſus, non ut de verbi divini converſione cogitaremus,* ἀλλ᾽ ἵνα τὴν ἄκραν ἕνωσιν ἐπικατανοήσωμεν, *ſed ut arctiſſimam inde unionem cognoſceremus:* ſicut N. C. Chriſtus factus eſt peccatum. Et in peccatum converſus eſt. Hæc & plura alia Athanaſius adverſus eos, qui ex dicto Joannæo ve-

Unio perſonalis.

ram Chriſti naturam divinam everſum ibant. Ex profeſſo de loco dicto diſputat Theodoretus dial. I. tom. IV. opp. f. m. *6.* ſeqq: (ubi dictum Athanaſii ex ep. ad Epict. laudat & adducit) & oſtendit, *λόγον* non eſſe factum carnem ſubſtantiali converſione; hanc enim naturæ *ἀτρέπτῳ* ſeu *immutabili*, qualis divina eſt, repugnare; Nec *σχετικῇ* aſſumptione; ſic enim caro non fuiſſet *factus*; igitur perſonali unione, qua humana natura in *ὑπόστασιν* divinæ eſt aſſumpta. *Aſſentior*, ait f. 27. *quod carnem aſſumens, & animam rationalem, caro factum eſſe dicitur.* Adducit pro ſeſe explicationem Ambroſii ex lib. d. incarn. cap. 6. Flaviani Antiocheni, *ſapientiſſimi* Gelaſiii, Cæſareenſis Epiſcopi *diligentiſſimi*, Joannis Chryſoſtomi *admirabilis*, Severiani Gabalorum, & aliorum plurium vel vetuſtiorum, vel *συγχρόνων* Epiſcoporum, Martyrum, Confeſſorum. Duravit autem illa unio perſonalis etiam in triduo mortis Chriſti, ut propterea verba Chriſti Matth. XXVII. 46. Deus mi, Deus mi, quare me dereliquiſti! male eo applicentur, quaſi divina natura humanam in morte reliquiſſet, ut ſentire videntur Hilarius can. 33. in Matth. & Ambr. lib. X. comm. in Luc. annotante Sixto Senenſi. lib. VI. Bibl. n. 126. 164. Quorſum referri poteſt controverſia: An Chriſtus in triduo mortis manſerit homo? accuratiſſime ventilata inter Dn. D. Dannhawerum & D. Lütkemannum: iſtum vide in Hodoſ. p. 628. ſeqq.

Perſonæ unitas.

§. 2. Duabus naturis ita unitis fit *θεάνθρωπος*, una perſona ex duabus naturis conſtans: quod teſtantur prædicata, quæ nonniſi ex duabus naturis compoſitæ perſonæ competunt. *Idem enim utrumq; de ſemetipſo affirmat; & Deum ſe eſſe ſignificans proprio Patri coæqualem, dum ait: Ego, & Pater unum ſumus. Item, qui videt me, videt & Patrem meum. Et hominem ſemetipſum oſtendens, cum diceret: quid me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum? non quidem alium aliquem ſignificans divinis proprietatibus; alium verò indicans paſſionibus humanis. Sed ſemetipſum unum, eundemque & Deum vocat, & hominem oſtendit.* ita Theodotus Ancyranus pag. 6. Obſervat hæc contra negantes alterutram naturam Auguſtinus Tract. 36. in Joh. *Non enim defuerunt, qui ſola Evangelica teſtimonia legendo ſectarentur, quæ de humilitate Chriſti poſita ſunt, qui adverſus ea teſti-*

Digitized by Google

teſtimonia, quæ de divinitate ejus locuta ſunt, ſurdi fuerunt: ideo ſurdi, ut male verboſi. Item quidam illa ſola attingentes, quæ de Domini ſublimitate dicta ſunt, etiam ipſi miſericordiam ejus qua homo factus eſt propter nos, & ſi legerunt non crediderunt, & ab hominibus inducta atq; falſa eſſe putaverunt, condendentes, Deum tantummodo fuiſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, non etiam hominem; alij ſic, alij ſic, utriq; in errore. Et Cyrillus l. 2. de rect. in Chriſt fid. pag. 207. *Quotiescunque in divinis literis homo appellatur; non hominem ſeorſum per ſe, verbo quod ex Deo eſt, ſecluſo, mente concipere debemus, ſed Dei verbum, diſpenſatoriè propter nos filium hominis effectum, divinitate interim nulla ex parte amiſſa, aut labefactata. Unus eſt enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Et unus tantum eſt, non poteſt ſumma cum impietate conjunctum non eſſe, poſt indiviſam illam inſeparabilemq; unionem, quæ omnem omnino & mentis & rationis captum excedit plurimum, unum in duos Chriſtos, aut filios dividere.* Contra eos, qui duplicem Filium, alium Dei, alium hominis faciebant: *Si quis, ajens, Dominum ac Salvatorem noſtrum in duos divellit, & alterum quidem, nempe verbum Dei Filium appellat, alterum vero hominem aſſumtum vocat, neque confitetur unum & eundem, anathema ſit.* vide Acta Epheſ. t. 1. p. 79. Unitatem autem perſonæ probat ex Matth. III. 8. Unus eſt Magiſter veſter Chriſtus; verba ipſius ſunt hæc: *Nuſpiam aut ſeipſum diviſiſſe, aut in duos ſalvatores diſſecuiſſe comperitur. Quin ejusmodi potius ſermone diſcipulos ſuos compellaſſe legitur: Nolite vocari Rabbi: Unus eſt enim Magiſter veſter Chriſtus; Neq; enim quando Apoſtolis iſthuc imperabat, divinitatem ſuam à corpore divellebat, ſe ab animo & corpore divellebat, ſed ſimul utrumq;, h. e. Deus & homo erat. Servus quippe erat & cernebatur; Dominus vero qui intelligebatur. Deitatis celſitudinem, humili incarnationis ſenſu occultabat, contra vero corporis, quod videbatur humilitatem efficaci Deitatis operatione evehebat.* pag. 80. Theodoretus in epiſtola ad Dioſcorum Epiſc. Alex. 83. t. III. opp. f. m. 957. provocat ad Joh. I. 10. 30. *Sic etiam clamat divinus Evangeliſta, & verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre plenum gratia & veritatis. Clamat & hujus cognominis, Baptiſta videlicet, dicens, poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, qui prior me erat; & cum unam oſtendiſſet perſonam, utramq; poſuit, & divinam & humanam. Humanam, namq; eſt & vir, & venit; divinam vero; prior*

prior me erat; attamen non alium novit eum qui poſt venit & alium qui ante ipſum erat: ſed eundem novit ante ſecula quidem ut Deum, hominem vero poſt ipſum factum ex Virgine. Sic & beatiſſimus Thomas, manu ad Domini carnem admota, Dominum & Deum appellavit, per naturam quæ cernebatur inviſibilem agnoſcens.

Naturarum communio. §. 3. Ex unione duarum naturarum, in Chriſto naſcitur mutua unitarum communio ſeu περιχώρησις. Hanc indigitare nonnullis videtur vox *inhabitare.* Joh. I. 14. ubi verbum, quod caro factum eſt, dicitur *inter nos habitare,* nempe in corpore, uti quidem explicat Athanaſius in vindiciis dicti, tom. 2. opp. f. 298. opp. & poſt ipſum Chryſoſtomus, Cyrillus, Theophylactus, tanquam in templo, quod vocatur Joh. II. 21. *Corpus Chriſti verè eſt templum; in ipſo enim voluit habitare corporaliter tota plenitudo Deitatis:* Cyril. in XV. Joh. & defenſ. anath. 2. confer. Theodoret. dial. Ἀτρέπτ. poſt Ambroſ. cap. 6. de incarn. & alios plures à Theodoreto l.c. allegatos; item dial. 2. f. 104. & demonſt. 1. & ſerm. X. de oraculis. Bona quidem hæc eſt ſententia, ſed explicatio minus quadrat textui: Dicitur enim habitaſſe non in carne, ſed *inter nos,* adeoque præſtat iſtud inhabitare intelligere de converſatione Chriſti inter homines quaſi œconomica & caſtrenſi; Aperte illam communionem produnt prædicationes, in quibus naturæ de ſe invicem prædicantur in concreto. Luc. I. 35. ſanctum, quod ex te naſcetur, Filius Dei appellabitur. Maria ỳ. 43. vocatur mater domini, quia erat Mater naturæ, quam Dominus in ſuam hypoſtaſin receperat, adeoque ipſius Domini, qui naturam iſtam ſuam fecerat. Matth. XVI. 26. Filius hominis eſt Filius Dei viventis: Quæ prædicatio vera non eſſet, niſi humana natura in hypoſtaſin Filii eſſet aſſumpta.

Communicatio idiomatum. §. 4. Ex unione & communione duarum in Chriſto naturarum fluit communicatio idiomatum inter duas naturas. Joh. I. 16. laudatur Chriſti plenitudo. Neque enim ille finitis ſolum, ut alii, donis erat inſtructus; ſed & infinitis, quæ & in alios redundarent. Hoc fine redemptor noſter Deus eſſe debuit, ut ex natura ſua poſſideret divinam plenitudinem; & fieri homo, ut poſſet pati, ſanguinem fundere, mori, i. e. pro nobis ſatisfacere, & ita redemptionem præſtare.

§. 5.

Digitized by Google

§. 5. Primum genus prædicationis eſt, cum de concretis perſonæ, vel naturarum efferuntur concreta vel attributa & opera naturarum; Diſtinctionis ergo ſubdividitur (1) in ἀντίδοσιν, cum concretum perſonæ occupat locum ſubjecti; prædicati autem concreta, vel opera & attributa divinæ, vel humanæ naturarum. e. g. Chriſtus eſt Filius Dei Matth. XVI. 16. Chriſtus eſt Filius David. Matth. XXII. 42. Chriſtus eſt paſſus. Luc. XXIV. 26. Fundamentum eſt, quod θεάνθρωπος ex divina & humana natura conſtet, & ita utriusque naturæ vel concreta, vel opera & attributa admittat: *Si unus idemque ſimul dat & recipit, manifeſtum eſt, id inde provenire, quia ſecundum incarnationis œconomiam idem ſimul verus homo & verus rurſum naturaliſque Deus eſt.* Cyril. tom. 2. de rect. fid. p. m. 183. Et paulo poſt: *Neq; purus tantum homo eſt, neq; verbum rurſum noſtræ carnis expers, ſed verbum noſtræ naturæ unitum, ſecundum ſe quidem impatibile, humana autem patiens ſecundum carnem.* Et in defenſ. anathem. IV. *Cæterum humanas & divinas quoq; de uno dictas eſſe cognoſcimus recte ſapientes: Quando enim, ut Deum decet, de ſe loquitur: Qui videt me, videt & Patrem. Et: Ego & Pater unum ſumus; divinam ipſius & ineffabilem intelligimus naturam, ſecundum quam eſt apud ſuum Patrem, propter identitatem ſubſtantiæ, & imago, & character, & ſplendor gloriæ ipſius. Quando autem humanitatis menſuram obſervans, Judæis loquitur: Nunc autem me quæritis occidere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum: iterum nihilominus ipſum in æqualitatem & ſimilitudinem Patris Deum verbum, & ex humanitatis ſuæ menſuris agnoſcimus: Nam ſi neceſſarium eſt credere, quod Deus exiſtens natura, factum eſt caro, h. e. homo anima præditus rationali carnis; quomodo veriſimile, erubeſcere quempiam voces ejus, ſi factæ ſunt homini congruentes? Nam ſi vitaſſet ſermones, qui hominibus congruunt, quis compuliſſet, ut homo fieret ſimilis nobis? Qui autem ſe demiſit propter nos in voluntariam exinanitionem, propter quam cauſam vitaret ſermones ſuam exinanitionem docentes. Igitur uni perſonæ omnes voces in Evangeliis, ſubſiſtentiæ uni verbi incarnatæ conveniunt: Dominus enim unus Jeſus Chriſtus ſecundum ſcripturas.* Summa dictorum huc redit, à θεανθρώπῳ non eſſe alienum quidquid divinorum vel humanorum attributorum eſt, vel, ut Leo. I. in epiſt. ad Flav. loquitur: *Salva proprietate utriusq; naturæ, & in unam coëunte perſo-*

Primum genus in quo ἀντίδοσις.

nam ſuſcepta eſt à majeſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad reſolvendum conditionis noſtræ debitum, natura inviolabilis naturæ eſt unita paſſibili, ut quid noſtru remediis congruebat, unus atq; idem mediator hominum, homo Jeſus Chriſtus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero: fol. 105. opp.

Κοινωνία Θείων. §. 6. (2) In *κοινωνίαν τῶν Θείων*; cum ſubjecti locum occupat concretum naturæ humanæ, prædicati autem concretum, vel opus & attributum naturæ divinæ. e. g. Filius Mariæ eſt Filius Dei: Luc. I. 31. Eſt magnus l. c. vide ad h. l. notam Sixt. Sen. lib. VI. Bibl. an. 134. Filius hominis eſt Filius Dei viventis. Matth. XVI. 16. 17. Hic (homo) eſt Filius meus dilectus. Matth. XVII. 5. *Adverte, quomodo hic non dicat: In hoc eſt filius meus; nec alter ab altero ſcorſum per ſe poſitus, h. e. diviſus intelligatur. Sed quo ſecundum diſpenſatoriam unionem unus idemq; ſimpliciter accipiatur, hic, ait, eſt Filius meus.* ait Cyril. lib. 1. de rect. fid. p. 59. Maria eſt Mater Domini. Luc. I. 43. *Quia ſacra Virgo Deum carni ſecundum hypoſtaſin unitum corporaliter genuit; ob id illam quoq; Deiparam appellamus, non quod Dei Verbi natura ortus ſui initium ex carne traxerit. (Erat enim Verbum ab initio, & Deus erat verbum; & verbum erat apud Deum; & ipſum ſecula condidit, Patriq; coævum res omnes procuravit) ſed quia humana natura, ſecundum hypoſtaſin ſibi unita, corporeum, ut modo dicebamus, ex utero nativitatem expertum eſt.* Sic idem, & Synodus Ægyptia ad Neſtorium, p. 243. Filius hominis deſcendit de cœlo, Joh. III. 13. *Nulli obſcurum eſt, carnem Filij hominis non deſcendiſſe de cælis, ſed è ſacra virgine ſecundum ſcripturas ſumtam eſſe. Atq; certum eſt, verbum ſecundum ſe manducari non poſſe: Attamen quod ſecundum diſpenſatoriam illam unionem, utramq; naturam in ſe complectatur, & quaſi in unum colligat, fit (quemadmodum multis paſſim locis videre id licet) ut utriusq; naturæ proprietates familiariter ſibi vendicet uſurpetq;.* Sic idem lib. 1. de rect. fid. p. 62. Filius hominis eſt in cœlo. Joh. III. 13. *Non dixit, erat, ſed Filius, inquit, hominis, qui eſt in cælo. In terra loquebatur, & in cælo ſe eſſe dicebat: Et non ita dixit. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, Filius hominis (Dei) qui eſt in cælo: quo pertinet, niſi ut intelligamus, quod etiam priſtino ſermone commendavi charitati veſtræ, unam perſonam eſſe Chriſtum Deum & hominem, non duas: ne fides noſtra non ſit Trinitas, ſed quaternitas. Chriſtus ergo unus*

Digitized by Google

unus eſt verbum, anima & caro. Unus Chriſtus Filius Dei, & Filius hominis: Unus Chriſtus Filius Dei ſemper, Filius hominis ex tempore, tamen unus Chriſtus ſecundum unitatem perſonæ in cœlo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat Filius hominis in cœlo, quemadmodum Filius Dei erat in terra, Filius Dei in terra in ſuſcepta carne, Filius hominis in cœlo in unitate perſonæ. Sic Aug. tr. 27. in Joh. Filius hominis deſcendit de cœlo. Joh. III. 13. *νομιστέον λέγεσθαι διὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἕνωσιν. propter unionem cum homine dici exiſtimandum eſt*: ait Naz. expoſ. 1. ad Cledon. Subſcribente Ambroſio de fide cap. 4. citante Theodoreto dial. II. f. 95. D. *Dominus Majeſtatis dicitur crucifixus; quia conſors utriusq; naturæ, id eſt humanæ atq; divinæ, in natura hominis ſubiit paſſionem, ut indiſcretè & Dominus majeſtatis dicatur eſſe, qui paſſus eſt, & Filius hominis, ſicut ſcriptum eſt, qui deſcendit de cœlo.* Et Euſebius Emeſenus, allegante eodem dial. III. f. 173. D. *Dicit Dominus, panem Dei deſcendiſſe de cœlo, & interpretans (quanquam apertius dicere non poſſum propter myſteria) hoc dicit, caro mea eſt. Caro Filij deſcendit ne de cœlis? non deſcendit de cœlo. Quomodo ergo dicit, panis Dei vivit, & deſcendit de cœlo, & interpretans? Quoniam potentia, quam aſſumſit, deſcendit de cœlis, id quod habet potentia, carni tribuitur*; & ſubſcribente in diſputatione contra Neſtorium. fol. 700. Egreſſus ejus, qui Bethlehemi natus eſt, ab æterno eſt: Mich. VII. 2. Matth. II. 6. De quibus dictis inter ſeſe diſputant Eraniſtes, qui ait, hinc oſtendi: *Deum eſſe, qui in Bethlehem natus eſt.* & Orthodoxus, qui addit: *Non Deum modo, verum etiam hominem. Hominem quidem, tanquam ex Juda ſecundum carnem propagatum, & in Bethlehem natum; Deum vero tanquam ante ſecula exiſtentem. Hoc enim: ex te mihi egredietur Dux, nativitatem ſecundum carnem, quæ in noviſſimis diebus facta eſt, oſtendit: Illud vero: egreſſus ejus ab initio à diebus æternitatis, eum ante ſecula extitiſſe aperte declarat.* Theod. dial. t. 4. opp. f. 11. D. *Quomodo Bethlehemita ille ab initio ſeculi egreſſus, hoc eſt, ſubſtantiæ principium ſortitus dicitur, cum tamen in noviſſimis ſeculi temporibus iſthic natum eſſe conſtet? Deus igitur eſt Chriſtus, ipſiusq; divini verbi antiquitas in illum convenit: Nam etſi ex muliere homo naſci dignatus eſſet; Deus tamen erat.* Sic idem Cyril. de recta fid. n. 106. Filius Davidis eſt Dominus Davidis. Matth. XXII. 42. 43. Etiamſi igitur *David & Abraham Dei ſecundum naturam* (divinam) *progenitores non ſint*, uti objicit Theodoret. epiſt.

 130. ad

130. ad Timoth. ſunt tamen progenitores Dei ſecundum naturam humanam, quam Deus in ſuam ὑπόστασιν recepit. An licet dicere: *Hominem Dominicum?* Ita quidem olim Auguſt. de ſer. Domini in mont. l. 2. ſed retractavit l. 2. c. 19.

ἰδιοποίησις. §. 7. (3) In Ἰδιοποιήσει. cum loco ſubjecti ſtat concretum naturæ divinæ, prædicati vero concretum, vel attributum, vel opus naturæ humanæ. e. g. verbum caro factum eſt. Joh. I. 14. *Qui carnis & corporis expers erat, propter te incarnatur: Verbum enim caro factum eſt. Qui propter incorpoream naturam tactui non ſubjacebat, palpabilis efficitur. Qui principio carebat, ſub principio corporali naſcitur. Qui perfectus erat, creſcit. Qui indemutabilis, proficit. Qui dives, in diverſorio gignitur. Qui operit cœlum nubibus, pannis involvitur. Qui Rex, in præſepio ponitur.* ita Atticus Conſtantinop. Epiſcopus in Actis Concil. Epheſ. t. 1. p. m. 424. Et Cyrillus in declaratione Anath. XII. *Licet ſecundum eſſentiam hoc ipſum ſit Patris verbum eaq; vi præſtet, nihilominus carnem, quæ mori poſſet, ſibi propriam fecit: Quo nimirum per hoc, & in hoc, quod pati natum eſt, & pati quoq; ſolitum eſt, ea, quæ nos perpeti promerueramus, pro nobis, ac propter nos perferens, nos omnes à morte & corruptione liberaret; ſuum corpus, ut Deus, vivificans, primitiaq; dormientium, ac primogenitus ex mortuis exiſtens: Neq; enim, qui propter nos pretioſam perpeſſus eſt crucem, mortemq; guſtavit, communis homo, aut quiſpiam à verbo diſtinctus, ſejunctusq; erat; ſed ipſemet gloriæ Dominus: Hic namq; carne paſſus eſt ſecundum ſcripturas.* p. 676. Dominum meum ſuſtulerunt, ait Maria Magdalena Joh. XX. 13. Dominus poſitus fuit in ſepulchro. Matth. XXVIII. 6. Regerit Theodoret. l. c. Act. VIII. 2. dici, quod Stephanus (lapidatus) ſit curatus, cum tamen ſolum cadaver ipſius fuerit curatum; ſic quoque Dominum dici ſepultum, cum tamen ipſius ſolum corpus ſit ſepultum. ℞. inſtantia non valet; quia corpus Stephani non manſit unitum Stephano perſonaliter, cum mortuus eſſet, ſicut corpus Chriſto Deo manſit unitum, ut propterea dici potuerit, Dominus ſepultus eſt, cum corpus ipſius ſepeliretur. Quorſum pertinent prædicationes: Filius Dei paſſus, mortuus, ſepultus eſt: *Cum ejus caro patiebatur, ipſe non erat extra corpus.* Διὰ τοῦτο γὰρ αὐτοῦ λέγεται καὶ τὸ πάθος, *ideoq; illa ipſa paſſio ejus nuncupatur,* Sic Athanaſ. Orat IV. adverſ Arian. t. 1. opp.

opp. f. 484. Et paulo poſt: *Congruum erat, ut Dominus, quum indueret humanamcarnem, eam ſolide cum omnibus ſuis paſſionibus indueret: ut enim hoc proprium ejus corpus, ita & corporis paſſiones ipſius paſſiones appellantur, etſi ea non pertingerent ad divinitatem.* Et Cyrillus in epiſtola ad Neſtor. p. 241: *Quando vero humanæ naturæ infirmitatem non aſpernatus, Judæos hac oratione alloquitur: Nunc quæritis me interficere, hominem, qui veritatem dixi vobis; æque iterum ac ante ipſum Dei verbum, quod in æqualitate & ſimilitudine Patris conſiſtit, non nudum tamen, ſed humanæ naturæ conditionibus veſtitum, agnoſcimus: Etenim ſi credere nos oportet, cum ſuapte natura Deus eſſet, carnem, hoc eſt; hominem anima ratiocinante perfectum effectum eſſe; quam, obſecro, excuſationem adferre poteſtis, quem iis vocibus uti pudet, quas ille in humanam naturam convenientes depromſit?* Et ante utrumque Ignatius Martyr. in epiſt. ad Epheſ. p. 231. *Filius enim Dei ante ſecula genitus, ubi juxta Patris voluntatem & arbitrium omnia condidiſſet, in utero geſtatus eſt, ex Maria juxta diſpenſationem natus ex ſemine David, conceptus de Spiritu ſancto.* Et poſt utrumque Leo. I. in epiſt. ad Flav. c. 5. *Propter unitatem perſonæ in utraq; natura intelligendam & Filius hominis legitur deſcendiſſe de cœlo, cum Filius Dei carnem de ea virgine, de qua eſt natus, aſſumſerit. Et rurſus, Filius Dei crucifixus dicitur ac ſepultus, cum hæc non in divinitate ipſa, qua unigenitus, conſempiternus, & conſubſtantialis eſt Patri, ſed in natura humana ſit infirmitate perpeſſus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum, & ſepultum, omnes etiam in ſymbolo confitemur, ſecundum illud Apoſtoli. Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum Majeſtatis crucifixiſſent.* p. 106. Unde fruſtra eſt Theodoretus in epiſt. 130. ad Timoth. cum ſcribit: *Paſſionem enarrans divina ſcriptura Dei nomen nuſquam appoſuit, quoniam ſimplicis naturæ nomen eſt.* Etſi enim nuſpiam dixiſſet: Deus eſt paſſus, dixit tamen phraſes æquipollentes: Dominum ſuſtulerunt, Deus proprio ſanguine redemit Eccleſiam &c. Simplicis quidem naturæ nomen eſt Deus, quia tamen in naturæ iſtius ὑπόςασιν recepta eſt humana natura, ideoque hujus proprietates Deo propriè adſcribuntur. Unde ipſe epiſt. 144. militibus ſcribit: *Quoniam ipſius unigeniti Filij Dei corpus appellatum eſt corpus, quod aſſumptum eſt, corporis paſſionem transfert ad ſeipſum.* Et Apollinarius in κεφαλ. citante eodem dial. III. *Si unitum eſt Domino corpus, propria corporis propria ipſius facta ſunt, propter*

corpus. Et Euſebius Emeſ. eodem allegante f. 173. *Ergo converte, quæ patitur caro, imputantur potentiæ. Quomodo paſſus eſt Chriſtus pro nobis? Conſputus eſt, in maxilla percuſſus eſt, capiti ejus coronam impoſuerunt, confoſſæ ſunt ipſius manus & pedes. Hæc omnia corporis fuerunt paſſiones, referuntur autem ad eum qui inhabitat. Conjice lapidem in Imperatoris imaginem; quid dicitur? Imperatorem injuria affeciſti. Lacera veſtem Imperatoris, quid dicitur? Inſurrexiſti adverſus Imperatorem. Crucifige corpus Chriſti, quid dicetur? Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Et licet humana Natura ob unionem cum λόγῳ non dicatur æterna (quod idem regerit) attamen dici poteſt Deus patitur, ſicut dici poteſt: Filius Mariæ eſt æternus, nempe in concreto naturæ, de quo quæſtio eſt, Theodoretus autem perpetuo invicem confundit: Deum pati, & ſecundum naturam divinam, vel divinam naturam pati. Hoc Orthodoxi non dicunt: qui ſciunt, ſicut anima occidi non poteſt Matth. X. 28. Sic nec Deitatem poſſe pati; Norunt tamen & hoc, ſicut animatus homo poteſt occidi, vel mori, ita Deum ἐνσαρκον poſſe.

Secundum genus.

§. 8. *Alterum genus* participem facit humanam naturam, in abſtracto conſideratam attributorum & operum divinorum. Dona Chriſti fuerunt duplicia, finita, & infinita, iſta erant acquiſita, hæc per unionem perſonalem infuſa & accepta à Spiritu ſancto, quo Chriſtus ſecundum ſuam humanam naturam unctus eſt. Probatur diſtinctio ex Luc. II. 52. Ubi puer Jeſus dicitur profeciſſe ſapientia, ætate, & gratia apud Deum, & homines: Hi enim profectus non poſſunt intelligi ſive de divina natura, quæ tota ſemper ſimul perfecta eſt; ſive de donis infinitis, quæ incrementum non capiunt: E. de humana natura, & quidem finita ipſius ſapientia. Audi Cyril. Comment. II. de recta in Chriſt. fide. t. 1. Actor. Epheſin: p. 165. *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unum omnino eſſe, compertum habentes, humanaq; ac divina ex æquo nihilominus eidem tribuentes, exinanitioni quidem verè convenire aſſerimus, cum corporei incrementi ſuſceptionem; tum corpulentarum quoq; partium conſolidationem & confirmationem; tum hoc ipſum deniq; quod ſapientia paulatim impleri ac perfici prædicatur: Quandoquidem una cum incremento, quod corporis ſtaturæ congruebat, ſapientia illius quotidie magis magisq; foris ſeſe prodebat. Et hæc quidem, ut dixi,*

carnis

Digitized by Google

carnis diſpenſationi humanæq; naturæ conditioni competebant. At vero perpetuam conſtantemq; perfectionem obtinere, nec non Patris eſſe, id in ipſius verbi naturam quadrat. & t. 2. p. 640. *Etſi dicatur proficere Jeſus ætate, & ſapientia, & gratia, diſpenſationis hæc ratio eſt: Deus enim Verbum humanitatem more ſuo proficere permittebat, & quaſi paulatim divinitatis ſuæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam ſua extendere, ne quid novum videatur, idq; nonnullos nimia novitate perterreret; ac eum præſertim ſic quoq; dicere: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Ergo corporale quidem eſt augmentum, & profectus gratiæ, & ſapientiæ humanitatis magis menſuræ convenit; ipſum vero Deum Verbum per ſuam naturam perfectiſſimum confitemur, non egenum profectus, non ſapientiæ, non gratiæ; Ipſum enim creaturæ, & ſapientiam, & gratiam, & bona omnia impertitur.*

§. 9. *Infinita* autem dona requirebantur ad illa prædicata & opera humanæ naturæ, quæ non niſi Deo vero competunt. Joh. VI. 51. caro Chriſti dicitur panis vivus & vivificus omnium eorum qui in ipſum credunt. *Vivificum* eſſe divinum attributum eſt, & tamen carni & ſanguini Chriſti in abſtracto aſſignatur, quod & caro, inſtar cibi nutrientis, vivifica ſit: *cibum nobis impertitus eſt Filius hominis manentem in vitam æternam, nimirum ſuam carnem: Eſt enim ea vivifica:* ait Cyrillus lib. 2. de rect. in Chriſt. fide. Et p. 205. *Quoniam vero corpus ex ſacra virgine ſumtum ſibi aſcivit, facit illud vivificum; & id quidem admodum congrue. Eſt enim corpus vitæ omnia vivificantis. Fas itaq; non eſt, unum Filium, & Chriſtum, & Dominum, in duos Filios diſpertire: ſiquidem idem ipſe & vita eſt, quoniam ex vita viventeq; Patre natus eſt; & per proprium corpus rurſum vivificus eſt, utpote Deus homo ſimilis nobis effectus.* Et in epiſt. ad Anaſtaſ. p. 466. *Vivifica igitur ſunt ſanctum corpus & ſanguis Chriſti: Corpus enim, ſicut dixi, eſt non hominis cujuſdam, qui vitæ particeps eſt, ſed potius proprium vitæ ſecundum naturam; perſpicuum autem, quod unigeniti.* Et in declaratione anathematiſmi undecimi: p. 676. *Quia ergo Chriſti caro, verbi caro facta eſt, ob id vivifica eſt, & vivifica eſſe intelligitur.* Fundamentum eſt quod divina natura, & ſe & ſecum ſua axiomata ipſi communicarit: *Accedat Spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad ſcientiam, & prodeſt plurimum. Nam ſi charitas nihil prodeſſet, verbum caro non fieret, ut inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multum profuit*

Chriſtus,

anima ejus, nec caro ejus vidit corruptionem. Duo ergo ſimul nos teſtes docent, alter Apoſtolus, alter Propheta, hic prædicens, ille prædictionem poſt eventum exponens, quod non divinitatis, ſed corporis & animæ ſit reſurrectio. Quorum autem eſt reſurrectio, horum utiq; erat & paſſio, non extincta anima cum corpore, (immortales enim etiam hominum ſunt animæ) ſed quod animæ ſeparatione corpus mortem ſubiit. Divinitas autem ab humanitate ſeparata non eſt, nec in cruce, nec in ſepulchro: ſed cum ſit immortalis & immutabilis, nec mortem nec paſſionem ſuſtinuit. Nam ſi anima, propter inſitam ſibi immortalitatem, mortis corporis particeps non fuit, qui fieri poterat, ut incircumſcripta natura, aut cruci figeretur, aut ſepulchro mandaretur? Hoc ſignificantes Evangeliſtæ, Joſeph ab Arimathia meminere, illumq; ad Pilatum veniſſe ajunt, & petiiſſe corpus Jeſu, & cum Pilatus dediſſet, corpus de ligno depoſuiſſe, & ſindone involuiſſe, & ſepulchro corpus tradidiſſe. Et corporis nomen ſæpius poſuerunt, impudens os blaſphemantium apertis & evidentibus teſtimoniis obſtruentes. Neque valet exceptio Eraniſtis fol. 79. Chriſtum diſcipulis oſtendiſſe manus &c. Sicut Jacobo in lucta: *Nam cum diſcipuli ſuſpicarentur, ſe Spiritum videre, ſuſpicionem hanc Dominus removit, & carnis naturam demonſtravit.* Hoc fine etiam cibum ab ipſis ſuis diſcipulis petiit, & comedit: *Cibo quidem corpus immortale factum non egebat. De iis enim qui reſurgunt dixit Dominus, illi neq; uxores ducunt, neq; nubunt, ſed ſunt ſicut Angeli. Quod autem cibum ſumſerit, teſtes ſunt Apoſtoli. Nam B. Lucas in actuum proœmio dixit, & conveſcens cum Apoſtolis, præcepit eis, ne ab Hieroſolymis diſcederent. Et diviniſſimus Petrus clarius dixit; Nos comedimus & bibimus cum eo poſtquam reſurrexit à mortuis. Cum enim eorum qui in præſenti ſunt vita proprium ſit comedere, congruenter Dominus per cibum & potum carnis reſurrectionem de ejus veritate dubitantibus demonſtravit. Idem etiam in Lazaro & in Jairi filia fecit. Etenim cum hanc ſuſcitaſſet, juſſit ei dari cibum: & Lazarum ſecum diſcumbentem habuit, veram ejus reſurrectionem hac ratione demonſtrans.* Sic idem f. 80.

Art. VI. Sect. III.

De

UNIONE ET COMMUNIONE NATURARUM ET COMMUNICATIONE IDIOMATUM.

Argumentum.

Unio perſonalis deſcribitur. 1. *Inde eſt una perſona.* 2. *Naturarum communio.* 3. *Communicatio idiomatum.* 4. *Genus primum & in eo ἀντίδοσις.* 5. *Κοινωνία τῶν Θείων.* 6. *Ἰδιοποίησις.* 7. *Genus ſecundum.* 8. *Donorum Infinitorum.* 9. *Ut eſt omniſcientia, omnipræſentia.* 10. *Omnipotentia.* 11. *Poteſtas.* 12. *Cultus adorationis.* 13. *Secundum humanam naturam.* 14. *Tertium Genus.* 15.

§. I.

Ex duabus iſtis naturis facta eſt una perſona, per receptionem humanæ naturæ in hypoſtaſin divinæ naturæ, qui actus vocatur *unio perſonalis.* Illuſtris locus eſt Joh. I. 14. verbum caro factum eſt, nempe humanam naturam in ſuam hypoſtaſin recipiendo : nequaquam autem ſubſtantiali converſione, quaſi divina natura ſit converſa in humanam naturam : *Quomodo,* interrogat Athanaſius, *caro factus mutatus non eſt?* Et reſpondet : Τῷ ἑνωθῆναι σαρκὶ, οὐ τῷ μεταποιηθῆναι εἰς σάρκα ; *carni unitus eſt, ſed in carnem non eſt commutatus :* At, objicit ſibi, verbum caro factum eſt ? *R. voce, factum eſt, Evangeliſta eſt uſus, non ut de verbi divini converſione cogitaremus,* ἀλλ' ἵνα τὴν ἄκραν ἕνωσιν ὑπονκατανοήσωμεν, *ſed ut arctiſſimam inde unionem cognoſceremus :* ſicut N. C. Chriſtus factus eſt peccatum. Et in peccatum converſus eſt. Hæc & plura alia Athanaſius adverſus eos, qui ex dicto Joannæo ve- Unio perſonalis.

Digitized by Google

ram Chriſti naturam divinam everſum ibant. Ex profeſſo de loco dicto diſputat Theodoretus dial. I. tom. IV. opp. f. m. 6. ſeqq: (ubi dictum Athanaſii ex ep. ad Epict. laudat & adducit) & oſtendit, λόγον non eſſe factum carnem ſubſtantiali converſione; hanc enim naturæ ἀτρέπτῳ ſeu *immutabili*, qualis divina eſt, repugnare; Nec σχετικῇ aſſumptione; ſic enim caro non fuiſſet *factus*; igitur perſonali unione, qua humana natura in ὑπόστασιν divinæ eſt aſſumpta. *Aſſentior*, ait f. 27. *quod carnem aſſumens, & animam rationalem, caro factum eſſe dicitur.* Adducit pro ſeſe explicationem Ambroſii ex lib. d. incarn. cap. 6. Flaviani Antiocheni, *ſapientiſſimi* Gelaſiii, Cæſareenſis Epiſcopi *diligentiſſimi*, Joannis Chryſoſtomi *admirabilis*, Severiani Gabalorum, & aliorum plurium vel vetuſtiorum, vel *συγχρόνων* Epiſcoporum, Martyrum, Confeſſorum. Duravit autem illa unio perſonalis etiam in triduo mortis Chriſti, ut propterea verba Chriſti Matth. XXVII. 46. Deus mi, Deus mi, quare me dereliquiſti! male eo applicentur, quaſi divina natura humanam in morte reliquiſſet, ut ſentire videntur Hilarius can. 33. in Matth. & Ambr. lib. X. comm. in Luc. annotante Sixto Senenſi. lib. VI. Bibl. n. 126. 164. Quorſum referri poteſt controverſia: An Chriſtus in triduo mortis manſerit homo? accuratiſſime ventilata inter Dn. D. Dannhawerum & D. Lütkemannum: iſtum vide in Hodoſ. p. 628. ſeqq.

Perſonæ unitas.

§. 2. Duabus naturis ita unitis fit θεάνθρωπος, una perſona ex duabus naturis conſtans: quod teſtantur prædicata, quæ nonniſi ex duabus naturis compoſitæ perſonæ competunt. *Idem enim utrumq; de ſemetipſo affirmat; & Deum ſe eſſe ſignificans proprio Patri coæqualem, dum ait: Ego, & Pater unum ſumus. Item, qui videt me, videt & Patrem meum. Et hominem ſemetipſum oſtendens, cum diceret: quid me quæritis interficere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum? non quidem alium aliquem ſignificans divinis proprietatibus; alium verò indicans paſſionibus humanis. Sed ſemetipſum unum, eundemque & Deum vocat, & hominem oſtendit.* ita Theodotus Ancyranus pag. 6. Obſervat hæc contra negantes alterutram naturam Auguſtinus Tract. 36. in Joh. *Non enim defuerunt, qui ſola Evangelica teſtimonia legendo ſectarentur, quæ de humilitate Chriſti poſita ſunt, qui adverſus ea teſti-*

Digitized by Google

teſtimonia, quæ de divinitate ejus locuta ſunt, ſurdi fuerunt: ideo ſurdi, ut male verboſi. Item quidam illa ſola attingentes, quæ de Domini ſublimitate dicta ſunt, etiam ipſi miſericordiam ejus qua homo factus eſt propter nos, & ſi legerunt non crediderunt, & ab hominibus inducta atq; falſa eſſe putaverunt, condendentes, Deum tantummodo fuiſſe Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, non etiam hominem; alij ſic, alij ſic, utriq; in errore. Et Cyrillus l. 2. de rect. in Chriſt fid. pag. 207. *Quotiescunque in divinis literis homo appellatur; non hominem ſeorſum per ſe, verbo quod ex Deo eſt, ſecluſo, mente concipere debemus, ſed Dei verbum, diſpenſatoriè propter nos filium hominis effectum, divinitate interim nulla ex parte amiſſa, aut labefactata. Unus eſt enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Et unus tantum eſt, non poteſt ſumma cum impietate conjunctum non eſſe, poſt indiviſam illam inſeparabilemq; unionem, quæ omnem omnino & mentis & rationis captum excedit plurimum, unum in duos Chriſtos, aut filios dividere.* Contra eos, qui duplicem Filium, alium Dei, alium hominis faciebant: *Si quis, ajens, Dominum ac Salvatorem noſtrum in duos divellit, & alterum quidem, nempe verbum Dei Filium appellat, alterum vero hominem aſſumtum vocat, neque confitetur unum & eundem, anathema ſit.* vide Acta Epheſ. t. 1. p. 79. Unitatem autem perſonæ probat ex Matth. III. 8. Unus eſt Magiſter veſter Chriſtus; verba ipſius ſunt hæc: *Nuſpiam aut ſeipſum diviſiſſe, aut in duos ſalvatores diſſecuiſſe comperitur. Quin ejusmodi potius ſermone diſcipulos ſuos compellaſſe legitur: Nolite vocari Rabbi: Unus eſt enim Magiſter veſter Chriſtus; Neq; enim quando Apoſtolis iſthuc imperabat, divinitatem ſuam à corpore divellebat, ſe ab animo & corpore divellebat, ſed ſimul utrumq;, h. e. Deus & homo erat. Servus quippe erat & cernebatur; Dominus vero qui intelligebatur. Deitatis celſitudinem, humili incarnationis ſenſu occultabat, contra vero corporis, quod videbatur humilitatem efficaci Deitatis operatione evehebat.* pag. 80. Theodoretus in epiſtola ad Dioſcorum Epiſc. Alex. 83. t. III. opp. f. m. 957. provocat ad Joh. I. 10. 30. *Sic etiam clamat divinus Evangeliſta, & verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre plenum gratia & veritatis. Clamat & hujus cognominis, Baptiſta videlicet, dicens, poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, qui prior me erat; & cum unam oſtendiſſet perſonam, utramq; poſuit, & divinam & humanam. Humanam, namq; eſt & vir, & venit; divinam vero; prior*

§. 5. Primum genus prædicationis eſt, cum de concretis perſonæ, vel naturarum efferuntur concreta vel attributa & opera naturarum; Diſtinctionis ergo ſubdividitur (1) in *ἀντίδοσιν*, cum concretum perſonæ occupat locum ſubjecti; prædicati autem concreta, vel opera & attributa divinæ, vel humanæ naturarum. e. g. Chriſtus eſt Filius Dei Matth. XVI. 16. Chriſtus eſt Filius David. Matth. XXII. 42. Chriſtus eſt paſſus. Luc. XXIV. 26. Fundamentum eſt, quod θεάνθρωπος ex divina & humana natura conſtet, & ita utriusque naturæ vel concreta, vel opera & attributa admittat: *Si unus idemque ſimul dat & recipit, manifeſtum eſt, id inde provenire, quia ſecundum incarnationis œconomiam idem ſimul verus homo & verus rurſum naturaliſque Deus eſt.* Cyril. tom. 2. de rect. fid. p. m. 183. Et paulo poſt: *Neq; purus tantum homo eſt, neq; verbum rurſum noſtra carnis expers, ſed verbum noſtra natura unitum, ſecundum ſe quidem impatibile, humana autem patiens ſecundum carnem.* Et in defenſ. anathem. IV. *Cæterum humanas & divinas quoq; de uno dictas eſſe cognoſcimus recte ſapientes: Quando enim, ut Deum decet, de ſe loquitur: Qui videt me, videt & Patrem. Et: Ego & Pater unum ſumus; divinam ipſius & ineffabilem intelligimus naturam, ſecundum quam eſt apud ſuum Patrem, propter identitatem ſubſtantiæ, & imago, & character, & ſplendor gloriæ ipſius. Quando autem humanitatis menſuram obſervans, Judæis loquitur: Nunc autem me quæritis occidere hominem, qui veritatem vobis locutus ſum: iterum nihilominus ipſum in æqualitatem & ſimilitudinem Patris Deum verbum, & ex humanitatis ſuæ menſuris agnoſcimus: Nam ſi neceſſarium eſt credere, quod Deus exiſtens natura, factum eſt caro, h. e. homo anima præditus rationali carnis; quomodo veriſimile, erubeſcere quempiam voces ejus, ſi facta ſunt homini congruentes? Nam ſi vitaſſet ſermones, qui hominibus congruunt, quis compuliſſet, ut homo fieret ſimilis nobis? Qui autem ſe demiſit propter nos in voluntariam exinanitionem, propter quam cauſam vitaret ſermones ſuam exinanitionem docentes. Igitur uni perſonæ omnes voces in Evangeliis, ſubſiſtentiæ uni verbi incarnatæ conveniunt: Dominus enim unus Jeſus Chriſtus ſecundum ſcripturas.* Summa dictorum huc redit, à θεανθρώπῳ non eſſe alienum quidquid divinorum vel humanorum attributorum eſt, vel, ut Leo. I. in epiſt. ad Flav. loquitur: *Salva proprietate utriusq; naturæ, & in unam coëunte perſonam,*

Primum genus in quo ἀντίδοσις.

Digitized by Google

nam ſuſcepta eſt à majeſtate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas: & ad reſolvendum conditionis noſtræ debitum, natura inviolabilis naturæ eſt unita paſſibili, ut quid noſtris remediis congruebat, unus atq; idem mediator hominum, homo Jeſus Chriſtus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero. fol. 105. opp.

Κοινωνία Θείων.

§. 6. (2) In *κοινωνίαι τῶν Θείων*; cum ſubjecti locum occupat concretum naturæ humanæ, prædicari autem concretum, vel opus & attributum naturæ divinæ. e. g. Filius Mariæ eſt Filius Dei: Luc. I. 31. Eſt magnus l. c. vide ad h. l. notam Sixt. Sen. lib. VI. Bibl. an. 134. Filius hominis eſt Filius Dei viventis. Matth. XVI. 16. 27. Hic (homo) eſt Filius meus dilectus. Matth. XVII. 5. *Adverte, quomodo hic non dicat: In hoc eſt filius meus; nec alter ab altero ſeorſum per ſe poſitus, h. e. diviſus intelligatur. Sed quo ſecundum diſpenſatoriam unionem unus idemq; ſimpliciter accipiatur, hic, ait, eſt Filius meus.* ait Cyril. lib. 1. de rect. fid. p. 59. Maria eſt Mater Domini. Luc. I. 43. *Quia ſacra Virgo Deum carni ſecundum hypoſtaſin unitum corporaliter genuit; ob id illam quoq; Deiparam appellamus, non quod Dei Verbi natura ortus ſui initium ex carne traxerit. (Erat enim Verbum ab initio, & Deus erat verbum; & verbum erat apud Deum; & ipſum ſecula condidit, Patriq; coævum res omnes procuravit) ſed quia humana natura, ſecundum hypoſtaſin ſibi unita, corpoream, ut modo dicebamus, ex utero nativitatem expertum eſt.* Sic idem, & Synodus Ægyptia ad Neſtorium, p. 243. Filius hominis deſcendit de cœlo, Joh. III. 13. *Nulli obſcurum eſt, carnem Filii hominis non deſcendiſſe de cœlis, ſed è ſacra virgine ſecundum ſcripturas ſumtam eſſe. Atq; certum eſt, verbum ſecundum ſe manducari non poſſe: Attamen quod ſecundum diſpenſatoriam illam unionem, utramq; naturam in ſe complectatur, & quaſi in unum colligat, fit (quemadmodum multis paſſim locis videre id licet) ut utriusq; naturæ proprietates familiariter ſibi vendicet uſurpetq;.* Sic idem lib. 1. de rect. fid. p. 62. Filius hominis eſt in cœlo. Joh. III. 13. *Non dixit, erat, ſed Filius, inquit, hominis, qui eſt in cœlo. In terra loquebatur, & in cœlo ſe eſſe dicebat: Et non ita dixit. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, Filius hominis (Dei) qui eſt in cœlo: quo pertinet, niſi ut intelligamus, quod etiam priſtino ſermone commendavi charitati veſtræ, unam perſonam eſſe Chriſtum Deum & hominem, non duas: ne fides noſtra non ſit Trinitas, ſed quaternitas. Chriſtus ergo*

unus

unus eſt verbum, anima & caro. Unus Chriſtus Filius Dei, & Filius hominis: Unus Chriſtus Filius Dei ſemper, Filius hominis ex tempore, tamen unus Chriſtus ſecundum unitatem perſonæ in cœlo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat Filius hominis in cœlo, quemadmodum Filius Dei erat in terra, Filius Dei in terra in ſuſcepta carne, Filius hominis in cœlo in unitate perſonæ. Sic Aug. tr. 27. in Joh. Filius hominis deſcendit de cœlo. Joh. III. 13. νομιστέον λέγεσθαι διὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἕνωσιν. *propter unionem cum homine dici exiſtimandum eſt*: ait Naz. expoſ. 1. ad Cledon. Subſcribente Ambroſio de fide cap. 4. citante Theodoreto dial. II. f. 95. D. *Dominus Majeſtatis dicitur crucifixus; quia conſors utriuſq; naturæ, id eſt humanæ atq; divinæ, in natura hominis ſubiit paſſionem, ut indiſcretè & Dominus majeſtatis dicatur eſſe, qui paſſus eſt, & Filius hominis, ſicut ſcriptum eſt, qui deſcendit de cœlo.* Et Euſebius Emeſenus, allegante eodem dial. III. f. 173. D. *Dicit Dominus, panem Dei deſcendiſſe de cœlo, & interpretans (quanquam apertius dicere non poſſum propter myſteria) hoc dicit, caro mea eſt. Caro Filii deſcendit ne de cœlis? non deſcendit de cœlo. Quomodo ergo dicit, panis Dei vivit, & deſcendit de cœlo, & interpretans? Quoniam potentia, quam aſſumſit, deſcendit de cœlis, id quod habet potentia, carni tribuitur*; & ſubſcribente in diſputatione contra Neſtorium. fol. 700. Egreſſus ejus, qui Bethlehemi natus eſt, ab æterno eſt: Mich. VII. 2. Matth. II. 6. De quibus dictis inter ſeſe diſputant Eraniſtes, qui ait, hinc oſtendi: *Deum eſſe, qui in Bethlehem natus eſt.* & Orthodoxus, qui addit: *Non Deum modo, verum etiam hominem. Hominem quidem, tanquam ex Juda ſecundum carnem propagatum, & in Bethlehem natum; Deum vero tanquam ante ſecula exiſtentem. Hoc enim: ex te mihi egredietur Dux, nativitatem ſecundum carnem, quæ in noviſſimis diebus facta eſt, oſtendit: Illud vero: egreſſus ejus ab initio à diebus æternitatis, eum ante ſæcula extitiſſe aperte declarat.* Theod. dial. t. 4. opp. f. 11. D. *Quomodo Bethlehemita ille ab initio ſeculi egreſſus, hoc eſt, ſubſtantiæ principium ſortitus dicitur, cum tamen in noviſſimis ſeculi temporibus iſthic natum eſſe conſtet? Deus igitur eſt Chriſtus, ipſiusq; divini verbi antiquitas in illum convenit: Nam etſi ex muliere homo naſci dignatus eſſet; Deus tamen erat.* Sic idem Cyril. de recta fid. n. 106. Filius Davidis eſt Dominus Davidis. Matth. XXII. 42. 43. Etiamſi igitur *David & Abraham Dei ſecundum naturam* (divinam) *progenitores non ſint*, uti objicit Theodoret. epiſt.

opp. f. 484. Et paulo poſt: *Congruum erat, ut Dominus, quum indueret humanamcarnem, eam ſolide cum omnibus ſuis paſſionibus indueret: ut enim hoc proprium ejus corpus, ita & corporis paſſiones ipſius paſſiones appellantur, etſi ea non pertingerent ad divinitatem.* Et Cyrillus in epiſtola ad Neſtor. p. 241: *Quando vero humana natura infirmitatem non aſpernatus, Judæos hac oratione alloquitur: Nunc quæritis me interficere, hominem, qui veritatem dixi vobis; æquè iterum ac ante ipſum Dei verbum, quod in æqualitate & ſimilitudine Patris conſiſtit, non nudum tamen, ſed humanæ naturæ conditionibus veſtitum, agnoſcimus: Etenim ſi credere nos oportet, cum ſuapte natura Deus eſſet, carnem, hoc eſt; hominem anima ratiocinante perfectum effectum eſſe; quam, obſecro, excuſationem adferre poteſtis, quem iis vocibus uti pudet, quas ille in humanam naturam convenientes depromſit?* Et ante utrumque Ignatius Martyr. in epiſt. ad Epheſ. p. 231. *Filius enim Dei ante ſecula genitus, ubi juxta Patris voluntatem & arbitrium omnia condidiſſet, in utero geſtatus eſt, ex Maria juxta diſpenſationem natus ex ſemine David, conceptus de Spiritu ſancto.* Et poſt utrumque Leo. I. in epiſt. ad Flav. c. 5. *Propter unitatem perſonæ in utraq; natura intelligendam & Filius hominis legitur deſcendiſſe de cœlo, cum Filius Dei carnem de ea virgine, de qua eſt natus, aſſumſerit. Et rurſus, Filius Dei crucifixus dicitur ac ſepultus, cum hæc non in divinitate ipſa, qua unigenitus, conſempiternus, & conſubſtantialis eſt Patri, ſed in natura humanæ ſit infirmitate perpeſſus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum, & ſepultum, omnes etiam in ſymbolo confitemur, ſecundum illud Apoſtoli. Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum Majeſtatis crucifixiſſent.* p. 106. Unde fruſtra eſt Theodoretus in epiſt. 130. ad Timoth. cum ſcribit: *Paſſionem enarrans divina ſcriptura Dei nomen nuſquam appoſuit, quoniam ſimplicis naturæ nomen eſt.* Etſi enim nuſpiam dixiſſet: Deus eſt paſſus, dixit tamen phraſes æquipollentes: Dominum ſuſtulerunt, Deus proprio ſanguine redemit Eccleſiam &c. Simplicis quidem naturæ nomen eſt Deus, quia tamen in naturæ iſtius ὑπόστασιν recepta eſt humana natura, ideoque hujus proprietates Deo propriè adſcribuntur. Unde ipſe epiſt. 144. militibus ſcribit: *Quoniam ipſius unigeniti Filij Dei corpus appellatum eſt corpus, quod aſſumptum eſt, corporis paſſionem transfert ad ſeipſum.* Et Apollinarius in κεφαλ. citante eodem dial. III. *Si unitum eſt Domino corpus, propria corporis propria ipſius facta ſunt, propter*

carnis diſpenſationi humanæq; naturæ conditioni competebant. At vero perpetuam conſtantemq; perfectionem obtinere, nec non Patris eſſe, id in ipſius verbi naturam quadrat. & t. 2. p. 640. *Etſi dicatur proficere Jeſus ætate, & ſapientia, & gratia, diſpenſationis hæc ratio eſt: Deus enim Verbum humanitatem more ſuo proficere permittebat, & quaſi paulatim divinitatis ſuæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam ſua extendere, ne quid novum videatur, idq; nonnullos nimia novitate perterreret; ac cum præſertim ſic quoq; dicere: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Ergo corporale quidem eſt augmentum, & profectus gratiæ, & ſapientiæ humanitatis magis menſuræ convenit; ipſum vero Deum Verbum per ſuam naturam perfectiſſimum confitemur, non egenum profectus, non ſapientiæ, non gratiæ; Ipſum enim creaturæ, & ſapientiam, & gratiam, & bona omnia impertitur.*

§. 9. *Infinita* autem dona requirebantur ad illa prædicata & opera humanæ naturæ, quæ non niſi Deo vero competunt. Joh. VI. 51. caro Chriſti dicitur panis vivus & vivificus omnium eorum qui in ipſum credunt. *Vivificum* eſſe divinum attributum eſt, & tamen carni & ſanguini Chriſti in abſtracto aſſignatur, quod & caro, inſtar cibi nutrientis, vivifica ſit: *cibum nobis impertitus eſt Filius hominis manentem in vitam æternam, nimirum ſuam carnem: Eſt enim ea vivifica:* ait Cyrillus lib. 2. de rect. in Chriſt. fide. Et p. 205. *Quoniam vero corpus ex ſacra virgine ſumtum ſibi aſcivit, facit illud vivificum; & id quidem admodum congrue. Eſt enim corpus vitæ omnia vivificantis. Fas itaq; non eſt, unum Filium, & Chriſtum, & Dominum, in duos Filios diſpertire: ſiquidem idem ipſe & vita eſt, quoniam ex vita viventeq; Patre natus eſt; & per proprium corpus rurſum vivificus eſt, utpote Deus homo ſimilis nobis effectus.* Et in epiſt. ad Anaſtaſ. p. 466. *Vivifica igitur ſunt ſanctum corpus & ſanguis Chriſti: Corpus enim, ſicut dixi, eſt non hominis cujusdam, qui vitæ particeps eſt, ſed potius proprium vitæ ſecundum naturam; perſpicuum autem, quod unigeniti.* Et in declaratione anathematiſmi undecimi: p. 676. *Quia ergo Chriſti caro, verbi caro facta eſt, ob id vivifica eſt, & vivifica eſſe intelligitur.* Fundamentum eſt quod divina natura, & ſe & ſecum ſua axiomata ipſi communicarit: *Accedat Spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad ſcientiam, & prodeſt plurimum. Nam ſi charitas nihil prodeſſet, verbum caro non fieret, ut inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multum profuit*

Chriſtus,

Chriſtus quomodo caro nihil prodeſt? ſed per carnem Spiritus aliquid pro ſalute noſtra egit; Caro vas fuit; quod habebat attende, non quod erat. Apoſtoli miſſi ſunt, nunquid caro ipſorum nihil nobis profuit? ſi caro Apoſtolorum nobis profuit, caro Domini poterat nihil prodeſſe? Unde enim ad nos ſonus verbi niſi per vocem carnis? unde ſtylus? unde conſcriptio? iſta omnia opera carnis ſunt, ſed agitante Spiritu tanquam organum ſuum. Spiritus ergo eſt qui vivificat, caro autem non prodeſt quicquam. ita Auguſtin. tract. XXVII. in Joh.; & Cyrillus ad l. c. Joh. VI. 51. *Poſtquam enim vivificum illud Dei verbum in carne inhabitavit, in ſuum bonum eam, h. e. ad vitam reformavit, & omnino ei ineffabili unionis modo conjunctum, vivificam reddidit, non ſecus ac ipſum eſt ſecundum naturam. Prinde Chriſti corpus vivificat eos qui ejus ſunt participes. Expellit enim mortem cum fuerit in morti obnoxiis, & corruptionem removet, rationem in ſe ipſo pariens, quæ corruptionem perfectè deleat.* Ecce tibi carnem in abſtracto, ſicut ea à verbo diſtincta eſt, ut verbum eam κατὰ τὸν ἄῤῥητον τῆς ἑνώσεως λόγον συμβεβηκὼς ζωοποιὸν ἀπέδειξε, καθά περ ἕν ἐστι κατὰ φύσιν αὐτός, *ſecundum ineffabilem unionis modum ſibi conjunctam reddiderit vivificum, ſicut & ipſum verbum, ſeu Dei Filius, eſt vivificus.* Et l. 2. de rect. in Chriſt. fid. p. 119. Act. Epheſ. t. 1: *Si Chriſti caro hominis tantum caro foret, quod quidem ad propriam naturam illius ſpectat, nequaquam vivificaret. Sed neq; vulgaris quoq; hominis ſanguis ullam omnino per ſe, & ſecundum ſe vivificandi vim habet. Atqui cum ſoli Deo conveniat vitam illi impertiri, quod vita Spiritu deſtituitur; corpus autem Chriſti, & pretioſus illius ſanguis vivificent; cui dubium eſſe poteſt, quin Deus ſit Chriſtus? Hinc namq; corpus illius habet, ut ſit vivificum. Quod ſi ut homo per ſe, ac ſeorſum mente concipiatur, qui ſola Chriſti appellatione decoratus ſit, nudamq; filii perſonam ſuſtineat; quòmodo corpus illius poſſet eſſe vivificum? planum eſt ergo, unde Chriſti corpus habeat, ut vivificare valeat.* Et Anath. XI: *Si quis ipſam Domini carnem vivificam, ipſiusq; verbi, quod ex Patre eſt, propriam eſſe, negaverit; ſed alterius cujuspiam ipſi verbo ſecundum dignitatem tantum conjuncti, aut divinam naturam inhabitationem ſortiti, eſſe dixerit; neq; vere rurſum vivificam, ut modo meminimus, eo quod verbi, quod omnia vivificat, facta ſit propria, confeſſus fuerit; anathema ſit.* Eadem igitur eſt etiam æqualis utriuſq; naturæ divina vis vivificandi. Eadem etiam *ſanctitas.* Sanctum enim erat quod ex Maria naſcebatur; naſcebatur autem Filius ſecundum huma-

Seu Dei Filius.

Digitized by Google

humanam ſuam naturam; Hæc igitur ſanctitate illa erat prædita, ſanctitate ſcilicet Filii Dei; Sanctum enim illud erat Filius Dei. Luc. I.35.

§. 10. *Omniſcientia & Omniſapientia.* Joh. III. 34. Chriſto ſapientia divina attribuitur, accepta ab unctione immenſa Spiritus ſancti, qui in ipſo habitabat: & omnia manifeſtabat. Marc. II. 8. *Omnipræſentia.* Nam Filius hominis etiam in cœlo eſt, dum in terris præſens eſt. Joh. III. 13. Non moramur explicationem Sandii, qui τὸ ὁ ὢν explicat in imperfecto: *qui erat*; & non in præſenti, *qui eſt*; Licet enim Joh. VI. 62. dicatur ἦν *erat* nempe in cœlo, attamen N. C. non eſſe; Eſt enim idem ſimul ὁ ὢν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος; ſecundum hanc divinam præſentiam futurus erat cum diſcipulis uſque ad conſummationem ſeculi. Matth. XXVIII. 20. Secundum humanam naturam ipſi competere hanc præſentiam, inde probatur, quod data ipſi ſit, nempe in tempore, ſicut ipſi data erat omnis poteſtas in cœlo & in terra, ad quam præſentia in cœlo & in terra requiritur; quod autem Chriſto datum eſt in tempore, datum ipſi eſt ſecundum humanam naturam.

Omniſcientia.

Omnipræſentia.

Omnipotentia.

§. 11. *Omnipotentia.* Joh. II. 11. ex aqua creabat vinum in nuptiis Canæis, & manifeſtabat primo hoc ſigno ſuam gloriam, utique ſecundum humanam naturam; Nam ſecundum divinam in V. T. revelarat eandem. Math. VIII. 15. tangendo ſanat ſocrum Petri, & leproſum, Marci. I. 4. ut oſtenderet, carnem ſuam eſſe ſalvificam & vivificam; interdum addebat vocem oris, ut in curanda muliere, dæmonis crudelitate membris contracta. Luc. XIII. 12. 13. Imo & ſputum adhibuit, cum cæco viſum reſtitueret Joh. IX. 6. ut oſtenderet, in aſſumpta carne habitare divinam potentiam, eamque etiam humanæ naturæ ſuæ eſſe communicatam ad poſſeſſionem & operationem. Audi Athanaſium Orat. IV. adverſ. Arian. f. m. 484. t. 1. opp. *Certe cum neceſſitas requirebat, ut ſocrum Petri febrientem excitaret, humano quidem more manum extendit, divinitus autem morbum compeſcebat: & in cæco à nativitate humanum ex carne emittebat ſputum, divinitus autem oculos aperiebat per lutum, in Lazaro autem vocem quidem ut homo edebat, divinitus tamen ut Deus eundem ex mortuis excitabat. Iſta autem eo modo facta ſunt, eaq; ratione adhibita, ne imaginarium ac non verum*

corpus habere crederetur. Et ne exciperetur, opera iſta divina *in* humano quidem corpore perpetrata eſſe, nulla vero *per* corpus, ideoque pergit, & oſtendit, ſicut paſſiones corporis erant revera verbi ipſius paſſiones; ita viciſſim divina verbi opera eſſe corporis ejus opera, & *per* corpus, ubi voluit, eſſe præſtita: *Nam ſi id corpus alterius fuiſſet, paſſiones quoq; illa alterius dici debuiſſent, ſin autem contra verbi erat ea caro, (verbum enim caro factum eſt,) neceſſum eſt, paſſiones carnis ejus quoq; dici, cujus eſt illa caro. Cujus porro dicuntur paſſiones eſſe, quales inprimis ſunt condemnari, flagellari, ſitire, crux deniq; & mors ipſa, aliaq; corporis afflictiones: ejus quoq; virtus & gratia, in ijs, quæ per corpus geſta ſunt, haberi debet.* Idem in illud (Matth. XII. 31. ſeqq.) quicunque dixerit &c. diſtinguit quidem naturas, & naturarum opera, & divina divinæ, humana humanæ naturæ vindicat, ad evitandam confuſionem earundem, attamen & ſubjungit, quod naturæ agant cum mutua communione & communicatione; *Fiebant enim, ait, iſta non diviſim, ſecundum factorum qualitatem, ut hæc quidem deſignarentur à corpore abſq; Deitate, illa vero à Deitate ſeorſum à corpore; Sed conjunctim iſta omnia fiebant, unusq; erat Dominus, qui illa faciebat per ſuam gratiam. Spuebat quidem ut homo, ſputamentum tamen illud divinum erat: Siquidem per illam ſalivam oculos à nativitate cæci viſui reſtituit, & oſtendere ſe volens Deum, humana lingua id ipſum ſignificavit, ego & Pater, inquiens, unum ſumus. Et ſolummodo voluntate perſanavit; manum vero ſuam humanam protendens, ſocrum Petri febricitantem erexit, & Archiſynagogi filiam jam defunctam à morte excitavit.* tom. 1. opp. fol. 994. D. Nota ἐν αὐτῷ (πτύσματι) *per illud*, nempe ſputum oculos cæci aperuit. Cyrillus l. 2. de rect. in Chriſt. fid. p. 123. t. 1. Act. Epheſ. De *Archiſynagogi Filia*, ait, *ſcriptum extat, quod turba ejecta, ingreſſus Jeſus, tenuerit manum puellæ, eandemq; exuſcitarit. Cur, quæſo, dum puellæ vitam reſtituit, non fuit contentus verbo, ut in Lazari exuſcitatione, ſed manum præterea illius apprehendit? nempe, ut oſtenderet, corpus ſuum vivificum eſſe: Erat enim corpus vitæ. Quam ob rem unio verbi cum carne naturalis & vera, non ſecundum ſolam perſonarum coitionem, vel nudum favorem, aut ſimplicem voluntatum concordiam, aut aliam ejusmodi conjunctionem, ut quidam imperitè nugantur.* Huc refert collationem Spiritus ſancti factam à Chriſto diſcipulis

per

Digitized by Google

per afflatum; *Quin etiam facultate hac propter unionem & incarnationis œconomiam, æqualiter quodammodo cum homine communicata, corporaliter quoq; ut homo inſpirat: Inſufflavit enim in ſanctos Apoſtolos, dicens: Accipite Spiritum ſanctum.*

§. 12. *Poteſtas divina.* Joh. V. 22. ſeqq. Pater dat Filio poteſtatem judicii faciendi, quia Filius hominis erat, adeoque divinam poteſtatem ſecundum humanam ipſius naturam: *Judicandi poteſtas in nullum alium convenit, ſed nec convenire quoque poteſt, niſi in eum ſolum, qui eſt omnium Dominus, h. e. in Deum.* ita Cyril. t. 1. Act. Epheſ. p. m. 207. Iſtam poteſtatem exercet in regno gratiæ dimittendo peccata ex propria illa accepta poteſtate Luc. V. 24. & exercebit aliquando in die extremo, cum judicabit vivos & mortuos, aliosque vita æterna donabit, alios æterno exitio adjudicabit. Data eſt ipſi, nempe Filio hominis Dan. VII. 13. omnis poteſtas in cœlo & in terra. Matth. XXVIII. 18. quæ eſt divinæ poteſtatis deſcriptio. I. Paral. XXIX. 11. Pſalm. CXXXV. 6. Idque jam ante noverat & aſſeruerat. Joh. XIII. 3.

Poteſtas divina.

§. 13. *Cultus adorationis.* Matth. II. 11. Filius Mariæ adoratur à Magis, VIII. 2. leproſus ipſum adorat, &c. confer. ℣. ult. XV. 22. XVII. 14. XX. 30. *Conſtat namq; Magos, qui ad illum venerunt, eum ipſum, qui apparuerat, ut Deum adoraſſe, nec non, adorandum eſſe, opere ipſo teſtatum feciſſe. Si quoq; licet ſecundum carnem in crucem ageretur, ſolis tamen radios reprimebat, varioq; miraculo Divinitatem ſuam orbi terrarum patefaciebat.* ait Cyril. lib. 2. de rect. in Chriſt. fid. vide Acta Epheſ. t. 1. p. 79. Nec obſtat, quod Matth. IV. 10. dicitur, Dominum Deum tuum &c. E. non creaturam, qualis eſt humana Chriſti natura; *Non enim creaturam adoramus, abſit: in Ethnicos & Arianos iſtiusmodi delirium competiit: Sed Dominum rerum creatarum, incarnatum verbum Dei adoramus. Nam tametſi caro ipſa per ſe pars ſit rerum creatarum, attamen Dei corpus effecta eſt, neque iſtiusmodi corpus ſeorſum diſcriminatum à verbo adoratione proſequimur, neque verbum adoraturi verbum à carne longe ſeponimus, ſed cum ſciamus, ut dictum eſt, verbum carnem eſſe factum, illud jam in carne ſitum Deum agnoſcimus. Quis igitur tam vecors eſt, ut Domino ita loquatur, abſiſte à corpore, ut te adorem? aut quis ita impius eſt, ut cum Judæis propter corpus dicat ei:*

Cultus adorationis.

Digitized by Google

Cur tu, cum homo ſis, Deum te facis? Atqui non iſtiusmodi moribus leproſus erat: Adorabat enim Dominum in corpore, eumq; Deum eſſe præſentiebat, his verbis utens: Domine, ſi vis, potes me mundare. Neq; ob carnem arbitratus eſt, eſſe creaturam Dei verbum, neq;, quia verbum erat opifex rerum, carnem pro nihilo habuit, quam indutus erat: ſed ut in re creata, creatorem ſubſiſtentem adorabat, ideoq; mundatus eſt. ita Athanaſius in Epiſt ad Adelph. t. 1. opp. f. 157. Radios ſuos inhabitans hæc divina plenitudo emiſit in monte Thabor, quippe in quo facies Jeſu Chriſti cœleſti gloria illuxit Matth. XVII. 2. ſeqq. Marc. IX. 2. Luc. IX. 28. Bene Theodor. epiſt. 145. ad Monach. Conſtant. t. 3. opp. f. 1027. C. *Dominus cum dixiſſet Apoſtolis, ſunt quidam de his ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in gloria patris, poſt ſex dies aſſumſit eos in montem excelſum valde, & transfiguratus ante illos, & facta eſt facies ejus ſicut ſol, & veſtimenta ejus lucida ſicut lux. Per hæc autem ſecundi adventus modum oſtendit; & quod circumſcripta quidem natura aſſumta non eſt, (hoc enim ſolius divinitatis eſt proprium) divina tamen gloria ſplendores emittit, & lucis radios vibrabit, oculorum aciem præſtinguens. Cum hac gloria aſcendit: ſic ipſum Angeli venturum dixerunt.*

Secundum humanam naturam.

§. 14. Competere hæc Chriſto ſecundum humanam quoque naturam, jam ſubindicatum & oſtenſum eſt. Joh. V. 27. clare exprimitur: *quia* Filius hominis; ſenſu non reduplicativo; Sic enim omni homini iſta poteſtas eſſet data; ſed ſpecificativo, ſeu reſtrictivo, ſecundum humanam naturam. Præclare Cyril. comm. II. de rect. in Chriſt. fid. p. m. 205.: *Habet Pater vitam in ſemetipſo non aſcititiam, vel adventitiam, ſed naturaliter, quaſi ſubſtantialem fructum in ſeipſo exiſtentem. Atq; ad eundum modum & Filio quoq; vitam in ſemetipſo habere dediſſe, recte, ut arbitror, aſſeritur.* Innuitur idem Joh. II. 19. ubi corpus ſuum vocat *templum*, nempe Deitatis inhabitantis: *Non enim dixit, ſolvite hoc corpus, ſed templum, ut Deum inhabitantem oſtenderet. Solvite templum hoc multo præſtantius Judaico. Judaicum enim habuit legem, hoc vero legiſlatorem: illud literam occidentem, hoc Spiritum vivificantem.* ita Chryſ. apud Theod. dial. III. t. 4. f. 168. Pater dicitur, Filio incarnato, adeoque ſecundum humanam naturam, utpote in tempore, dediſſe poteſtatem ſuper omnes homines redimendos, vocan-

Digitized by Google

vocandos, ſalvandos; *Filius accepit ut homo, interim Pater à nullo eorum illum excludit, quæ in ſua ſunt poteſtate; Sed quo una cum illo omnibus dominetur, omnia Filio impertitur.* ita Cyril. comm. II. de fid. in Chriſt. p. 196. t. 1. ℣. 5. petit glorificari, apud ipſum Deum Patrem ſuum, ea gloria, quam apud ipſum habuerit ab æterno, adeoque ſecundum humanam naturam, gloriâ divinâ, quæ eſt gloria unigeniti à Patre Joh. I. 14. una igitur eademque gloria divinæ & humanæ naturæ; Eſt enim gloria, quam habuit ab æterno, non declarativè, ſed realiter. Secundum humanam ſuam naturam unctus eſt Chriſtus Spiritu ſancto; Nam ſecundum Deitatem origine prior eſt Spiritu; & quidem *ſine menſura*; cujus virtute mera Dei verba loquebatur: quare ſecundum eandem accepit infinita dona. Joh. III. 34. Secundum humanam naturam erat ſalus ex Judæis, quare ſecundum eandem adorabatur, Joh. IV. 22. Conſequentiam nectit & illuſtrat Cyrillus de recta in Chriſt. fid. t. 1. Act. Epheſ. p. 163. *Quod ſi vero formæ, quam ſuſceperat, humilitatem adorantisq; naturæ conditiones non averſatum, hominis Filius appellatum eſt; jam ſane adoratio diſpenſationis ordini exinanitionisq; conditioni congruet: Verbi autem naturæ ſeorſum per ſe conſideratæ nequaquam: Nam niſi hoc ſtatuatur, quomodo ſalus ex Judæis eſſe intelligi poteſt? Neq; enim dicere fas eſt, verbum ſecundum quod per ſe conſideratur, ex Judæis eſſe. Eſt autem ex illis, quatenus eorum, qui carne & ſanguine conſtant, frater effectum eſt, Abrahæq; ſemini conjunctum eſt. Unus itaq; eſt Chriſtus, qui quidem ut homo adorat, ut autem Deus ab univerſa creatura adoratur.* Adoratione una eademque tendente in utramque naturam unius perſonæ: *Averſamur eos quoq;, qui de Chriſto ad hunc modum loquuntur: Propter eum, qui induit, indutum veneror, & propter inaſpectabilem aſpectabilem adoro. Præterea & hoc quoq; non abſq; horrore auditur: Aſſumptus propter aſſumentem appellatur Deus: Qui enim hoc modo loquuntur, unum rurſum Chriſtum in duos dividunt, & hominem per ſe ſeorſum collocant, veramq; unionem hac ratione apertiſſime inficiantur: Secundum hanc enim alter veluti ſimul cum altero Deus nuncupatur. Sed unus idemq; Chriſtus Jeſus, unigenitus Dei Filius animo concipitur; qui una adoratione ſimul cum ſua carne colitur.* 239. It. t. II. Actor. f. 657. *Unum Filium adoravit cæcus à nativitate ſua, cum præcipuo mirabiliq;*

modo ſanatus eſt: Nam cum inveniſſet eum, inquit, in templo, dixit Jeſus: Tu credis in Filium Dei? Ille autem dixit: Quis eſt, Domine, ut credam in eum? Et qui loquitur tecum, ipſe eſt. Vides, quod ſingulari numero utatur, non permittens Deum & hominem ſeorſum intelligi; Imò vero, & ſi quis hominem nominaverit Emmanuelem, minime quidem communem hominem ſignificavit, ſed Dei verbum adunatum noſtræ naturæ: Sicut unum hominem adoravere beati diſcipuli, cum eum videntes miris modis inter aquas ambulare, adorant, dicentes: Vere Dei Filius eſt. Si vero hominem cum Deo adorari dixerimus, diviſionem ſpatioſiſſimam inducemus: σὺν enim ſemper, quod latinè eſt, cum, ſi in ſignificatione unitatis, quæ eſt per compoſitionem, ponatur, duo omnino cogit intelligi: Quemadmodum enim nemo ſibi convivere dicat, neq; concœnare, aut coadorare, vel coambulare: Duarum enim perſonarum ſignificationem inducet præpoſitio Verbo præpoſita; Ita etiam, ſi quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos plane filios dicit, & eos eſſe disjunctos: Unitatis enim ratio, ſi in ſola dignitatis æqualitate ſive auctoritatis intelligatur, non eſſe vera convincitur; idq; à nobis jam pluribus ante probatum eſt. Uſui hæc erant inſigni adverſus Arianos, qui talia & ſimilia dicta opponebant Deitati Chriſti; Quibus R. Athanaſius l. IV. adv. Arian. f. 490. *Cum igitur iſta verba calumniantur: Data eſt mihi poteſtas: Et, glorifica Filium: Dictumq; item Petri: Data eſt illi poteſtas: hoc intellectu iſta omnia interpretemur: humanitus illum ob corpus ſuum iſta loqui omnia, non quod neceſſitate adigeretur: Sed tamen ipſe ſibi quaſi data confitetur, quæ humanitus acceperat, ut eo, qui Dominus erat, accipiente, & in ipſo donatione iſtarum rerum reſidente, gratia iſta firma permaneret. Nam quid merus homo accipit, id ei eripi poteſt: Cujus rei ſpecimen in Adam vidimus: quippe qui illud, quod acceperat, perdidit. Ut autem gratia inademtibilis eſſet, firmaq; hominibus cuſtodiretur, ea de cauſa hanc donationem ut propriam ſibi arrogat, dicitq;, ſe poteſtatem accepiſſe ut hominem, quam ſemper habet ut Deus, dicitq;, glorifica me, qui alios glorificat, ut oſtenderet, carnem ſe habere iſtarum rerum indigam. Ac proinde ſuæ humanitatis carne hanc glorificationem accipiente; propterea quod ea, quæ accepit, in ipſo eſt, & qui eam aſſumſit homo factus eſt, ita loquitur, quaſi ipſe eam accepiſſet.* Et Greg. Nyſſ. Orat. ad dict. Joh. XVII 5. ait, *Deus enim verbum, qui ante mundum gloriam Patris habebat, poſtquam in ultimis diebus caro factus eſt: Oportebat autem carnem quoq;, per contem-*

perationem cum verbo, illud effici quod eſt verbum, fit autem accipiendo id quod ante mundum habuit verbum. Sic ille tom. 2. opp. f. m. 17. in hoc noſter, quod dicat, gloriam verbo datam eſſe quoad carnem, id eſt, hnmanam naturam; Etſi in eo diſſentiamus, quod per gloriam intelligat Spiritum ſanctum. Auguſtinus Tract. XIX. in Joh. p. 208. explicans dictum Joh. V. 27. humanæ naturæ tribuit poteſtatem judicandi, à Deo acceptam, per & propter unionem perſonalem cum verbo: *Iſte enim Chriſtus & Filius Dei, & Filius hominis eſt. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Ecce, quomodo dedit ei vitam habere in ſemetipſo. Sed quia verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis, ex Virgine Maria homo factus, Filius hominis eſt. Proinde quia Filius hominis eſt, quid accepit? Poteſtatem & judicium facere. Quod Judicium? in fine ſeculi, & ibi erit reſurrectio mortuorum, ſed corporum, Animas ergo ſuſcitat Deus per Chriſtum Filium Dei: Corpora ſuſcitat Deus, per eundem Chriſtum Filium hominis, dedit ei poteſtatem. Hanc poteſtatem non haberet niſi acciperet, & eſſet homo ſine poteſtate: Sed ipſe eſt Filius hominis qui & Filius Dei. Hærendo enim ad unitatem perſonæ, Filius hominis Filio Dei, facta eſt una perſona, eademq; Filius Dei & Filius hominis.* Hæc ille. Uſui etiam contra Neſtorianos, qui communicationem idiomatum negabant; ut ex præmiſſis Cyrilli conſtat. Optimè idem obſervavit, quod in patratione miraculorum Chriſtus interdum membra corporis ſui adhibuerit ideo, ut demonſtraret, carnem ſuam eſſe mirificam: *Hanc enim ob cauſam etiam in ſuſcitandis mortuis, non verbis tantum Deo convenientibus Salvatorem operatum eſſe comperimus, ſed carnem ſuam quaſi cooperatricem potiſſimum adhibuiſſe, ut oſtenderet, illam vivificare poſſe, ac velut unum quid cum ipſo jam factam eſſe. Enimvero proprium ejus, nec alterius, corpus eſt. Unde, cum Principis Synagogæ filiam ſuſcitavit, dicens: Filia ſurge, apprehendit manum ejus, ut ſcriptum eſt, eam nempe omnipotenti ſuo juſſu ut Deus, & rurſus tactu ſanctæ carnis vivificando, unam eſſe & eandem utriusq; demonſtrat operationem. Præterea cum in civitatem Nain adveniſſet, & efferretur ille Filius matris unicus, rurſus tetigit loculum, dicens: Adoleſcens, tibi dico, ſurge. Itaq; non ſolo verbo mortuos excitari vult, ſed ut oſtendat, vivificum eſſe ſuum corpus, ut jam antea dixerimus, mortuos tangit, & per ipſum vitam jam corruptis immittit.* Sic ille comm. in Joh. IV. 54. f. Cogit idem *finis incarnationis*, qui

Digitized by Google

qui erat, redimere genus humanum per paſſionem & mortem. *Audi ergo ipſum dicentem, hoc igitur verbum caro factum eſt, ſimile videtur illi, quod & peccatum factus eſſe dicitur, & maledictum: non quod Dominus in hæc mutatus ſit, (qui enim id fieri poſſet?) ſed quia per id hæc ſuſcepit, iniquitates noſtras ſuſtulit, & morbos portavit.* ita Athanaſius apud Theodoreti orthodoxum dial. I. tom. 4. opp. f. 30. Oportuit igitur naturam humanam, cujus paſſio & mors eſt, inſtructam eſſe divina virtute, ut paſſio & mors eſſet infiniti pretii. Joh. VI. 51. eo digitus intenditur, ubi Chriſtus ſuam carnem, pro mundi vita tradendam, vocat carnem vivificam; innuens, ideo vim vivificandi ipſi competere, quod per ipſam mundo vitam acquiſiturus, & daturus eſſet. Et Luc. XXII. 19: hoc eſt corpus meum, ait, quod pro vobis traditur: Sanguis, qui pro vobis effunditur; vobis, ſcil. peccatoribus, adeoque æternæ morti obnoxiis, ut redimamini.

Tertium genus comm.

§. 15. *Tertium genus communicationis idiomatum* concernit ἀποτελέσματα utrique naturæ communia, operante unaquaque quod ſuum eſt cum communicatione alterius. uti loquitur Leo I. in epiſt. ad Flav. c. 4. E. g. Jeſus populum ſuum ſalvum faciet à peccatis ſuis. Luc. II. 21. Matth. I. 21. Filius hominis venit, ut ſerviret, & daret vitam ſuam in redemptionem pro multis Matth. XX. 28. Filius hominis venit quæſitum, & ſalvatum, quod perierat. c. XVIII. 11. Competit hoc ipſi officium ſecundum utramque naturam, ſecundum quas eſt noſter Immanuel. Matth. I. 23. Et Jeſus. Matth. I. 21. *Catholica autem fides ex utroq; verum tenens quod tenet, & prædicans quod credit, & Deum Chriſtum intellexit, & hominem credidit: Utrumq; enim ſcriptum eſt, & utrumq; verum eſt. Si Deum tantum dixeris Chriſtum, medicinam negas, qua ſanatus es; ſi hominem tantum dixeris Chriſtum, potentiam negas, qua creatus es. utrumq; igitur anima fidelis & cor Catholicum; utrumq; tene, utrumq; crede, utrumq; fideliter confitere: Et Deus Chriſtus eſt, & homo Chriſtus.* ita Auguſt. tract. XXXVI. in Joh. p. m. 339. Quorſum reſpicere videtur & Theodoretus dial. II. cum ait, Jeſum noſtrum *ante incarnationem dictum eſſe Deum, & Dei Filium, & unigenitum, & Dominum, & Deum Verbum & creatorem; poſt incarnationem vero Jeſum & Chriſtum appellari.* Repetit l. V. hæret. f. c. II. de eo, qui dedit carnem ſuam pro mundi vita Joh. VI. 51.

Digitized by Google

Artic. VI. Sect. IV.

De

CHRISTI OFFICIIS IN GENERE.

Argumentum:

AN *Jeſus Nazarenus ſit verus Meſſias?* 1. *Quæſtio primùm privatim ventilata.* 2. *Deinde publicè.* 3. *Eaque magis magisque.* 4. *Donec in crucem ageretur Chriſtus.* 5. *Ex profeſſo.* 6. *Repetita.* 7. *Affirmativa aſſeritur.* 8. *Et probatur.* 9. *Et vindicatur.* 10. *Exponuntur officii momenta.* 11. *Nempe principium.* 12. *Motivum.* 13. *Unctio.* 14. *Subjectum.* 15. *Finis intermedius,* 16. *Ultimus.* 17.

§. I.

INter præcipuas quæſtiones, quæ tempore Johannis Baptiſtæ, & Jeſu Chriſti, prædicantium, & reliquo ſuo officio fungentium, ventilabantur, erat facile princeps hæc: *An Jeſus Nazarenus eſſet Meſſias, à Prophetis prædictus, & ab Eccleſia Judaica hactenus exſpectatus?* Erant, qui affirmarent; erant qui negarent; erant qui dubitarent; erant qui ſuſpicarentur, erant denique qui tale quid credi prohiberent, & credentes perſequerentur.

§. 2. Atque hæc quosdam quaſi gradus ſuos habuerunt, dum prius privatim, deinde publicè mentio Meſſiæ fiebat. *Privatim* aliquid ejus motum eſt, cum Angelus Zachariæ ſacerdoti, in templo fungenti officio, intimaret conceptionem, nativitatem, & officium prodromi Meſſiani, Luc. I. 17. Zacharias enim exinde didicit, in propinquo eſſe Meſſiæ adventum: Neque, puto, idipſum celavit uxorem ſuam Eliſabetham. Poſt ipſum Mariæ idem revelatum eſt ab Angelo. ℣. 31. ſeqq. & confirmatum ab Eliſabetha, quam viſitarat. ℣. 42. ſeqq. & Joſepho, cui per ſomnium Angelus ſimile quid narravit.

Digitized by Google

Matth. I. 21. ſeqq. Denique cum Johannes naſceretur; Nam Zacharias reddita loquela & plenus Spiritu ſancto myſterium luculentius explicuit in domeſtica Eccleſia ſua.

§. 3. In *publicum* emergere cœpit, cum Maria Meſſiam jam peperiſſet. Nam Angelorum exercitus nativitatem Meſſiæ paſtoribus Bethlehemiticis ſplendide annunciavit, & ipſi rumorem vulgarunt non ſolum apud Joſephum & Mariam, ſed etiam apud alios. Luc. II. 9. ſeqq. 18. ſeqq. Etiam in oriente ſtella apparuit, cujus monitu Magi Hieroſolymam profecti ſunt, quæſituri regem illum recens natum; Hinc per Judæam de Meſſiâ fama percrebuit, imprimis, cum Herodes pueros Bethlehemiticos trucidaret, ſub ſpe Meſſiæ quoque tollendi. Matth. II. 1. ſeqq. Nec dubium eſt, auctam eſſe famam, cum Jeſus duodecennis puer in medio Doctorum ſederet, & ſapientiam plusquam humanam profiteretur.

§. 4. *Incrementa* cœpit, cum Johannes Baptiſta publicè officio prodromi fungeretur. Nam teſtari cœpit de vero Meſſia, & digito ipſum monſtrare. Joh. I. 7. 15. Etiam cum ex auctoritate publica interrogaretur. Nam Synedrium Hieroſolymitanum, cujus erat de ardua iſta quæſtione rogare, ſplendidam ad Johannem legationem miſit, quæſituram: An ipſe eſſet Meſſias? Quod ille negabat; affirmabat autem, prodromum ſeſe eſſe Meſſiæ, qui voce ſua viam ipſi pararet, ipſi, qui paulo poſt ipſum venturus eſſet. ℣. 19. Repetita eſt quæſtio, Joanne in carcerem conjecto. Nam Johannes ipſe, ut præconceptam falſam opinionem diſcipulis ſuis adimeret, ablegavit ex ipſis duos, qui Jeſum interrogarent: An Meſſias ipſe eſſet? Reſponſum reale acceperunt, quod ſic. Matth. XI. 2. ſeqq. Delata eſt fama etiam in aulam Herodis, cum Jeſus concionibus & miraculis innotuiſſet. Matth. XIV. 1. ſeqq. Marc. VI. 7. ſeqq. Luc. IX. 7. In vulgus quoque manavit. Nam Matth. XVI. 14. diſcipuli Chriſti referunt de variis populi judiciis, aliis dicentibus, ipſum eſſe Joannem Baptiſtam, aliis Eliam Zelotem, aliis Jeremiam deſtructorem gentium, aliis alium Prophetarum.

§. 5. Neque deſitum eſt quæri id, donec in crucem Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus ageretur. Joh. VII. *11.* ſeqq. cum feſtum Scenopegiorum celebraretur Judæorum proceres in Chriſtum inquirebant, quem audiverant ex cognatis ipſius, non adſcenſurum; hoc ipſi in calumniam vertebant. Sed eo ipſo populo anſam dedere varia de Chriſto loquendi; alii dicebant, bonum eum eſſe, alii contra cenſebant ſeductorem; iſti vix audebant clanculum de ipſo colloqui. Erant ex peregrinis in feſto præſentes, ignari conſilio ſum cruentorum Phariſaicorum, quare cum Chriſtus diceret, quæritis me ad interficiendum: v. *19.* negabant ipſi. v. *20.* Alii erant Hieroſolymitani cives, gnari iſtorum conſiliorum; qui interrogabant: an Phariſæi & proceres populi tandem agnoſcerent ipſum pro vero Meſſia, quandoquidem palam loqui paterentur? Sibi non videri, cum de Meſſiæ veri ortu non conſtet, conſtet autem de Jeſu Nazareni: v. 27. Recruduit contentio in ultimo Scenopegiorum frequentiſſimoque die. Nam poſtquam auditores penetrantiſſimam Magiſtri hujus concionem audiviſſent, varia de ipſo judicia tulere; Alii prophetæ ipſi nomen dabant, verè quidem, ſed non ſatis; Rectius alii ipſum aſſeverabant eſſe Meſſiam; Male alii reclamabant, cauſſantes, hunc eſſe Nazarethanum, adeoque Galilæum; Meſſiam autem Judæum fore, è domo David Bethlehemitam. v. 41. ſeqq. Alii eousque temeritatis progrediebantur, ut ipſum vellent comprehendere. v. 44. Tale quid contigit etiam paulo poſt Joh. IX. *16.* inter ipſos Phariſæos, aliis negantibus ipſum à Deo eſſe, aliis affirmantibus propter miraculum præſtitum. Joh. X. 19. denuo inter Judæos oritur diſſenſio, dicentibus nonnullis, eſſe ipſum δαιμονόπνδστον, cujus inſtinctu iſta prædicaret, contra contendentibus aliis, non eſſe iſta verba obſeſſi, quandoquidem Diabolus non poſſit aperire oculos cœcorum. Matth. XXII. *46.* Phariſæorum nemo poterat capere & conciliare invicem, quomodo Meſſias eſſet filius & Dominus David ſimul.

§. *6.* Ex profeſſo hæc quæſtio ventilata eſt inter Judæos & Chriſtum Joh. X. 34. ſeqq. Cum enim Jeſus tempore Encæniorum in porticu Salomonis deambularet, Judæi corona ipſum, ne evaderet, cingebant, petentes, ne diutius in ſuſpenſo **Ex profeſſo.**

Digitized by Google

ipſos relinqueret, ſed diſerte tandem diceret, an *Meſſias* eſſet? Reſpondit Jeſus, jam ſe id dixiſſe hactenus, eos autem non credidiſſe, adeoque culpam non eſſe penes ſeſe, ſed ipſosmet; Miraculis quoque, in nomine patris ſui factis, id ipſum ſeſe confirmaſſe, quæ ſatis ſibi teſtimonio eſſent, quod is ipſe Meſſias eſſet, quem his miraculis illuſtrem fore, ſcripturæ prædixiſſent: ſed nec his ipſos credidiſſe, eo quod ex ſuis ipſius ovibus non eſſent, ut antea oſtendiſſet. v. 3. ſeqq. non audientes ipſius vocem vocantem. Oves qui ſunt Chriſti, hos ipſius quoque vocem audire, viciſſim ab ipſo quoque paſtore pro ſuis agnoſci, ſibi ab æterno deſtinatis, & in tempore redemptis & ſanctificatis; ſequi ipſum, vita ab ipſo donari æterna, ut in æternum non pereant, neque è manibus ſibi eripiantur, utpote omnipotentibus; Eſſe equidem hoſtes potentes, ſed illis omnibus potentiorem eſſe patrem ſuum, qui filio iſtas oves dederit, ejusdemque eſſe filii, quæ patris, potentiam, ut nec ex manu Patris omnipotente rapi poſſint: Ratio, quod Filius & Pater unum ſint ut eſſentia, ita etiam potentia. Hæc ille pro ſua auctoritate & divinitate aſſerenda. Judæi, audito, Jeſum ſe facere Patri æqualem, putabant, hanc eſſe blaſphemiam, quare tollebant lapides, ut in blaſphemum caput conjicerent; contra regerebat Jeſus, blaſphemos ob ſcelus aliquod ſuum lapidibus obrui, ſe autem nullum tale admiſiſſe, cum bona ſint, & ex Deo profecta, quæ hactenus coram ipſis feciſſet: an igitur propter opera bona lapidaturi eſſent? Reſpondebant hoſtes: non propter aliquod ipſius opus ipſum ſeſe lapidare, ſed blaſphemiam, dum Deo ſeſe, qui merus homo eſſet, coæquarit: Excipiebat Jeſus, à minori ad majus argumentando: ſcripturam homines in publico officio conſtitutos appellare Deos, Pſ. 82. quanto magis Deus fuerit ipſe, quem Pater à reliquo hominum grege ſecretum miſiſſet, ut homo factus officio ſuo fungeretur: Accedere opera, teſtes omni exceptione majores, quæ eadem eſſent cum operibus Patris, ſaltem his crederent, ſi nollent dicenti credere, ut tandem & hoc crederent, quod ὁμονοία eſſet inter ſe & Patrem ſuum; Hoc audito & intellecto Judæi iterum tollebant lapides ut, blaſphemo ſcil. debitam pœnam irrogarent:

rent: Neque tamen potuerunt impedire, quo minus multi ipſum Meſſiam crederent. Cum enim videret Jeſus, Hieroſolymitanos gratiam oblatam à ſeſe repellere, reliquit locum, & in Peræam, trans Jordanem, Bethabaram usque, ubi ante triennium Johannes docuerat, conceſſit; Locus erat populoſus propter trajectum, & inter auditores erant non pauci, qui olim Johannem ibi baptizantem & docentem uſurparant: Hi, auditis Chriſti concionibus & miraculis, agnoſcunt ipſum eſſe Meſſiam, duobus ad id argumentis perſuaſi (1) quod Johannes non fecerit ea miracula, quæ Jeſus; (2) quia omnia, à Johanne olim prædicta, in Jeſum quadrarent. v. 40. 41. 42. Digitum eodem intendit Maria Lazari ſoror, Matth. XXVI. 7. Marc. XIV. 3. Joh. XII. 3. ſeqq. quando Chriſtum inungit pretioſiſſimo nardi liquore, qui ex frutice iſto, & aliis odoriferis herbis, exprimebatur, & aromatibus condiebatur, ut innueret, ſe hunc habere pro vero Meſſia, oleo Spiritus ſancti ſanctiſſimè & pretioſiſſimè uncto. Meſſiam hunc ſeſe eſſe bis aperto ore Ipſe confeſſus eſt. Semel coram arctiore, iterum coram ampliore Synedrio, Caipha Pontifice Maximo ipſum interrogante: An Meſſias & filius Dei eſſet? reſpondit enim, eum ipſum ſeſe eſſe, quem ipſe & reliqui dixiſſent. Matth, XXVI. 63. 64. Marc. XIV. 61. ſeq. Luc. XXII. 70.

§. 7. Quæſtio *repetita* eſt in collegio arctiore primum, deinde pleniore Antiſtitum populi Judaici. Interrogabatur enim: an eſſet Chriſtus ille Dei Filius? Matth. XXVI. 63. 64. Marc. XIV. 61. Luc. XXII. 70. ſeqq. Nec ceſſatum eſt etiam poſt mortem quæri. Nam per hanc nonnullis dubia reddita erat fides; An Jeſus Nazarenus eſſet Meſſias? Luc. XXIV. 21. ita ut opus fuerit, id ipſum ex ſcripturis demonſtrari.

§. 8. Ex allegatis apparet, verum eſſe, quod §. 1. diximus. Sed ut diſtincte procedamus, notetur 1. *Aſſertio quæſtionis ſupra propoſita.* Appellabatur Jeſus Nazarenus Meſſias. Matth. I. 18. XXVII. 17. Sic autem ipſe ſeſe, & alii ipſum appellabant. *Ipſe:* Sic enim Judæi coram Pilato: dicit ſeſe eſſe Chriſtum, Regem. Luc. XXIII. 2. Verum erat, quod dicebant, etſi maligno ſenſu interpretarentur. Meſſiam enim ſeſe eſſe dixerat in ſchola Na-

Digitized by Google

zarethana, cum vaticinium Jeſaiæ LXI. 1. ad ſeſe applicaret. Luc. IV. 21. hodie, ajens, impleta eſt ſcriptura hæc, nempe de Meſſia, ſeu Uncto prædicatore Evangelico. Dixerat diſcipulis Johannis. Matth. XI. 4. Samaritanæ mulieri, & concivibus; Joh. IV. 25. 26. 41. 42. Diſcipulis ſuis. Matth. XVI. 17, 20. Marci. XI. 41. Judæis. Joh. X. 24. Tandem etiam Synedrio. Matth. XXVI. 63. Marc. XIV. 61. 62. Comitibus Emaunticis. Luc. XXIV. 26. ſeqq. *Alÿ* quoque id ipſum affirmabant & credebant, non homines ſolum, ſed etiam Angeli; neque boni ſolum, ſed etiam mali. *Angeli* & quidem *boni* omnium primi. Nam Angelus erat Gabriel, ille coram Deo ſuo ſtans, qui & prodromum Meſſiæ Johannem, & ὀπισθόδρομον ipſius Meſſiam ipſum intimavit. Luc. I. 17. 31. ſeqq. II. 10. ſeqq. Matth. I. 21. ſeqq. *Mali* quoque nolentes volentes idem teſtati ſunt. Luc. IV. 41. Inter *homines* primus id crediderunt Zacharias ſacerdos & cum ipſo uxor Eliſabetha; poſt ipſos Maria & Joſephus ſponſus; Item Joannes Baptiſta, adhuc in utero prægnantis deliteſcens; Deinde paſtores in agro, Magi ex oriente, Simeon & Hanna in templo: Luc. I. 42. 68. ſeqq. Joannes in ſuo officio conſtitutus: Luc. III. 15. ſeqq. Matth. XI. 2. ſeqq. Andreas, Petrus & Philippus. Joh. I. 41. 45. Nathanael. l. c. Samaritana Mulier, & Cives, Joh. IV. 29. 39. Petrus & reliqui diſcipuli. Matth. XVI. 16. Marc. VIII 29. Luc. IX. 20. Joh. VI. 69. Maria & Martha; Hæc; credebat enim Jeſum eſſe Chriſtum. Joh. XI. 27. Iſta; Chriſtum enim inunxit pretioſiſſimo nardi liquore, qui ex frutice & aliis odoriferis herbis expreſſus, aromatibus condiebatur, ut teſtaretur, habere ſeſe hunc pro vero Meſſia, oleo Spiritus ſancti ſanctiſſimè & puriſſimè delibuto. Matth. XXVI. 7. Marc. XIV. 3. Joh. XII. 3. ſeqq. Denique ab ipſo promiſcuo populo, partim concionibus, partim miraculis ipſius perſuaſo, pro Propheta & Rege hactenus exſpectato habebatur. Hæc omnia annotata ſunt ab *Evangeliſtis*, qui & ipſi Jeſum Nazarenum conſtanter appellant Meſſiam, Matth. I. 16. 18. Marc. I. 1. Luc. XXIV. 46. Joh. I. 17.

§. 9. Cum verò ſint etiam Pſeudo-Chriſti, qui pro veris ſeſe venditant, non tamen ſunt, dicente ipſo Chriſto. Matth. XXIV. 5. 23. 24. Marc. XIII. 22.. Et fuerint, qui vel dubitarent,

Digitized by Google

vel negarent, & impugnarent, Jeſum Nazarenum eſſe Meſſiam Joh. VII. 26. 27. 41. Matth. XXVI. 63. ſeqq. Ideoque notetur (II) *Probatio* ejus, quod paulo ante à diverſis aſſertum erat. Eſt autem probatio deſumenda ex S. literis cum V. tum N. Teſtamenti. Vetus enim teſtamentum dat nobis in ſyllogiſmo probatorio majorem; exponens Meſſiæ prodromum, perſonam, officia, &c. Novum autem dat Minorem ſubſumptionem ex complemento iſtorum vaticiniorum; Inde emergit concluſio: Ergo Jeſus Nazarenus eſt Meſſias. Meſſiam habiturum eſſe prodromum, prædictum eſt Malach. IV. 5. Fore Deum: Pſal. CX. 1. hominem 2. Sam. VII. 12. Dan. VII. 13. Ex ſtirpe Davidis. Jerem. XXIII. 5. matre Virgine Jeſ. VII. 14. patria Bethlehemitam. Mich. V. 2. Sceptro à Judæis ablato. Gen. XLIX. 10. Eundem fore Prophetam. Deut. XVIII. 18. Sacerdotem. Pſal. CX. 4. Regem. Zach. IX. 9. Qui voluntatem Dei benevolam peccatoribus annunciet: Jeſ. LXI. 1. pœnas peccatorum ſuſtineat pro hominibus; Jeſ. LIII. 5. atque ita peccata expiet, & pœnas tollat. v. 12. Jer. XXIII. 5. 6. Reſurgat ex morte v. 9. Aſcendat in cœlum. Pſal. XLVII. 6. LXVIII. 19. Sedeat ad dextram Dei. Pſ. CX. 1. Hæc & ſimilia Moſes & Prophetæ de Meſſia vaticinati ſunt; Impleta ea eſſe de Jeſu Nazareno in hiſtoria Evangelica λόγοις λαμπροῖς ſcriptum eſt. Habuit enim prodromum Joannem: Luc. I. 17. ſeqq. Fuit Deus, ut Art. III. Sect. II. fuſiſſime probatum eſt: Homo, Artic. V. Sect. I. §. 44. ſeqq. Ex ſtirpe Davidis §. 60. Matre Virgine. §. 53. natus Bethlehemi. §. 68. ſceptro à Judæis ablato. §. 66. Propheta, quod ſupra peculiari diſſertatione eſt oſtenſum; Sacerdos, quod tota ipſius paſſio & obedientia legi præſtita clamat; Rex, ut infra oſtendetur; qui voluntatem Dei hominibus annunciavit; Luc. IV. 20. & reliqua ſive præſtitit, ſive ſuſtinuit, ut ex dicendis conſtabit. Quare manet: Jeſum Nazarenum eſſe Meſſiam: Atteſtante Spiritu ſancto: Luc. II. 26. & propria hominum conſcientia. Joh. VI. 69.

§. 10. III. *Vindiciæ* removent quæ in contrarium objiciebantur. Objiciebant (1) Chriſtum, unde ſit, neſciri: ſciri autem, unde Jeſus Nazarenus fuerit. Joh. VII. 27. Vindiciæ.

(2) Meſ-

(2) Meſſiam non è Galilæa proditurum eſſe; prodiiſſe autem inde Jeſum; v. 41. 42. 43. (3) Gentem Judæorum Meſſiæ adhæſuram; Id vero non impletum eſſe in Jeſu; quippe cui nemo procerum & honeſtiorum ex Judæis ſeſe addixiſſet. v. 48. (4) Meſſiam ſemper manſurum eſſe; Jeſum autem non manſiſſe. c. XII. 34. ℟. ad 1. falſam eſſe hypotheſin, quod plane incognitum fuerit, unde Meſſias eſſet? Nam ex vaticiniis Propheticis §. 9. præced. allegatis, oſtendimus, unde fuerit; Deinde illi ipſi ſcioli Judæi Jeſum Nazarenum, unde eſſet, revera neſciebant: ut opus habuerit ipſe de ſua perſona & officio accuratius cum ipſis diſſerere; ℟. ad 2. Falſa eſt & hæc hypotheſis, Meſſiam nullo modo ex Galilæa fore: Jeſ. IX. 2. Matth. IV. 15. 16. Sed & illud falſum, quod Jeſus Nazarenus ex Galilæa fuerit oriundus: Fuit enim Bethlehemita. Ad (3) Gentes adhæſuras fuiſſe Meſſiæ, certum eſt ex Gen. XLIX. 10. Jeſu vero Nazareno primum Judæos, deinde gentiles magno numero adhæſiſſe, etiam ex hiſtoriis notum eſt, quare ſubſumptio fallit. Ad (4) Meſſiam è terra viventium iri ablatum, vaticinium eſt Jeſaiæ LIII. 9. Ejusdem dictum eſt, quod poſthac æternum victurus ſit; utrumque in Jeſu Nazareno adimpletum eſt, nempe per mortem & ſeſſionem ad dextram Dei. Marc. XVI. 19. Luc. XXIV. 26.

§. 11. Conſtituto & confirmato eo, quod præcipuum eſt, nempe, Jeſum Nazarenum eſſe verum illum à prophetis promiſſum, & ab Evangeliſtis exhibitum Meſſiam, cætera, quæ ad officium ipſius ſpectant, expendenda ſunt. Et quidem (I) *Cauſſa* (II) *partes*: Ad quæ duo omnia, vel ſaltem præcipua, officii Chriſti momenta referemus.

Cauſſæ (1) Efficiens.

§. 12. *Chriſtus in officium ſuum non intruſit ſeſe privato auſu, ſed miſſus eſt à Deo Patre ſuo.* Cum enim Judæi ipſum calumniarentur, quaſi ex propria auctoritate ageret, regeſſit ipſe Joh. V. 30. ſe nihil facere, niſi quod à parente ſuo accepiſſet. Repetit aſſertum c. IX. nempe miſſum ſeſe eſſe à Deo ad facienda opera potentiæ & gratiæ: Cumque Phariſæorum nonnulli id in dubium revocarent v. 16. alii viciſſim erant, qui id ipſum affirmarent, coacti id fateri per opera, quæ Jeſus faceret ℣. 30. quale

quale erat reſtitutio viſus. Hæc enim faciebat in nomine Patris, à quo in mundum miſſus erat. ℣. 36. Joh. XI. 41. 42. miraculum patraturus elevabat in cœlum oculos, ut ſignificaret, à Deo Patre ſuo ſeſe accepiſſe etiam hanc officii ſui partem. Joh. XII. 44. 45. aſſerit, ſeſe miſſum eſſe â Patre, ut homines crederent, non in ſeſe ſolum, ſed etiam in Patrem, à quo miſſus eſſet. Quî enim non aſſereret, cum noverit, à Patre ſeſe miſſum in mundum veniſſe. Joh. XIII. 3. Idque definitum eſſe jam ab æterno, prædictum autem à Prophetis, nempe quod abiturus, id eſt, paſſurus, moriturus, reſurrecturus eſſet. Matth. XXVI. 24. Marc. XIV. 21. Ideo & prompte vadebat per mortem, reſurrectionem, aſcenſionem in cœlos, & ſeſſionem ad dextram, ad eum, â quo miſſus fuerat, nempe ſuum Patrem. Joh. XVI. 5. Omnia noſtri gratia. Accepit enim à Patre poteſtatem ſuper omnes homines redimendos, & per fidem ſalvandos; ſeque, ajebat, abſolviſſe, id eſt, jamjam abſoluturum eſſe opus, quod à Patre peragendum accepiſſet, opus redemptionis humanæ. Joh. XVII. 2. 4. Quæ beneficia tendebant propterea in gloriam Patris, utpote principii mittentis: ℣. 34. & 18. Confer dicta ſup. art. II. ſect. 2. §. 5. ſeqq.

§. 13. *Movit Deum hinc noſtra miſeria, inde ſua ipſius gratia & miſericordia, ut nobis mitteret ſalvatorem.* Novit hoc, Spiritu ſancto inſpirante, & expoſuit Sacerdos Zacharias. Luc. I. 68. ſeqq. Expreſſit enim humanam miſeriam, quæ erant peccata, ignorantia, mors, ℣. 77. 79. inimici. ℣. 71. Et divinam gratiam & miſericordiam ℣. 72. 78. qua impulſus viſitarit & liberaverit Deus populum ſuum. v. 68. erecto in domo Davidis cornu. ℣. 69. quod redimeret homines ab inimicis ſuis. ℣. 71. 74. peccatis. ℣. 77. tenebris ignorantiæ & mortis. ℣. 79. & traduceret ad ſanctitatem & juſtitiam. ℣. 75. Hæc ille de impulſiva incarnationis, & officii Filii Dei, & hujus prodromi Johannis. Impulſiva.

§. 14. *Oleum, quo unctus eſt, fuit Spiritus ſanctus.* Prædictum hoc eſt ab Jeſai. LXV. 1. ubi Meſſias ait, ſuper ſeſe eſſe Spiritum ſanctum quo unctus ſit: Unctus nimirum immenſis Materialis.

Nnn donis;

donis; Neque enim Deus ipſi dedit Spiritum cum menſura. Pſal. XLV. 8. Joh. III. 34. Theodoretus epiſt. 146. t. 3. opp. f. 1032. explicat vocem. *Chriſtus vero appellatus eſt, tanquam Spiritu ſancto ſecundum hominem unctus, & factus Pontifex noſter, & Apoſtolus, & Propheta, & Rex.* ait, &c. & p. 1038. laudat Baſilii dictum: *Chriſti namq; appellatio totius eſt confeſſio: Indicat enim Patrem, qui unxit; Filium, qui unctus eſt, Spiritum ſanctum, quo unctus eſt.* Confer. dicta Art. II. ſect. 2. §. 11. *Symbolum* quoddam unguenti hujus & unctionis fuit, quod Maria, & peccatrix, Chriſto præſtiterunt. Matth. XXVI. 7. refertur de muliere, quæ Chriſti in domo Simonis verſantis capiti infuderit pretioſam aquam; idem refert Marc. XIV. 8. neutrobique nomine mulieris expreſſo. Luc. VII. 37. ſeqq. eadem hiſtoria refertur & pluribus quidem circumſtantiis additis, neque tamen etiam hîc loci nomine unctricis expreſſo. Etſi *peccatrix*, forſan ex proſtitutione corporis, appelletur. Joh. XI. 2. habetur de Maria Lazari ſorore, quod Chriſtum unxerit unguento, & pedes ejusdem ſiccarit capillis ſuis; Joh. XII. 3. narratur de eadem Maria, Lazari ſorore, quod nardi liquore unxerit Jeſum, & pedes ejusdem capillis ſuis ſiccarit. Una, an duæ, vel tres Mariæ fuerint, quæ Chriſtum unxerunt, jam non diſputamus. Sufficit nobis, nardum, cujus ſincero & pretioſo liquore Chriſtum unxerunt, ſymbolum fuiſſe etiam Spiritus ſancti, quo unctus fuerat, & mortis inſtantis.

Subjectum. §. 15. *Subjectum*, ſecundum quod unctus eſt, eſt humana ipſius natura. Secundum hanc enim habet ſocios, & capax eſt, accipere aliquid in tempore: Πνεύματι χρίεται οὐχ ἡ ἀθέατος φύσις, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν ὁμογενές: *Spiritu ungitur non inviſibilis natura, ſed nobis cognata.* ait Flavianus Antiochenus in ſerm. de Joanne Baptiſta, citante Theodor. dial. I. & ſuffragante lib. V. hæret. fab. c. 11. *unctus eſt*, ajens, *non ut Deus, ſed ut homo. Quod ſi ſecundum humanam naturam eſt unctus, etiam poſt incarnationem Chriſtus appellatus eſt.*

Finis intermedius. §. 16. Finis erat *Officium, & hoc non politicum & mundanum, ſed eccleſiaſticum & ſpirituale.* Joh. VI. 26. cibaverat populum miraculosè, cum ipſum conſtituere regem pararet; ſed ipſe habito ſermone de pane cœleſti ex ſeſe accipiendo, regeſſit,

ſit, ſui officii præcipuè non eſſe terrena bona præſtare (quæ populus iſte quærebat) ſed ſpiritualia & cœleſtia, quæ in ſalutem animarum æternam redundarent. Joh. IX. 4. idem perhibet, ſuum eſſe operari quorum gratia in mundum eſſet miſſus, lucente adhuc die ſibi deſtinata; qua transacta, deſituram eſſe etiam operationem, quam peragendam haberet, docendo, miracula faciendo, patiendo, moriendo &c. Idque erat, quod Herodi juſſit renunciari, ejicere ſeſe dæmonia, ſanitates perficere, ambulare hodie, & cras & perendie, donec conſummetur. Idem dixerat Phariſæis quoque Joh. VIII. 1. ſeqq. objecerant ipſi adulteram judicandam, ſed eam ipſe non condemnabat, ut judex politicus, quandoquidem veniſſet peccatores pœnitentes non damnare, ſed ſalvare.

§. 17. *Finis* officii ultimus ex parte Dei, erat gloria Dei, ex parte hominum autem ſalus hominum; *Gloria Dei*; Nam officio ſuo functus eſt, ut Patrem ſuum, officii auctorem, glorificaret. Joh. VIII. 49. 50. XIII. 31. 32. XIV. 13. XVII. 4. Quo ipſo gloria & in ipſum Filium redundabat. Joh. V. 23. VIII. 54. XI. 4. Quare non immerito, ſuo officio defunctus, petit glorificari à Patre, cum extrinſece apud homines per miracula & Evangelii prædicationem, tum intrinſecè juxta humanam ſuam naturam, accipiendo majeſtatis plenarium uſum, quam juxta divinam naturam habuerat ab æterno. Joh. XVII. 5. *Salus hominum* æterna. Nam Joh. XII. 47. negat, ſeſe quenquam judicaturum, ratione reddita, quod veniſſet in mundum non ut mundum tanquam judex ſeverus condemnaret, ſed ut eum ſalvaret. Hoc fine Pater ipſi dederat poteſtatem ſuper omnem carnem humanam, ut vitam æternam daret omnibus ſibi à Patre datis; daret autem per veram fidem in Patrem, & propter ſeſe ab ipſo miſſum. Joh. XVII. 2. 3. 4. Optimè Athanaſius de incarnat. t. 1. opp. f. 66. *Undecunq; ille bonus Patris Filius, imago & character Patris ad regiones noſtras profectus eſt, ut hominem ad ſui ſimilitudinem factum denuo reficeret, & perditum condonatione peccatorum recuperaret, quemadmodum ipſe ait in Evangeliis; Veni, ut quod perditum eſſet, invenirem, & conſervarem. Unde & ad Judæos dixit: Niſi quis renatus fuerit: non his verbis nativitatem ex fœminis inſinuans, ut illi ſuſpicabantur, ſed ani-*

Et ultimus.

Digitized by Google

mam, quæ renaſcitur ſecundum imaginem Dei, ſubindicans. Hactenus finis primariò, & ſecundum voluntatem Dei antecedentem intentus; *Finis autem ſecundariò, & ſecundum conſequentem voluntatem intentus, eſt condemnatio incredulorum.* Venit enim Jeſus ad judicium in mundum. Joh. IX. 39. nempe, ut oblata, ſed repudiata, gratia increduli & perituri nullum haberent condemnationis ſuæ prætextum: *Adveni ergo, inquit, daturus cæcis uſum videndi per fidem. At pervicacium & intractabilium ferox animus ad rebellionem ſpectans, ut adventus illuminantis in condemnationem ſibi cederet, effecit. Quia enim non credunt, condemnantur.* ita Cyril. ad l. c. f. 634. verba Chriſti circumſcribit. Vapulabant igitur Eunomiani, ſtatuentes, Chriſtum non redemiſſe & ſalvaſſe totum hominem, ſed partem tantum ejus, nempe corpus, tanquam qui merus homo fuerit, minor, quam qui & animam ſalvaret: *Illud dictis adjiciendum eſt, quod fundamentum aliquod impietatis in ſermone de diſpenſatione ponunt, non totum hominem ab ipſo ſervatum eſſe determinantes, ſed hominis dimidium, corpus intelligo. Hic enim malitia talis ſcopus in hoc documento ipſis eſt propoſitus, ut voces humiliores oſtendant, quas ex humana natura profert Dominus, ut ab ipſa divinitate videantur eſſe facta, ut per has validiorem oſtendant blaſphemiam.* ita Nyſſenus contr. Eunom. t. 2. opp. f. 481. D. Refutat hanc blaſphemiam ex S. literis, *venit*, inquiens ex Luc. XV. *Dominus, ut quæreret, & ſalvum faceret, quod perierat. Perierat autem non corpus ſed totus homo ex anima contemperatus. Et ſi verius loquendum eſt, ante corpus anima perierat. Nam inobedientia, electionis ſive voluntatis, non corporis peccatum eſt.*

f. 482.

Art. VI. Sect. V.

De

OFFICIIS CHRISTI IN SPECIE, nempe PROPHETICO, SACERDOTALI, ET REGIO.

Argumentum.

Triplex eſt Chriſti officium, Propheticum. 1. *Sacerdotale.* 2. *Quod conſiſtit in duabus partibus,* 3. *Obedientia & quidem vel activa, qua ſatisfecit legi cæremoniali.* 4. *Forenſi.* 5. *Et morali.* 6. *Vel paſſiva.* 7. *Refertur paraphraſticè hiſtoria paſſionis Chriſti.* 8. *Juxta* προηγούμενα, *ut ſunt crudelium conſiliorum captatio.* 9. *Convivium Bethanienſe.* 10. *Ingreſſus in Hieruſalem.* 11. *Oraculum divinum.* 12. *Concio.* 13. *Diſceſſus verſus Bethaniam.* 14. *Lotio pedum.* 15. *Proditoris manifeſtatio.* 16. *Hortatio ad mutuam charitatem & lapſus Petrini prædictio.* 17. *Periculi imminentis vaticinium.* 18. *Colloquium Chriſti.* 19. *Diſceſſus in olivetum.* 20. παραχθέντα, *ut ſunt agon in horto.* 21. *Captivitas Chriſti.* 22. *Temeritas Petri* 23. *Abnegatio Chriſti.* 24. *Examen.* 25. *Chriſti illuſio.* 26. *Deductio.* 27. *Actio coram Pilato.* 28. *Abductio ad Herodem.* 29. *Collatio cum Barraba, flagellatio, & damnatio,* 30. *Eductio ad crucem.* 31. *Crucifixio.* 32. *Preces.* 33. *Blaſphematio.* 34. *Curatela.* 35. *Mors.* 36. Επόμενα *ut ſunt miracula.* 37. *Sepultura.* 38. *Explicatio narratorum, paſſionis nomina & deſcriptiones.* 39. *Cauſſæ cognitionis vel rei, ut Pater.* 40. *Filius.* 41. *Spiritus ſanctus* 42. *Diabolus & ipſius organa Judæi, Gentiles, mixti.* 43. *Inſtrumenta paſſionis.* 44. *Subjectum.* 45. *Forma duplex interna.* 46. *Externa.* 47. *Finis.* 48. *Effectus generalis, vel ſpecialis, qui eſt vel negativus.* 49. *Vel poſitivus.* 50. *Affectiones, quæ ſunt, neceſſitas.* 51. *Univerſalitas.* 52. *Et in Interceſſione.* 53. *Quæ duplex.* 54. *Secundum utramque naturam.* 55. *Inſigne.* 56. *Excluſio.* 57. *Regium officium.* 58. *Non eſt mundanum.* 59. *Contra calumnias.* 60. *Triplex eſt.* 61.

§. I.

VUlgo triplex conſtituitur officium Chriſti, Propheticum, ſacerdotale, & Regium. *Propheticum* præcedit, id quod innuitur Matth. XXVI. 1. 2. Marc. XIV. 1. Luc. — Officium Propheticum.

Digitized by Google

Luc. XXII. 1. dum refertur, quod Chriſtus prius abſolvere voluerit ſuos ſermones ſeu conciones, quam Hieroſolymam concedere, ut veluti victima in mortem traderetur. Egimus autem de hoc ipſius officio ſupra ex profeſſo Artic. II. ſect. 2.

Sacerdotale. §. 2. Progredimur igitur ad *Sacerdotale*, quod eleganter deſcripſit, & poſtea illuſtravit ex typis V. T. Tertullianus adv. Jud. cap. 14. fol. m. 105. A. *Jeſus iſte Chriſtus Dei Patris ſummus ſacerdos, qui primo adventu ſuo humana forma & paſſibilis venit in humanitate usq; ad paſſionem: ipſe etiam effectus hoſtia per omnia pro omnibus nobis; qui poſt reſurrectionem ſuam indutus podere, Sacerdos in æternum Dei Patris nuncupatus eſt.* Subinnuitur aliquid hujus myſterii in genealogia Chriſti Luc. III. 24. ubi mentio fit Joſephi, qui Jannæ, ſeu Johannis pater fuit, is autem matrem habuit filiam ſummi Pontificis, nuptam duci Tobiæ: Maria igitur, Chriſti mater, fluxerat ex ſanguine non regio ſolum, ratione lineæ paternæ, ſed etiam ſacerdotali, ratione maternæ. Confirmatur ex Luc. I. 36. Ubi Eliſabetha, una ex filiabus Aaron v. 5. adeoque ex tribu Levi, appellatur συγγενὴς Mariæ Deiparæ; Maria igitur conſanguinitate fuit juncta tribui Leviticæ: quomodo? ſunt qui dicunt, Annam ipſius matrem fuiſſe de tribu Levi. Hinc Auguſtinus lib. 1. de conſ. Evang. c. 3. ſcripſit: *Huc accedit, quod ſolus etiam Lucas Mariam commemorat ab Angelo manifeſte cognatam fuiſſe Eliſabeth, quæ uxor erat Zachariæ Sacerdotis. De quo idem ſcripſit, quod eam de filiabus Aaron: hoc eſt, de tribu Sacerdotum habebat uxorem. Cum ergo Matthæus circa Regis, Lucas circa Sacerdotis perſonam gereret intentionem, utriq; humanitatem Chriſti maxime commendarunt. Secundum hominem quippe Chriſtus & Rex & Sacerdos effectus eſt, cui dedit Deus ſedem Patris ſui David, ut regni ejus non eſſet finis, & eſſet ad interpellandum pro nobis mediator Dei & hominum homo Jeſus Chriſtus.* Remotius eſt, quod idem ex 1. Sam. XXI. 6. Matth. XII. 4. deducit, Davidem ediſſe de panibus propoſitionis, & ſic *figuraſſe* etiam *ſacerdotalis perſonam, quando panes propoſitionis manducavit, quos non licebat manducare, niſi ſolis Sacerdotibus.* Quo enim fine iſta hiſtoria annotata ſit, Chriſtus explicuit, nempe, quod in caſu neceſſitatis lex cæremonialis morali cedat. Apud Suidam, dictione Jeſus, citatur liber *de legali Jeſu Chriſti ſacerdotio, repertus,*

repertus, uti refert Sixtus Senenſis lib. II. Bibl. p. 93. *in Archivu urbis Tiberiadis &c.* Sed merito liber iſte ab Hentennio refutatus, & à Paulo IV. innumerum librorum prohibitorum poſitus eſt. Certiora igitur circumſpicienda ſunt. Vaticinatus fuerat David Pſ. CX. 4. de officio Chriſti ſacerdotali, comparans eum cum Melchiſedecho; Chriſtum autem eſſe eum, de quo David, vel Deus apud Davidem loquitur, expeditum eſt Matth. XXII. 42. 43. Iſto ſuo officio functus eſt potiſſimum tempore paſſionis, quo ſeſe, ſuasque preces & clamorem & lacrymas Deo Patri ſuo obtulit, ſicut diſerte illud explicat epiſtola ad Hebr. V. 6. ſeqq. Accedere poteſt, quod nonnulli deducunt ex Luc. II. 23. ubi Maria dicitur peperiſſe filium ſuum *primogenitum*, & conferri poteſt Pſal. LXXXIX. 28. Ebr. I. 6. primogenito igitur debitam fuiſſe dignitatem ſacerdotalem.

§. 3. Conſiſtit hoc officium in obedientia & interceſſione; Obedientia autem vel activa, vel paſſiva. Inſinuat hoc Chriſtus Math. V. 17. ubi dicit, ſe veniſſe, non ut legem & Prophetas, legis interpretes deſtrueret, contraria docendo, & faciendo, ſed ut impleret; puta obedientia partim activa, quæ in nullum præceptum impingit, ſed facit exactè, quod requirunt; partim paſſiva, dum omnes pœnas, transgreſſoribus debitas, in ſeſe derivavit: quod qui vera fide amplectitur, ipſe legem impleviſſe cenſetur. Rom. V. 15. 19. VIII. 3. X. 6. Eſt enim lex æterna, & immutabilis, adeò, ut vel cœlum & terra corruant, quam apex de lege non impleatur vel à Chriſto, vel à nobis, ſi quidem velimus ſalvari, obedientia cum activa, tum paſſiva. Quod conſiſtit in Obedientia.

§. 4. *Obedientia activa* ſatisfecit legi cæremoniali, forenſi, & morali. *Cæremoniali*; paſſus enim eſt ſeſe circumcidi. Luc. II. 21. Et Deo offerri in templo, ſicut primogeniti ſolebant, & purificari; Nam dicitur, purificatio *αὐτῶν ipſorum*, v. 21. 22. Et ipſe feſta Judæorum religioſe obſervabat; obſervabat enim paſcha. Joh. II. 13. 23. Math. XXVI. 1. 2. Marc. XIV. 1. Luc. XXII. 1. Hiſtoria extat apud prædictos Evangeliſtas, Matth. XXVI. 17. uſq; ad 20. Marc. XIV. 12. uſq; ad 17. Luc. XXII. 7. uſque ad 18. incluſivè. Deſcribitur autem (1) paſchatis præparatio (2) præparati celebratio. In præparatione obſervandum eſt *tempus*, quod erat dies azymorum, & quidem primus eorum, quo ex præſcripto legis divinæ Judæi debe- Activa legis Cæremonialis.

Digitized by Google

debebant paſcha mactare, & comedere; is reſpondebat noſtro diei Jovis, qui *primus* azymorum dicitur à veſpera, qua mactare, & nocte, qua comedere debebant mactatum agnum. Ubi obſervanda erit diſtinctio inter modum numerandi temporis Eccleſiaſticum, & civilem; iſto diem ordiebantur à veſpera; hoc à media nocte; item naturalem; qui exordium ſumebat ab ortu ſolis, & ceſſabat cum occaſu: Poſtquam hic dies illuxiſſet, Chriſtus de implenda lege paſchali ſolicitus compellavit inter diſcipulos præcipuos Petrum, & Johannem, ut Bethania abirent præparaturi paſcha ad veſcendum. Id ubi in mandatis acceperant, interrogaverunt, quo in loco Hieroſolymorum vellet paſcha ſibi præparari? reſpondit Jeſus, in ea domo, in quam ingreſſurus eſſet famulus heri, cum hydria in humeris, occurſurus ipſis, cum civitatem intraverint. Hanc domum ubi ingreſſi fuerint, compellarent Patremfamilias, (ex diſcipulis Chriſti, etſi occultis, unum,) quandoquidem tempus paſchatis ſibi à Chriſto celebrandi, & abſolvendi adeſſet, locum ille & diſcipulis concederet, in quo paſchate veſcerentur: fore, ut eveſtigio oſtenderit cænaculum ſatis capax, lapidibus refrigerii gratia conſtratum, & ad eſum paſchalem pro hoſpitibus præparatum, in hac aula, vel cœnaculo inſtruerent paſcha; Hoc mandato Chriſti accepto diſcipuli Bethania exiverunt, Hieroſolymam, ubi per legem Dei paſcha erat celebrandum, intrarunt, obviam habuerunt famulum prædictum, hunc ſecuti, compellarunt herum domus, illicò impetrarunt cœnaculum, paſcha præpararunt, & ad ſuum Dominum & condiſcipulos reverſi narrarunt omnia, quæ geſta erant. Chriſtus igitur veſpere facto cum XII. diſcipulis eodem ſeſe contulit, cumque inſtructa eſſet cœna etiam vulgaris, accubuit ad veſcendum; deinde ſurrexit, & ſtans cum diſcipulis paſcha comedit, his uſus verbis: Vehementiſſime deſideravi hoc ultimum paſcha vobiſcum celebrare, utpote quo celebrato paſſurus ſum, & redemptionem humani generis præſtiturus; dico enim vobis, quod hoc ultimum ſit paſcha, quandoquidem vulgari modo non amplius talem cibum ſumpturus ſim, donec gaudium veſtrum paſchale compleatur in glorioſiſſimo Dei regno; quo dicto, poculum

accepit

Digitized by Google

accepit gratias Deo egit, ritutunc inter Judæos recepto, bibit, diſcipulis, tanquam valedictorium, porrexit, ut inter ſeſe dividerent, ſinguli inde bibentes: dixitque, de vitis fructu, id eſt, vino, poſthac non bibiturus ſum, donec regnum gloriæ divinæ veniat, quo gaudium veſtrum perficiatur. Obſervabat & Pentecoſten. Joh. III. 1. cum Nicodemo de myſteriis divinis colloquens, cenſente Chemnitio harm. Ev. c. 28. *Dicas:* Chriſtum tamen (1) ſæpius transgreſſum eſſe Sabbatum, opera in eo faciendo; reclamantibus Judæis; (2) neglexiſſe feſta, nempe Scenopegiorum, ad quod nolebat aſcendere. Joh. VII. 8. Et paſchatis, quippe quod alio die, quam Judæi, celebrarit die XV. uti manifeſtè colligitur ex Joh. XVIII. 28. (3) Mutaſſe legem additione novarum legum, & abrogatione veterum: Matth. V. 20. ſeqq. ℞. ad 1. opera neceſſitatis & charitatis die Sabbati prohibita non ſunt, quare Chriſtus non transgreſſus eſt legem iſtam de Sabbato, cum opera miſericordiæ præſtaret, de quo pluribus infra in decalogi explicatione. Ad (2) ad Scenopegiorum feſtum ideo non adſcendere voluit, quia noverat, Judæos ſibi inſidiari, tempore, quo nondum pati deberet: quare iterum non transgreſſus eſt legem, obediens Deo Patri ſuo, qui nolebat ipſum iniquo tempore periculo mortis ſeſe offerre. Feſtum autem Paſchatos celebravit die XIV. quo Deus juſſerat; non autem XV. quo Judæi degeneres celebrabant; quia Dei præceptum potius habebat, quam hominum traditiones, quas venerabantur Judæi, ne duos dies ſacros continua ſerie celebrarent. Ubi tamen traditio aliqua, vel mos non præjudicabat legi divinæ, ipſum obſervabat. Utrumque ait Cyrillus comm. ad Joh. XII. 1. *oſtendit vero Evangeliſtes hac narratione, Chriſtum haud contemſiſſe legem, unde & ante diem ſextum Paſchæ, cum emendus erat agnus, & ſervandus usq; ad decimum quartum, epulatus eſt cum Lazaro: forte quod moris erat Judæis uno die; antequam caperent pecudem, nonnihil feriari, non ex lege ſed conſuetudine, ut poſt eam aſſumptam darent operam deinceps usq; ad feſtum jejunio, ſive paucitati victus & purgationibus. Videtur ergo Dominus & in hoc morem feſti coluiſſe.* Ad (3) Chriſtus legem non mutavit, ſed repurgavit, neque novas

Ooo addi-

Digitized by Google

addidit, ſed veteres nitori ſuo reſtituit, quippe qui venerat legem non deſtructum, ſed impletum.

Forenſis. §. 5. *Forenſi*: Paſſus enim eſt ſeſe cenſeri ab Auguſto in magno illo cenſu, quem ſicut in aliis Imperii Romani provinciis, ita etiam in Judæa per Cyrenium ſuum procuratorem Cæſar peragendum curavit. Luc. II. 1. Didrachmum idem pro ſeſe & ſuo diſcipulo Petro perſolvit Capernaumi. Matth XVII. 25. Agnovit, Pilatum habere ſuper ſeſe poteſtatem cœlitus datam. Joh. XIX. 11. Mortuus quoque ſub poteſtate hac fuit. Nam Joſephus de Arimathia rogavit Pilatum, Provinciæ Præſidem, ut ſibi liceret corpus Jeſu mortui de cruce detrahere, & ſepelire. v. 38. *Diſcamus ergo quod dixit, quod & per Apoſtolum docuit, quia non eſt poteſtas niſi à Deo, & quia plus peccat qui poteſtati innocentem occidendum livore tradit, quam poteſtas ipſa, ſi eum timore alterius majoris poteſtatis occidit. Talem quippe Pilato Deus dederat poteſtatem, ut etiam eſſet ſub Cæſaris poteſtate. Quapropter non haberes, inquit, adverſum me poteſtatem illam, i. e. quantulamcunq; habes, niſi hoc ipſum, quicquid eſt, tibi eſſet datum deſuper.* ita Auguſt. tract. CXVI. in Joh. p. 668.

Et Moralis. §. 6. *Morali.* Implevit enim præcepta tabulæ prioris & poſterioris, Deum ſuper omnia metuendo, diligendo, ſperando, colendo, eique obediendo; Proximum vero ſicut ſemetipſum diligendo. Reverebatur & diligebat ſuum Patrem, quia voluntatem ipſius faciebat. Joh. X. 46. XIV. 31. XV. 10. Ad eundem gloriam ſuorum operum referebat. Joh. VIII. 50. Et obediebat in omnibus, etiam ad mortem uſque crucis. Matth. XXVI. 39. Proximum ſuum diligebat adeo, ut vel vitam pro ipſo poneret. Matth. XX. 28. parentes reverebatur prompto obſequio & ſubjectione. Luc. II. 51. quorſum pertinet obedientia Magiſtratui præſtita §. 5. præced. peccatores in gratiam recipiebat, abſolvebat, & confidere Deo jubebat. Luc. XIX. 10. Matth. IX. 2. 22. Famelicos cibabat. Matth. XIII. 15. Marc. VI. 30. Verax erat in verbis & factis, vel ipſis hoſtibus id atteſtantibus. Matth. XXII. 16. Aliena non concupiſcebat; Nam vel regiam dignitatem ſibi oblatam, & judicis politici officium declinabat, vide §. 59. infer. Hæc & ſimilia alia fecit ille tanquam obſequioſus Dei ſervus, quem legi ſubjecerat,

Do-

Dominum alioquin legis Matth. XII. 8. ut pro nobis illi ſatisfaceret.

§. 7. *Obedientia paſſiva* conſiſtit in paſſione illa varia, quam Chriſtus pœnis peccatorum noſtrorum in ſeſe ſuſceptis expertus eſt, dum in ſtatu exinanitionis verſabatur. Ampliſſima hæc materia eſt, & fidei noſtræ præcipuum momentum, digniſſima igitur, quæ diſtinctè & religioſe tractetur. Matth. XVI. 21. poſtquam Petrus egregiam de Filio Dei edidiſſet confeſſionem, è veſtigio ſubjiciebatur à Chriſto mentio, & quidem prima, imminentis ſuæ paſſionis & mortis, quo id fine? Ut innueret, non ſufficere, Jeſum noſſe & prædicare Filium Dei viventis, & Meſſiam, niſi & crederetur, per ipſius paſſionem & mortem nos juſtificari & ſalvari. Obedientia Paſſiva.

§. 8. Paſſio Chriſti κατ᾽ ἐξοχὴν appellatur ea, quam ſuſtinuit in horto oliveti, & Hieroſolymis, & in cruce, donec mortuus ſepulchro inferretur. Prolixa eſt hiſtoria, à quatuor Evangeliſtis ſub finem Evangeliorum relata, digna tamen, quæ ſaltem paraphraſticè repetatur; Utpote ex qua narratione, tanquam fundamento, facilius diſſerere poſſimus de obedientia Chriſti paſſiva. Ut autem ordine fiat, diſtribuamus hiſtoriam in προηγούμενα, πραχθέντα, & ἑπόμενα, Juxta ſeriem in Harmonia Chemnitio-Lyſero-Gerhardiana obſervatam.

§. 9. In προηγουμένοις eſt (1) *crudelium conſiliorum captatio* Joh. XI. 47. ſeqq. poſt quam per delatores Phariſæi audiviſſent, Jeſum in vicina Bethania verſari, ibidemque Lazarum à mortuis ſuſcitaſſe, una cum Pontificibus eveſtigio concilium cogunt, deliberaturi, quid faciendum adverſus hominem tantorum ſignorum patratorem. Dubio enim procul magna vis hominum ad paſcha congregatorum confluebat Bethaniam ad videndum Lazarum è mortuis ſuſcitatum. Hoc verò ægrè ferebant invidi homines, ſed ne viderentur ipſi invidere, prætexunt ſuæ invidiæ ſalutem publicam, dicentes: ſi permiſerimus eum, omnes credent ei, venientque Romani, & tollent locum noſtrum i. e. templum, & gentem, i. e. populum ipſum & univerſam regionem, metuentes ſcilicet ſibi à Meſſia, diu exſpectato Judæorum rege. Dum ita deliberant, inſurgit quidam Ca- Hiſtoriæ προηγούμενα 1. conſiliorum captatio.

japhas, alias Joſephus dictus, isque Pontifex illius anni, qui arroganter aſſeſſorum ignorantiam ſugillat, quaſi frigidius & meticuloſius rem tractarent, non perpendentes, ſi omnino innocens foret Jeſus, occidendum tamen eſſe, cum præſtet unum illum mori pro populo, ne tota gens per Romanos periret, Hoc verò à ſemetipſo ipſe eo, quo decebat, ſenſu non dixit, ſed quia Pontifex erat anni illius, quo abrogato Levitico ſacerdotio verus ſacerdos & victima erat ſucceſſurus, pro gente Judæorum, neque tamen hac ſola, ſed etiam pro gentilibus, in quibus multi erant filii Dei futuri. Hoc pronunciato audito ſolenniter per majora ſupplicium decretum eſt, & de rationibus deliberatum, quomodo Jeſus interficeretur. Jeſus autem, quia hora mortis nondum venerat, relicta Judæa, fugam capeſſebat in ſuperiorem Galilæam, ejusdemque urbeculam Ephrem, 20. milliaribus Hieroſolymis diſtantem, & ibi per aliquot dies cum diſcipulis ſuis officio ſuo fungebatur. Cum vero ϛαυρώσιμον illud Judæorum Paſcha ultimum immineret, multi ex vicinia Hieroſolymorum Hieroſolymam aſcendebant, adhuc ante paſcha, ut Leviticè immundi purificarentur, antequam agnum paſchalem comederent; Inter hos quia Chriſtus non comparebat, ſtabat promiſcua turba, ut levis ea eſt, & curioſè Jeſum quærebat, & diſputabat invicem in ipſo templo, dum purificabatur, quid videretur de abſentia ejus in feſto? Pontifices autem & reliqui eminentiores abſentia Chriſti audaciores facti novum condunt decretum, & promulgant, ut quisquis ſciret, ubi locorum Jeſus verſaretur, id Magiſtratui indicaret, quò ex fuga retrahi & comprehendi poſſet v. 54-57.

Convivium Bethanienſe. §. 10. *Convivium Bethanienſe.* Matth. XXVI. 6. Marc. XIV. 3. Joh. XII. 1. ſeqq. Poſtquam Chriſtus audiviſſet, Phariſæos adverſus ſeſe decretum ſanguinarium concepiſſe, & ultimum Paſcha inſtare intellexiſſet, ex urbecula Ephraim Bethaniam rediit, quod factum eſt 6. dies ante Paſcha Judæorum: Matthæus equidem, & Marcus, videntur bidui ſpatio contenti eſſe, ſed narratio ipſorum ὑϛερολογία eſt, cum ex occaſione Judæ, proditionem molientis, referunt de convivio Bethanienſi, unde Judas occaſionem ſumpſit, Chriſtum biduo ante Paſcha Synedrio

edrio Hieroſolymitano offerendi & prodendi. Bethaniam autem reverti voluit, & prius ibi divertere, quam Hieroſolymam paſſionis gratia ingrederetur, propter Judæos, ne Hieroſolymam veniens ipſos irritaret, juxta Cyril. h. l. & Lazarum, paulo antè è mortuis ſuſcitatum, ut miraculum iſtud diſcipulis, paulo poſt ſcandalum ex morte Chriſti accepturis, in memoriam revocaret, & confirmaret, Lazaro cibum una capiente, & ungeretur â Maria Lazari ſorore, ſepulturam præfiguraturus; mortui enim, antequam terris condebantur, inungebantur apud Hebræos. Simon autem erat pridem leproſus, deinde à Chriſto liberatus, qui gratitudinis gratia epulum inſtruebat; Sorores autem Lazari miniſtrabant; Hic vero ſimul accumbebat: Nihil ſcilicet omnes veriti decretum Pontificium & minas in eos, qui cum Chriſto converſaturi, neque ipſum prodituri eſſent. Cæterum diſplicuit iſta unctio diſcipulis ipſis Chriſti: Judas enim Iſchkariotes, avaritia impellente, indignabatur, unguentum hoc potius fuiſſe effuſum, quam divenditum, quod fieri potuiſſet 300. denariis, quoto pretio etiam Plinius nardum æſtimat, & diſtribui pecunia (ad 37. Imperiales excurrit) inter pauperes. Hoc ſuo murmure etiam reliquos diſcipulos animavit, ut & ipſi tanquam perditione facta ſuccenſerent mulieri effundenti: Hæc illi. Sed Chriſtus defendit Mariam, docens, non fuiſte iſtam perditionem, ſed bonum opus, ex vera fide & charitate profectum; neque præſtitiſſe, ut pauperibus pecunia, inde contracta, diſtribueretur, quandoquidem hos ſemper habituri eſſent, ſe vero, paulo poſt moriturum, non item; Feciſſe Mariam, quod potuerit; neque enim licuerit ipſi, Chriſto mortuo, corpus inungere; obſtituro Judæorum furore; præveniſſe igitur, ſingulari inſtinctu ſpiritus ſancti; Atque hoc ipſius pium factum una cum reliqua Evangelica hiſtoria prædicatum iri ab Apoſtolis & ſucceſſoribus qua voce, qua ſcriptis, non in Judæa ſolum, ſed etiam in univerſo orbe, inter gentiles, ad Eccleſiam evocandis poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem. Interea percrebuerat fama Hieroſolymis, Jeſum verſari Bethaniæ, iſta fama excivit multos Judæorum, ut Bethaniam excurrerent, viſuri, non Jeſum ſolum, ſed etiam Lazarum, ab iſto ex-

 cita-

Digitized by Google

citatum; Id verò indigniſſimè tulerunt Phariſæi, cum viderent per miraculum in Lazaro patratum multos in Jeſum credere; quare decreverunt & Lazarum interficere.

Ingreſſus. Concio de paſſione.

§. 11. *Ingreſſus in Civitatem Hieruſalem, & in templum repurgandum.* De quibus in præmiſſis. *Concio de imminente paſſione, & morte,* & fructu exinde ad homines redundaturo. Joh. XII. 20. ſeqq. Poſtquam nonnulli proſelyti Græci familiarius ipſium videre i. e. compellare voluiſſent, ſperantes, regnum ipſius mundanum jamjam auſpicandum; Chriſtus, ut rectius informarentur, orditur concionem de imminente ſua paſſione, morte, & ſepultura, deque pari fortuna ſuorum fidelium; qua finita, vehementiſſimo mortis imminentis terrore percellitur, ut ad preces ſeſe conferret, deprecans paſſionem inſtantem, ſi quidem id fieri poſſet; Mox tamen, ubi impoſſibile cogitavit, ſalva gloria Dei, & ſalute humana; ſubmiſit ſuam voluntatem divinæ, petiitque ſua paſſione, morte, reſurrectione, & exultatione glorificari nomen divinæ ſapientiæ, juſtitiæ, miſericordiæ, potentiæ.

Oraculum divinum.

§. 12. *Oraculum divinum.* Joh. XII. 29. ſeqq. poſtquam Chriſtus patrem ſuum rogaſſet, ut ſuum ipſius nomen glorificaret, reſonuit Patris vox è cœlo: glorificavi id nomen meum, incarnatione, miraculis, prædicatione Evangelii; & porro glorificabo morte Meſſiæ, reſurrectione, aſcenſione &c. hæc vox videbatur nonnullis tonitru, nonnullis Angelicum colloquium, cum Chriſtus doceret, quo fine ea eſſet facta, nempe non tam propter ſeſe in terroribus mortis imminentis confortandum, quam propter circumſtantes, ut inde cognoſcerent, ſe verum eſſe Meſſiam, & ſcandalum nullum caperent ex futura ſua paſſione, quæ jam immineret mundi ſalvandi & juſtificandi, diaboli autem ejiciendi gratia.

Continuatio Concionis.

§. 13. *Continuatio Concionis.* Poſtquam populus audiviſſet, ipſum crucifigendum, objecit ex Pſ. CX. 4. æternitatem regni Meſſiani Sacerdotalis, quæ non quadraret crucifixioni; quis igitur eſſet ille hominis filius crucifigendus? Chriſtus autem, ubi animadvertit, ex mera obtrectandi petulantia iſta excipi, graviſſimam admonitionem ſubjecit, de amplectendo gratiæ tem-

tempore, quo neglecto tenebras ignorantiæ & miſeriæ ſecuturas eſſe. v. 34. 35. 36.

§. 14. *Diſceſſus.* Ubi deſperatos vidit Judæos, ſub veſperam ſeſe Bethaniam ſubduxit. Etiamſi enim vel miraculis ſuam doctrinam in conſpectu ipſorum confirmaret, neque tamen in ipſum credebant; ut adeo impleta fuerit prophetia Jeſaiæ LIII. 1. quod rari concioni Evangelicæ crédituri eſſent, & Meſſiam vera fide amplexuri, per & propter cœcitatem mentium, & duritiem cordium; Quæ vitia & impedimenta idem cap. VI. 9. 10. prædixerat. Erant quidem etiam inter primores non pauci, qui in Chriſtum crederent, ſed præ puſillanimitate non audebant id ipſum coram Phariſæis confiteri, veriti, ne excommunicarentur, quod erat, majoris æſtimare ſuam coram hominibus, quam coram Deo, exiſtimationem. Diſceſſus.

§. 15. *Areſactio ficus*, de qua ſuperius in miraculis Chriſti, ſicut & de ſeqq. hinc inde. *Repetitio prædictionis*, quæ habetur Matth. XXVI. 1. 2. Marc. XIV. 1. Luc. XXII. 1. ubi Chriſtus, inſtante ultimo paſchate, & finitis agendis & dicendis ante ſuam paſſionem, hanc ipſam denuo prædicit, eamque hoc ipſo paſchate futuram. *Et conſultatio principum populi*, nempe ſacerdotum, & ſcribarum, & ſeniorum populi, quæ facta eſt in atrio ſummi Pontificis Cajaphæ, de Chriſto commodè, & ſine tumultu comprehendendo & occidendo. Matth. XXVI. 3. 4. 5. Marc. XIV. 1. 2. Luc. XXII. 1. ad implendum typum & vaticinium Jerem. XI. 18. ſeqq. *Et pactio proditoris* Judæ Iſchkarioth cum Principibus Sacerdotibus & Magiſtratibus inita de tradendo Jeſu. Matth. XXVI. 14. 15. 16. Marc. XIV. 10. 11. Luc. XXII. 3. 4. 5. 6. Æſtuabat Judas iſte odio & vindictæ cupiditate adverſus ſuum Magiſtrum, concepta ex reprehenſione Bethanienſi, quare, diabolo inſtigante, captabat idoneam ulciſcendi occaſionem: Hanc inveniebat apud juratos Magiſtri hoſtes, nempe principes Synedrii Judaici; ad hos enim clam abibat, & offerebat inter colloquendum operam in Magiſtro prodendo, & tradendo, pactus prius pecuniam vagam, deinde certam & fixam, nempe 30. *argenteos*: quot forſan ſpe ex unguento ante divendendo conceperat. Judaicam autem, an Romanam Areſactio ficus. Repetitio prædictionis.

mone-

monetam? Sub judice lis eſt. Id certum, quod, pacto inito utrinque, captarit idoneum tempus exequendi conſilii. Principium nefandi ſceleris erat diabolus, qui ſecreta inſpiratione id Judæ perſuadebat: Joh. XIII. 2.

Lotio pedum. §. 16. *Celebratio paſchatis.* De hoc vide §. 4. *Lotio pedum.* Joh. XIII. 1. usque ad v. 11. Pridie feſti paſchatis à Judæis celebrandi poſtquam Jeſus ex omniſcientia ſua divina cognoviſſet, quod tandem adeſſet hora iſta definita, qua per paſſionem, mortem, reſurrectionem, aſcenſionem, & ſeſſionem ad dextram rediret ad patrem, amore intenſiſſimo & conſtantiſſimo diſcipulos proſequebatur. Et poſtquam cœna vulgari peracta proditionem Judæ à diabolo inditam eſſe & perſuaſam ipſe ſciret, nec eundem lateret, omnia ſibi à patre eſſe tradita, quodque à Patre veniſſet, & ad eundem rediret, reſurrexit à cœna; cui accubuerat, depoſitoque veſtimento exteriore, præcinctorio ſeſe cingebat ſervorum more; aquam pelvi infundebat, ut diſcipulorum uni poſt alterum pedes lavaret. In his Petrus quoque erat; an primus? Negat ex Chryſoſtomo Theophylactus. Certè is admittere tale quid recuſabat, intempeſtivo amore, reverentia, verecundia prohibitus; Dicebat enim: Domine (Deus mi,) an Tu mihi ſervo, diſcipulo, peccatori pedes, viliſſima membra, laveris inſtar miniſtri & ſervi? Regerebat Jeſus, neſcire id Petrum, quid intenderet Magiſter, experturum id, poſtquam à ſpiritu ſancto inſigniter fuerit illuminatus; ſed inſtabat Petrus, peremptorie detrectando, ut ſibi à Magiſtro pedes lavarentur; ſed Jeſus periculum inde imminens oſtenſurus dicebat, niſi lotus fuerit ſanguine Chriſti, quod ſignificaretur iſto ritu, cariturum eſſe ipſum ſuo favore, & æterna ſalute: Hoc audito Petrus in alterum extremum declinabat, offerens & manus, & caput lavandum; ſed coercebatur à Chriſto, qui dicebat, quando per baptiſmum lotus quis fuerit, eum non opus habere, utpote totum mundum, lotione, niſi quotidianæ pœnitentiæ virtute ſui meriti operantis, quo munditiæ genere ipſi, etſi non omnes, gauderent; Noverat enim ſuum proditorem: quare non omnes eſſe mundos dicebat.

§. 17.

Digitized by Google

§. 17. *Inſtitutio S. Cœnæ.* De hac vide Artic. II. Sect. 2. §. 15. *Proditoris manifeſtatio.* Deſcribitur Matth. XXVI. 21. 22. 23. 24. 25. Marc. XIV. 18. 19. 20. 21. Luc. XX. 21. 22. 23. Joh. XIII. 21. 22. usque ad v. 32. incluſivè, & breviter ita ſeſe habet: Poſtquam cœna paſchalis, vulgaris, & ſacramntalis eſſent jam finitæ, Chriſtus cum ſuis diſcipulis menſæ, nondum remotæ, adhuc accumbens, vehementer in anima ſua turbatus eſt, ſignis vel extrinſecus apparentibus, nempe indignitate proditionis, à Juda perpetrandæ, dolore exitii proditoris, ſcandali ſubſecuturi &c. His affectibus ſponte ſua excitatis, verbis etiam palam teſtatus eſt, & dixit: Tot tantumque beneficiorum hactenus ego vobis, diſcipuli, exhibui, ſed ecce! tanta alicujus ex vobis malitia, & ingratitudo eſt, ut menſæ huic accumbens conſilia de me prodendo agitet ſecum. Amen, Amen, repeto, quod dixi, & dico, quod unus veſtrum, qui hic in familiari menſa mecum accumbitis, quique ipſe mecum edit cœnam (*Nam una cum Chriſto cœnabat, ac ſanctæ menſæ, piorumque ſermonum particeps erat*, juxta Cyril. ad Joh. XVIII. 3.) me propediem ſit proditurus. Hoc audito diſcipuli accumbentes, etiam ipſe Judas Hypocrita, cœperunt contriſtari, ſeque invicem reſpicere, an ex vultibus proditorem agnoſcere poſſent, quandoquidem plurimi neſcirent, de quo magiſter loqueretur. Cæterum cum ex vultu nihil hariolari poſſent, cœperunt ſe invicem alter alterum quærere, num quid ſibi conſtaret de proditore? Cumq; nec ita certi quid de proditore reſciſcerent, adhuc magis conſternati & contriſtati ſunt: Quare ut ex ipſo proponente diſcerent auctorem proditionis, cœperunt ſinguli ex Magiſtro quærere, & in his etiam nebulo Judas: Num ego ſum, Domine? alius, num ego? Adhæc quæſita ſubjecit Chriſtus ſpecialiorem proditoris manifeſtationem, gradatim ſc. progrediens; dixit enim: unus, non è LXX; ſed, è XII. diſcipulis ſcil. ſelectioribus, & illorum quidem unus, qui in paropſidem mihi (erant enim plures) propoſitam intingit manu, is eſt, qui me proditurus eſt; Et filius quidem hominis, ſpectans in oculos proditoris, ſponte ſua vadit in mortem, & per hanc & reſurrectionem & adſcenſionem ad patrem, meliorem ſcil. ſtatum, ut impleat decreta ab æterno, & revelata in

Digitized by Google

ſcripturis, veruntamen proditoris miſera erit conditio, utut pecuniam, proditionis præmium, acceperit, & Deus ſalutari fini malitiam ipſius deſtinaverit, & applicaturus ſit; æternum enim damnabitur, propterea, quod hominis filium hoſtibus prodiderit; melius ipſi foret, ſi nunquam fuiſſet natus. Hæc ille eo fine, ut vel hiſce penetrantiſſimis verbis Judas expugnatus reſipiſceret, & à propoſito deſiſteret. Sed fruſtra. Cum autem ne ſic quidem individuum noſſent diſcipuli, ideoque Petrus, qui forſan & ipſe inter primos cum Jeſu accumbebat, oculis innuit Johanni, diſcipulorum Chriſti familiariſſimo, quique in ſinu tum accumbentis jacebat, ut ipſe ſecreto ſciſcitaretur ex Jeſu: quis tandem in individuo eſſet, de quo loqueretur? Johannes igitur reclinato ad Chriſtum capite, ſecreto interrogavit Magiſtrum: quis eſſet, de quo loqueretur? Reſpondit Jeſus: ille eſt, cui ego buccellam embammati, vel vino, intinctam porrexero. Intinxit autem, & porrexit Judæ Iſckariotæ. Quo temporis articulo, fruſtra ſcil. habitis omnibus Chriſti dehortationibus, diabolus ſpiritualiter & quidem pleno dominio, obſedit cor proditoris: Hujus gnarus Chriſtus ei dixit: quod facis, fac citius, q. d. quandoquidem fruſtraneæ ſunt in te omnes meæ admonitiones, dehortationes, & beneficia, fiat tandem, me non prohibente, nec reverente, quod animo tecum agitas: & tuo ipſius damno experiare, quantum facinus deſignes. Hæc quidem verba alii diſcipulorum audiebant, ſed ſenſum non capiebant, cenſentes, quia loculos hactenus tenuiſſet Judas, utpote oeconomus & proviſor collegii, quod juſſus eſſet emere, ea, quæ opus eſſent feſto paſchali per ſeptiduum celebrando: aut certè pro egenis, quibus eleemoſynas Dominus erogare ſolebat. Judas autem ſeſe notari probè intelligebat; ne tamen videretur jure notatus, ſtomachabundus iterat quæſtionem, dicens: Num ego ſum? Rabbi; Ut quaſi de injuria ſibi facta conqueri poſſet, exire è cœnaculo, & vindictæ loco, ipſum prodere; Chriſtus igitur tandem perſpicuè proditorem deſignaturus, reſpondit: Tu dixiſti. i. e. Tu ipſemet ille es proditor. Hoc audito, Judas ſibi ab Apoſtolis reliquis metuens, & vindictam ſpirans, illico è cœnaculo ſeſe proripuit. Idque fecit concubia nocte

ad

Digitized by Google

ad ſcelus ſuum abuſus. Hoc facto, Jeſus ſolatio à Patre erectus, Nunc demum, ait, (imminente proditione, captione, paſſione, morte, reſurrectione, aſcenſione, ſeſſione ad dextram,) glorificatus eſt Filius hominis juxta naturam, qua filius hominis eſt, & Deus per ipſum glorificatus eſt quoad juſtitiam, miſericordiam, veritatem, potentiam; ſi autem Deus per eum glorificatus eſt, & Deus glorificabit eum per ſe, ſuam ſcil. vel potentiam, vel filii perſonam, idque continuo fiet.

§. 18. *Hortatio ad mutuam charitatem, & lapſus Petrini prædictio.* Luc. XXII. 31. 32. 33. 34. Joh. XIII. 33. usq; ad 38. incluſ. Poſtquam Chriſtus prædixiſſet ſui glorificationem, ſubjicit prædictionem de imminente ſua captivitate, paſſione, & morte, ne gloriam aliquam mundanam ſibi diſcipuli pollicerentur: Fore, ut ipſi veluti filioli ſe parentem mortuum quæſituri ſint; Vadere ſeſe in captivitatem & mortem ſpontaneam, conflictumque cum diabolo, quod iter nec infirmiores diſcipuli, ſicut nec Judæi, ingredi poſſent; Interea autem ſeſe mutuo diligerent, eo, quo ipſe, modo: ut eo ſigno diſcipuli Chriſti agnoſcantur. Male hoc habebat Petrum, quod Magiſter dixiſſet: quo ego vado, vos non poteſtis venire: rogavit igitur, quo vaderet, reſpondit Jeſus, eo, quo ipſe non poſſit ſequi, ſequuturum autem poſtea; Subjecit Petrus, quare non nunc temporis? quandoquidem paratus eſſet, animam pro ipſo ponere: Regeſſit Jeſus: animam tu pones pro me? Atqui Satanas expetivit à Deo licentiam vos cribrandi, ut triticum; impetravit etiam aliquid facultatis, non tamen ut fides tua excidat; nam Mediator ego precibus meis interceſſi, ut redeas ad fidem converſus; vide autem ut & tu fratres tuos Chriſtianos reſipiſcentes confirmes tuo ipſius exemplo; ut ſperent & ipſi, in gratiam ſeſeredituros eſſe cum Deo. Cæterum Petrus his non acquieſcens, aſſeveravit inſuper, paratum ſeſe eſſe & in carcerem, & in mortem cum ipſo ire: Imo vero, repoſuit Jeſus, Amen, Amen, dico tibi, non bis canet hodie gallus, donec ter abnegaveris, te noſſe me.

Hortatio ad Charitatem &c.

§. 19. *Periculi imminentis prædictio & exaggeratio.* Luc. XXII. 35. 36. 37. 38. Hactenus Chriſtus diſcipulos ſuos miſerat in vicinam Judæam, & Galilæam, nullis anxiè conquiſitis crumenis,

Periculi prædictio.

Digitized by Google

quæ pecuniam; peris, quæ alimenta; calceis, qui pedes continerent; & tamen ipſis nihil defuerat: Ab eo vero tempore tale quid à mundo non erat exſpectandum; tantum enim abeſſe dicebat, ut neceſſaria vitæ præſidia ſperarent, ut potius pericula metuerent, &, ſi repugnandum eſſet, vel crumenis, peris, tunicis divenditis gladios emerent, quibus ſeſe ab injuſta vi defenderent. Imminere enim complementum vaticinii Jeſaiani c. LIII.12. de computatione Meſſiæ inter ſceleratos futura; id quod paulo poſt futurum erat, Chriſto capto, cum Barraba collato, inter latrones crucifixo; à quo odium derivandum eſſet in diſcipulos & alios fideles. Carnaliter hæc intelligebant diſcipuli, opinione regni politici faſcinati; Nam duos proferebant gladios; ſed Chriſtus abrupit colloquium, dicens: Satis eſt.

Colloquium. §. 20. *Colloquium Chriſti cum diſcipulis in cœnaculo habitum.* Joh. XIV. 1. ſeqq. quo abſoluto, exhortatus eſt ipſos adhuc in cœnaculo accumbentes, ut ſurgerent, & ſecum in locum, ubi comprehendendus erat, abirent. v. 31. Neque tamen ſtatim abierunt, donec Chriſtus reſiduam concionis valedictoriæ partem & preces ad patrem abſolviſſet. c. XV. XVI. XVII.

Diſceſſus. §. 21. *Diſceſſus in Olivetum.* Abſoluto colloquio hoc, & precibus, Chriſtus è cœnaculo cum diſcipulis ſuis undecim trans torrentem Cedron, inter Hieroſolymam & montem oliveti per obſcuram ejusdem nominis vallem decurrentem, non ſine multiplici myſterio, contendit, verſus hortum, à ſe frequentari ſolitum, ad radices montis oliveti ſitum, ſicut erat ille tractus hortis frequens. Inter eundum repetiit prædictionem de futuro diſcipulorum ſuorum ſcandalo, quod ne temere dixiſſe videretur, confirmavit vaticinio Zachariæ. Zach. XIII. 7. qui Dei patris verba adverſus filium refert, dicentis, ſaltem quoad ſenſum: percutiam paſtorem, & diſpergentur oves, diſcipuli ſcilicet, fugientes, magiſtro ſuo capto, & occiſo. Subjecit tamen & conſolationem ex reſurrectione ſua & recollectione diſcipulorum accipiendam. Petrus audita ſcandaloſa fugâ regeſſit, ſe ſaltem ſcandalum non accepturum; ſed Chriſtus contra reſpondit, accepturum, quandoquidem ter abnegaturus eſſet magiſtrum, antequam gallus bis cecinerit; Cæterum hæc correctio

Petri

Petri confidentiam non fregit. Nam addidit, paratum ſe eſſe vel mortem pro Magiſtro ſubire ; eoque ſuo exemplo audaciam fecit cæteris diſcipulis, ut talia & ipſi de ſeſe præſumerent. Marc. XIV. 26. usque ad 31. Luc. XXII. 39. Joh. XVIII. 1.

§. 22. Πεϱαχθέντα. In his eſt: *Agon in horto.* Terminus, quo ivit Chriſtus cum diſcipulis ſuis, fuit hortus juxta villam Gethſemani, ad pedes montis olivarum ſitus, notus & Judæ Iſchkarioht: Nam ſæpius eo concederat Chriſtus cum diſcipulis: ut ideo in hunc locum ſeſe contulerit Chriſtus, ne videtur ſeſe abſcondere velle in latebris, quo minus à Juda inveniretur. Huc cum veniſſet, octo diſcipulos ſuos, forſan infirmiores, reliquit ad oſtium horti, & præcepit ipſis orare, ne tentationi imminenti ſuccumberent. Secum autem, pauliſper progreſſus, ſumpſit familiariores, & confidentiores diſcipulorum, Petrum, Jacobum, & Johannem, ſpectatores ſuos, teſtes, & commilitones futuros in precibus & vigiliis: quo facto, cœpit animo ſuo contriſtari, exhorreſcere & expaveſcere, & diriſſime angi, ut tandem in hæc verba erumperet; triſtis eſt anima mea, mœroribus quaſi undique obſepta, ut facile extra corpus truderetur, niſi divinitate mea ſuſtentaretur ; Manete igitur vos, diſcipuli, & vigilate animis non minus, quam oculis: His dictis vehementia anxietatis à dilectiſſimis alioquin amicis avulſus eſt, ut paululum ad jactum lapidis progrederetur in locum remotiorem, petram fuiſſe tradunt; ſolus ſcil. calcaturus torcular iræ divinæ; in genua procumberet, tandem præ infirmitate ipſi terræ allideretur, orans, ut ſolent homines naturaliter dolores, & mortem horrere, ut tempus hoc, & calix imminentis paſſionis à ſeſe per Patrem auferretur, modo id fieri poſſit per redemptionem generis humani. Abba, dicebat, dilecte pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, aufer hoc à me poculum immaniſſimis doloribus plenum, imminentem paſſionem & mortem; veruntamen tua divina, non mea humana, fiat voluntas. Tacente patre conſternatus Jeſus ad diſcipulos redit, quæſiturus apud ipſos ſolatium ; (ea tum erat exinanitionis profunditas) ſed reperit ipſos ſtertentes, quod ſolet contingere ſaturis, ſub initium noctis: quare dixit: Simon, dormis? Tu, qui vel in mortem mecum concedere paratus ſcil. fue-

(II) *Acta* (I) Agon in horto.

Digitized by Google

fueras, non ſuſtines vel horulam mecum vigilare? Vigilate non animo minus, quam corpore, ne tentationi ſuccumbatis. Spiritus quidem, quem vobis imaginamini, firmus eſt, animusque promptus, ſed caro infirma. His dictis altera vice rediit ad locum certaminis; repetiitque precationis verba: Pater mi, quandoquidem hoc à me poculum tranſire non poteſt, niſi bibam illud, i. e. ſi omnino decretum eſt me mori, fiat voluntas tua. Tacente & ad hæc patre, denuo reverſus eſt ad diſcipulos, ſed iterum ſomno ipſos, & graviore quidem, oppreſſos deprehendit, ut vel neſcirent, quid ipſi reſponderent, tanta erat in ipſis ſomnolentia. Tertium igitur relictis illis abiit ad locum agonis, oravitque ad Patrem: Pater, ſi ea eſt tua voluntas, aufer à me paſſionem & mortem; fiat tamen tua, non mea hominis, voluntas. In imo triſtitiæ, anxietatis, & infirmitatis gradu hac vice Chriſtus erat conſtitutus, & ab omni ſolatio, & auxilio humano deſtitutus, quare angelus de cœlo, forſan Gabriel, Dei robur, apparuit ipſi, ſoli dubio procul, corroborans eum qua dictis, qua factis: Opus hac corroboratione erat; Nam mox vehementiore angore correptus eſt: Tantus enim fuit peccati, mortis, inferni, diaboli, iræ divinæ ſenſus, & vis in animo luctantis, ut vel puriſſimum ſanguinem extra venas præter naturam expellerent, qui circumſtante aere in grumos coagulatus decidebat in terram, & defluebat: Surrexit tandem; Nam hactenus terræ præ infirmitate incubuerat, à deprecatione, & tertium venit ad diſcipulos, eosdemque tertia vice, ſed præ mæſtitudine, dormitantes deprehendit, dixitque: dormitis modo, & requieſcitis, iniquo tempore; quid dormitis? ſufficiat tandem: opus eſt jam precibus, ne in tentatione pereatis; Adeſt enim hora, qua per Deum Patrem filius, & proditorem, ſed alio modo, traditur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce appropinquavit, qui me tradit. Matth. XXVI. 36. usque 46. incluſivè; Marc. XIV. 32. usq; 42. incluſive Luc. XXII. 40. usq; 46. incl. Joh XVIII. 1. 2.

Captivitas Chriſti.

§. 23. *Captivitas Chriſti.* Adhuc hoc dicebat, cum ecce Judas (nomine ſolo, non re, confeſſor poſthac appellandus,) & ipſe unus ex duodecim quondam Chriſti diſcipulis adeſt, ſecum ducens

ducens cohortem Pilati prætoriam, millibus ſaltem virorum conſtantem, & Pontificum Phariſæorumque miniſtros, quos iſti adjunxerant, obſervandi ipſius Judæ gratia; Imo nonnulli ex Pontificibus ipſis intererant; & præterea cohors, templo cuſtodiendo deſtinata; nec non promiſcua quædam ex plebe turba, cum his Judas dux gregis venit in hortum; inſtructi autem erant dolis, & vi; iſtis; venerunt enim cum facibus funalibus, & candelis, contra vim venti laternis munitis; hac; metuentes enim ſibi à diſcipulorum gladiis, gladios quoque, fuſtes, & alia arma ipſi ſecum tulerunt: Is vero, qui proditione fungebatur, commune ipſis ſymbolum dederat, quod hoc erat: quem oſculatus fuero, eum, utpote lubricum, comprehendite, ligate, & cautè abducite; ne è manibus veſtris elabatur, ut olim aliquoties factum; His dictis antecedebat ipſos. Jeſus horum omnium gnarus, cum ſentiret horam paſſionis deſtinatam adeſſe, non fugit, ſed ultro obviam ivit quærentibus, ne videretur paſſioni ſe velle ſubducere, interrogavitque: quem quærerent? non quaſi neſciret, ſed ut ſeſe ipſis manifeſtaret; Reſponderunt ipſi, Jeſum Nazarenum; excœcati ſcil. ut non agnoſcerent, quem tamen antea ex facie & ore facile noverant; Regeſſit Jeſus: Egomet is ipſe ſum; Hæc ille ad iſtos, cum quibus & Judas Iſchkarioth adſtabat. Ipſi autem his auditis efficaciſſimis verbis retro pedem tulerunt, & divina verbi virtute in terram tot centuriæ hominum proſtrati ſunt. Repetit Chriſtus interrogationem, quem denique quærerent? Jeſum Nazarenum, illi regerunt; Ipſe rurſus: ego is ipſe ſum; quandoquidem igitur me quæritis, ſinite hos meos diſcipulos abire illibatos: hos enim Magiſter volebat ſalvos; ne quem ſuorum perderet. Judæi autem & hos perditum venerant. Tum vero Judas appropinquavit Jeſu, ut, veluti ultimum Magiſtro vale dicturus, oſcularetur eum, oſculatusque eſt, his verbis: Ave Rabbi, Rabbi; *O ſignum ſacrilegum, ubi oſculo incipitur ſignum, per pacis indicium rumpitur pacis Sacramentum!* merito exclamat Auguſtinus, ſerm. 117. de temp. Cui Jeſus, horum omnium gnarus, regeſſit, & amica quidem correptione, an vel nunc reſipiſcere vellet; Amice, hactenus in mea converſatione familiaris; ad quid ades?

Oſculo

filium hominis prodis? Illi vero acceſſerunt, & injecerunt manus ſuas in Jeſum, eumque comprehenderunt. Matth. XXVI. 47. 50. Marc. XIV. 43. 46. Luc. XXII. 47. 48. Joh. XVIII. 3. usque 9.

Temeritas Petri.

§. 24. *Temeritas Petri.* Poſtquam Chriſtus dicto modo in manus hoſtium veniſſet, diſcipuli, qui circa ipſum erant, videntes, quid inde eventurum eſſet, & memores magnifici ſui promiſſi, interrogaverunt Dominum ſuum: an liceret gladio hoſtes percutere? Petrus autem, non exſpectato Domini ſui reſponſo, gladium, vel cultrum paſchalem, quem ſecum habebat, evaginatum vibravit in hoſtes, percuſſitque ſummi ſacerdotis ſervum aliquem; abſciditque & amputavit ipſius auriculam dextram; erat autem ſervo nomen Malchus. Jeſus, ubi intellexit diſcipulorum animum, & Petri vidit præcipitantiam, veritus, ne hoſtes hinc calumniam rebellionis exſculperent, dehortatus eſt diſcipulos à reſiſtendo, dicens: ſinite usque huc, Deo hæc ita permittente, fieri. In ſpecie Petro imperavit, ut gladium in vaginam reconderet, quandoquidem pœnæ reus ſit, quisquis privata auctoritate vi adverſus legitimum Magiſtratum, etiamſi abutatur ſua hic poteſtate, uſus fuerit. Rationes deinde aliquot ſubjecit, cur nollet ſic defendi; nempe, ſi defenſione opus foret, poſſe ſeſe à patre exorare plus quam XII. legiones Angelorum: ſed ſubeundam jam eſſe ſibi paſſionem & mortem, ex Patris voluntate; quod niſi fieret, ſcriptura S. non impleretur, quæ hæc omnia prædixiſſet. His dictis, & Petro repreſſo, extendit manum, reſtituitque Malcho auriculam divina prorſus virtute. Cæterum ne hoſtes putarent, ſe utique bene agere, quandoquidem Malchus tam miraculosè eſſet curatus, ideo Chriſtus divina παῤῥησίᾳ uſus præſentes ex principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus templi, & Senioribus, & turbis graviter alloquutus eſt, dicens: Tanquam ad aliquem ſcil. Barrabam, latronem exiiſtis cum gladiis & fuſtibus nocte intempeſta, ad comprehendendum me inermem: Quare non comprehendiſtis ſedentem in templo, & docentem; ſc. poſtquam diſputando aliquoties ſuccubuit vis veſtra armata manu res agenda erat; Ne puteris, hoc veſtris viribus deberi; abſit! adeſt tempus divini-

vinitus deſtinatum ut patiar ; impellitque vos diabolus tenebrarum princeps ad hoc audendum, omnia eo fine, ut impleantur ſcripturæ, ne quis temere hæc fieri cenſuerit. Sic ille, congruè omnia ſcripturis Propheticis, quæ erant adimplendæ. His dictis , ex diſcipulis leonibus facti ſunt lepores timidiuſculi. Nam fugerunt omnes, veluti oves, paſtore capto; Erat quoque, an Johannes Apoſtolus? ita putant Ambroſius, Gregorius M. Beda; An Jacobus Juſtus? ajunt alii: Forſan in horto Gethſemani aliquis dormiens adoleſcens, qui tumultu excitatus è ſomno, circumamictusque ſindone, Jeſum ſequebatur, viſurus eventum; in hunc impetum fecerunt adoleſcentes, turbæ captantium immiſti; ſed iſte cita fuga ſibi ſalutem quæſivit, ſindone relicta. Adeo Chriſtus ſolus inter hoſtes voluit redemptionem generis humani auſpicari, Matth. XXVI. 51. usq; 56. Marc. XIV. 47. 52. Luc. XXII. 49. 53. Joh. XVIII. 10. 11.

§. 25. *Abnegatio Petri.* Dilapſis Chriſti diſcipulis, cohors, cum Chiliarcha, & Judæorum miniſtris, recollecto animo comprehenderunt Jeſum, & monito Judæ proditoris docti, arctiſſimè ipſum compedibus, & diriſſimè ligaverunt. Sic ligatum deduxerunt primum ad Annam, Seniorem inter ſummos Pontifices, & familiæ iſtius venerabile ſcil. caput; Erat enim ſocer Cajaphæ; Abhinc ad Cajapham, qui eo anno ſumma ſacerdotii dignitate fungebatur, & Judæis dederat conſilium , quod expediret, unum hominem, Jeſum Nazarenum, mori pro populo; quam totum populum; in hujus ædes introduxerunt Jeſum, ubi eventum rei præſtolantes convenerant aſſeſſores Synedrii magni. Fuga dilapſus hactenus fuerat Petrus, ſed animo recepto, & charitate impellente, eminus ſequebatur Magiſtrum; ſperans, è manibus hoſtium ipſum ſeſe extricaturum eſſe; Erat cum ipſo alius diſcipulus, ἀνώνυμος, & forſan clandeſtinus; hic, undecunque denique, notus erat Pontifici, ſecumque in atrium, perſuaſa oſtiaria, Petrum ante fores ſtantem introduxit, revelato tacitè, quod & hic unus ex diſcipulis captivi eſſet: Intromiſſus pervenit in atrium Pontificis ſuperius, ubi miniſtri accenderant rogum in medio aulæ; Erat enim vernum tempus frigidiuſculum; cum his conſedit Petrus, & calefiebat ad ig-

Abnegatio Petri.

nem, revera, ut videret eventum rei, fugiturus, ſi male; aditurus Magiſtrum, ſi bene res cecidiſſet; Cum autem ita ſederet in atrio foris, & deſcendiſſet inferius in atrium, venit ancillarum una Oſtiaria, forſan ea, cui diſcipulus antea hoc ſecretum commiſerat, cumque vidiſſet Petrum ad lumen ſedentem, ſeque calefacientem, & intentius aſpexiſſet, agnovit ipſum, accedensque dixit: Num & tu ex diſcipulis hominis iſtius es? quaſi monitura conſidentes, ut caute coram hoc homuncione loquerentur; Negavit Petrus, coram omnibus, ſe eſſe de ſocietate iſtius; non ſum, inquiens, non novi, neque ſcio, quid dicas; Utque præſenti ſeſe periculo ſubduceret, exivit foras in veſtibulum, per poſticum credo evaſurus: Temerè autem hoc factum non eſt: Nam ſic audivit primum Galli cantum: quem non audiviſſet, ſi promiſcuæ turbæ intra atrium permiſtus manſiſſet; Cum autem exitum non inveniret, rediit ad priſtinam iſtorum ſocietatem ſeſe calefacturus.

Petri abnegatio.

§. 26. *Examen, & damnatio Christi, & Petri abnegatio bis terq; repetita.* Poſtquam igitur Chriſtus Synedrio exhibitus eſſet, Pontifex regens Cajaphas cœpit examen cum Chriſto inſtituere perículoſiſſimum & infenſiſſimum; interrogavit enim & de diſcipulis, & doctrina, ſeditionis ipſum, & hæreſis inſimulans. Reſpondit Chriſtus, neutrius ſeſe reum eſſe; quandoquidem palam, ſecus ac nebulones, male ſibi conſcii, auditoribus prædicarit verbum Dei; ſemper docuerit non in occultis angulis, ſed in ſynagoga, & templo, locis publicis, ubi omnes Judæi convenire ſoleant; quid igitur ſeſe interrogaret, cum interrogandi potius eſſent, qui audiviſſent dicta à ſeſe; quorum nonnulli hic adſtarent, tacitè notans illegitimum Judicii proceſſum; quod re nondum ſatis explorata innocentem judicio ſiſterent. Erat inter adſtantes, qui nolebat videri auditor Jeſu hujus fuiſſe; quare ſublato pugno Jeſu alapam inflixit, ſubjectis verbis: Siccine reſpondes Pontifici? Cui Jeſus, patientiſſimum pectus, regeſſit: Si male locutus ſum, teſtificare de malo, ſcil. coram hiſce judicibus, qui deberent eſſe vindices juſtitiæ, non ſpectatores otioſi injuriarum publicarum; Si bene; cur me cædis? Indigniſſimè hoc factum erat à cædente; Nam Jeſus ſtabat

vinctus

vinctus ab Anna huc miſſus, ut non potuerit, ſi omnino voluiſſet, reſiſtere; parcendum igitur miſero fuiſſet. Interea rediit ad Petrum ancilla oſtiaria, de qua ſupra, & non contenta Petri tergiverſatione, adſtantibus aſſeverabat: Hic ex illis. Jeſu ſcil. diſcipulis, eſt. Petrus igitur iterum in veſtibulum abiit, ſed incidit in aliam ancillam, quæ prioris aſſeverationem confirmatura, dicebat: Et hic erat cum Jeſu Nazareno. Quod ipſum poſt puſillum tempus alius quidam, forſan miniſtrorum, confirmabat, aſſerens: & tu de illis es. Petrus, ut vultum diſſimularet, ſtabat juxta rogum, ſeſeque calefaciebat; ſed ſervæ & ſervus unanimi impetu & quæſito in ipſum involant, quærentes: Num & tu ex diſcipulis ejus es? Petrus videns arctius ſeſe conſtringi, ſuumque Magiſtrum etiam de diſcipulis ſuis interrogari, iterum negavit, etiam cum jurejurando, dicens: homo, non ſum ſcil. ex diſcipulis iſtius, non novi hominem; audacter! qui enim non noverit, quem univerſa Judæa noverat? Interea, ut ſpeciem haberent Sacerdotes, & ſeniores, & totum ſynedrium quærebant teſtimonia, ſed falſa, ut morti eum traderent apud Pilatum, nec tamen inveniebant. Multi quidem adverſus ipſum teſtimonia dicebant, ſed falſa, quæ inepta erant ad ipſum condemnandum. Quare ex ipſo conſeſſu duo illuſtres ſcil. viri aſſurgebant, & falſum deponebant teſtimonium adverſus Jeſum, dicentes: Nos audivimus, adeoque verum eſt duorum teſtimonium, eum dicentem, poſſum deſtruere, & diruam templum Dei, quod manibus factum eſt, & poſt triduum extruam aliud ſine manibus factum. Sed nec hæc teſtimonia congruebant; Erant enim manifeſta detorſio verborum Chriſti, & mutatio. Joh. II. 19. Pontifex igitur ubi vidit his nihil perfici, neque vel ſeditionis, vel hæreſis convinci poſſe Jeſum, ipſe ſurrexit, per crimen blaſphemiæ reum illaqueaturus: Cum enim Jeſus ad interrogata & falſa teſtimonia nihil reſponderet, indigna ſcil. reſponſione, ſacerdos ipſum interrogabat, an eſſet Chriſtus, ſive Meſſias? ut affirmantem ſeditionis apud Pilatum accuſaret; num vero filius Dei? ut aſſerentem blaſphemiæ inſimularet; addebatque adjurationem per nomen ſanctiſſimi Dei, ut veritatem diceret; Jeſus igitur reſpondit,

Digitized by Google

& ita quidem, ut illaqueari non poſſet; reſpondit enim; Tu dixiſti, ego ſum, ſcil. Meſſias, & Filius Dei. Subjecitque præoccupationem, ſumptam ab inſtante exaltatione ſua, qua viſuri eſſent filium hunc ſpretum hominis ſedere ad dextram Dei per omnipotentem gubernationem & operationem. His dictis, ſummus hypocrita, Caiphas, diſcidit veſtimenta ſua, ut ſolebant Iſraelitæ aliquo blaſphemante, ſummus tamen ſacerdos contra legem Lev. X. 6. dixitque arroganter: quid inſuper egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam ejus. Quid vobis videtur? Rogati ita viritim, reſponderunt ſinguli (cordatiores enim Nicodemus & Joſephus Arimathienſis ejecti fuerant) reum eſſe mortis, ſcil. juxta legem Lev. XXIV. 16. lapidationis; quod tamen genus reticent, cruci ſcil. Romano ſupplicio, ipſum deſtinantes. Interceſſerat fere hora, cum Petrus iterum involaretur à quodam ſervulo, qui non ſolum aſſereret, eum cum Jeſu fuiſſe, ſed & argumento convinceret, quod Galilæus eſſet, unde Jeſus ille ſuos diſcipulos potiſſimam partem collegiſſet. Id ipſum alii ſupervenientes & adſtantes aſſeverabant, & confirmabant, lingua ipſum prodente. Erat enim lingua Galilæa ſubruſtica. Colophonem addebat quidam Malchi cognatus, dicens: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Sed nec ſic confiteri Petrus voluit; Nam tertium negavit, & quia præſentiſſimum urgebat periculum, cæpit etiam execrari ſeſe, & dejerare, quod hominem iſtum non noſſet. Cæterum ipſo ſic loquente iterum cecinit gallus; & converſus Dominus intuitus eſt Petrum pone ſtantem in atrio exteriore ſeu inferiore, hocque efficaciſſimo intuitu in memoriam ipſi revocavit prædictionem de trina abnegatione præceſſura alterum Galli cantum; eamque tanta efficacia, ut foras ſeſe proriperet, fleretque amariſſime! Matth. XXVI. à v. 59. usque ad v. 75. incluſive. Marc. XIV. 55. usque 72. incluſ. Luc. XXII. 58. usq; ad 62. incluſive. Joh. XVIII. 19. usque ad 27. incluſ.

Chriſti exagitatio.

§. 27. (6) *Chriſti illuſio, conſputio, Colaphizatio, ac repetita condemnatio.* Poſtquam prima vice Chriſtus à potiſſima Synedrii parte condemnatus eſſet, traditus eſt Satellitio Romano-Judaico. Tum vero nonnulli ex ipſis Synedrii aſſeſſoribus cæperunt

perunt in eum, tanquam execrabilem hominem, conſpuere, & exſpuere in faciem ejus, colaphisque, & alapis, ut ignominiæ etiam dolorem adderent, eundem cædere. Miniſtri vero, utut quondam ipſius admiratores, Joh. VII. 45. Dominorum tamen exemplo animati, & viri robuſti, qui eum vinctum tenebant, ei etiam illudebant cædendo Cæperunt enim faciem ipſius obvelare, colaphis & alapis obvelatam cædere, & percutere, deinde, audito, quod Propheta eſſet, interrogare, & dicere: vaticinare, quis eſt ille, qui te percuſſit? q. d. ede ſpecimen, niſi velis eſſe pſeudopropheta. Sed quis omnes blaſphemias, ignominias, injurias enumeraverit, quæ contigerunt inter mediam noctem, & diluculum, quo usq; temporis Chriſtus in manibus perditi hujus globi erat? Vix diluculum apparuerat, cum convenirent, audaciores facti ex plebis quiete, ſeniores plebis, principes ſacerdotum, ſcribæ, & totus ampliſſimus Synedrii conſeſſus, isque adverſus Jeſum, ut ſpecioſo ſub prætextu morti eum traderent per Pilatum Romanum præſidem. Reduxerunt enim reum in concilium, quod ſuperiori in atrii Pontificalis parte celebrabatur, & priorem quæſtionem repetierunt; An eſſet Chriſtus? petentes, ut palam ſibi diceret. Reſpondit Jeſus; fruſtra id fore, quandoquidem non crederent: quod ſi ipſe viciſſim ipſos interrogaverit, neque reſponſuros eſſe, neque ſeſe dimiſſuros, cauſſam licet nullam invenerint: Fore, ut filius hominis ſedeat ad dextram virtutis Dei, nempe poſt aſcenſionem, idque hoc ipſi viſuri ſint, præſertim die extremo. Hinc illi, & recte quidem, intulerunt: Tu ergo filius Dei es? annuit Chriſtus: ſe eſſe. Hoc vero blaſphemum ipſis videbatur, quare repetunt decretum ſuum, rati, non opus eſſe pluribus teſtibus ad eum convincendum, quandoquidem ex ore confitentis rei ipſi blaſphemiam audiviſſent. Matth. XXVI. 67. 68. XXVII. 1. Marc. XIV. 65. XV. 1. Luc. XXII. 63. usq; ad 71. incluſ.

§. 28. *Deductio Chriſti ad prætorium, & Judæ proditoris deſperatio.* Poſtquam altera vice Chriſtus eſſet condemnatus, ſurrexit Synedrium univerſum, omnes ſcil. Principes ſacerdotum, cum ſenioribus populi, & ſcribis, & quotquot porro ad conſeſſum iſtum ſpectabant: Jeſumque ita vinctum, conſputum, contuſum, Chriſti deductio.

Digitized by Google

tuſum, & fœdum per plateas deduxerunt à Caiphæ atrio ad Prætorium Pilati præſidis. Nam quia Judæis jus gladii à Romanis erat ademptum, ideoque ut ſententia ſua executioni daretur, condemnatum tradiderunt Præſidi, ut ipſe executioni mandaret. Forſan & ideo, quod apud Judæos moris non erat, aliquem intra dies azymorum interfici. Erat autem mane, cum nondum populus, qui liberare Jeſum poſſet, confluxerat. Judas proditor, ubi vidit rem aliter cecidiſſe, quam ſperaverat, nec Jeſum evadere, vel eripi periculo, ſed politico Magiſtratui ad cædem exhiberi, pœnitentia tandem ducebatur, utque ſeſe liberaret à contractu inito, 30. argenteos retulit ad ſacerdotum Principes, ac ſeniores, qui Synedrio ſoluto in templum ad peragenda ſacra paraſcevaſtica diſceſſerant, dixitque: peccavi in Deum ſcil. & proximum, quod Jeſu innocentem ſanguinem prodiderim. At ſacerdotes oblatam pecuniam recipere noluerunt, ne proditorem à contractu abſolverent, ſolummodo dixerunt Judæ: quid ad nos? qui ſcil. neminem prodidimus; Tu videris, qui feciſti, & promiſiſti conſtantiam in opere exequendo. Cum igitur fruſtra eſſet proditor apud ſacerdotes, projecit pecuniam in medium templum, unde tanquam anathema nemo, niſi ſacerdotes, auferre poſſet, receſſitque in locum remotiorem, & laqueo collum indutus ſeſe (an in ficu? ſic quidam putant, ſed ſine fundamento) ſuſpendit, ſuſpenſusque decidit in ſubjectam terram, ſive aliud, crepuitque juſta Dei ira medio ſui ventre, ut viſcera effunderetur. Act. I. 18. Principes autem ſacerdotum Hypocritæ acceptis argenteis dixerunt: non licet eos mittere in corbonam, ſive arcam atrienſem (in qua Eleemoſynas ſolebant ex populo colligere, unde etiam ex publico decreto paulo ante argenteos proditorios depromſerant) ratione reddita, quod precium ſanguinis eſſet, quale quid neq; Deo, etiam in juſta vindicta, placeret, neque populo probaretur; conſilio igitur alio inito emerunt (ipſi ſcil. non Judas, quod volunt Auguſt. tract. de fer. IV. cap. 3. Arator lib. 1. Actor. v. 95. & ante ipſos Prudentius in Pſychom.) pro proſelytis ſuis aliquem figuli agrum notum & venalem extra civitatem ſitum, ut in hoc ſepelirentur. Cæterum hoc factum non Chri-

Chriſto, ut ſperaverant, ſed ipſiſmet in ignominiam ceſſit. Siquidem prævalente populi judicio & affectu ager ſanguinis dictus eſt, ad eum uſque, quo hæc ſcripta ſunt, diem. Sic ſcilicet implendum erat vaticinium Jeremiæ & Zachariæ, Zach. XI. 13. Et acceperunt filii ſc. Iſraël XXX. argenteos, precium Meſſiæ tantillum æſtimati, & empti à Juda proditore; dederuntque eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus, & imperavit, ut annotarem. Matth. XXVII. 2. 10. Marc. XV. 1. Luc. XXIII. 1. Joh. XVIII. 28.

§. 19. Actio coram Pilato. Adduxerant quidem Judæorum proceres Jeſum ad Pilati prætorium, ſed hypocritæ nolebant in illud ingredi, ne contactu immundi loci contaminati ab edendo ſub veſperam paſchali agno prohiberentur. Num. IX. 11. Pilatus igitur, poſthabito ſuo jure, & auctoritate, prodiit ad ipſos foras, dixitque: Quam accuſationem afferrent adverſus hunc hominem? Is enim laudabilis apud Romanos obtinebat mos, ne quem inauditum & inconvictum condemnarent. Actor XXV. 16. Male hoc quæſitum habebat accuſatores; optabant enim inauditum ipſum condemnari; quare ſuperbius præſidi reſpondent: ſi non eſſet hic maleficus ſupplicio dignus, nos religioſi & conſcientioſi viri Tibi ipſum non tradidiſſemus ad necem, & ſententiæ noſtræ executionem. Hoc audito Pilatus non ſine mordaci ſarcaſmo reſpondit: accipite igitur vos, Judæi, eum, & ſecundum illam legem veſtram, quæ inconvictos ſcil. vult damnari & interfici, ipſum judicate; alius enim Romanorum legum & judicum mos eſt. Judæi animadvertentes ſubiratum eſſe Præſidem, ſubmiſſius reſpondent: nobis, utpote provincialibus & Eccleſiaſticis, non licet capitale cuiquam ſupplicium irrogare. Hoc temere non dixerunt; ſic enim impletum eſt, quod dixerat Chriſtus Math. XX. 18. Luc XVIII. de gentibus, quod ab his eſſet interficiendus: & Matth. XX. 19. XXVI. 2. de genere ſupplicii ſui, nempe crucifixione, apud Romanos uſitata; quorum neutrum contigiſſet, ſi Judæis licitum fuiſſet ipſum interficere; per hos enim tanquam blaſphemus & Pſeudopropheta fuiſſet lapidandus. Lev. XXIV. 16. Deut. XIII. 10. Interea Jeſus tanquam imperterri-

Actio coram Pilato.

Digitized by Google

tus heros ſtabat ante præſidem, & cum Judæis, adverſariis ſuis, committebatur de fronte ad frontem. Judæi, à Pilato juſſi, cœperunt eum accuſare, dicentes: hunc, inquiſitione diligenti habita, tandem deprehendimus reum mortis; Nam ſubditos Cæſareanos ſeditiosè avertit à legitimo ſuo Domino, vetat Cæſari noſtro dari tributa, dum ſeſe Meſſiam, Regem ſcil. politicum, venditat, & mentitur. Hac accuſatione audita Pilatus & alteram partem, Jeſum, audiendam ſtatuit, eumque ſeorſim, ne tumultu populi turbaretur. Deduxit igitur ipſum ſecum in prætorium, vocavit ad ſeſe, poſtquam judex conſediſſet, interrogavitque de eo, quod potiſſimum accuſationis caput erat, nempe: an de jure eſſet ille hactenus exſpectatus Rex politicus Judæorum? Ad hoc quæſitum reſpondit Jeſus ita, ut ſui officii Judicem commonefaceret: Quæſivit enim: An ex ſemetipſo hanc ſuſpicionem hauſiſſet, ut quæreret, an rex eſſet; num vero ex aliis audiviſſet? hos igitur adigeret ad teſtes producendos, minime autem à ſeſe reo, confeſſionem incerti criminis expiſcaretur: Eſſe alium regem mundanum, alium cœleſtem, de iſto mundanis quærendum eſſe, de hoc ex ſcripturis Judicandum. Regeſſit Pilatus: Judæum ſeſe non eſſe, ut de rege cæleſti ex ipſorum ſcriptis ſibi conſtaret; neque auctorem eſſe hujus Tragœdiæ, quandoquidem Judæi & ſummi ſacerdotes ipſum tradidiſſent: Reſponderet igitur ipſe, & diceret; quid mali in ipſos deſignarit, cujus gratia tanto ipſum odio perſequerentur, accuſantes ipſum regni affectati? Reſpondit Jeſus: Nihil ſeſe feciſſe, cujus gratia tanquam ſeditioſus accuſaretur. Regnum enim ſuum non eſſe terrenum, ut ſibi reges terreni ab eo metuere neceſſe habeant, id quod gentilis ex ratione colligere potuiſſet; neque enim ſeſe ſibi ſatellitium, aut exercitum, aut alia terrena præſidia comparaſſe, quibus pugnare voluiſſet adverſus Judæos, ne ipſis traderetur: Quare regnum ſuum non eſſe de hoc mundo. Regeſſit Pilatus: Ergo ſaltem regem ipſum eſſe? Reſpondit Jeſus: quod ſic, utique ſeſe regem eſſe; ſed ſpiritualem; In hoc enim natum ſeſe eſſe hominem, qui ab æterno Dei filius, & veniſſe in mundum à patre miſſum, non ut politica regna affectaret, & inſtauraret, ſed teſtimonium veritati

ritati

Digitized by Google

ritati Evangelicæ & divinæ ferret propheta: ſubditos ergo ſuos non eſſe politicos, ſed & ipſos ſpirituales, nempe fideles, qui ex Deo ſint nati. Regeſſit Pilatus, moræ impatiens, & Eccleſiaſticarum rerum contemptor: Quid eſt veritas? q.d. ut hujus gratia tu iſtud periculum adieris, & tui Judæi adeo tumultuentur? His dictis rediit foras ad Judæos, & palam dixit: nullam mortis cauſſam, ac nihil noxæ invenio in homine! Debuiſſet hoc accuſatorum furorem ſiſtere, ſed auxit; Nam furioſius eundem de multis politicis & Eccleſiaſticis criminibus, adhibitis etiam teſtibus, accuſare cœperunt: Ad quæ omnia ipſe, utpote re cum ipſis deſperata, conticuit. Pilatus quidem impulit tacentem ad ſui defenſionem, & adverſariorum confuſionem, dicens: non reſpondes quicquam? Non audis? Ecce, quam multa, quam operosè adverſus te teſtificentur! ſed Jeſus in ſilentio ſuo, contentus ſcil. publico præſidis teſtimonio, perſtitit, quam ipſius conſtantiam & ſapientiam Præſes merito admirabatur. Matth. XXVII. 11. 14. Marc. XV. 2. 5. Luc. XXIII. 2. 3. 4. Joh. XVIII. 28. usq; 38. incluſivè.

§. 30. *Abductio Chriſti ad Herodem, illuſio & reductio.* Animadvertebant Judæi ſuis teſtibus, & probationibus, & accuſationibus contra Jeſum apud Pilatum nihil hactenus profectum eſſe, quare impetuoſius actionem inſtituunt, clamantes, unum hujus malefici opus fuiſſe hactenus, & adhuc eſſe, docendo commovere populum, non in Galilæa ſolum, ſeditionibus aſſueta, ſed etiam per univerſam Judæam Præſidi Romano ſubjectam, & in Judææ metropoli Hieruſalem, quam paucos ante dies ſuper aſina vectus cum magna populi commotione intraſſet. Pilatus, audita Galilæa, optatam ſibi occaſionem & viam oſtenſam cenſens extricandi ſeſe ex hac invidioſa cauſſa, interrogabat: an hic homo Galilæus eſſet? cognito, quod eſſet, adeoque ad Herodis ditionem ſpectaret; is enim erat Galilææ Tetrarcha, miſit Jeſum ad Herodem, veluti ordinarium Magiſtratum, & judicem, qui & commode Hieroſolymis tum erat paſcha celebraturus, adeoque Judæus de Judæo optimè judicare poſſet; Herodes Jeſu viſo valde gaudebat; diu enim jam fuerat, cum ex curioſitate ipſum videre concupiverat, de- Abductio &c.

ſiderio nato ex auditu de Jeſu, & ſpe ſignum aliquod ex ipſo, quem reſuſcitatum Johannem ſuſpicabatur, videndi. Interrogabat igitur de multis curioſis, & profanis forte rebus, ſed nullum ex Jeſu tulit reſponſum, cenſente, ſanctum non eſſe projiciendum cani ſanguinolento, & porco impuro: Hoc ſilentium adverſarii Chriſti pro ſe interpretabantur, tanquam convictus Jeſus nihil haberet, quod amplius reſponderet. Herodes autem ſpretus mutuo contemptu ſeſe ulciſcebatur, ſpernendo viciſſim, & cum ipſo amicorum, ſatellitum, famulorum globo Jeſum, eique illudendo verbis, & geſtibus, denique veſte ſplendida, ſed detrita & carioſa, ipſum amiciendo, innuens, ridendum potius & dimittendum, quam plectendum eſſe hunc imaginarium regem, & ſacerdotem; ſic exſibilatus remiſſus eſt ad Pilatum: Nam nec Herodes omnino ipſum abſolvere voluit, ne offenſam Judæorum ſibi contraheret, neque etiam condemnare audebat, quia nihil in eo deprehendebat criminis capitalis. Evenit hinc, ut Pilatus & Herodes ſibi invicem reconciliarentur, iſte huic, quod falcem in hujus juriſdictionem non amplius miſſurus videretur; hic iſti, quod honorificè remitteret reum ſuæ alias ditioni ſubjectum; ſecus antea animati erant, dum Pilato Archelai portio erat attributa, & Galilæi nonnulli ad Herodis ditionem ſpectantes inter ſacrificandum Pilati juſſu interfecti erant. Luc. XIII. 1. XXIII. 5. usq; ad 12. incluſ.

Collatio. §. 31. (10) *Jeſu cum Barraba collatio, flagellatio, condemnatio.* Recepto Jeſu Pilatus reaſſumit actionem. Nam convocatis non ſolum Principibus Sacerdotum, & Magiſtratibus Chriſto infenſis, ſed etiam plebe, ipſi alioquin addicta, ſic exorſus eſt dicere: Obtuliſtis mihi hunc hominem, tanquam avertentem populum, cæterum ego in examine habito nihil tale in ipſo deprehendi, cujus ipſum accuſaſtis: Sed nec Herodes, legum veſtrarum & religionis gnarus, aliquid delicti invenit, ad quem vos cum Jeſu remiſi. Caſtigatum igitur, ut ſolent, qui nullum capitale crimen admiſerunt, deinde liberum dimittam, ut aliquo ſaltem modo vobis ſatis fiat. Dum hæc cogitat & loquitur Præſes, incidit illi aliud expediens, quod ſperabat Chriſtum liberandum: nempe conſuetudo Judæorum. In more poſitum habebant

bebant Judæi aliquem maleficum tempore paſchatis, in memoriam liberationis Ægyptiacæ, dimittere; quam conſuetudinem, utpote ad religionem ſpectantem, ſartam tectamque etiam Romani ipſis ſervabant. Præſides enim ſolebant, imo cogebantur, quotannis aliquem vinctum maleficum in gratiam populi, talium tenaciſſimi, dimittere, quemque ex duobus à præſide propoſitis ipſe vellet. Habebant autem præſes & populus aliquem vinctum tunc inſignem nebulonem, cui nomen Barrabas, à parente, ſcil. diabolo, cujus erat iſte filius, & Judæi hujus fratres. Iſte inter ſeditionis in civitate metropoli impudenter excitatæ ſocios erat comprehenſus, tanquam homicida & ipſe. Congregatis igitur Judæis Pilatus dixit: Eſt conſuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in paſcha; ipſi enim Judæi exciderant ea dimittendi poteſtate per Romanos Reip. Dominos: hoc audito populus hactenus præ furore contra Chriſtum conſuetudinis iſtius oblitus acclamavit, cæpitque flagitare obſervantiam iſtius moris. Pilatus igitur propoſuit ipſis Jeſum, Regem Judæorum antehac proclamatum ab ipſismet, dimittendum; dubio procul enim hoc dimiſſo, Barrabam ad necem poſtulaturos eos eſſe ſperabat, quandoquidem iſte non aliquo infamis ſcelere, ſed ex mera procerum Judaicorum invidia ſibi eſſet oblatus. Dum ita occupatus eſt in Jeſu liberando, & pro tribunali ſederet, mittit ad ipſum uxor ſua ſervum, qui palam diceret nomine uxoris: Nihil tibi cum juſto illo; multa enim paſſa ſum hodie inſomnis matutinis divinitus immiſſis propter eum, videas, quam indignum ſit hoc facinus, nobisque periculoſum & damnoſum, ſi vir ſanctus nihil mali promeritus ad mortem addicatur. Cæterum hoc efferatiores reddebat principes Sacerdotum & ſeniores; Nam perſuaſerunt blanditiis, & argumentis ſtimulisque adhibitis concitaverunt turbas, ut potius Barrabam, quam Jeſum, ſibi dimitti poſtularent. Cum igitur Præſes iterum quæreret: Utrum vultis è duobus vobis ut dimittam? Exclamavit univerſa turba, dicens: Tolle hunc: Jeſum ſcil. indignum hoc nomine; & dimitte nobis Barrabam: Pilatus Jeſum potius dimiſſum volens, regeſſit: Si vultis tantum nebulonem dimitti, quid igitur faciam Jeſu,

qui dicitur Chriſtus, quemque vos paucos ante dies dixiſtis Regem Judæorum? q. d. hunc ergo multo magis dimittam, utpote miraculis, & beneficiis illuſtrem. At nihil proficiebat, denuo enim turba conclamavit, dicens: Crucifigatur alius, alius crucifige, alius crucifige ipſum; Regeſſit tertium Præſes: quid enim male fecit? Ego certe nullum in ipſo crimen capitale deprehendi; quare ſi omnino puniendus eſt, caſtigabo eum, & poſtea dimittam. Redit igitur ad prius conſilium, poſtquam vidit ſe conſuetudine iſta fruſtra eſſe. Sed etiam redierunt ad priſtinum poſtulatum Judæi, dicentes & vehementius quidem: crucifigatur, crucifige eum, ſcil. non jam amplius rationibus agunt, ſed importunis, & clamoſis poſtulatis, vociferantes; Non hunc dimitte, ſed Barrabam: illum ſcil. latronem & homicidam famoſum in carcere hactenus detentum, & poſt paſcha merito ſupplicio afficiendum. Sed hoc non obſtante inſaniſſima & impudentiſſima concio depoſcebat pertinaciter Jeſum, illum nullius ſceleris convictum, imo omnibus virtutibus illuſtrem, & beneficiis antehac gratioſum, ad crucifixionem, tanto clamore ſuo, & Pontificum, ut tandem pervalerent. Pilatus igitur ad alterum expediens progrediebatur; Jeſum enim apprehendendum curabat, & ſervili more *flagellandum.* Milites quatuor Præſidis arripiebant Jeſum, abducebant intro in atrium, ſeorſim à populo, ad locum talis ſupplicii, convocabant ad jucundum ſpectaculum totam cohortem Præſidi circumfuſam, exuebant reum, & ſervilem in modum cædebant crudeliſſimè flagellis nudum, & ſtatuæ ſeu columnæ alligatum: Deinde veluti ſcenico Regi injecerunt detritam Chlamydem militarem, coccinei, ſeu purpurei coloris; exinde etiam coronam ſcil. regiam plicarunt ex ſpinis acutiſſimis, quam capiti impreſſerunt, manui dextræ vice ſceptri arundinem inſeruerunt, & ne quid ad regiam ſcil. pompam deeſſet, genibus flexis ante eum procumbentes illuſerunt, eumque ſalutarunt, dicentes: Ave rex Judæorum; ignominiæ addebant alapas & ſputa, veluti tributa tali regi debita; verbera quoque per arundinem, qua morionis caput contundebant. His perpetratis Pilatus præcedens Jeſum poſt ſeſe educendum curabat in conſpectum populi, his verbis: Videte, adduco

eum

Digitized by Google

eum vobis foras, ut agnoſcatis, rigoroſo etiam examine habito, nullam in eo mortis cauſſam me invenire. Exivit ergo Jeſus foras miſerabili habitu. Geſtabat enim ſpineam in capite cruento Coronam, & ad ludibrium compoſitum pallium purpureum; Hac ſpecie ſperabat Pilatus ſeſe Judæos efferatos ad commiſerationem permoturum eſſe; unde & digito indice oſtendebat, dicens: Ecce homo, ſcil. miſerrimum in modum tractatus! Cæterum hæc ſpecies, & verba hæc nihil magis, quam lapides, movebant Judæos, quin Pontifices & miniſtri clamarent: crucifige! crucifige! Regerebat Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite, ſi quidem innocentem crucifigere licet; Ego enim non invenio in eo cauſſam. Reſpondebant Judæi, omiſſa accuſatione ſeditionis, & aſſumpto religionis ſuæ prætextu: habemus legem, & ſecundum legem noſtram, à Romanis nobis indultam, debet mori, tanquam blaſphemus, quia filium Dei, iterata coram Synedrio confeſſione, ſeſe fecit. Deut. VI. 4. ſeqq. XIII. 10. V. 7. Lev. XXIV. 16. Hoc ſermone audito Pilatus, Heroem hunc aliquem ſemideum eſſe ſuſpicatus, adhuc magis timuit ſibi in hac cauſſa: Ingreſſus ergo Prætorium denuo, interrogavit Jeſum: unde? ex cælo, an terra? eſſet oriundus? Verum nullo ipſum reſponſo Jeſus dignabatur. Hic contemptus viſus male habebat Pilatum, ut diceret: mihi non loqueris? Præſidi? Neſcis, quod tanquam ordinarius loci magiſtratus poteſtatem habeam vel crucifigendi te, poſtulantibus Judæis, vel abſolvendi? Hic vero reſponſo opus eſſe Jeſus cenſebat, ne ſua paſſio in hominis manu ſita eſſe videretur, reſpondit autem: non haberes poteſtatem adverſus me, Dei filium, & hominem ſanctum, ullam, niſi tibi datum eſſet è ſupernis, Deo ſcil. qui hanc meam captivitatem, dolores, & tandem mortem in gratiam generis humani permittere conſtituit: Hac poteſtate tua cum abutantur mei traditores gravius peccant peccatum, quam tu, qui nolens volens me caſtigaſti, & crucifigendum dabis. Hac correptione modeſta, & leni audita Pilatus magis impulſus eſt ut Jeſum dimitteret: ſed Judæi pergebant clamando, & novo quidem argumento: ſi hunc abſolveris, non es amicus Cæſaris, cujus auctoritatem negligis vindicare adver-

Digitized by Google

ſus hunc maleficum ſeditioſum, qui regem ſeſe faciendo reus eſt læſæ majeſtatis crimine. Hoc vero ſermone tandem proſtratus eſt Pilatus, ut Jeſum foras produceret, pro tribunali conſideret, loco, qui à lapidibus dicebatur λιθόϛρωτος; à ſitu vero eminentiore Gabbatha; tempus erat hora diei ſexta fere, cum iterum diceret: Ecce Rex veſter, quem dixiſtis ante aliquot dies: Reclamabant illi: Tolle, tolle, crucifige eum: Regerit Pilatus; Regem veſtrum crucifigam, quæ hæc inſania? Reſponderunt Pontifices ſuo & populi nomine: Non habemus regem, niſi Cæſarem. Cum igitur Pilatus tandem videret, ſe nihil proficere, ſed tumultum augeri, veritus ne apud Cæſarem periculum incurreret ex populi delatione, accepta aqua abluit manus coram omnibus, qui id ſaltem in geſtu viderent, quod verbis audire non poſſent, dixitque: innocens ſum à ſanguine hujus, per ſomnium meæ uxori viſi, juſti, vos videritis, quî hujus facinoris rationem reddituri eſtis Deo, injuſte fuſi ſanguinis ultori. Reſponderunt malitioſiſſimi & induratiſſimi homines: Sanguis ejus i. e. culpa, & pœna, ſi quæ futura eſt, ſit ſuper nos, & ſuper liberos noſtros. His factis & auditis Pilatus judicavit publicè, ut fieret, in gratiam populi, quidquid petierat, nempe ut dimitteretur Barrabas, ille nebulo, qui propter duo graviſſima ſcelera notoria ſeditionem, & homicidium, in carcerem fuerat conjectus; Jeſus vero nullius criminis conſcius, & convictus flagellatus miſerrime ad ipſorum voluntatem, non autem jus, crucifigeretur. Matth. XXVII. à v. 15. usq; 30. Marc. XV. à v. 13. usq; ad v. 6. usq; ad 19, Luc. XXIII. 13. usq; 25. Joh. XVIII. à v. 39. 40. usque ad cap. XIX. v. 16.

Eductio. §. 32. (11) *Eductio Jeſu condemnati.* Jeſum hac ratione condemnatum & traditum auctoritate publica milites carnifices quatuor ad ſeſe nulla interpoſita mora rapuerunt, variis contumeliis exagitarunt, exagitato chlamydem purpuream vibicibus impactam non ſine acutiſſimo dolore retraxerunt, &, ut typus Joſephi, Gen. XXXVII. 31. & vaticinium Pſ. XXII. 19. impleretur, ipſe etiam Jeſus in conſueta veſte certius agnoſceretur, tunicam ipſius ſolitam ipſi induerunt, ſicque indutum abduxerunt ex prætorio per portam judicialem Neh. III. 6. 31. extra urbem,

urbem, ut crucifigeretur. Solenne erat apud Romanos, ut crucifigendi ſuas ipſi cruces portarent; tale quid etiam facere Jeſum coegerunt. Nam ſaltem extra urbem portabat moleſtum & ignominioſum lignum. Cæterum Jeſu vigiliis, deductionibus, doloribus exhauſto, nec ſufficiente amplius cruci portando, invenerunt carnifices quendam agricolam prætereuntem, & Jeſu diſcipulum *Simonem* proſelytum, Cyrene oriundum, pattem Alexandri & Rufi, notiſſimorum fidelium. Actor. XIX. 33. Rom. XVI. 13. hunc apprehendebant, & reluctantem cogebant, ut ſectator Magiſtri crucem pone portaret. Aderant in comitatu, reliquiæ ſanctorum, mulieres aliquot piæ, & hactenus Chriſti ſectatrices, & ex populo non pauci Chriſto addicti, hi indignam Magiſtri ſortem plangebant, & acerbè lamentabantur, quod ad tam doloroſam & ignominioſam mortem innocens abſtraheretur. Jeſus autem, ubi hoc vidit, & audivit, converſus ad illas dixit: Filiæ Iſraeliticæ, nolite in externos meos dolores, & ignominiam ſolum intuentes flere ſortem meam, quippe quam ſuſtineo peccatorum etiam veſtrorum gratia, ſed potius flere ſuper vobis ipſæ, & ſuper filiis veſtris. Imminet enim jam tempus, quo dicturi ſunt Judæi veſtri: Beatæ ſteriles, & ventres, qui non pepererunt, & ubera, quæ non lactaverunt, comparando cum liberis tempora omnium calamitoſiſſima, quibus ſatius futurum fuiſſet non ſuſcepiſſe liberos, quam tantis malis genuiſſe; Non erit locus, ubi manſuri tuto ſunt, dicentque præ deſperatione montibus: cadite ſuper nos, & collibus; operite nos. Idque futurum eſt pœnæ loco, quam daturi ſunt propter mei crucifixionem. Sum ego lignum viride, quod aliena peccata in ſeſe ſuſcepit expianda, & tanta patior ab ira Dei; quid fiet igitur cum meis crucifixoribus, qui propriis delictis peccant? Hos ceu arida ligna conſumet flagrantiſſima Dei ira. Hæc ille ad mulieres graviter! In reliquo comitatu erant & duo latrones non ſine cauſſa Jeſu aſſociati, nempe ideo, ut ignominia major eſſet, minor autem invidia Pilati & Judæorum, tanquam non melioris commatis & Jeſus eſſet, quam tales furciferi latrones: ſcil. ipſe rex coronatus latro-

num.

Digitized by Google

num. Matth. XXVII. 31. 32. Marc. XV. 20. 21. Luc. XXIII. 26. usque ad 32. Joh. XIX. 16. 27.

Crucifixio. §. 33. (12) *Chriſti Crucifixio.* Hoc modo ducebant Jeſum, & venerunt tandem in locum conſuetum ſuppliciorum, qui Hebræo - Chaldaica lingua dicebatur *Golgatha*, quod ſignificat *Calvariæ* locum, ubi oſſa & calvariæ maleficorum occiſorum erant projecta. (Quod enim nonnulli veterum Origenes, Athanaſius, Cyprianus, Ambroſius, Theophylactus, Euthymius &c. credant locum dictum à Calvaria Adami, ibi locorum ſepulti, id fundamento caret, merito propterea tanquam fabuloſum ab Hieronymo lib. IV. in Matth. exploſum. Vide Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. ſanct. annot. 122.) In hoc horrido & fœtido loco ante omnia propinarunt Chriſto vinum myrrha amariſſima infectum, felle quoque & aceto corruptum, ut amplius ipſum torquerent. Deguſtavit ille quidem, ſed non demiſit in ventriculum, ne violenta morte periiſſe videretur, qui ſponte ſua animam ponere voluit. Hoc facto crucifixerunt eum: i. e. veſtes abſtraxerunt, fæminalibus ſolum conceſſis, humi proſtraverunt, brachia pedesque immaniſſime diſtorſerunt, clavis ligno crucis duriſſimè affixerunt, ſic affixum in ſublime erexerunt, erectum ita excruciaverunt, & cum ipſo, veluti *latronum* eximio, duos alios *latrones*, ſubditos cum rege, quorum alius à dextris, alius à ſiniſtris pendebat, in medio autem Jeſus; quod non eſt temere factum. Nam id ipſum prædixit ſcriptura, quæ implenda erat. Jeſ. LIII. 12. Luc. XXII. 37. Fiebant hæc circiter horam diei tertiam, ſeu tertium diei quadrantem. Matth. XXVII. 33. usq; ad 36. Marc. XV. 22. usq; 28. Luc. XXIII. 33. Joh. XIX. 17. 18.

Chriſti preces. §. 34. (13) *Chriſti preces, titulus cruci inſcriptus, & veſtimentorum partitio.* Cum ita Chriſtus excruciaretur, incepit tanquam verus ſacerdos intercedere apud Patrem pro illis, qui hujus ſuæ paſſionis cauſſà erant, i. e. pro omnibus hominibus, dicens: Pater, remitte illis, quia neſciunt, quid faciant. Interea Pilatus curabat ſcribi *titulum*, qui ſuper caput ipſius cruci affigeretur. Hunc titulum, qui cauſſam mortis Græcis, Latinis, & Hebraicis literis conceptam continebat, milites affigebant

Digitized by Google

bant cruci: Erant autem verba hæc: Jeſus Nazarenus Rex Judæorum! Multi erant Judæorum, qui titulum hunc legebant; nec enim locus ſupplicii procul diſtabat ab urbe Hieruſalem. Cæterum Pontifices Judæorum ægre hunc ipſum ferebant. Nam adierunt Pilatum, petentes, ne ſcriberet: Rex Judæorum, tanquam talis eſſet; ſed, quod dixiſſet: Rex ſum Judæorum. Verum fruſtra erant. Reſpondit enim Pilatus: quod ſcripſi, ſcripſi. Crucifixo Jeſu, & cum ipſo duobus latronibus, milites crucifixores acceperunt ipſius veſtimentum exterius, ex quatuor laciniis conſutum, idque in quatuor partes diſciderunt, ſuper quibus ſortem jaciebant, cui aliqua pars cederet. Interulam vero â ſummo contextam ad imum non diviſerunt, ſed ſuper totam ſortiebantur, utri tota cederet: Id quod temere factum non eſt. Sic enim fore prædictum erat Pſal. XXII. 19. Hoc milites adimpleverunt. Populus autem circumſtans magna hoc voluptate ſpectabat. Matth. XXVII. 35. 36. 37. Marc. XV. 24. 26. Luc. XXIII. 34. 35. 38. Joh. XIX. 19. usque ad 24. incluſ.

§. 35. *Blaſphematio; & latronis converſio.* Prætereuntes (erat enim via ibi regia ab Hieroſolymis verſus Gabaon, & Siluntem, & vice verſa) convicia jaciebant in Chriſtum, tanquam neque perſona neque officio eſſet, qualem ſeſe dixiſſet: motitabant ex petulantia, exultatione, & ludibrio capita, dicentes: Vah tu crucifixe, malefice, ille es, qui templum te deſtructurum dixiſti, & in triduo reſtauraturum! Minoris eſt crucem deſtruere, & liberum evadere, age, deſcende de cruce, ſi filius Dei es, quem te dixiſti. Talia verba effundebat non promiſcua ſolum plebis fex, ſed etiam Principes populi, & ſacerdotes ſummi, qui dehortari debuiſſent blaſphemantes; Nam & hi blaſphemiis ſuis colludebant inter ſeſe cum ſcribis & ſenioribus: dicentes: alios ſcil. ſervavit impoſtor, ſeipſum ſervare non poteſt. Si eſt Meſſias ille Rex Iſraël, quem ſeſe jactavit, edat ſpecimen nunc, ubi occaſio eſt, & neceſſitas urget, deſcendat nunc de cruce, ut videamus tandem miracula, & credamus ei, incipiat medicus à ſeipſo, ſervet ſemet, ſi hic eſt Chriſtus ille Dei electus, ſubinde provocavit ad Deum tanquam patrem, niſi fiducia vana

Blaſphematio.

eſt, liberet eum Deus, ſi vult eum ſuum dilectum filium: Hæc illi inter ſeſe confabulabantur, indignum rati Jeſum illum, cum quo loquerentur amplius. Mirum igitur non eſt, ſi & milites, utpote Ethnici profani, ei illuſerint non verbis modo, ſed etiam factis. Nam ſitire ipſum rati, acetum, quod ſitim magis accendit, propinarunt, dixeruntque: Si tu es ille Rex Judæorum, qui ipſos è poteſtate Romanorum liberaturus es, ſalva prius te ipſum, & fac, ut clavis excuſſis liber à cruce evadas. Tandem ne quis ſtatus vel genus hominum à convitiis abſtineret, & latrones in ipſum invecti ſunt: Unus præſertim ex illis ipſis, qui ſimul crucifigebantur, convicia in ejus perſonam & officium conjiciebat, dicens: Si tu es Chriſtus, quem te dixiſti, ſerva prius te ipſum, & deinde nos ſocios tuos: inſultans ſcil. Jeſu ſarcaſticè: Cæterum excitabat Deus in mediis hiſce blaſphemiis alterum ex ipſis latronibus, qui collateronem ſuum increparet, dicens: Nec times tu, ſuſpenſe, & jamjam moriture, Deum, judicem omnium, qui tamen in eadem damnatione es? Nos quidem juſte patimur, quod patimur; Nam ſupplicium factis noſtris reſpondet; Hic vero ne minimum quidem mali deſignavit. Inde vultu ad Jeſum converſo, fideli corde, & ore rogavit: Domine Deus, quandoquidem pro filio Dei, & ſummo rege, & ſalvatore te agnoſcam, memento mei, cum veneris in regnum tuum cœleſte per paſſionem, & mortem. Regeſſit Jeſus: Amen dico tibi: Hodie, poſtquam defunctus fuero vita, per illam tuam fidem mecum eris in paradiſo, loco æternæ felicitatis. Matth. XXVII. 39. usq; ad 44. Marc. XXIX. 29. usq; 32. Luc. XXIII. 35. usq; 43.

Curatela: §. 36. (15) *Curatela Mariæ, obſcuratio ſolis, querela Chriſti.* Poſtquam animam latronis curaſſet Chriſtus, curam convertit etiam in ſalutem matris & Johannis corporalem. Stabat hic & iſta cum Maria, nupta Cleophæ, fratri Joſephi, & Mariæ Magdalena, propius juxta crucem. Ubi igitur Matrem, & diſcipulum, ſibi unicè dilectum, Jeſus vidit adſtantes cruci ſuæ, dicit Matri curandæ; Mulier ecce filius tuus: qui ſcil. poſthac tanquam filius matris curam geret, loco mei, jamjam morituri. Deinde ad Johannem converſus, dixit: Ecce mater tua;

fæmi-

Digitized by Google

fœmina, quam matris loco colas, & ſuſtentes; His auditis Johannes eam eveſtigio in ſuam familiam propriam recepit. Erat fere hora ſexta (De qua Hieronymo & Cajetano litem movit Catharinus apud Sixt. Sen. lib. VI. Bibl. annot. 131.) cum hæc fierent. Exinde tenebræ ortæ ſunt, ſole prorſus & præter naturæ morem obſcurato, per univerſam terram, ad nonam usq; horam, adeoq; per tres horas. Circa horam nonam exclamavit Jeſus præ ſummo dolore, & anxietate voce magna dicens: Eli, Eli, Eloi, Eloi, lamma ſabachthani. i. e. Deus mi, Deus mi, quare me dereliquiſti? non eripiendo me tantis doloribus, ut patres ad te clamantes, & ſubtrahendo ſolatium in tanta triſtitia. Tacuerant hactenus crucifixores, tenebris conſternati, his vero auditis, & luce refulgente, redeunt ad priſtinum ingenium, ſarcaſtice traducentes vocem clamantis, tanquam derelictus à Deo ad ſanctorum auxilium confugiſſet. Matth. XXVII 45. 46. 47. Marc. XV. 33. 34. 35. Luc. XXIII. 44. 45. Joh. XIX. 25. 26. 27.

§. 37. (16) *Chriſti mors.* Sciens autem Jeſus pro omniſcientia ſua, quod omnia de ſua paſſione meritoria in ſcripturis prædicta jamjam conſummata eſſent, unico reſtante, de ſiti Pſ. LXIX. 22. ideoque, ut occaſionem hujus quoque complementi daret, exclamavit: Sitio; Erat enim vigiliis, laboribus, ardore iræ divinæ, & ſolis, fluxu ſanguinis, doloribus, tanquam verus homo, exhauſtus. Adſtabat juxta vas aceto plenum, quocunque denique id fine; Milites igitur carnifices ſpongiam aceto intinxerunt, & hanc bacillo ex hyſſopo arbore facto impoſuerunt, & impoſitam ludibrii & cruciatus gratia ori ſitientis admoverunt per aliquem è ſuo medio, qui feſtinanter iſtam ſpongiam, aceto ebriam, arundini impoſuit, eiq; porrexit, dicens ad ſuos commilitones ludibundus: Sinite, videamus, an hoc ludibrio accelerante venturus ſit, quem modo invocavit, Elias, ad eximendum cruciarium de ligno: Hoc modo & reliqui carnifices ipſi illudebant, alter poſt alterum, dicentes: ſine, videamus, an veniat decantatus ille & evocatus Elias, liberaturus eum. Jeſus aceto plenam ſpongiam ore accepit, bibitque inde pro ſalute generis humani delicatuli, & hoc facto: ſubjecit: conſummatum eſt, nempe & hoc prophetarum vaticinium: *Mors.*

nium: quo dicto, iterum alta voce, ut vires adhuc vivendi ſibi ſuppetere doceret, clamavit ex Pſ. XXXI. 6. Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum: hæc cum ex ſcripturis completis dixiſſet, eaque ſublata voce; Neq; enim ex abſoluta neceſſitate deficientis naturæ moriebatur, inclinato capite emiſit ipſe vitæ ſuæ Dominus, & tradidit veluti ad fideles manus patri ſuo ſpiritum, animam ſuam, & exſpiravit ſua uſus poteſtate. Matth. XXVII. 48. 49. 50. Marc. XV. 36. 37. Luc. XXIII. 46. Joh. XIX. 28. 29. 30.

Ἑπόμενα. §. 38. (I) MIRACULA POST MORTEM CHRISTI. Exſpirante Chriſto ecce interius templi velum divina plane virtute ſcinditur à ſummo ad imum in duas partes, ut adeo ſanctum ſanctorum oculis omnium pateret. Movebatur terra tanto motu, ut hinc inde urbes etiam corruerint: Petræ inſuper, Calvariæ potiſſimum, & circumjectæ diſſiliebant: Aperiebantur vi iſta etiam monumenta, ſeu ſepulchra, ut cadavera defunctorum & oſſa oculis ſpectantium parerent, & triduo jacerent in conſpectu, donec tertia die è ſepulchris cum Chriſto reſurgente in urbem egreſſa apparerent, quibus Deus vellet, multis, dubio procul diſcipulis & fidelibus reſurrectionis teſtibus. Adſtabat cruci *Centurio* cum ſua cohorte cuſtodiæ gratia, ubi vidit hæc, & audivit, præſertim inſolitum exſpirantis, & lenta morte conficiendi, Jeſus clamorem, in ſeſe reverſus concepit inde fidem divinam, & glorificavit Deum patrem, glorificando ipſius filium; Dixit enim; Vere hic homo juſtus erat, & filius Dei, quidquid etiam Judæi dixerint. Id ipſum dicebant etiam milites commiſſi, viſo terræ motu, & reliquis, quæ fiebant. Hæc enim religioſum in ipſis quoq; timorem excitabant, verentibus, ne ſibi propter admiſſam hujus juſti cædem digna divinitus pœna irrogaretur: Dicebant autem: Verè filius Dei erat iſte: Eadem pœnitentia ſubibat etiam circumſtantem copioſam turbam, cum geſta hæc videret: præ contritione contundebant pectora ſua, & ne nefanda amplius ſpectarent, aut in loco ſupplicii indigni juſtas pœnas luerent, in urbem revertebantur. Hoc fiebat in hoſtibus quondam Jeſu. Noti autem ipſius cognati, & familiares ſtabant procul, prudenter ſibi

Digitized by Google

ſibi caventes: In his erant etiam Mulieres multæ è longinquo ſtantes, inter quas notiores eminebant Maria Magdalena, & Maria Jacobi parvi, & Joſe Mater, & Salome, Mater filiorum Zebedæi, quæ, cum in Galilæa ipſe degeret, eundem ſequebantur, miniſtrantes ei, ex more recepto, tanquam Magiſtro & Doctori. Hæ & aliæ complures è Galilæa ſequaces Hieroſolymam usque, hæc quoque videbant, ut in fide ſua confirmarentur. Cæterum ea erat Judæorum malitia, ut neque miraculis hiſce converterentur, neque adhuc exſatiati eſſent ſupplicio Jeſu. Nam, quia paraſceve erat, volebant maturari mortem crucifixorum, ut defuncti vita è crucibus tollerentur, & ante ſolis occaſum terræ mandarentur. Deut. XXI. 22. nec magnum, quod ſequebatur, Sabbathum contaminarent iſta anathemata; cum vero ipſis jus non eſſet interficiendi quenquam, rogabant Pilatum Romanorum, Dominorum ſuorum, præſidem, curaret, ut crucifixis crura frangerentur, more Romanis alias non recepto in crucifixionibus, ac tollerentur. Annuit Pilatus, de ſcelere in ſcelus ruens, & miſit milites, qui primo, & alteri latronum *crura*, quocunque denique modo, frangerent & comminuerent. Cum autem ad Jeſum veniſſent, deprehenderunt hoc crurifragio opus non eſſe, quandoquidem jam mortuus eſſet: Erat tamen inter milites petulans nebulo, qui exploraturus, an bona fide mortuus eſſet Jeſus? lancea ipſius latus fodit, & cor tranſfixit, &, ecce miraculum! continuo ſcaturiit inde Sanguis purus, & aqua pura, diſtinctim, quale quid in meris hominibus defunctis fieri non conſuevit. Certum autem hoc eſt. Qui enim cruci adſtabat, Johannes, id vidit, teſtimonium de eo depoſuit, quod verum eſt, &, atteſtante Spiritu ſancto, ſcit ille, quod vera dicat, & id ideo, ut per ipſius teſtimonium fides in hominibus accendatur. Patet id ipſum ex ſcripturis; quod enim oſſa ipſi fracta non ſint, prædixit typus agni paſchalis, cujus nullum os erat comminuendum Exod. XII. 46. & quod latus ipſius lancea perfoſſum fuerit, fiebat in gratiam vaticinii Zachariani c. XII. 10. Sic enim in fontibus illud habet: videbunt, in quem pupugerunt; Quod impletum eſt partim in die Pentecoſtes, agnito ex concione Petri, quod filius Dei fuerit

Digitized by Google

ille crucifixus, & transfoſſus; Act. II. 27. partim implebitur in die extremo, cum in nubibus apparebit filius Dei glorioſus. Matth. XXVII. 51. usq; ad 56. Marc. XV. 38. 41. Luc. XXIII. 45. usq; ad 49. Joh. XIX. 31. usq; ad 37.

Sepultura. (II) *Honorifica Chriſti ſepultura.* His miraculis abſolutis appropinquabat veſpera diei, quæ erat *paraſceve*, Sabbathum magnum præcedens; noſtra appellatione dies veneris. In eo igitur erat, ut crucifixi de crucibus ſuis exempti vel inſepulti abjicerentur, vel ignominioſè ſepelirentur. Cæterum excitavit Deus quendam Joſephum nomine, hominem divitem, ut gratioſus eſſet apud Præſidem, oriundum ex Arimathia, (alias Rama ſeu Ramatha, in monte Ephraim ſita, & ab altitudine dicta, cognomento Zophim videntum, ſeu prophetarum,) dignitate Senatorem ſeu Aſſeſſorem Synedrii, virum beneficum, & juſtum erga proximum ſuum, hic veniebat. Neq; enim antea conſenſerat cum collegis ſuis in idem conſilium & factum Jeſu interficiendi; Erat & ex diſcipulis Jeſu, ſed clancularius propter metum Judæorum, exſpectans apud ſeſe vera fide & ſpe regnum Meſſiæ non mundanum, ut reliqui Judæi, ſed divinum, ſeu ſpirituale. Hic nullo collegarum ſuorum odio & periculo deterritus confidentiam ſumpſit eundi ad Pilatum etiam in prætorium, & petendi corpus Chriſti, rogando, ut ſibi liceret corpus hoc de cruce tollere, & ſepelire. Pilatus mirabatur Jeſum iſtum jam mortuum eſſe, qui in vegeta adhuc ætate degens videbatur lenta admodum morte defuncturus fuiſſe. Ut igitur certo cognoſceret, eum jam exſpiraſſe, evocavit ex monte Golgotha, vel proxima Antonia Centurionem, Crucifixorum cuſtodem & obſervatorem, interrogavitque: An dudum mortuus eſſet? Cognito, quod ſic, permiſit ipſum Joſepho, juſſitque ipſi reddi, & gratis donari, vile ſcilicet cadaver. Hoc impetrato venit illico Joſephus, & ipſe vel clavis ſolutis, vel cruce demiſſa Jeſu corpus exemit, & ſindoni puriſſimæ, quam emerat, exemptum involvit, & totum cooperuit. Venit autem & Nicodemus, qui olim ex metu & ipſe Judæorum noctu ad Jeſum venerat, de ſpirituali regeneratione informandus, & ad ſalvificam fidem de Jeſu cruci-

cifi-

Digitized by Google

cifigendo perducendus, & hic nunc ex tenebris emerſit, ſecumque tulit condimenta ſepulchralia, in his præcipuè mixturam myrrhæ & aloes ad libras fermè centum. Hac conditura corpus Chriſti cruci detractum acceperunt, & conditum exterius linteis obvinxerunt, more apud Judæos recepto. Erat autem haud procul à loco crucifixionis hortus (108. pedes à monte Calvariæ diſtans) & in eo petra, & in petra exciſum monumentum, in quo nemo unquam hactenus erat ſepultus. In hoc conditorio novo, & ſuo, Joſephus Jeſum repoſuit & ſepelivit, advoluto adverſus furorem Judæorum, & prædam beſtiarum lapide prægrandi. Cur autem ipſi in loco tam propinquo repoſuerint Chriſti corpus, in cauſa erat propinquitas diei magnæ Sabbaticæ, qua illuceſcente non licebat talibus operam dare, ideoque in proximo quoq; monumento condiderunt. Intererant huic officio Maria Magdalena, & altera Maria Joſe, & aliæ mulieres, Magiſtrum ſecutæ ex Galilæa; Hæ ſedentes contra ſepulchrum curioſè obſervabant, ubi locorum corpus Jeſu poneretur, ut cum aromatibus paratis reverſæ invenirent corpus inungendum: Parabant autem jam ea paraſceve condimenta iſta, ut per magnum Sabbathum feriari poſſent, juxta divinum mandatum. Cæterum Judæorum principes ac Phariſæi quieſcere non poterant. Nam inſuper habita religione Sabbati Pilatum adierunt, penes quem id poteſtatis erat, dixeruntque: Domine, recordati ſumus, quod impoſtor, dum adhuc viveret, dixerit: poſt tres dies reſurgam; Jube ergo cuſtodiri ſepulchrum ad illud usque tempus, quod deſignavit, diem nempe tertium, ne quando veniant diſcipuli illi plures occulti, noctu, & furentur cadaver, dicantque plebi credulæ: Surrexit à mortuis: Quo ipſo certe noviſſimus error plebis concitatæ pejor fieret priore, cum vivus adhuc populum ſeduceret. Annuit Pilatus, dicens: habetis milites cuſtodes, probe munite ſepulchrum, quod ſcitis. Acceperunt illi oblatos, muniverunt curioſè ſepulchrum, cuſtodibus appoſitis, &, ne & cuſtodes pecunia corrupti corpus extraderent, ſignaculo Pilati & Synedrii oſtium ſepulchri obſignarunt. Matth. XXVII. 57. usq;

Digitized by Google

57. usq; ad 66. Marc. XV. 42. 47. Luc. XXIII. 50. usq; ad 56. Joh. XIX. 38. usq; ad 42.

Explicatio Paſſionis 1. Nomina.

§. 39. Ex hactenus dictis, junctis locis parallelis, & aliis, diſtinctè de paſſione & morte Chriſti diſſerendum eſt. Obſervamus (1) *deſcriptiones*, quæ variæ ſunt. Appellatur *baptiſmus*, Luc. XII. 50. à copia irruentium in Chriſtum paſſionum & dolorum, ſanguinis etiam in paſſione effundendi aquæ inſtar: *Hora*, Joh. XII. 27. per metonymiam, adjuncti pro ſubjecto; Temporis pro paſſionibus in tempore ſuſtinendis. Ibidem, nempe v. 32. *Exaltatio*, ſcilicet in cruce: in qua ſublimis erectus eſt. *Opus*, quod Pater peragendum dederat, & ipſe præſtiterat, & præſtiturus jamjam erat, cujus conſequens erat clarificatio humanæ naturæ, futura eâ gloria, quam habuerat Filius ab æterno. Joh. XVII. 4. *Clarificatio*. Joh. XIII. 31. 32. Filius hominis dicitur clarificari per ipſam Judæ proditionem, ſuique traditionem, mortem, reſurrectionem &c. Deusque ab ipſomet. vid. cap. XIV. 28. XVII. 1. *Abitus, & reditus ad Patrem*, Joh. VII. 33. cum Judæi multum ſoliciti eſſent de ipſo tollendo, ait ille, eam ſolicitudinem fruſtram eſſe, quandoquidem ipſo eo fine miſſus eſſet à Patre, ut pateretur, & paſſus ad ipſum rediret, locum, quem ipſi adire non poſſent; quod quidem ipſi de αὐτοχειρίᾳ, ſed falſo, interpretabantur. c. VIII. 22. XIII. 33. 36. Chriſtus ait, ſeſe vadere eo, quo non poſſint venire diſcipuli ſui, nempe in paſſionem & mortem pro redimendo genere humano exantlandam: ex mundo ad Patrem. v. 1. XVI. 5. 7. 16. Matth. XXVI. 24. Marc. XIV. 21. Luc. XXII. 22. Atque hoc erat *tempus* ἀναλήψεως, *aſſumptionis* ex mundo, ſicut parentes liberos ſuos recipiunt. Luc. IX. 51. confer. Joh. XVI. 28. Marc. XVI. 19. *Poculum*, quod ad nutum Patris exhauſit, patiendo, quæ decretum divinum ipſum pati volebat. Matth. XX. 22. Marc. X. 39. *Ejectio extra vineam, & cædes ejecti*; Ejiciendus & cædendus erat Filius Dei, cujus erat vinea Eccleſiæ Judaicæ. Matth. XXI. 39. Marc. XII. 8. Luc. XX. 15. *Reprobatio angularis lapidis*, prædicta Pſ. CXVIII. 22. Impleta in Chriſto Jeſu damnato, & crucifixo, & occiſo. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Indigitatur etiam ſymbolo *gladii*,

Digitized by Google

gladii, cum Chriſtus juberet diſcipulos gladios emere Luc. XII. 35. vide Chryſoſt. homil. LXXXV. in Matth. & Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 116.

§. 39. (2) *Cauſſas:* aliæ ſunt cognitionis, aliæ rei. *Cognitionis* ſunt ſacræ literæ Prophetarum, quæ paſſionem prædixerunt, Matth. XXVI. 54. 56. Marc. XIV. 49. allegante ipſo Chriſto. Luc. XXIV. 25. 27. & explicante Juſtin. Martyre Apol. II. p. 59. Euſebio lib. X. de demonſt. Evangel. per totum. Hieronym. ad Matth. XVII. 3. & Apoſtolorum, & Evangeliſtarum, in quibus habentur verba Chriſti, & colloquia, quibus ipſe imminentem ſuam paſſionem & mortem ideo prædixit, ne diſcipuli ea ſcandaliſarentur. Joh. XIV. 29. confer Matth. XVI. 21. XVII. 22. Joh. VII. 33. Marc. X. 32. Luc. XVIII. 31. ſeqq. *Rei* ſunt diverſorum generum; Aliter enim SS. Trinitas ad paſſionem Chriſti concurrit, aliter Diabolus & ipſius ſatellites. Voluit *Pater* ab æterno, & decrevit Filium pati in tempore, quo ipſo fine eundem etiam in mundum miſit, ut aſſumeret humanam naturam, & in aſſumpta pateretur & moreretur. Joh. X. 15. ſeqq. dicitur Pater cœleſtis noſſe ſuum Filium, nempe, ut mundi redemptorem, & diligere propter obedientiam ſibi præſtitam in ſubeunda paſſione & morte pro redimendo genere humano; Voluerat enim Pater Filium in aſſumpta carne pro hominibus redimendis mori. Ad patrem Filius preces fudit, cum cogitans de imminente paſſione conſternaretur Joh. XII. 27. rogans, ab illa ſua hora liberari. v. 28. & Joh. XVII. 1. Ab eodem petiit glorificari, cui petito pater annuit, dicens: glorificavi jam, & adhuc glorificabo Filium, paſſione ſcilicet, morte, ſepultura &c. v. 4. Pater dicitur dediſſe filio opus redemptionis peragendum, & jamjam conſummandum.

Cauſſæ cognitionis. & Rei ut Pater.

§. 40. *Filius* ab omni peccato proprio alieniſſimus, utpote ἄμωμος καὶ δίκαιος ἄνθρωπος, appellante Juſtino Martyre dial. in Tryph. f. 181. Imò ipſo Pilato Ethnico; ne Judæis quidem contrarium probare valentibus, illam Patris ſui voluntatem ſponte ſua implendam ſuſcepit, & lubenti animo ſubiit, quæ Pater pro genere humano ſalvando ipſum voluerat ſubire. Joh. X. 18. nemo, ait, vitam mihi, invito ſcilicet, adimit, ſed

Filius:

Digitized by Google

pro mea mihi à patre conceſſa poteſtate, eam lubens ipſe pono, qui & poteſtatem habeo ejus recipiendæ. Eodem digitum intendit Luc. XIII. 32. ſeqq. cum Phariſæi nonnulli ſubdolè ipſum monerent de periculo ab Herode imminente; reſpondebat enim, non eſſe, cur ſibi metueret ab iſta vulpe; quandoquidem neque officium, neque tempus, neque locus quadrarent, donec ipſe eſſet immolandus Hieroſolymis. Joh. XII. 27. percellitur quidem vehementi horrore mortis, ut etiam deprecaretur paſſionem & mortem, mox tamen cogitata gloria Patris, & ſalute hominum, quorum gratia in mundum veniſſet, paſſurus, divinæ voluntati ſuam humanam ſubmittit. Luc. XXII. 15. cùm ultimum paſcha celebraret, in hæc verba erupit: Deſiderio deſideravi hoc paſcha comedere vobiſcum, antequam patiar: Unde hoc deſiderium? niſi ex promptitudine & alacritate moriendi pro genere humano, quod tempus proxime paſcha ultimum erat ſecuturum. Joh. XVIII. 1. 2. Intravit hortum Gethſemani, locum Judæ proditori probe cognitum ex anteacto tempore, quo Chriſtus hunc receſſum cum diſcipulis habuerat, forſan apud quendam fidelium; huc autem etiam tempore imminentis proditionis & captivationis ſeſe contulit, ne ab inſidiis proditoriis ſeſe abſcondere, & paſſioni ſeſe ſubducere videretur. *Obj.* Deprecatus tamen eſt, & ter quidem, mortem ſuam apud Patrem. Matth. XXVI. 39. Marc. XIV. 35. Luc. XXII. 42. ℞. deprecatus eſt quidem, ut homo verus, qui naturaliter mortem metuit, vide Juſtin. Martyr. dial. cum Tryph. f. 225. ſed conditionate, ſi fuerit patris voluntas & ſalva redemptione humani generis fieri poſſet: quare cum neutrum poſſibile eſſet, ſubjecit ſuam patris voluntati. Matth. XXVI. 42. Marc. XIV. v. 36. & proditori ſuo animoſe obviam ivit. Matth. XXVI. 46. Eleganter igitur Petrus Damiani de Chriſto ait: *cum ad regnum quæreretur, aufugit; quæſitus ad crucem, ultro ſe obtulit.* Cumque Petrus Magiſtrum ſuum contra injuſtam vim vellet defendere, prohibitus eſt à Chriſto, ratione addita, quod ſponte iſthæc permitteret, & pateretur, ad explendam Patris voluntatem, & vaticinia Prophetarum; ſecus ſibi facile

Digitized by Google

facile fore impetrare à Patre ſuo Legiones XII. ad repellendos hoſtes. Matth. XXVII. 11. Coram Pilato ſtat tanquam imperterritus heros, nec petit ſuos miniſtros decertare pro regno, quod non affectarit. Joh. XVIII. 36. cum carnifices ipſi propinarent vinum acidum, felle miſtum, guſtavit quidem, ſed noluit exhaurire, ne non ſponte ſua mori videretur. Matth. XXVII. 50. Marc. XV. 37. Luc. XXIII. 46. Joh. XIX. 30. moriturus alta voce clamavit, & ſpiritum ſuum ipſe exhalavit. Uſui hæc erant Chriſtianis contra calumnias, & ſannas Judæorum, & Ethnicorum, qui contendebant, Jeſum Nazarenum à morte devictum fuiſſe: *Meus certe Jeſus de anima ſua (non humano fato ſeparata à corpore, ſed juxta datam ſibi etiam in hoc negotio mirandam poteſtatem) dicebat illud: Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam ſponte. Poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſum habeo poteſtatem recipiendi eam: nam quia poteſtatem habebat ponendi eam, poſuit tunc, cum dixit, Pater, ad quid me deſeruiſti? emiſſoq́ clamore magno emiſit ſpiritum, priusquam carnifices crura crucifixorum frangerent, ne cruciarentur diutius.* ita Origenes lib. III. adv. Celſum Epicuræum. Huc referri poteſt *Hymnus*, quem Chriſtus peractis cœna ſacra, oratione valedictoria, & precibus ad Patrem, paſſionem ſuam jamjam aditurus cecinit; In hoc enim dubio procul Deo ſuo Patri gratias egit pro ſalute generis humani, quam per mortem Filii voluerit procurare. Unde iſte hymnus fuerit contextus? quæritur. Sunt qui dicunt, comprehendiſſe Pſalmos inter CXII. & CXIX. Sex interſitos, ita Paulus Burgenſis comm. in Pſal. CXIII. Bar. an. XXXIV. n. 65. Druſ. lib. VII. obſ. 15. Gerh. In harm. paſſ. cap. 1. Fuerunt, qui circumferrent peculiarem hymnum compoſitum, cujus inſcriptio: *Hymnus Domini, quem dixit ſecretè ſanctis Apoſtolis, diſcipulis ſuis: quia ſcriptum eſt in Evangelio: Hymno dicto aſcendit in montem*: referente Auguſtino ad Ceretium Epiſc. epiſt. 253. ſed eodem teſte, ad Apocryphas quisquilias ille pertinet, quibus Priſcillianiſtæ potiſſimum utebantur.

§. 42. *Spiritus* quoque *Sanctus* operoſus fuit in hoc opere. Spiritus S. Nam Heb. IX. 14. dicitur Chriſtus per Spiritum Sanctum ſe-

Digitized by Google

met ipſe obtuliſſe Deo ſuo Patri. Nimirum Spiritus Sanct. ſanctiſſimum hoc ſacrificium quaſi dedicavit Deo, & ſanctificavit.

Diabolus. §. 43. Alia ratione *Diabolus* & ipſius inſtrumenta ad paſſionem Chriſti concurrerunt, quam diverſitatem exponit Auguſtinus tract. VII. in 1. Joh. *Si Pater*, inquiens, *tradidit Filium, & tradidit ſe ipſum Filius, Judas quid fecit? Facta eſt traditio à Patre: facta eſt traditio à Juda. Una res facta eſt. Sed quæ res diſcernit Patrem tradentem filium, ſe ipſum filium tradentem, & Judam diſcipulum tradentem Magiſtrum ſuum? Quia hoc fecit Pater & Filius in charitate: fecit autem hoc Judas in proditione. Videtis quia non quid faciat homo conſiderandum eſt: ſed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto invenimus Deum Patrem, in quo invenimus Judam. Patrem benedicimus, Judam deteſtamur. Quare Patrem benedicimus, Judam deteſtamur? Benedicimus Charitatem, deteſtamur iniquitatem. Quantum enim præſtitum eſt generi humano de tradito Chriſto! Nunquid hoc cogitavit Judas ut traderet? Deus cogitavit ſalutem noſtram, qua redemti ſumus; Judas cogitavit precium, quo vendidit Dominum. Filius ipſe cogitavit precium, quod dedit pro nobis: Judas cogitavit precium, quod accepit, ut venderet. Diverſa ergo intentio diverſa facta fecit. Cum ſit una res, ex diverſis eam intentionibus metiamur; unum amandum, alterum damnandum; unum glorificandum, alterum deteſtandum invenimus. Tantum valet charitas. Videte quia ſola diſcernit: Videte quia facta hominum ſola diſtinguit.* Diabolum notat Chriſtus Joh. XIV. 30. dicens, quod princeps hujus mundi jamjam veniat, ſcilicet ad concitandam ſibi paſſionem & mortem. Diabolus, utpote homicida ab initio Joh. VIII. 44. Impulit Judam Iſchkariothem, ut Dominum ſuum quinta ſeptimanæ die vid Auct. qq. & ℞℞. q. 65. proderet Judæis, hoſtium infenſiſſimis. Joh. XIII. 2. Hæc, utpote ex ſcripturis petita, certa ſunt. Incertum verò, quod Ignatius ad Polycarpum ſcripſiſſe fertur, *Cum*, inquiens, *paranda eſſet crux, diabolus tumultuabatur, & pœnitentiam miſit proditori, & laqueum illi monſtravit, & ſuſpendium, quo ſtrangularetur, edocuit; & mulierculam, turbans eandem in ſomniis, ut à crucifigendo ceſſarent, inducere moliebatur, qui prius omnem lapidem moverat, ut eadem crux pararetur: non quod pœnitudine duceretur ob tantum malum; hac enim parte minus fuiſſet ſceleratus. Sed ſentiebat ſuam ipſius perniciem.*

vide

Digitized by Google

vide Baron. ad an. XXXIV. n. 82. Inter *Organa* Diaboli fuit Judas ille. Avarus enim erat, & paratus facere, quidquid Diabolus voluerit, dummodo pecuniam inde faceret. Id vero temere & inexſpectato non contigit. Nam prædictum erat à Pſalmis & Prophetis, quorum teſtimonia adducit Euſeb. lib. X. dem. Evang. fol. m. 471. ſeqq. Præter Judam Diabolo ſervierunt *Pontifices ſummi, ſacerdotes, ſeniores, & reliqui proceres Judæorum,* & ab his ſeductus reliquus populus. Sunt illi coloni perfidi, qui hæredem occiderunt. Matth. XXI. 38. Marc. XII. 7. Luc. XX. 14. Ædificantes, qui reprobarunt lapidem i. e. calumniis, inſidiis, plagis, tormentis Chriſtum excruciaverunt. Matth. XXVI. 1. Marc. XIV. 1. Luc. XXII. 1. Et ut proprie dicamus, Illi ſunt, qui cum Juda proditore, & cohorte Romana, templi alias cuſtode, miſerunt ſuos quoque ſatellites, qui Jeſum caperent. Matth. XXVI. 47. Marc. XIV. 43. Joh. XVIII. 3. Unde Luc. XXII. 52. Chriſtus cum indignatione alloquitur Principes Sacerdotum, ac Magiſtratus templi, & Seniores populi; (nam & ipſi ſeſe ſuis miniſtris immiſcuerant,) quod veniſſent ad ſeſe captandum. Incredibilis vero erat in furore pertinacia, quod non paſſi fuerint ſeſe deterreri à Chriſto, fulgore Majeſtatis, quo ipſos in terram proſtraverat. Neque hic ſubſtitit furor ipſorum, ſed ulterius ivit; Nam in ſuo Synedrio ad mortem ipſum condemnarunt, per ſervos ſuos illudi, & alapis cædi vel juſſerunt, vel permiſerunt, tandem Pilato Præſidi obtulerunt, neque quieverunt, donec morti addictum, & cruci affixum, imo mortuum viderent. Denique & *Pilatus, cum ſuis militibus* in partes raptus eſt. Erat is Provinciæ Præſes, & habebat jus necis & vitæ, ejusque exercitium, non Judæi. Joh. XVIII. 31. quibus ſolum cognitio cauſſæ in ſuis rebus erat relicta Marc. XIV. 46. non executio, quæ penes ſolos Romanos, Provinciæ Dominos, erat, in iis præſertim rebus, quæ concernebant ſtatum publicum. Quare, cum Jeſus Nazarenus alicujus ſeditionis à Judæis inſimularetur, ipſe cauſſam cognoſcendam ſuſcepit; reum ſemel iterumque examinavit, innocentem declaravit, tandem tamen, cum aliter populus compeſci poſſe non videretur, damnavit, ut cruci ſuffigeretur, poſtquam prius corona ſpinea & flagellis dilace-

Pontifices &c.

Pilatus.

Milites. lacerandum dediſſet. In hoc vero *milites* ipſius operam ſuam contulerunt; Brutii equidem apud Romanos eo ignominiæ erant damnati, ut carnificum officio fungerentur; Cæterum & militibus id erat demandatum, uti colligunt ex illo Tertulliani c. 11. de cor. mil. dum homini Chriſtiano militiam diſſuadet ex eo, quod milites *& vincula, & carcerem, & tormenta, & ſupplicia adminiſtrent.* Nam in horto ipſum ceperunt & ligarunt, captum in civitatem abduxerunt, in Prætorio barbarè ipſum tractarunt, deinde eduxerunt ad ſupplicium, tandem cruci clavis affixerunt, ut excruciarent, donec ſpiritum exhalaret. Quæritur: An neſciverint, quantus ille fuerit, & quantum deſignarent peccatum, eum ad mortem adigentes? videtur, quod non: Nam Chriſtus Luc. XXIII. 34. patrem ſuum rogat, ut ignoſcat crucifigentibus, utpote neſciis, quid agant; & tamen ex verbo & miraculis ejus Deitatem agnoverunt, Matth. XXI. 38. vel agnoſcere potuerunt. ℞. auct. qq. & RR. 140. diſtinguendo inter ignorantiam ſimplicem & affectatam; neſciviſſe ipſos Chriſti Deitatem, & quidem affectata ignorantia, quum potuiſſent ſcire, imo aliquando ſciverant, *Quod eum viderant in præſenti vita, operum editione & filij appellatione, ſupra omnem eſſe hominem, juxta evidentem parabolæ deſcriptionem. Sed tum, quod illum poſt mortem ejus Deus è mortuis ad vitam immortalem eſſet reſuſcitaturus, & facturus hæredem univerſorum, non cognoverunt.* Tandem inventus eſt inter eos, qui lancea jam mortuo latus aperiret, exploraturus, an adhuc ſpiraret? Ajunt militi nomen *Longini* fuiſſe (forſan à λόγχη derivatum lancea, à qua Centuriones Romanorum dicti ſunt Longini, ut eſt apud Conſtantinum Porphyr. in Gloſſario Meurſii.) de quo miras fabulas fabulantur apud Metaphraſt. ad diem XVI. Octob. & ad Martyrol. Rom. Mart. d. XV. vel XVI. Apud Franc. Coll. de ſang. lib. IV. diſp. 7. c. 1. ſeqq. nec adhuc temporis convenit Collio, Baronio, & Gretſero, & aliis, idemne, an alius fuerint Centurio ſub cruce, & hic miles Longinus; Qui eundem ſtatuunt, negantes his nervis premunt: *Quid? Ergo nobis cenſoribus inveteratam apud omnes de Longino opinionem corrigere, atque deſerere opus erit? Quid, ergo nova hac opinione noſtra tot S. Matris Eccleſiæ martyrologia, tot certa virorum illuſtrium decreta, atq; ipſum etiam B. Nicodemi Evan-*

gelium

gelium refellenda atq; repellenda erunt? abſit. apud Franc. Coll. l. c. cap. 3. p. 660. Reſpondet ad hæc Theologiæ ac Collegii Ambroſiani apud Mediolanenſes Doctor Fr. Collius, & quas illi auctoritates adferunt, in dubium revocat, Auguſtini, Nazianzeni, Iſidori &c. eosdemque notat, quod *non curarint diligentius inveſtigare, num ea, quæ tunc temporis de Longino milite tradebantur, firmo eſſent canonicæ alicujus ſcripturæ firmamento ſubnixa, quo proderetur, militem Dominici lateris percuſſorem Longinum centurionem fuiſſe, qui ſuum pro Chriſti confeſſione ſanguinem effudit. Nam cum per ea tempora hinc apocrypha illa Longini vita per omnium ora volitaret, & inde Longinum Chriſti mortis ſpectatorem ſimul, atque corporis ejusdem Domini cuſtodem ad ſempiternam beatorum felicitatem ſanguinis profuſione advolaſſe unanimi omnium aſſenſu palam eſſet; factum eſt, ut hi ea communi fama perſuaſi, neq; falſam libelli illius narrationem meditantes, litteris conſignarint, militem ſub Centurionis diſciplina conſtitutum, qui latus Domini lancea transverberaverat, eum fuiſſe Longinum; qui poſtea admiratus prodigia, quæ tempore paſſionis, & reſurrectionis acciderunt, toto pectore Chriſti fidem ſit amplexatus; cum tamen ex ipſo Evangelicæ narrationis teſtimonio compertiſſimum ſit, eum, qui viſo terræ motu, ſolis defectione, atq; conſideratis reliquis, quæ in Chriſti obitû facta fuerant, miraculis, non fuiſſe militem Centurionis poteſtati ſubjectum; ſed illum ipſum militiæ Principem, cui nomen erat Longinus.* Bene illos notat, quod præter & contra ſcripturam talia finxerint; notandus tamen & ipſe, qui aſſerit, Evangeliſtas tradere, quod Centurio dictus fuerit Longinus. Obſervamus nos diſſenſum inter Pontificios, & ipſorum traditiones, ut adeo ſuccenſendum nobis non ſit, ſi non credimus traditionibus, niſi in pura antiquitate fundatis, cum pleræque earum natales ſuos debeant Evangelio Nicodemi ſicut hæc, i. e. ſuppoſititiis & adulterinis ſcriptis. Judæis & Ethnicis jungi poteſt *Herodes*, cognomento Antipas, Infanticidæ & Judæo-Ethnici (vide Caſaub. exerc. I. n. 4.) filius, is ipſe, qui Johanni Baptiſtæ caput amputandum curaverat, poſtquam ob inceſtum cum Herodiade fratris Philippi uxore commiſſum fuiſſet reprehenſus. Huic conjungendi ſunt *Aulici* ſui: Nam & hi illuſerunt Chriſto: Atque ſic totus mundus, Judæi, Ethnici, Syncretiſtæ in necem Chriſti conſpirarunt. **Herodes.**

§. 44.

Digitized by Google

Inſtrumenta, ut vincula. §. 44. *Inſtrumenta* paſſionis varia & plura fuerunt. Erant *vincula*, quibus ligatus eſt Chriſtus in horto oliveti, cum captivaretur; in quibus vinculis etiam ſummis Pontificibus exhibitus eſt: *Tribunal*. *Tribunal*; ſi verum eſt, quod Juſtinus Martyr. Apol. II. f. 59. tradit, quod milites Chriſtum ἐκάθισαν ἐπὶ βήματος *collocarint ſuper tribunali*; cum ei illuderent, tanquam ſcenico regi. *Sputa*, quæ in ipſum ejecerunt Aſſeſſores nonnulli Synedrii, tanquam hominem execrabilem juxta Deut. XXV. 29. Num. XII. 14. Et *Velamenta.* Dominos ſuos ſecuti miniſtri qui vinctum tenebant; *Velamenta*, quæ faciei injiciebant, cum petulantiſſime colaphos ipſi in-*Pallium.*fligerent, & interrogarent: qui ex ipſis impegiſſet? veſtimentum ſplendidum, quod Herodes Empæcta ipſi injecit, ut ſcenium eſſe Regulum, & ſacrificulum innueret; album illud, an alius coloris fuerit? diſputat Baron. an. XXXIV. n. 83. 84. ſplendidum fuiſſe ſcriptura ait; diſſimulato colore. Forſan album fuit, ut color innueret, non eſſe reum mortis, quales ſolent a-*Flagella.* trati incedere. vid. Joſeph. lib. XIX. Antiq. c. 17. *Flagella*, quibus conciſus eſt, & quidem bis; ſemel, ad commiſerationem apud Judæos movendam ante condemnationem; iterum poſt condemnationem, ex more Romanor. quibus lex erat, *ut qui crucifigeretur, prius flagellis verberaretur*, teſte Hieronymo. Creduntur *Columna.* ea fuiſſe è loris taureis; *Columnam* Traditionarii addunt, eamque in ædibus Prætorianis erectam; ad hanc manibus fuiſſe alligatum Chriſtum ajunt; *columna*

annexus, tergum dedit, ut ſervile, flagellis.

Prudentius cecinit. Hieronymus in Epitaphio Paulæ, *oſtendebatur*, inquit, *columna Eccleſiæ porticum ſuſtinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur, & flagellatus*; Circumſpecte, *dicitur*, ait, & nos cum ipſo: ſcriptura enim nihil ejus expreſſit, Confer Naz. orat. 1. in Julian. Coll. de ſang. Chriſt. lib. III. diſp. XI. Per nos liceat illuſtrem in Italia gentem de Columna dici, quam Cardinalis S. Praxedis ex Oriente Romam attuliſſe creditur, Honorio III. P. R. ſedente. Incertum eſt & illud, quod Landulphus de vit. Chriſt. ait, accepiſſe Jeſum ex flagellis vulnerum 5475. & quæ habent Joh. Lanſperg. hom. 50. de paſſ. Dom. Guil. Pipinus ſtat. VI. Chriſti pat. Sicut & quæ de numero verberum diſpu-

Digitized by Google

diſputantur apud Fr. Coll. de ſang. Chriſt. lib. III. diſp. 14. c. 1. p. 451. *Chlamys*, à militibus flagellato injecta, purpurei ſeu coccinei coloris fuiſſe creditur; Tales enim erant militum Chlamydes apud Martial. epigr. lib. 14. & rationem reddit Plutarchus in Laconicis. Alludit eo Tertul. de cor. mil. c. 1. & 13. *Corona* è ſpinis contexta, quam *plenam ſentibus, & hericio ſimilem*, Hieron. aſſerit in cap. 3. Abac. & Auguſt. in Pſ. LVII. Aſſervari creditur Lutetiæ Pariſiorum in Sacello à S. Ludovico ſtructo, poſtquam à Balduino, Hieroſolymorum Rege, Venetis prius oppignoratam, eam accepiſſet; Id quod ex ipſius Balduini literis ad Ludovicum conatur oſtendere Ferrandus in diſquiſ. Reliq. l. 1. c. 1. Partem hujus ſpineæ coronæ ſibi vendicat civitas Lucenſis in Hetruria, Ovietum in Hiſpania, innumeras ſpinas alii; quæ ut conciliaret Ferrandus contra Calvini objectiones, finxit poſt Arboreum duas fuiſſe Chriſti coronas ſpineam alteram, qua in prætorio Pilati fuerit compunctus; ex junco alteram, quam portarit in cruce; Cum verò hæc ſubſiſtere non poſſe videret, certè junceam coronam refutat Bar. an. 34. n. 86. dedit, quod res erat, multas tales ſpinas & coronas hinc inde oſtendi, quæ Martyrum fuerint, vel aliunde acceptæ, i. e. ex *errore*, ut fatetur Gretſerus, pro Chriſti corona ſupponi. *Calamus arundineus* loco ſceptri erat;

Chlamys.

Corona.

Calamus.

§. 44. *Crux*. De hac apud σταυροδιδάσκαλους plurima dicuntur, imprimis apud Petrum Fabrum, & qui ejus *quadras abligurivit* Juſtum Lipſium in diatribe de cruce. Nos in compendio quædam ejus delibabimus. *Materia*, unde facta ſit, non conſtat, niſi in genere, quod lignea fuerit Gal. III. 13. 1. Pet. II. 24. Quod autem iſtud lignum? arbor, in qua Protoplaſti noſtri peccarunt? quod nonnulli volunt; An truncus, quem Moſes in aquis Maræ poſuit, ut dulceſcerent? Exod. XV. 25. An aliud myſticum lignum? Ejus nulla vel in ſcripturis, vel in probata antiquitate exſtant veſtigia, quare temere nihil aſſerimus. *Forma* quâ fuerit? de ea non minus ſudatum eſt apud curioſos. Nec immeritò. Nam variæ crucis formæ erant, ut eſt apud Senecam in conſolatione ad Marciam. Antiquiſſimus inter Patres Irenæus lib. II. c. 42. ita deſcribit; *Ipſe habitus crucis*

Crux.

fines & ſummitates, h. e. extremitates, habet quinq; duas in longitudinem, duas in latitudinem, & unam in medio, ubi requieſcit qui clavis configitur. Hæc ille. Aug. in Joh. ſerm. 118. myſticam addit ſignificationem, his verbis: *Lata eſt quippe in transverſo ligno, quo extenduntur pendentis manus, & ſignificat bona opera in latitudinem charitatis. Longa eſt à transverſo ligno usque ad terram, ubi dorſum pedesq; figuntur, & ſignificat perſeverantiam in longitudine temporis usque ad finem. Alta eſt in cacumine, quod transverſum lignum ſurſum verſus excedit, & ſignificat ſupernum finem, quo cuncta opera referuntur.* Clavi. Cruci adduntur *clavi*, tres, an quatuor? Tres auctor Tragœdiæ Chriſti patientis aſſignat τριωνύλῳ ξύλῳ. Nonnus quatuor τετράζυγι δεσμῷ; quem Scaliger ſequitur & Montac. Θεανδ. part. 2. n. 181. confer Franciſc. Coll. de Sang. Chriſt. lib. III. diſp. 13. ita, ut duo clavi manus affixerint ligno transverſo; duo autem ſingulorum pedum plantas ſuppedaneo, quod ex arrecto ſtipite eminebat. Fabulantur, Mariam virginem clavos è vulneribus Filii ſui extraxiſſe, & in ſinu ſuo repoſuiſſe: Alii, ut Apollinaris in Tragœdia, Nicodemum ajunt ſolviſſe, & extraxiſſe: Nonnus tradit, Joſephum hoc præſtitiſſe. Tabella. Adjungi poteſt *tabella*, quam Pilatus ex more Romanorum, ut eſt apud Dionem lib. LIV. capiti crucifixi impoſuit, crucis ſummitati appenſam; continebat autem ea meritum mortis. Scriptum hoc erat tribus linguis Hebræa, Græca, & Latina, eminentioribus; nec ſine myſterio: *Myſterium* enim *voluntatis Dei, & exſpectatio beati regni, tribus iſtis linguis erat imprimis annuncianda*: ita Hilar. præfat. in Pſalmos. Neque ſine ratione ex mente Pilati, nempe, ut ab omnibus prætereuntibus Thren. I. 12. legi poſſet cauſſa ἀνασκολοπισμοῦ; Pontificii, & in his Baronius an. 34. n. 119. hic quoq; loci quærunt aliquam eminentiam linguæ ſuæ, ſc. Latinæ, & Eccleſiæ; ſed nullo prorſus fundamento nixi: Imo contrario facto refutati. Nam Evangeliſtæ inter linguas primum locum dant Hebraicæ, ſecundum Græcæ, tertium denique & ultimum Latinæ. Unde ſuſpectus eſt, imo ſuppoſititius titulus ille, qui Romæ inter κειμήλια oſtenditur, & primum locum Latinæ concedit. De cruce, & clavis, & tabella mira narrant, ſicut in terra abſcondita fuerint, inventa tempore Conſtantini M. erecta, in uſum ſacrum translata, deportata, auro, argen-

Digitized by Google

argento, annulis, frænis incluſa, miraculis patrandis adhibita, aſſervata religioſè, quæ & ſimilia ut hujus temporis nondum ſunt, utpote virgine adhuc Eccleſia, ita tædet referre, adeo fabuloſa ſunt, & ſuperſtitioſa: certè inter ipſos Pontificios adhuc controverſa.

Ad *potum* Servatoris in cruce convertimur. Marcus appellat ἐσμυρνισμένον οἶνον, *Myrrhatum vinum* Marc. XV. 23. Matth. XXVII. vocat ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον *acetum felle miſtum*. Iſtum potum præbuerunt prius, quam cruci affigerent; hunc vero, cum jam cruci ſuffixus penderet; iſtum non guſtavit; guſtavit autem hunc: Iſte erat vinum; hic vero acetum; vinum erat myſtum Myrrha; acetum vero felle; Myrrham admiſcebant vino, interdum & thura, an, *ut morituro rationis uſus tolleretur*? Ita ex Rabbinis docet Caſaub. exerc. XVI. n. 79. p. 549. eamque cauſſam fuiſſe, cur Chriſtus ne accipere quidem voluerit potum iſtum, à religioſis fæminis per manus forſan militum præbitum. Nollem autem iſtud probare ex Prov. Ult. 6. 7. cum impium ſit, ſtatuere, Deum voluiſſe morituris uſum rationis medio tam violento eripi. Imo Guibertus negat, Myrrhæ talem vim ineſſe, ut rationis uſum adimat, contra Nicolaum Fabrum, Maldonatum, Toletum, ſed & Dioſcoridem, qui talem ei vim tribuit. Omittimus quæ Baronius an. 34. n. 95. ſeqq. extra orbitam ſaltans prolixe &, quod Nicol. Guibertus Lotharingus medicus oſtendit, ſaltem in quibusdam ex errore diſputat de Myrrhato vino, vaſis Myrrhinis, & Myrrhina mulierum Romanarum. Acetum felle miſtum commiſerunt *ſpongiæ* (forſan ſiſtendi ſanguinis gratia ea aderat) quam per arundinem hyſſopo junctam ſitienti porrexerunt. Joh. XIX. 29. Luc. XXIII. 36. De hyſſopo hac quid ſtatuendum ſit ſub judice lis eſt, dirimenda ad adventum Eliæ. Joachimus Camerarius lectionem mutat, legens ὑσσῷ περιτεθέντες *extremo pilo circundantes*; ingenioſius, quam ſolidius, vide Caſaub. XVI. n. 88. qui recte judicat: *Omitto periculum mutandi vel minimum apicem in libris ſacris, ubi præſertim conſtat de vulgatæ lectionis vetuſtate, niſi ultima urgeat neceſſitas. Quare ſatius* ἐπέχειν. Sufficit nobis, milites per abſinthii præbiti amaritudinem ægre voluiſſe facere crucifixo. *Spongiam* oſtendere volunt

Potus. Spongia.

Lancea. lunt Pariſiis, Veſontiique, vide Fer. reliq. l. 1. c. 4. ſect. 2. *Lanceá* ſupereſt, quam miles neſcio quis lateri Chriſti impegit. Cujus ea formæ fuerit, ſciremus, ſi lis perorata eſſet inter Reliquiarios, ubi locorum genuina illa hodie ſuperſit. Oſtenditur Anicii in Galliis, Noribergæ inter Germanos, Pragæ apud Bohemos, Romæ in Italia: referente Fr. Coll. l. c. alibi locorum; Ferrandus inclinat quidem in ſuam Aniciam, neque tamen litem definire audet, neque nos audemus, quamvis in Noribergam inclinemus, cum hic videamus argumenta firmiora pro iſta lancea comprobanda.

Victima. §. 45. *Victima*, quam Sacerdos ille noſter obtulit, fuit ipſemet Sacerdos. *Ut tollatur materia ſeparans, quæ eſt peccatum, venit ille mediator, & factus eſt ſacrificium ſacerdos ipſe. Et quia ſacrificium factus eſt pro peccato, offerens ſeipſum in holocauſtum in cruce paſſionis ſuæ.* Ita Aug. tract. XLI. p. 376. in Joh. Matth. XVI. 21. 22. prædicat ipſe, ſeſe, Filium hominis, qui & Filius Dei eſſet, multa paſſurum eſſe Hieroſolymis. Quod audiens Petrus, monebat ipſum, ut ſibi ipſe parceret, ſed repulſam tulit. Victima eſt, quæ morte erat conſummanda. Luc. XIII. 32. Theodor. Orat. X. de Prov. f. 448. A. t. IV. opp. allegans verba Jeſ. LIII. 7. omnes, ut oves, erravimus: ſubdit: *Propterea tanquam ovis ad mactationem ductus eſt, & ut agnus coram tondente ſe mutus. Decebat enim ipſum, ut ſimilia per ſimile mederetur, & per ovem ovium errorem revocaret. Ovis autem fit, non in ovem transmutatus, nec converſionem ullam paſſus, nec à propria ſubſtantia deficiens: Sed ovis naturam evidentiſſime induit, & quemadmodum gregis ductor aries dux gregis factus, ut oves omnes ſequantur, effecit. Ut ovis itaq; victima factus eſt, & pro toto genere oblatus eſt in ſacrificium.* Eſt homo ille, quem Cajaphas dicebat præſtare ut moriatur pro populo, ne hic ipſe periret. Joh. XI. 51. 52. Serpens eſt, à Moſaico præfiguratus, & à Davide prædictus, qui in cruce ſuſpendendus erat. Joh. III. 14. *Audi ergo Dominum, ſerpenti æneo comparantem ſalutiferam paſſionem*, ait Theodoretus dial. III. & paulo poſt: *ut maledictum maledicti ſerpentis typum implet.* Eſt paſtor, qui vitam ſuam ponebat pro ovibus. Joh. X. 12. Eſt granum, quod in terram conjiciendum erat fructus ferendi gratia. Joh. XII. 24. *Innocens* per omnia tanquam agnus Dei, tollens peccata mundi: *Venit*

Jeſus

Jeſus, & quid dicit ille? Ecce agnus Dei. Si agnus Dei innocens, & Joannes agnus, an non & ipſe innocens? Sed quis innocens? Omnes ex illo traduce veniunt, & ex illa propagine, de qua cantat gemens David: ego in iniquitate conceptus ſum, & in peccatis mater mea in utero me aluit. Solus ergo ille agnus, qui non ſic venit, non enim in iniquitate conceptus eſt, quia non è mortalitate conceptus eſt: nec eum in peccatis mater ejus in utero aluit, quem virgo concepit, virgo peperit, quia fide concepit, fide ſuſcepit: Ergo ecce agnus Dei, non habet ille traducem de Adam: carnem tantum ſumſit de Adam, peccatum non aſſumſit. Ita Auguſt. tract. IV. in Joh. pag. 38. ut propter ſua peccata non pateretur, ſed ex amore erga nos peccatores. Joh. XIV. 30. 31. Nihil habuit princeps hujus mundi, diabolus, quod in Chriſto perſequeretur, quandoquidem innoxius erat hic ab omni peccato; Quod vero mortem ſubire voluerit, id ideo factum eſt, quia diligebat Patrem, cujus erat voluntas, ut Chriſtus pro hominibus pateretur; & obediens ipſi erat, qui mandaverat iſtam paſſionem, & mortem. C. XV. 13. exaggerat amorem ſuum erga Amicos diſcipulos, quod tantus fuerit, quantus unquam amor eſſe poſſit; Ex amore enim erga ipſos vitam ſeſe cum morte commutaturum eſſe Luc. XXIII. 4. Joh. XVIII. 38. Pilatus, publica perſona, poſt accuratum examen cum Jeſu habitum, palam fatetur: Nullam in eo invenio cauſſam mortis, & noxam. Idem profitebatur Herodes, candidam ipſi veſtem injiciendo. Luc. XXIII. 11. 15. Idem repetit Pilatus. v. 14. ſciens, quod propter invidiam Judæi ipſum obtuliſſent. Matth. XXVII. 19. Marc. XV. 10. Ipſa uxor per ſomnium acceperat, quod juſtus eſſet Jeſus, eaquepropter dehortabatur maritum ab actione adverſus eum continuanda. Matth. XXVII. 19. Cujus moniti meminit Pilatus in peremptoria ſententia, & lotione manuum. v. 27. Confer v. 23. Marc. XV. 14. Luc. XXIII. 22. Joh. XIX. 6. Nihil hic vel minimi mali (ἄτοπον) geſſit, confeſſio eſt latronis de Chriſto in cruce pendente Luc. XXIII. 41. Theodor. Orat. X. de Provid. fol. 450. t. 4. opp. D. *Ipſum*, ait, *Dominum audivimus dicentem: Venit mundi Princeps, & in me inveniet nihil. Nullum enim, inquit, habeo peccati judicium, corpus habeo omni peccato liberum: Veruntamen, licet nihil inveniat, quaſi innumeris obnoxium debitis morti tradet: ego autem id patior; ipſum ſua*

 tyran-

Digitized by Google

tyrannide juſtè ejicere volens. Qua propter alibi item inquit: Nunc judicium eſt mundi hujus: Nunc Princeps mundi hujus ejicietur foras. Cum enim judicium & diſceptatio inſtituta fuerit, condemnabitur, & tyrannide ejicietur, ut qui injuſtam contra me ſententiam tulerit. Edocens deinde, quod non ſuum modo corpus è mortis poteſtate liberaturus ſit, ſed univerſam ſimul humani generis naturam, mox infert, dicens: & ego cum exaltatus fuero, omnes traham ad me ipſum. Nec enim patiar illud, quod ipſe aſſumſi, ſolummodo corpus reſurgere: ſed omnibus hominibus reſurrectionis copiam faciam. Ideo enim veni, & ſervi formam aſſumſi, ideo ad mactationem ductus ſum, & ceu agnus coram tondente ſe mutus fui. Symbolum erat ſerpens in deſerto ex ære factus & erectus; ſicut enim hic caruit veneno, ita Chriſtus antitypus peccato. vide Juſtin. Martyr. dial. cum Tryph. f. 251. Et *Solus* quidem Joh. XIII. 33. Chriſtus apertè dicit, quod diſcipuli venire non poſſint eo, quo ipſe vaderet, ſcilicet in paſſionem ſpontaneam, mortem, conflictum cum diabolo & morte meritorium. Math. XXVI. 39. 42. 44. Marc. XIV. 35. 39. 41. Luc. XXII. 41. avellitur anxietate avellente ipſum à diſcipulis dormitantibus, ſolusque & angitur, & luctatur, & ſanguineum ſudorem copioſè emittit, adeo nemo erat cum ipſo, qui una torcular iræ divinæ calcaret. Matth. XXVI. 56. Marc. XIV. 50. 51. 52. Chriſto in manibus hoſtium relicto omnes diſcipuli, & adoleſcens pone ſequens aufugerunt: Solus igitur etiam tum paſſus eſt. Matth. XXVII. 46. Marc. XV. 34. Jeſus in cruce exclamat: Deus mi, Deus mi, quare me dereliquiſti? verbis ex Pſal. XXII. depromptis, quibus conqueritur, quod non, perinde ut patres olim orantes, ex hac miſeria eriperetur, aut ſolatio divinitus ſuſtentaretur. Maria quidem, & cum ipſa Johannes, aliæque mulieres adſtabant cruci, ſed nihil ipſum juvabant, ipſa potius indiga, quæ curatori commendaretur. Joh. XIX. 25. 26. 27. *Ratio* eſt in promptu, Debebat Deo irato ſatisfactio perfecta præſtari, ut ira ipſius infinita placaretur; hoc vero nemo poterat, niſi θεάνθρωπος, qui unus & ſolus eſt. Nemo igitur venit ad Patrem, niſi per ipſum Salvatorem & Mediatorem. Joh. XIV. 6.

Paſſio interna. §. 46. *Paſſio* Chriſti alia fuit interna, alia externa. *Interna* in anima: triſtitia, horrore, terrore, anguſtiis, ex ira divina,

Digitized by Google

vina, furore peccati, mortis, inferni, diaboli, reſultantibus, excruciata. Luc. XII. 50. dicit, animum ſuum velut in anguſtias redigi horrore imminentis baptiſmi ſanguinis. Joh. XII. 27. ipſius anima veluti violento terrore percellitur ad cogitationem mortis imminentis Matth. XXVI. 37. Marc. XIV. 33. 34. Luc. XXII. 44. In horto juxta villam Gethſemani jamjam captivandus cœpit contriſtari, expaveſcere, & exhorreſcere, vehementiſſime angi, & luctari cum tantis horroribus, ex ſenſu iræ divinæ natis, ut vel puriſſimum ſanguinem ſudaret, grumique inde concreti in terram deciderent, modo plane ſingulari, & miraculoſo. Juſto religioſiores ſunt Hilarius can 31. in Matth. & Hieron. in Matth. IV. exponens initium cap. 26. quando negant, Chriſtum à morte ſibi metuiſſe, Verba ipſorum repetit Sixtus Sen. lib. VI. Bibl. ſanct. annot. 114. Etiamſi enim Chriſtſtus per inhabitantem ſibi Deitatem potuiſſet à ſeſe repellere mortem, noluit tamen, ſed tanquam verus homo voluit metuere, quod nobis metuendum erat. Teſtimonium dicat vel *ſolus ſudor ſanguineus*, quem immanis ille metus & angor præter naturam extorſerunt, de quo prolixè videri poteſt Collius de ſang. Chriſt. lib. III. diſp. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

§. 47. *Externa* corpus afflixit. Primum in circumciſione, quando præputium amputatum, & ſanguis ipſius fuſus eſt. Luc. II. 21. Deinde in immani paſſione, quam ſuſtinuit, & vere ſenſit in corpore nobis per omnia, excepto peccato, ſimili. Superius prolixe deſcripſimus in hiſtoria paſſionis. Compendium habes Marc. X. 34. ubi Chriſtus prædixit, ſibi illuſum, ſe flagellatum, conſputum, & occiſum iri. Illuſum Chriſto eſt in prætorio Pilati à militibus: *Nam ita, ſicut Propheta ait, divexantes illum in tribunali collocarunt, atque dixerunt: Indica nobis.* verba ſunt Juſtini Martyr. Apol. II. f. 59. Deinde in cruce: *Nam qui illum in cruce ſuſpenſum ſpectarunt, capita quiq; moventes, & labris diſtortis, naribusq; inflexis inter ſe certantes, ea per irriſionem dixerunt, quæ in Apoſtolorum ejus libris ſunt deſcripta: Filium Dei ſeipſum dixit; deſcendat & obambulet. Salvet eum Deus.* Ejusdem verba ſunt in dial. cum Tryphon. fol. 256. Tandem etiam occiſus eſt. Nec obſtat Externa.

quod

Digitized by Google

quod Matth. XII. 39. habetur, de Chriſto, futuro in ventre terræ, ſicut fuit Jonas in ventre ceti, nempe vivus, tanquam & ipſe Chriſtus verè mortuus non eſſet. Non enim *morti mortem, ſed triduanam Salvatoris in ſepulchro manſionem triduanæ Jonæ in ceto manſioni comparavit.* Juſtin. quæſt. & ℞. 64.

§. 48. *Finis*, eſt gloria Dei. Joh. XIII. 31. 32. Chriſtus, digreſſo ad proditionem perficiendam Juda Iſchkarioth, in hæc verba erupit: Nunc glorificatus eſt filius hominis, paſſione nimirum & morte imminente, & Deus (pater) glorificatus eſt, quoad juſtitiam, gratiam, potentiam, veritatem, per eum, qui opus redemptionis humanæ perfecturus erat. c. XIV. 28. idem dicit, poſt abitum ſuum ſeſe exaltatum iri ad gloriam patris, ſeſe, quoad humanam naturam majoris. v. 30. perhibet, non ſe paſſurum eſſe propter aliquod ſuum ipſius peccatum, ſed ut impleat voluntatem & mandatum patris, quem diligeret. Et ſalus hominum de quibus ſupra §. 16. Eſt ſatisfactio divinæ juſtitiæ facta, & ea noſtri cauſſa. Id quod locutus eſt Spiritus Sanctus per os Caiphæ. Joh. XI. 50. dicentis: expedit nobis, ut unus homo moriatur pro populo, quam ut tota gens pereat. Quibus verbis Spiritus Sanctus innuebat, loco populi i. e. humani generis, mortem commeriti, moriturum eſſe Dei Filium, ab omni peccato alienum. Matth. XX. 28. ipſe Chriſtus ait, veniſſe Filium hominis, ut daret vitam ſuam λύτρον ἀντὶ πολλῶν, *pretium redemptionis pro multis*, ſeu vice, & loco aliorum, ſc. qui propter peccata ſua mortem commeruerant: *Animam ſuam pro redemptione noſtræ ſalutis impendit*: ait Hilar. can. 20. in Matth. l. c. Et Chryſoſt. in cat. f. 645. Corder. verba Chriſti ita reddit: *Amplius enim quiddam ego feci. Cum enim ſupernarum Rex eſſem poteſtatum, homo fieri volui, ac contemptum injuriasq; ſuſcepi, & ne hæc quidem ſatis ſunt, verum etiam ad moriendum veni, animamq; dedi in redemptionem, & pro quibus? pro inimicis.* Theodoretus orat. X. de prov. f. 446. D. tom. 4. opp. uberius explicat, his verbis: *Inſidias autem voluntariè ſuſtinet, ſalutem nimirum, quæ hinc hominibus eventura erat prævidens: Et hæc olim per Prophetam prædixit: Ego, inquit, non ſum inobediens, nec contradico. Sed tergum meum dedi ad fla-*

Finis intentionis.

Digitized by Google

ad flagella, genas vero meas ad alapas, faciem meam non averti ab ignominia ſputorum. Hæc vaticinatus, hæc paſſus, cruci affigitur, non peccatorum pœnas perſolvens, (peccatum enim non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus,) ſed noſtræ naturæ exſolvens debitum. Ipſa enim debebat, creatoris nimirum leges transgreſſa. Et quoniam quæ debito tenebatur ſolvendo non fuit, ipſe dominus debiti perſolutionem ſapienter molitur: & humana quidem membra ceu pecunias opesq; aſſumens, & eadem ſapienter juſteq; adminiſtrans, debito ſatisfacit, & naturam noſtram liberat. Et paulò poſt: *Spiritus Sanctus per Prophetam docet, quod ipſe vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus eſt propter iniquitates noſtras. Idemq; evidentius per ea, quæ ſequuntur, demonſtrat. Caſtigatio enim, inquit, pacis noſtræ ſuper ipſum. Livore ejus nos ſanati ſumus. Nam cum hoſtes Dei eſſemus, utpote qui ipſum offenderamus, caſtigationem debebamus & pœnam. Atq; hanc quidem nos non ſumus experti, ipſe autem noſter Salvator illam ſuſtinuit, & hanc ſuſtinens nobis pacem cum Deo fecit.* Conſequentia ſunt I. *Miracula.* quæ mortem Chriſti conſecuta ſunt, & contigerunt partim extra Chriſtum, partim in ipſo Chriſto. *Extra Chriſtum* in rebus *inanimatis*, qualis erat templi *velum*; Exterius, an interius? Hoc probabilius cenſemus, eo quod κατ' ἐξοχὴν velum dicatur & myſteriis ſignificatis aptius ſit. Sunt, qui utrumque ſciſſum eſſe ſtatuunt. Sed iſtam ſententiam textui convenientiorem cenſemus. Referunt quoque ad iſtud velum, murum illum lapideum, qui obductus erat ſancto ſanctorum; quod & hic ruptus ſit; ſed ejus non meminit ſcriptura: In velo igitur manemus. Satis craſſum hoc erat, dividebatq; Sanctum Sanctorum à ſancto. Exod. XXVI. 31. & tamen à ſummo ad imum diſruptum eſt, ut pateret ſcilicet ſummo ſacerdoti ingreſſus in Sancta ſanctorum, & fidelibus aditus ad Eccleſiæ etiam triumphantis penetralia; *Terra*, Nam motu concuſſa ſunt loca non vicina ſolum, mons Golgothæ, urbs Hieruſalem; ſed etiam remotiora, ut erat Bithynia, referente Phlegonte lib. XIII. Chron. Olymp. 202. Thracia, Aſia, collapſis in iis urbibus, vide Niceph. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 17. Eſt tamen, nempe Montacutius, qui cornicum oculos confixit, ſtatuens: *Motus ille terræ particularis fuit, nec ſpectat omnino ad Bithyniam, de qua narrabat Phlegon Trallianus.* Orig. Eccleſ. part. II. n. 198. *Petræ*, quæ ſciſſæ ſunt; rupes potiſſimum

Vel terminationis, ut Miracula.

Xxx Gol-

Golgothæ, ut teſtis eſt Lucianus apud Euſeb. lib. IX. hiſt. Eccl. c. 6. & peregrinatores, qui ajunt, hiatus adhuc hodie patere; *Monumenta.* Erant & hæc in petris exciſa, & lapidibus admotis munita; ſed diſſilierunt etiam ideo, ut cadavera oculis paterent, usque ad diem reſurrectionis Chriſti, quo recepta vita è ſepulchris exiverunt, & Hieroſolymis quibusdam, forte fidelibus, apparuerunt; Forſan & in cœlum cum Chriſto tandem aſcenderunt. Euſeb. IV. dem. Ev. c. 12. Hiſt. Eccleſ. lib. 1. c. ult. Qui autem illi ſancti fuerint? Veteris, an N. Teſtamenti? An Patres ſepulti in celebri illa Machpelah ſeu ſpelunca Abrahami? Num Joſephus, Anna, Simeon, Zacharias, Eliſabetha, Johannes Baptiſta? id definire nolo, tacentibus ſcripturis. Non excluſerim tamen eos præcipue, qui in terra ſancta ſepeliri anxie deſiderarunt ideo, ut Meſſiam reſurrecturum in carne viderent. Et *Animatis*, ut fuit Centurio cum ſua cohorte; Iſte enim, Ethnicus licet, adeoque infidelis, tamen iſtis viſis & auditis ſancto metu inhorruit, & fidem in Dei Filium concepit, ut etiam Deum glorificarit; Fabulantur, cœcum prius fuiſſe, dum vero latus Chriſti aperuit, ex liquore inde exiliente viſum recepiſſe, & converſum in Cappadociæ quoddam Monaſterium ab Apoſtolis Catecheris fuiſſe amandatum; ſed quis nugas haſce crediderit? *Turba* quoque fit mentio; Nam & hæc ex viſis miraculis fidem concepit, & editis pœnitentiæ ſignis reverſa eſt in urbem. *Teſtes* horum omnium adſtiterunt Noti Chriſti, nempe poſt Mariam Matrem & Johannem etiam Mulieres aliæ, nominatim Maria Magdalena, Maria Jacobi parvi, & Joſe Mater, Salome Zebedæi uxor, quæ Chriſtum ſecutæ fuerant è Galilæa, & aluerant *more gentis antiquo, ut mulieres de ſubſtantia ſua victum ac veſtitum præceptoribus miniſtrarent.* Hier. in Matth. Denique & *in Chriſto* miraculum contigit, poſtquam latronibus crura, ut citius morerentur, fregiſſent, vecte, an gladio? quod Nonnus canit; Non liquet. Liquet de Chriſto, quod ex latere per lanceam militis, neſcio cujus nominis, aperto, prono flumine manarit diſtincte primum ſanguis purus, (*αἷμα ἀπορφυρόμενον* juxta poetam) deinde & aqua impermixta; ut adeo vapulet Baptiſta Mantuanus, *nobilis* alias *vates*, judicio Collii de ſanguine Chriſt. lib. IV. diſp.

diſp. 7. c. 1. quando cecinit: *cruor confuſus aquis:* uterque liquor miraculosè, quidquid denique Calvinus, & alii ſcioli vitilitigent. *In corporibus ſanguis poſt mortem congelaſcit, ſed h. l. adhuc fluidus eſt.* ita Ambroſ. ad Luc. XXIII. & Theophyl. in Joh. *Judæi,* dicens, *etiam mortuum corpus contumelia illis in miraculum vertitur. Et ſanguinem quidem ex mortuo corpore prodiiſſe admirabile eſt, veruntamen poſſit quis Sycophantarum dicere, qui veriſimile ſit, vitalem quandam adhuc virtutem in corpore fuiſſe; Aqua autem egreſſa omnem controverſiam miraculo tollit.* Fabuloſum eſt, quod referunt Vincent. ſerm. de paſſ. Dom. Ludolphus de Saxo. par. II. c. 64. perſonatus Gregorius Naz. in carmine, ſeu Tragœdia; Baptiſta Mantuanus, Petrus Comeſtor hiſt. Scholaſt. cap. 179. de Longino milite, qui latus Chriſti lancea aperuerit, tanquam cœcus pridem fuiſſet, vel certè luſcus & lippus, poſtquam vero aqua & ſanguis ex vulnere in oculos defluxiſſent, viſum ipſe recepiſſet, & converſus fuiſſet; Si enim cœcus, quomodo latus Chriſti videre potuit? Quis crediderit, Evangeliſtas tam illuſtre miraculum, ſi quod tale contigiſſet, diſſimulaturos fuiſſe? Puduit ipſum Collium, cætera licet nimis credulum, fabulæ iſtius prodigioſæ, cum lib. IV. diſp. 7. c. 3. p. 664. ſcribit: *Certum iſtud, atq; omnino indubitatum eſſe debet, militem lateris Chriſti percuſſorem, neq; martyrem, neq; cæcum fuiſſe, velut ſententia apud pleroſq; decantata perhibetur. Immo tactam de militis cœcitate narrationem figmentum eſſe vel ex eo conſtat, quod ea ex falſo, ac perverſo ſacræ Johannis Hiſtoriæ intellectu ducitur; Siquidem ea verba: Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & teſtimonium ejus verum eſt, quæ de ſe ipſo protuliſſe Johannem, & communis patrum aſſenſus, & ſacra concilia ſtatuerunt, ad militem lateris Chriſti præciſſorem ſtulte illi deferentes, ſic ea exponebant; Et qui vidit, h. e. & qui, cum cœcitate oculorum affectus eſſet, miraculoſe lumen recepit, ſanguinem, & aquam ex latere Dominico perfluxiſſe teſtatus eſt; quo ſenſu nihil magis à Catholica veritate alienum excogitari poteſt. Deinde; quis vel ad leviſſima quæq; credenda paratiſſimus, adeo levis eſſet corde tamen, ut ſibi perſuaderet, ſub centurione Romano militaris diſciplinæ apprimè tenaci militem caligine, & cœcitate affectos oculos habentem potuiſſe reperiri.* Bene hæc, quod ex ſcripturis, & antiquitate traditionem examinat & refutat, utut multorum teſtimoniis decoram. Narrant etiam aliquid de *Magno*

Pane, quem mortuum eſſe navigantibus Romam verſus innotuiſſe dicunt ex oraculo neſcio quo; Refertur apud Plutarchum in tr. de defectu Orac. & ex eo apud Euſeb. lib. V. de præp. Evang. c. 17. *Non ego negaverim hic intelligi poſſe, per magnum Pana, Dominum Crucifixum, & lamenta Dæmonum exaudita, ideo, quod deſtructum Diaboli Imperium, in illius morte, per deſcenſum ad inferos intelligerent.* Ita Montac. Θεανϑ. part. II. n. 199. Nolumus equidem divinæ ſapientiæ & voluntati limites figere, attamen hoc modo Filii ſui mortem Deum revelaſſe, vehementer dubitamus. vid. Art. V. Sect. I. §. 28.

Sepultura. II. *Sepultura.* In hac obſerva (1) *Sepelientes*; Qui illi? duorum nomina expreſſit ſcriptura, nempe Joſephi, & Nicodemi. Qui non à B. Maria moniti, ſed ſua ipſorummet pietate impulſi, officium ſepeliendi in ſeſe ſuſceperunt. *Joſephus* patria erat Arimathæus; Erat autem Arimatha, vel Armatha, juxta Hieronymum, olim dicta Ramathaim, patria Samuelis Prophetæ. 1. Sam. I. 1. Sita in montanis Ephraim; Facultatibus erat *dives*: unde forſan aditus ipſi patuit ad Pilatum, putante Hieronymo; *Dignitate* erat Senator, nempe Hieroſolymitanus, quales erant Aſſeſſores Synedrii magni, qui Chriſtum condemnaverant; quanquam ipſe in hoc cum ipſis non conſpirarit. *Profeſſione* erat diſcipulus Chriſti. i. e. Chriſtianus, quamvis occultus, ex metu Judæorum. Joh. XIX. 38. IX. 22. *Moribus* pius. Nam erat *bonus ac Juſtus*, & præterea gratus in præceptorem. Cum enim alii omnes curam ejus abjeciſſent, vel diſſimularent, ipſe auſus eſt Præſidem compellare de concedendo ſibi Jeſu corpore; Neque hoc contentus, mercatus eſt etiam apparatum ſepulchralem; Alter erat *Nicodemus*, profeſſione Phariſæus; qui & ipſe de ſuo quædam impendit. Emit enim myrrham & aloen, libras fere centum. (2) *Sepeliendi ritum*: Sine dubio ex more Hebræorum corpus abluerunt, aromatibus eum condiverunt, Sindoni mundæ involverunt, & in ſepulchro repoſuerunt. Ritum plenius deſcribit R. Maimonides de luct. c. 4. *Mos eſt in Iſrael circa mortuos & eorum ſepulturam, ut cum quis mortuus eſt, ejus oculos occludant, & ſi os habuerit apertum, claudatur, faſcia maxillis circumligata, ne iterum aperiatur. Obturatur etiam locus,*

per

Digitized by Google

per quem excrementa ejiciuntur, ſed hoc poſtquam corpus fuerit lotum. Unguentis deinde ex diverſis aromatum generibus confectis ungitur, & detonſo capite convolvitur corpus albis veſtibus linteis ad hoc ipſum paratis, & quæ non ſint magni pretii, ut poſſit æqualitas ſervari inter divites & pauperes. Tegitur quoque facies mortui, priusquam imponatur pheretro, ſudariolo, cujus precium non excedat quartam partem ſicli. Pheretro deinde impoſitum humeris hominum geſtatur usq; ad ſepulturam, & ibi ante quam corpus tradatur ſepulturæ quædam recitantur à majoribus ad hoc conſcripta, quibus divina juſtitia commendatur, & hominum peccata exaggerantur, quibus mortuis ut ſe miſericordem quoq; eſſe oblivisci nolit. Poſtea cadaver ſimul cum pheretro, in quo ſupinum jacet, in fovea poſitum tegitur. Deniq; ad lugentes itur, & quædam apud eos recitantur ad eos conſolandum, quibus peractis abeunt quiuq; ad ſua negotia, nec ullum diſcrimen apparet inter divites & pauperes, inter nobiles & ignobiles, nec in ſepultura mortuorum, nec in conſolatione viventium. vide Gerh. de paſ. f. 317. (3) *Locum*: communis erat hortus; ſpecialis erat ſepulchrum petræ inciſum, idque novum, in quo nondum quisquam poſitus erat: ſpectabat autem ad Joſephum illum, qui excidi curaverat. Orificio ſepulchri admovebatur ingens ſaxum, quod cum ſepulchro obſignarunt Judæi, & cuſtodibus additis muniverunt. *Ab antiquis ad nos per traditionem derivatur, lapidem iſtum, quo ſepulchrum viteferum occludebatur ad ſummum monumenti labrum petramq; inferne illi ſe conjungentem, ferramentis quibusdam fabrili lapicidarum arte perforaſſe, ferrumq; ingens à fabro, ex propinquo acceptum per utrumq; foramen immiſiſſe, & in circi ſive annuli formam circumegiſſe atq; ita firmiter capitibus commiſſu, omni ex parte quaſi vinculum circumduxiſſe, ut lapis qualicunq; modo loco ſuo revelli, aut ſaltem ratione aliqua moveri (niſi arte quapiam, & vi adhibita) neceſſario aut ferrum confringeretur aut petra perumperetur, non potuerit. Atq; ad hunc modum, cum magna cura atq; etiam ſigno appreſſo, cum ſepulchrum firmiſſime communiſſent cuſtodia inſuper competenti conſtituta abierunt.* ita Niceph. lib. 1. hiſt. c. 32. (4) *Comites* erant mulieres illæ religioſæ, quarum ſuperius facta erat mentio; (5) *Tempus*. Erat ante ſolis occaſum. Lege divina cautum erat apud Judæos, ut ante ſolis occaſum corpora occiſorum terræ mandarentur. Deut. XXI. v. ult. quare & Joſephus cum Nicodemo operam dederunt, ut in Jeſu corpore impleretur.

Effectus (1) negativi.

§. 49. *Effectus* meriti Chriſti. In genere eſt *Salus* hominum. Hujus enim gratia in mundum venit. Joh. XII. 47. *Vita* & omnis generis plenitudo perfecta, nempe lætitiæ, juſtitiæ, gratiæ, conſcientiæ tranquillæ, æternæ gloriæ. cap. XIV. 19. Et hinc naſcens *gaudium* Luc. II. 10. Joh. XVI. 20. ſeqq. quo Deus fideles perfundit, ut adeo *multiplex* ſit fructus, quem granum hoc triticeum in terram conjectum protulit. Joh. XII. 24. Diſtribui poſſunt in (1) *negativos*: qui ſunt & quidem in *genere* liberatio à tenebris Luc. I. 79. Joh. XII. nempe peccatorum, & pœnarum his debitarum. In *ſpecie* autem *liberatio à legis onere & maledictione*. Innuitur Joh. I. 17. ubi gratia dicitur eſſe facta per Jeſum Chriſtum: gratia, nempe quæ legi Moſaica contradiſtinguitur: adeoque nos liberat à coactione & maledictione iſtius legis, ut nos non feriat. *Pertinemus ergo ad Evangelium, pertinemus ad novum teſtamentum, Lex per Moyſem data eſt, gratia autem, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Interrogamus Apoſtolum, & dicit nobis: Quoniam non ſumus ſub Lege, ſed ſub gratia. Miſit ergo Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem Filiorum acciperemus. Ecce ad hoc venit Chriſtus, ut eos qui ſub Lege erant redimeret; ut jam non ſimus ſub lege, ſed ſub gratia. Quis ergo dedit legem: Ille dedit legem, qui dedit & gratiam: ſed legem per ſervum miſit, cum gratia ipſe deſcendit. Et unde facti erant homines ſub lege? Non implendo legem: qui enim legem implet non eſt ſub lege, ſed cum lege: qui autem ſub lege eſt, non ſublevatur, ſed premitur lege. Omnes itaq; homines ſub lege conſtitutos reos facit lex, & ad hoc illis ſuper caput eſt, ut oſtendat peccata, non tollat. Lex ergo jubet, dator legis miſeretur.* ita Aug. tract. III. in Joh. Indigitavit id manu ſua Chriſtus, qua tetigit leproſum, quod alias per legem erat illicitum. Marc. I. 41. *Liberatio à peccato.* Pluribus explicatur Joh. VIII. 32. 36. in diſputatione inter Chriſtum & Judæos de libertate, quæ vera illa ſit? Aſſeruit enim Chriſtus, eam demum eſſe ſolidam libertatem, quæ fiat à ſeſe, Filio Dei, tollente peccata, per quæ homo redigitur in ſervitutem: *Ad Chriſtum omnes fugiamus, contra peccatum Deum liberatorem interpellemus: Venales nos petamus, ut ejus ſanguine redimamur: dicit enim Dominus: Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini, ſine precio ſc. veſtro, quia meo. Hoc Dominus dicit, ipſe enim* pretium

pretium dedit, non argentum, ſed ſanguinem ſuum, nam nos & ſervi & egeni remanſeramus. Liberat ergo ab hac ſervitute ſolus Dominus: qui illam non habuit, ipſe de illa liberat, ſolus enim in hac carne venit ſine peccato. ita Auguſt. tract. XLI. in Joh. p. 375. Ea de cauſſa Joh. I. 29. appellatur Chriſtus agnus Dei, qui peccatum â nobis ablatum in ſeſe ſuſceperit, velut onus, portandum, quod Hebræi reddunt נשא vel סבל Jeſ. LIII. 4. & exonerandum expiatione, facta per paſſionem ſuam, & mortem, & pleniſſima delectione, futura die extremo: *Deſtructio mortis*, quæ peccati ſtipendium eſt. Luc. I. 79. dicitur apparuiſſe Chriſtus iis, qui ante ſedebant in tenebris & in umbra mortis. Matth. XX. 28. Marc. X. 45. Filius hominis veniſſe, ut vitam ſuam poneret pretium redemptionis pro multis, nempe morte dignis, ne morti ipſi traderentur: *Ibi vulnera tua curavit, ubi ſua diu pertulit. Ibi te à morte ſempiterna ſanavit, ubi temporaliter mori dignatus eſt, & mortuus. An non in illo mors mortua eſt? Qualis mors? Quæ mortem occidit. Ipſe eſt tamen dominus noſter Jeſus Chriſtus totus, qui videbatur, & tenebatur, & crucifigebatur.* Ita Auguſt. tract. 3. in Joh. p. 23. Symbolum erat præſervatio Iſraëlitarum à morte, facta per intuitum ænei ſerpentis. Num. XXI. 8. Joh. III. 14. 15. *Demonſtratum eſt ibi magnum Sacramentum rei futuræ. Ipſe Dominus teſtatur in hac lectione, ut nemo poſſit aliud interpretari, quam quæ ipſa veritas de ſe indicat. Dictum eſt enim ad Moyſem à Domino, ut faceret æneum ſerpentem, & exaltaret illum in ligno in eremo, & admoneret populum Iſrael, ut ſi quis morſus eſſet à ſerpente, illum Serpentem in ligno exaltatum attenderet, & factum eſt: mordebantur homines, intuebantur & ſanabantur. Quid ſunt ſerpentes mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis eſt ſerpens exaltatus? Mors Domini in cruce. Quia enim â ſerpente mors, per ſerpentis effigiem figurata eſt mors. Morſus ſerpentum lethalis, mors Domini Vitalis. Attenditur ſerpens, ut nihil valeat ſerpens. Quid eſt hoc? Attenditur mors, ut nihil valeat mors. Sed cujus mors? Mors vitæ: Si dici poteſt mors vita, imò quia dici poteſt, mirabiliter dicitur.* Auguſt. tract. XII. in Joh. *Liberatio ab ira Dei.* Joh. III. 36. ira Dei manet ſuper incredulum. E. qui credit in Filium, ſuper eo mors non manet, ſed vita æterna, quam morte ſua Dei Filius acquiſivit: *Mortuus eſt ut vivas. Attulit gratiam Dei, abſtulit iram Dei. Deus bibit*

mortem

Digitized by Google

mortem, ne mors biberet hominem. Auguſt. Tract. XIV. in Joh. p. 158. opp. Symbolum quoddam contigit in monte, cum Chriſtus, clarificatus ante, diſcipulos ſuos, præ majeſtate divina conſternatos erexit, innuens, ab ira Dei ſeſe ipſos, & alios peccatores liberaturum. Matth. XVII. 7. Contigerat jam in Veter. Teſtam. cum erecto ſerpente Iſraëlitæ vitam ſervarunt; ſic enim oportuit ſervari eos, qui Jeſum vera fide reſpecturi eſſent: vid. Auguſt. Tract. XII. in Joh. pag. 132. Ad mortem pertinent quævis mala etiam corporis, e. g. cœcitas, ſurditas, lepra, morbi, &c. Etiam ab his Chriſti meritum nos liberat. Matth. XX. 30. Marc. X. 47. cœci eo reſpiciunt, cum peterent à Jeſu, tanquam Filio Davidis, adeoque Meſſia, oculos ſibi aperiri. Sic credere ipſos docuit Jeſaias LIII. 5. collato cum Matth. VIII. 17. ubi Meſſias dicitur vulneratus & diverberatus eſſe propter noſtros morbos, & dolores exantlandos: Idque applicatur ad dæmoniacos, & morboſos, quos Chriſtus à malis ſuis liberabat: *Liberatio à Diabolo.* Luc. I. 51. celebrat Maria Deum Dominum ſuum Salvatorem, quod brachio ſuo robuſtiſſimo potenter dominetur, & diſſipet ſuperbos; Superborum autem omnium ſuperbiſſimus eſt Spiritus homicida Diabolus, quare hunc vel maximè evertit. Joh. XII. 31. Chriſtus enarrat fructus imminentis ſuæ paſſionis & mortis, & inter alios meminit etiam principis hujus mundi, i. e. diaboli, qui per paſſionem, mortem, ſepulturam, deſcenſum Chriſti ad inferos &c. in judicio Dei cauſa caſurus, & foras ejiciendus ſit, ut ſolent damnandi, & debellati, abrogata ipſius tyrannide: Joh. XVI. 11. dicitur princeps hujus mundi judicatus, i. e. victus ac principatu ſuo exutus eſſe à Chriſto, ut peccatum grandis injuſtitiæ ſit ei amplius, & non Chriſto vera obedientia adhærere. Spectat huc ejectio dæmonum frequentius facta â Chriſto, & per Chriſti virtutem ab Apoſtolis & diſcipulis Chriſti, nempe, ut ſignificaretur, per Meſſiam deſtruendam & deſtructam eſſe Diaboli potentiam. Juſtinus Martyr. dial. cum Tryph. fol. m. 249. *Hæc quoq; nota & ſigno, Iſraeli contra ſerpentes morſu perimentes ſtatua apparet eſſe facta, propter credentium ſalutem: qui jam inde ab eo tempore, per eum, qui crucis ſupplicium*

plicium pertulit, ſerpenti mors præſagio ſit denunciata. Et fol. 251. *Dicite namq; mihi; annon Deus is erat, qui per Moyſen ſanxit, ne qua omnino fieret vel imago, vel ſimilitudo, neq; eorum, quæ in cœlo ſunt furſum, neq; in terris deorſum? Atqui idem ipſe in ſolitudine per Moſen fieri fecit æneum ſerpentem: eumq; pro ſigno ſtatuit, per quod ſervabantur, qui ſerpentum morſu lethaliter læſi fuerant: & extra culpam omnem eſt. Sacramentum namque arcanum per hunc, prout antea dixi, denunciavit: quo ſerpentis quidem, qui etiam prævaricationis ab Adamo commiſſæ auctor fuerat, poteſtatem everſum iri ſignificabatur; Salus autem credentibus in ipſum, qui per ſignum id adumbrabatur, & in cruce moriturus eſſe præmonſtrabatur, à ſerpentis morſibus, qui ſunt actiones pravæ idolorum cultus, & aliæ iniquitates, promittebatur.* Eſt *liberatio* etiam à *mundo*, cujus iſte princeps eſt. Joh. XII. 31. cum Chriſtus in eo eſſet, ut paſſionem ſuam adiret, ajebat: nunc imminet mundo judicium, & expelletur princeps mundi; innuens, hac ſua paſſione & morte inſtante ſeſe liberaturum eſſe genus humanum è poteſtate peccati, mortis, diaboli, inferni, & mundi perſecutoris & apoſtatæ: utpote cujus virtute cauſſa quaſi caſurus ſit mundus ille, & cum ipſo ſuus princeps, accuſator & calumniator, quippe quem ipſe vicerit; Et propterea bono animo eſſe juſſit diſcipulos ſuos & fideles, hac ipſius victoria, facta per paſſionem, mortem, reſurrectionem & ſeſſionem ad dextram, liberandos à mundi malitia. Joh. XVI. 33.

§. 50. II. *Poſitivi* effectus ſunt (1) *libertas & benedictio*, oppoſita legis ſervituti & maledictioni. Joh. VIII. 32. 36. Talem actum exercuit Matth. XIX. 13. ſeq. Marc. X. 13. Luc. XVIII. 15. ſeqq. Aderant piæ matres, quæ Chriſto ſuos puerulos & infantes offerunt tanquam ſacerdoti benedicendos, cum diſcipuli, indignum hoc, & moleſtum putantes Magiſtro ſuo, propediem regnum ſuum politicum auſpicaturo, repellerent matres cum ſuis liberis; ſed indignabatur ipſis Chriſtus, quod infantes arcerent, & evocabat hos ad ſeſe, benedicendos. Nam in ulnas receptos, & impoſitis manibus eis benedicebat. Luc. XXIV. 50. 51. jamjam cœlum conſcenſurus ſublatis eo manibus diſcipulis ſuis benedixit, tanquam verus ſacerdos. (2) *Juſtitia & Sanctitas*: Luc. I. 75. quæ eſt novæ obedientiæ, (2) Poſitivi.

fluens ex illa acquiſita Chriſti juſtitia, quæ melior eſt juſtitia Phariſæorum & Scribarum. Matth. V. 20. (3) *Gratia Dei erga nos.* Nam in Filio ſuo placemus Deo Patri. Matth. XVII. 5. Et diligimur ab ipſo ob dilectum Filium, Joh. III. 35. Hæc erat materia Hymni Angelici, quem Chriſto nato cecinerunt: Pax in terris, & in hominibus beneplacitum. Luc. II. 14. Et populus religioſus, cum Chriſtus urbem ingrederetur, pax, clamabat, in cœlis, & gloria in excelſis. Luc. XIX. 38. innuentes, merito hujus Meſſiæ Deum hominibus eſſe reconciliandum, & propitium reddendum. Atque hoc ipſum eſt, quod Chriſtus Joh. XIV. 27. ſuis diſcipulis confirmavit. Cum enim vehementer eſſent conſternati ob abitum ipſius, futurum per mortem, conſolabatur eos eó ipſo ſuo abitu, utpote quo futurum eſſet, ut participes fierent pacis, non ſubdolæ iſtius mundanæ, ſed ſuæ, quæ futura eſſet cum Deo, per ſuam mortem reconciliando, & cum *conſcientia* per ſpiritum ſanctum tranquillanda: Quod repetiit c. XVI. 33. (4) *Vita corporalis, ſpiritualis & æterna.* Joh. XII. 25. cum Martha hæſitaret in reſuſcitatione Lazari, Chriſtus ipſam confirmaturus ait: Ego ſum reſurrectio & vita; adeoque per & propter me recipiet frater tuus vitam: Propter meritum ſuum quotidie etiam nos ſervat in vita naturali, adverſus mortem. Matth. VIII. 24. 25. *Hujus ſigni typum in Jona legimus: quando cæteris periclitantibus ipſe ſecurus eſt & dormit, & ſuſcitatur: & imperio ac Sacramento paſſionis ſuæ liberat ſuſcitantes.* ita Hieron. ad l. c. Ipſe eſt, qui homini dat aquam vividam. Joh. IV. 10. 11. Joh. VI. 51. ſeqq. vocat ſe ipſe panem vitæ, unde mundus, pridem in peccatis mortuus, recipiat vitam ſpiritualem. Joh. X. 11. Chriſtus, bonus ille paſtor, aſſerit, ſeſe veniſſe, nempe ad mortem pro ovibus ſubeundam v. 12. ut haberent ipſæ vitam, nimirum *æternam.* v. 27. (5) *Cæleſtis beatitudo.* Joh. XII. 32. promittit Chriſtus, in cruce exaltandus, omnes ſeſe ad ſeſe tracturum eſſe, nempe in cœlum tandem, ut ſint, ubi ipſe eſt. Joh. XVII. 24. Fructum hunc eſſe meriti Chriſti ex v. 1. 2. patet, ubi loquitur de ſua ipſius clarificatione, cujus effectus ſit datio vitæ æternæ. (6) *Deus ipſe,* cujus præſentia gratioſa & glorioſa fruimur propter Chriſtum. Joh.

XIV.

Digitized by Google

XIV. v. 28. erigit ſuos diſcipulos promiſſione ſui reditus, & effuſione ſpiritus ſancti, abitu ſuo acquirenda. Repetiit cap. XVI. 7. dum poſt, & per, & propter abitum ſuum i. e. meritum, promittit Spiritum Paracletum, alias non venturum. Ex quibus omnibus patet, quod Chriſtus nihil ſibi, ſed omnia nobis meruerit. *Nam ſi rationem myſterii iſtius quoad licet recte expendamus, non ſibi ipſi, neq; proprie propter ſeipſum mortuum videbimus, ſed pro univerſa humanitate, & ſuſtinuiſſe ac feciſſe paſſionem ipſam, & poſt illam reſurrectionem. Mortuus enim eſt ſecundum carnem, vitam ſuam pro vita omnium tradens, & veteris illius maledicti in ſeipſo vim adimplens ille pro omnibus æſtimandus. Excitatus eſt autem rurſus ex mortuis in vitam incorruptibilem & æternam, totam in ſeipſo ſuſcitans naturam.* Cyr. in Joh. XIII. 31. 32. f. 745. Quæritur: *An hi & iſti effectus tribuendi ſint etiam illi ſanguini Chriſti, qui ex latere ejus fluxit poſt mortem aperto?* Negat Toſtatus in Gen. q. 352. c. 13. & in explan. parad. 2. c. 33. cui ſubſcribit Vaſquez. 3. p. q. 19. a. 4. diſq. 70. c. 2. & fere etiam Fr. Collius de ſang. Chriſt. lib. V. diſp. ult. c. 3. Affirmat Honophrius Menaſcal, ſuamq; affirmativam *probat*, &c. referente Collio c. 2. p. 406. Cui ſententiæ nos quoque ſubſcribimus. Nam ſanguis Jeſu Chriſti, ſine diſtinctione temporis, nos mundat ab omni peccato, 1. Joh. I. 7.

§. 51. *Neceſſarium* igitur fuit Chriſtum pati, mori, & ſepeliri, eo quod alias non fuiſſemus redempti, & in integrum reſtituti. Joh. XII. 24. ſeſe comparat grano frumenti, ſeu tritici, quod, ſi ſterile fuerit, & extra terram, nullum fert fructum; ſeminatum autem in terra, & mortuum, fert fructum multiplicem; Ita ſe quoque moriturum, & ſepulchro inferendum eſſe, ut ex ſua ipſius morte & ſepultura ſalus uberrimè excreſcat hominum. Eſt autem hæc non abſoluta, ſed hypothetica neceſſitas, nempe ſuppoſita Dei voluntate in ſcripturis revelata, & redemptione generis humani. Matth. XXVI. 39. 42. Marc. XIV. 35. ſi poſſibile fuiſſet, ſalva Dei voluntate, & redemptione generis humani, Chriſtus à calice bibendo abſtinuiſſet. Matth. XXVI. 54. 56. Joh. XVIII. 11. Chriſtus exponit cauſſas, cur nolit ferro defendi, & ex hoſtium manibus ſeſe extorquere, nempe quod ſic ſeſe *oporteat* pati, Patre, &

Affectiones, ut neceſſitas.

 ſcrip-

ſcripturis ita volentibus. Secus exoraturum ſeſe fuiſſe à patre Angelorum aliquot legiones ad aſſiſtentiam: ſed noluiſſe; ſicut nec uti ſuamet poteſtate, qua Malcho auriculam reſtituit, adverſus ipſos perdendos. Idem prædixerat, quod ſupplicium, & quidem crucifixionis, à gentilibus, & non à Judæis ſibi eſſet irrogandum; Matth. XX. 18. Luc. XVIII. 31. Matth. XX. 19. XXVI. 2. quod etiam factum eſt. Joh. XVIII. 31. 22. Oportebat Chriſtum pati ea, quæ Moſes & prophetæ de ipſo prædixerant. Luc. XXIV. 26. Quæritur hic: An liceat illachrymari paſſioni & morti Chriſti? videtur quibusdam quod non: Quia Chriſtus mulieribus plorantibus, filiæ Hieruſalem, ait, nolite flere ſuper me. Ex quibus verbis, juncta interpretatione Theophylacti & Bedæ, colligit Eraſmus, non licere mortem Chriſti lachrymis proſequi, qua de cauſſa vapulat apud Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 162. & Pariſienſes Theologos, (quorum hic ſententiam adducit,) & merito.

Univerſalitas — §. 52. *Univerſale* eſt meritum, non excludens vel ſexum, vel peccatorem, vel gentilem. Hoc enim fine in Chriſti genealogia recenſentur viri & fæminæ, pii & impii, Judæi & gentiles. Matth. I. 1. Luc. III. 23. Rom. XI. 17. Maria Luc. I. 48. dicit, ſe beatam prædicatum iri ab omnibus generationibus, innuens, ex Filio ſuo ſalutem in omnes gentes eſſe emanaturam. Angelus Luc. II. 10. annunciat gaudium divinæ gratiæ & beneficiorum, quod commune ſit futurum Iſraelitis, & omni populo, adeoque & gentilibus. Iſai. II. 2. XI. 10. LX. 21. Sic enim dividit Simeon σωτήριον Luc. II. 31. 32. Joſephus Matth. II. 14. 15. jubebatur cum puero Jeſu ex Cananitide abire in Ægyptum, ut innueretur adventus Meſſiæ à Judæis ad Gentes. Baptiſta Joh. I. 29. dicit, agnum Dei tollere peccata *mundi*, tacita antitheſi agnorum Judaicorum, qui tollebant peccata ſed ſolorum Iſraelitarum. c. IV. 42. Samaritæ Chriſtum dicunt Salvatorem mundi, qui non Judæos tantum, ſed & ſeſe vocaſſet ex Iſai. XLIX. 6. Matth. VIII. 1. ſeqq. finita inſigni & prolixa concione montana Chriſtus miraculum edit in Judæo leproſo, paulo poſt v. 5. ſeq. Luc. VII. 1. ſeqq. ſanat Ethnicum Centurionis pridem Ethnici ſervum, & primum vaticinatur de

repu-

Digitized by Google

repudio Judæorum, ſubituris in locum ipſorum Ethnicis. Matth. VIII. 11. Optimè igitur, licet in Reformatorum caſtris militans, Rich. Montacutius Epiſcopus Anglus part. II. Θεανϑ. p. 4. n. 5. ad Joh. I. 29. annotavit, quod Agnus Dei, qui Chriſtus eſt, tollat peccatum cum originale, tum actuale totius mundi: *Peccatum, ait,* (ita ſonant ipſius verba) *& non peccata*, ἐμφατικώτερον, *h. e. quidquid eſt* ἁμάρτημα, παρανομία, *per qua mundus conſtituitur in maligno. Totam peccati colluviem & propaginem: tam Originale peccatum, quam actualia. Non hujus aut illius electi ſpecialiter, & immutabiliter ad vitam deſtinati, quod ſomniant hodie multi: Sed, qua terra patet; & qua fera regnat Erynnis: Quicunq; in Adam prævaricati fuerant, eorum omnium, omnia peccata, tanquam onera, in ſe ſuſtulit Chriſtus, omnium hominum Salvator factus, licet maxime electorum, quorum peccata tollit, h. e. non tantum in ſe, ſed à ſe; abjicit, abolet, ut ne ſint facit; atq; illud quidem actu, ut loquuntur, continuato. Ita enim inſinuat Johannes, inquiens,* ὁ αἴρων, *h. e. qui eſt tollens; id ſemper agens: ut de Jeruſalem vaticida alibi dicitur,* ἡ ἀποκτείνουσα, *qua & olim occidiſti, & nunc occidis prophetas.* Subſcribunt Patres. Cyril. ad Joh. XVIII. 1. ait, Chriſtum *ſuo ſanguine* ζύμπασαν γῆν *univerſam terram Patri ſuo acquiſiviſſe:* & Theoph. comm. ad l. c. totius, ait, mundi peccatum tollit.

§. 53. Hactenus primum actum officii Sacerdotalis vidimus. Sequitur *alter*, nempe *interceſſio* pro omnibus hominibus, maxime fidelibus. Hujus (1) *Exiſtentia* probatur ex precibus Chriſti, quas ad Deum Patrem ſuum legitur fudiſſe per univerſam hiſtoriam Evangelicam: pro diſcipulis Joh. XVII. 9. & aliis fidelibus. v. 20. Etiam pro crucifixoribus. i. e. inimicis. Luc. XXIII. 34. Exercuit ergo hanc officii partem adhuc in terris conſtitutus. Nam ſolebat orare. Marc. I. 35. prædicato Evangelio, & miraculis confirmato, preces ſubjunxit Euchariſticas pro initio regni divini, & petitorias, ut hoſtes reprimerentur, & converſi confirmarentur. Delegit autem ferè commodum tempus, nempe diluculum; & locum, nempe deſertum, ut eo majori intentione preces funderet. Luc. XIII. 8. tanquam vinitor Eccleſiæ intercedit apud iratum vineæ Dominum, Deum, pro ficu ſterili, promiſſa foſſione, & ſtercoratione. XIX. 41. vel lacrymas fudit ad Patrem ſuum, ut procuraret impœnitentis

Interceſſio: ejus exiſtentia.

Digitized by Google

Hieruſalem illuminationem, converſionem, & ſalutem. Luc. XXII. 31. 32. aſſeverat, ſeſe oraſſe pro Petro, ne deficeret fides ipſius in cribratione, à Sathana tentanda. Joh. XIV. 13. 14. promittit ſeſe facturum, quidquid credentes diſcipuli rogaverint in ſuo ipſius mediatoris nomine. v. 16. rogaturum ſe dicit patrem, ut det ipſis alium paracletum, qui apud diſcipulos maneat in æternum. cap. XVII. 9. pro ſuis diſcipulis orat Deum ſuum patrem, rationibus variis adductis; Allegat enim poſſeſſionem ipſorum, quem ipſe & pater communem habeant; ipſe; Nam patrem ſibi eos dediſſe in informationem, & miniſterium; ſeque propter ὁμοουσίαν poſſidere omnia, quæcunque pater habet, adeoq; etiam diſcipulos, qui patris ſint æterna electione & deſtinatione, v.10. deinde ſtatum ipſorum indigitat, qui ſit nunc, & poſthac futurus, nempe in infeſto mundo, in quo poſthac cárituri eſſent viſibili præſentia, & aſſiſtentia Magiſtri ſui Chriſti. v. 11. Inde ſubjicit materiam precum, nempe conſervationem in nomine i. e. vera Patris agnitione, ut unum omnes ſentiant, credant, & doceant, ſicut Patris & filii ſit una, non ſolum eſſentia, ſed etiam voluntas: v. 12. donec in mundo cum iſtis ipſe converſatus fuiſſet, ſervaſſe ſe ipſos in iſto patris nomine, & cuſtodiviſſe adverſus apoſtaſiam, ut non perierit, niſi unus, nempe Judas Iſchkarioth, filius perditionis, diaboli malitia, & ſua ipſiusmet culpa in interitum juſto Dei judicio præcipitatus, idque prædicente ſcriptura Pſal. CIX. 8. cum vero mundum relicturus jam eſſet, orare ſe patrem pro iis, ut ab ipſo cuſtoditi gaudium redemptionis, interceſſionis, conſolationis, defenſionis, à Magiſtro creandum, ſit completum in ipſo; v.13. id quod æquum & neceſſarium ſit, quandoquidem diſcipuli à mundo habeantur odio propter doctrinæ veritatem, & vitæ ſanctitatem, Magiſtrum imitantes. v. 14: Ita tamen petere, ut non ſtatim de mundo eximantur per translationem, aut mortem ſubitaneam, ſed ut in mundo manentes præſerventur à malo peccati, diaboli, perſecutionis, defectionis, æternæ damnationis, v. 15. cum non ſint de mundo increduli & profani, ſed vere credentes & pii, ſicut & ipſe magiſter ipſorum. v. 16. *Altera pars* precum erat ſanctificatio in veritate

ritate

ritate ſemel agnita, verbi nimirum, quod ipſa veritas ſit; quandoquidem mittendi eſſent præcones iſtius verbi, v. 18. & participes futuræ ſanctitatis Chriſti, jamjam pro ipſis quoque offerendi. v. 19. *Tertia* erat interceſſio pro quibusvis credentibus, & credituris per Apoſtolorum miniſterium. v. 20. *Materia* precum harum duplex erat, *prior*, gratia in hac vita. v. 21. 22. 23. *poſterior*, gloria in altera vita. v. 24. Intelligit autem gratiam unionis in fide, religione, charitate ſpiritualem, & myſticam, ad ſimilitudinem unitatis eſſentialis inter patrem & filium, ut unum ſint ipſi inter ſeſe mutuo conſenſu, & affectu; Rationem ſubjungit ab utilitate inde ad mundum redundatura; quippe qui crediturus ſit per ipſos ita unitos, quod pater filium miſiſſet, i. e. filius ſit Meſſias, ab æterno à patre genitus, & in tempore miſſus ad redimendum genus humanum; confirmat petitionem à gloria ſua diſcipulis commodata i. e. merito ſuo imputato, cujus gratia in ſpiritu, & fide unum erant diſcipuli. v. 22. nempe, ut unum, ſicut Pater & filius unum, eſſent; unum cum Chriſto, qui ipſorum naturam ſuam feciſſet; ſicut ipſe unum cum patre per divinam naturam ab ipſo acceptam ab æterno; v. 23. quæ eſt ſumma fidelium perfectio, quanta quidem in hanc vitam cadit; Finis repetitur, ut mundus ipſo opere, & experientia agnoſcat Salvatorem ſuum, & dilectionem Patris erga credentes propter filium dilectos. Item regnum gloriæ pro ſuis illis orabat, ut in hoc aliquando tranſlati videant divinam mediatoris gloriam, ex dilectione à Patre datam ab æterno v. 24. Claudit denique preces adductis rationibus, cur non pro mundo, ſed credentibus ſpeciali hac ratione oret, nempe, quod ille vera Dei agnitione deſtituatur, qua valeat filius, & per filium credentes; quod hi porro illuminandi & confirmandi eſſent in agnitione Filii, & dilectione erga Deum, Deique filium. v. 25. 26. Inſigniter etiam functus eſt hoc officio in cruce pendens. Nam primum hoc ipſius verbum fuit: Pater, remitte illis, quia neſciunt, quid faciant, Luc. XXIII. 34. Quibus verbis oravit non ſolum pro militibus, & lictoribus crucifixoribus, ſed etiam pro Judæis impulſoribus, imo pro om-

nibus

Digitized by Google

nibus hominibus, quorum peccata cauſſæ iſtius paſſionis ipſius extiterant.

Diſtinctio. §. 54. Ex dictis apparet (2) *diſtinctio* interceſſionis, nempe quod alia ſit *generalis*, alia *ſpecialis*: Hæc concernit interdum certum tantum genus hominum, e. g. diſcipulos Chriſti, pro quibus in vera fide, & agnitione, & religione conſervandis Chriſtus ſupplices ad Patrem preces fundit v. 9. Joh. XVII. & negat, ſe hoc modo pro mundo malitioſo, & perſecutore, & contumaciter impœnitente, orare; puta voluntate conſequente. Huc pertinet, quod v. 20. & 25. idem precatur, non ſolum pro Apoſtolis, ſed etiam pro credentibus, & credituris per Apoſtolos, verbi præcones, in ſeſe mundi ſalvatorem. Rationem reddit, quod credentes tales cognoſcant vera fide Meſſiam, ſibique adeo ipſius meritum applicent, & in numero ſalvandorum ſint: & idonei, qui inter ſeſe unum ſint myſticum corpus, ad ſimilitudinem arctiſſimæ unionis, vel potius unitatis, inter patrem & filium. Unde ſolvitur objectio Joh. XVI. 26. Chriſtus negat, ſe interceſſurum eſſe apud patrem ſuum pro diſcipulis, v. 27. ratione reddita, quod pater ultro ipſos diligat, tanquam qui diligant Filium, & credant ipſius à patre exitum. ℞. Chriſtus non intercedit pro diſcipulis, & quibusvis fidelibus, tanquam pro hoſtibus Dei, & nondum reconciliatis, intercedit autem tanquam pro dilectis & fidelibus: qui gratioſi ſunt apud Patrem, ut ex conſequentibus hiſce, amore ſc. ipſorum & fide, patebat.

Partes, ſeu actus. §. 55. (3) *Interceſſionis officio Chriſtus fungitur ſecundum utramq; naturam*, divinam, & humanam; hanc, ſecundum quam ſuppliciter petit à patre conſervationem diſcipulorum Joh. XVII. 9. iſtam, ſecúndum quam *vult* v. 24. ut diſcipuli ſint, ubi & ipſe eſt, nempe in gloria æterna.

Inſigne. §. 56. (4) *Inſigne* hujus officii Sacerdotalis ex intentione, non quidem Herodis illuſoris, attamen Spiritus S. erat veſtis illa candida, quam iſte Jeſu injiciebat Luc. XXIII. 11. Nam ſacerdotes ſummi byſſina veſte induebantur. Exod. XXVIII. 39.

Removendi. §. 57. (5) Sancti igitur, ne quidem matre Chriſti excepta, ab hoc officio removendi ſunt. Matth. XII. 46. ſeqq.

Marc.

Digitized by Google

Marc. III. 31. Luc. VIII. 19. Mater & cognati volunt Chriſtum evocatum, eo quod in officio ſuo conſtitutus non obligatus ſit matri & cognatis indigna molientibus morigerum ſeſe præſtare. Matth. XVII. 8. Jeſus *ſolus* relinquitur, Moſe & Elia digreſſis, quia ſolus eſt mediator noſter & redemptor.

§. 58. Tertium Chriſti *officium* eſt *Regium*. Obſerva autem (1) *diverſam vocis acceptionem*. Eſt aliud regnum mundanum, ſeu politicum, aliud cæleſte, ſeu ſpirituale. Diſtinctionem inſinuat Chriſtus ipſe in ſuo cum Pilato habito colloquio, Joh. XVIII. 36. Negat enim ſuum regnum eſſe de hoc mundo; innuens, aliunde igitur eſſe, nempe de cœlo, unde veniſſet in carnem, eo fine, ut de veritate teſtaretur. (2) *Regem ipſum eſſe*, & natum quidem. In S. literis ſæpius vocatur Rex. Joh. I. 49. appellatur Rex à Nathaneele, ſine dubio ex vaticiniis Prophetarum Jer. XXIII. 5. XXXIII. 14. Zach. IX. 9. Pſ. II. 6. id edocto. Certe Matthæus XXI. 3. ipſi applicat iſtum titulum ex Zach. IX. 9. Jeſ. LXII. 11. & diſcipuli agnoſcunt eum hunc eſſe, quando Luc. XIX. 38. & cum ipſis turba Joh. XII. 13. imminenti Hieroſolymis acclamant: Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini! Rex Iſraël! adeoque ex Dei ordinatione & miſſione. Regia erat ſtirps, unde ſecundum humanam ſuam naturam originem traxerat, nempe Davidis; Nam ex ipſius filio Nathane, duce lineæ ducalis, oriunda erat Maria, ipſius mater: A quo & ipſe Dux dictus eſt: Luc. III. 31. Confer Mich. V. 1. Dan. IX. 25. Matth. II. 6. Joh. VII. 42. Etiamſi autem ex regia etiam mundana ſtirpe erat, attamen regio more in mundo ſeſe gerere nec voluit, nec debuit. Innuitur in genealogia ipſius Luc. III. 24. dum mentio fit Januæ, qui ſibi ipſe violentas manus intulerat, teſte Joſepho lib. XII. Antiqq. Jud. c. 5. & ſic dignitatem ducalem finiverat in linea Nathanis, unde Maria, Meſſiæ mater, erat oriunda, idque contigit ante natum Chriſtum anno CLX. Sed ex his ipſis conſtat (3) *Spiritualem, non politicum, ipſum eſſe regem*. Nam quem Mich. V. 2. vocarat *Dominatorem*, eum Matth. II. 6. appellavit *paſtorem*, qui paſturus eſſet populum Iſraeliticum. Mature hoc animadvertit θεόπνευστος Simeon Luc. II. 34. cum vaticinaretur, poſitum ipſum

Officium Regium (1) diverſa acceptio.

(2) Subjectum.

(3) Modus

Digitized by Google

ſum eſſe ruinam quoque multorum, & ſignum cui contradicetur. Hoc maturè fecit Herodes, quærens puerum ad necem. Matth. II. 13. ſeqq. Quæ obſcurius hactenus indicata erant, ea clarius ipſe Chriſtus, in officio ſuo conſtitutus, explicuit cum verbis, tum geſtibus, & operibus. *Verbis* qua privatim, quâ publicè & judicialiter. Nam cum eſſent, qui ab ipſo ſperarent, vel peterent, ut Rex mundanus fieret, negavit ille, tale quid à ſeſe exſpectandum vel metuendum eſſe, Luc. IX. 57. ſeqq. cum Chriſtus Hieroſolymam ad feſtum aſcenderet, & regnum terrenum auſpicaturus videretur, mox adſunt in via, qui ipſi ſeſe applicare volunt, ſperantes exinde magnas in mundo opes, & dignitates, ſed Chriſtus, qui hæc ipſorum cogitata coram intuebatur, innuit paupertatem ſuam & contemptum, utpote cui tam bene non ſit, ædibus propriis deſtituto, ac inviſis vulpeculis, & levibus aviculis, latibula ſua & nidos habentibus. Luc. XIII. 32. Cum Phariſæi nonnulli eundem monerent, ut ex Peræa Herodi ſubjecta diſcederet, velle enim loci Dominum ipſum occidere; reſpondebat Chriſtus, non eſſe cur ſibi ab Herode metueret: quandoquidem dæmonia ejiceret, & ægros ſanaret, i. e. Politico Regis mundani regno non officeret. Luc. XVII. 20. Cum in Galilæa verſaretur, adſunt Hieroſolymis Phariſæi, qui Ironicè proponunt quæſtionem: quo tandem tempore regnum Dei eſſet venturum, illud tantopere à Baptiſta & ipſomet celebratum? Supponebant autem ipſi regnum pompoſum, & mundanum: Id advertens Chriſtus, reſpondet: regnum Dei non venire cum pompa & apparatu cæremoniarum externo, ut Rex ipſe mundanus ſedem in illuſtri aliquo loco figat, ubi digito monſtrari poſſit; ſed intus venire, & eſſe in cordibus fidelium, & electorum, per fidem, è verbo & ſacramentis genitam. Matth. XX. 20. ſeq. Marc. X. 35. ſeqq. ſomniant etiam diſcipuli, paulo licet ante paſſionem alia edocti, nihilominus regnum mundanum. Petebant enim, Johannes & Jacobus, matre intercedente, & ipſi flagitantes, à Chriſto ſeſſionem penes Chriſtum proximam in regno politico, ſed docebat Chriſtus, ſubditos ſuos fore calamitoſos, adeoque ipſos neſcire, quod peterent; neque ſuum eſſe tale quid

dare

Digitized by Google

dare, qui ſit rex ſpiritualis. Luc. XIX. 11. 28. cum Hieroſolymis immineret, exiſtimabant ſequaces, jam demum adeſſe tempus, quo politicum regnum Meſſias auſpicaretur, in regia urbe Hieroſolymorum, & ſuos, cumprimis diſcipulos, exaltaret; Cæterum vanam eſſe hanc ipſorum ſpem & opinionem, eleganti parabola ipſe exponebat. Comparabat enim ſeſe generoſo regi, qui abiturus eſſet peregre ad regnum, gloriæ nimirum, occupandum, & rediturus. Addebat de diſpoſitione rei domeſticæ (in regno gratiæ) à ſervis adminiſtrandæ, qui ſunt Eccleſiæ miniſtri; vocaſſe ſuos ipſum ſervos decem; Habet enim eos in numerato; dediſſe alteri minas decem ad negociandum, i.e. credidiſſe verbum & ſacramenta, & dona in gloriam Dei & ſalutem proximi inſignia; Cives autem interea rebellaſſe, & miſiſſe poſt ipſum, qui obedientiam ſuam debitam ipſi denegarent: Reverſum eum, regno occupato, citaſſe ſervos, quibus pecuniam dediſſet, ut exploraret, quid ſinguli cum pecunia egiſſent: primi minam decem alias feciſſe; quem propterea Dominus laudarit, tanquam probum, & quia in minimo fidelis extitiſſet, decem civitatibus gubernandis eſſe præficiendum dixerit; alterum protuliſſe quinq; minarum lucrum; huic decretas eſſe quinque civitates; tertium integram quidem attuliſſe minam in ſudario, ſed ſine lucro, cauſſatum Domini ſui auſteritatem; ſed ſuis verbis convictum, & mina concredita privatum eſſe, data alteri, qui lucrifecerat, ut adeo habenti detur, non habenti autem auferatur, quod habet; Denique rebelles ſuos cives ad internecionem uſque coram ſuo conſpectu deleri juſſiſſe, quod Judæi magno ſuo malo experturi erant. His docuit, non eſſe, cur Hieroſolymis regnum politicum Meſſiæ ſibi imaginarentur, quandoquidem Judæi imperium Meſſiæ detrectaturi eſſent: ſed ſpirituale, in quo diſcipulis ſuis & miniſtris laborandum eſſet, & negociandum verbo, ſacramentis, & donis, ad Dei gloriam, & proximi ſalutem. Joh. XII. 20. ſeqq. cum Græci nonnulli peterent admitti ad familiare commercium cum Jeſu, quem putabant mundanum regnum jam auſpicaturum eſſe, Chriſtus incipit concionari de ſua paſſione & morte; ut ab iſta prava opinione ipſos abſtraheret. Confirmat v. 35. cum dicit, breve re-

Digitized by Google

ſtare tempus, ex quo adhuc tanquam lux cum ipſis futurus ſit, innuens, fruſtra ipſos ſperare regnum â ſeſe mundanum. Luc. XXII. 24. ſeqq. cum contentio inter diſcipulos eſſet orta de primatu in regno Chriſti mundano, ipſe revocat ipſos ad cogitationem regni cœleſtis, quod ipſis teſtamentario quaſi beneficio diſpoſuiſſet, ut in eo ederent, & biberent i. e. ſummis animæ deliciis perfruerentur. v. 29. 30. Matth. XXVII. 11. Marc. XV. 2. Luc. XXIII. 2. Joh. XVIII. 33. 37. Cum Judæi Chriſtum invidioſiſſimè coram Pilato accuſaſſent regni Meſſiani affectati, Pilatus ipſum ſemel, iterumque interrogavit: An rex ille Judæorum eſſet? Annuit tandem Chriſtus, ſe utique eſſe, ſed non mundanum, ſecus ſatellitio aliquo ſeſe adverſus Judæos defendiſſet; ſed cœleſtem, cujus officium ſit de veritate teſtari, & cujus ſubditi ſint fideles, verbi audientes, & ex Deo nati. Cum his congruunt, quæ cognati Chriſti Domitiano reſponderunt, quod *regnum ſuum non eſſet mundanum, aut terreſtre; ſed cœleſte & Angelicum*, referente Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 15.

§. 59. *Geſtibus* & *operibus* idem ſubindicavit. Matth. XI. 5. ſeqq. Luc. VII. 22. ſeqq. exhibet claudos, ſurdos, leproſos, peccatores diſcipulis Johannis, corporalia de Meſſia ſperantibus, ut viderent, quos prophetæ ſubditos Meſſiæ aſſignaſſent regi, nempe miſeros peccatores, qui ſuis peccatis iram Dei, & varii generis etiam corporales calamitates ſibi attraxiſſent, unde liberari non poſſint, niſi gratia Meſſiæ. Joh. VI. 14. 15. populus miraculoſè ſatiatus diſcupiebat regem facere Jeſum, qui ſcilicet corporalia ſibi ſuppeditaret, ſed oblatum honorem iſte reſpuit, populumque dimiſit, imo & diſcipulos, quod & ipſi talem carnalem regem ſpirarent: Ipſe vero in montem ſeceſſit ad orandum. Idem deſcribitur Matth. XIV. 22. 23. Marc. VI. 45. poſtquam quinque panibus & duobus piſcibus 5000. virorum, mulieres præterea & pueros miraculoſè cibaſſet, ut fragmenta copioſè ſupereſſent, ſuſpicabatur populus, ipſum eſſe magnum illum prophetam, & Meſſiam, quare regem ipſum facere allaborabat; cæterum Chriſtus declinavit honorem, dimiſſo populo, & ipſis diſcipulis ſuis, veritus, ne populum in ipſo ſuo propoſito confirmarent. Idem fecit in altero

tero conſimili miraculo Matth. XV. v. 39. Marc. VIII. v. 10. Nam turbas à ſeſe ſaturatas ſecum non retinuit, ſed *dimiſit*, ne videretur miraculo iſto & beneficio auram vulgi captaſſe: ipſe autem alio ſeſe contulit, nempe in Magdalæ & Dalmanuthæ, obſcuriorum locorum, fines. Joh. VII. 10. adſcendit ad feſtum Scenopegiorum, non autem manifeſte, ſed velut in occulto, nullam ſecum trahens magnam turbam, aut in itinere prædicans, vel miracula edens, ne cognatorum ſuorum carnale de regno mundano conſilium & deſiderium videretur probare; Miſit autem prius ad Samaritanos, qui ipſi hoſpitium & tranſitum conciliarent; cæterum Samaritani utrumque denegarunt; Male enim ipſos habebat, quod ſpreto templo ſuo Garizitano Judæi ſoliti fuerint aſcendere verſus Hieroſolymam, celebraturi feſta, ſicut h. l. Chriſtus feſtum Scenopegiorum, ideoque in concedendo tranſitu difficiliores erant. Urebat quidem diſcipulos aliquot Chriſti iſta ignominia, ut inſtar Zelotæ Eliæ ignem è cœlo in capita invidorum Samaritanorum depoſcerent, ſed prohibebantur à manſuetiſſimo Domino, qui inſuper alio iter divertit. Luc. X. 1. ſeqq. cum immineret Hieroſolymæ adeundæ, ablegavit à ſeſe 70. diſcipulos, ſolis XII. retentis, ne videretur magno cum comitatu veniens in feſto Scenopegiorum aliquid adverſus pacem publicam moliri, aut regnum mundanum meditari. Idem innuit introitu ſuo in Jeruſalem: Hiſtoria ita ſeſe habet: Matth. XXI. 1. ſeqq. Marc. XI. 1. ſeqq. Luc. XIX. 29. ſeq. Joh. XII. 12. ſeqq. cum Chriſtus Hieroſolymis intrandis ad ſuam paſſionem immineret, ita intrare voluit, ut ex apparatu, & introitu ipſius quilibet ſtatim intelligere poſſet, quod non eſſet rex politicus, qui mundanum regnum moliretur; Altero enim die, poſtquam Ephraimâ Bethaniam rediiſſet, hoſpitio à Simone & convivio exceptus Hieroſolymam verſus tendebat; cumque in viciniam vici Bethphage, cujus diſtrictus conterminus eſt diſtrictui Bethaniæ, veniſſet, cum ſuis diſcipulis, juxta montem oliveti, ablegavit ex bis duos, Petrum & Johannem, dicens: abite in caſtellum, quod Bethphage erat in conſpectu ſitum, &, quamprimum intraveritis, invenietis aſinam Agaſonis

cujusdam (ut erant, ad radices montis ſiti, vici incolæ agalones plerumque, propter tranſitum ſuper montem oliveti Hieroſolymam verſus) ad januam ædium alligatam, & cum ipſa pullum alligatum, ſuper quo nemo adhuc hominum ſedit; Hunc ſolvite, & mihi adducite; Si quis autem ſive Dominus, ſive alius, rationem ſolutionis & abductionis â vobis poſtulaverit, reſpondete, Dominus, qui ego ſum, opus habet: quo audito miſſos vos facient cum ſuis aſinis confeſtim; Hoc vero non temere fiebat, ſed ut impleretur, quod dictum eſt per prophetam Jeſaiam LXII. 11. & Zachariam c. IX. 9. dum jubet ille denunciari hoc civibus Sionæis, quod rex ipſorum, qui Meſſias eſt, veniat, vel venturus ſit; qui, juxta hunc, non pomposus eſt & ſuperbus, ſed humillimè manſuetus, ingrediens in regiam ſuam, Hierôſolymam, ad auſpicandum & promulgandum regnum ſpirituale, & Meſſianum, non ſuper elatis caballis, ſed ſuper ſpreta aſina, quæ non equitatui, ſed ferendis oneribus, & trahendis curribus, ut ſunt pauperculorum jumenta, adhibebatur, & rudi ipſius pullo, qui nondum ablactatus. Diſcipuli his mandatis acceptis parent, & eveſtigio abeunt, quorſum miſſi erant; invenerunt autem omnia, ſicut ablegans prædixerat, pullum juxta januam foris in bivio, quod intrantibus Bethphage occurrebat, alligatum, quem & ſolvebant; cumque nonnulli præſentium dicerent, quid facerent pullum ſolventes, ipſi etiam aſinorum Domini ejus facti rationem ab ipſis poſcerent, reſponderunt ipſi, quod Jeſus præceperat, Dominus eo opus habet; quo iſti audito, miſſos faciebant diſcipulos. Inde, quod porro in mandatis habebant, aſinam & pullum abductum ad Jeſum adducebant; eumque primo ſuper aſina elevatum collocabant: Interea & pullum ſternebant, veſtimentis ſuis exterioribus injectis, & Jeſum ſuum etiam ſuper hoc ponebant. Quod ipſum neque nunc factum eſt temere; Nam Zach. IX. 9. prædictum extat: noli timeas, ſed exulta, filia Sion, nunc demum ex captivitate Babylonica reverſa, & felicitate tua externa læta; Nam ecce! mirandum! Meſſias, qui Rex tuus eſt, venit regnum ſuum Meſſianum auſpicaturus, ſuper aſinæ pullo vectus. Cæterum, quæ erat diſcipulorum faſcinata mens opinio-

Digitized by Google

opinione regni mundani & ſplendidi Meſſiæ, non intelligebant vaticinii ſenſum prius, quam Jeſus exantlata morte, & ſepulchro liberatus, vivum ſeſe ſtitiſſet, & miſſo cœlitus ſpiritu ſancto mentes ipſorum illuminaſſet; tunc enim recordati ſunt factum, & intellexerunt demum, de ipſo ſcripturam fuiſſe intelligendam: Jeſus autem, ſuper aſina ſua poſitus, montem olivarum ſenſim aſcendebat, ſequente ipſum Bethanienſi turba multa, quæ honoris ergo vel veſtimenta ſua equitanti ſubſternebant, quale quid in honorem Jehu regis olim factum 2. Reg. IX. 13. alii autem, velut in feſto ſcenopegiorum, Chriſtianæ hujus ſolennitatis typo, frondes incidebant, & ramos eminentiores ex arboribus, eosdemque ſternebant in via, quâ ipſi pergendum erat; Nam & hoc honoris ergo fiebat erga צמח virentem Davidis ſurculum, Meſſiam; Hoc Bethanienſis turba faciebat. Poſtquam autem fama Hieroſolymis vulgaſſet, quod Jeſus appropinquaret, Hieroſolymam ſolenni ritu intraturus, multa (ut erat tempore Paſchatis undiquaque copioſè coacta) turba effundebat ſeſe portis Hieroſolymitanis in occurſum Meſſiæ, tenens manibus victoriæ Symbolum, palmares; & pacis, oleares ramos; Sic Jeſus Rex in medio præeuntium Hieroſolymitanorum, & ſubſequentium Bethanienſium, ſuperabat clivum montis oliveti, & deſcendebat verſus Hieroſolymam; quo loco & temporis articulo diſcipuli, à ſpiritu ſancto impulſi, præ gaudio fideli cœperunt glorificare Deum magna voce ſuper omnibus, quas viderant hactenus, virtutibus & miraculis Meſſiæ; Imprimis autem turba, ipſum comitata, celebrabat reſuſcitationem Lazari ex mortuis; cujus etiam miraculi fama per urbem vulgata exciverat tantam hominum vim in occurſum θαυμα̃ἐγγν. Sed quæ erat exultationis iſtius religioſæ materia? Erat ſolennis iſta formula quam David Pſ. CXVIII. 24. 25. annotavit, & Judæi uſurpare ſolebant in feſto Scenopegiorum Hoſanna. i. e. Deus quæſumus ſalva nos; Hoſanna filio David, qui ſimul verus Deus: Nam is honor ſoli Deo tribuebatur. 2. Macc. X. 7. Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, Rex Iſrael! Benedictum, quod venit, regnum in nomine Domini, patris noſtri David! & quæ porro verba erant ſolennis doxologiæ. Ex dictis patet, de regio aliquo Meſſiæ introitu agi, & emicare quidem nonnullos majeſtatis divinæ, omniſcientiæ, & omnipotentiæ radios, ſed ſimul nullam ferè eſſe externam pompam, quem quidem mundus æſtimaret, aut Judæi ſibi de Meſſia ſuo exſpectaſſent. Turba vilis eſt & confuſa, apparatus ſpretus, jumenta aliunde abducta, ſatellitium nullum, & quæ porro carnales homines deſiderabant. Hæc autem omnia eo fine fiebant, ut conſtaret, non eſſe mundanum Meſſiæ regnum. Matth. XXI. 12. Marc. XI. 11. Luc. XIX. 45. poſtquam ipſam civitatem intraſſet, deſcendit de pullo aſinæ ante templum, & hoc mox ingreſſus eſt, innuens, regem ſeſe non mundanum, ſed ſpiritualem eſſe.

§. 60. Erant igitur (1) meræ *Calumniæ* Judæorum, quando dicebant, Jeſum hunc pro rege mundano ſeſe venditaſſe, dignum propterea, qui tanquam ſeditioſus à Pilato provinciæ Præſide plecteretur. Luc. XXIII. 2. (2) *Injuriæ*, quando milites cuſtodes in prætorio Pilati regiam ipſi dignitatem exCalumniæ. Injuriæ.

pro-

probrabant, chlamyde ipſum induendo, coronam ſpineam imponendo, arundinem manui inſerendo, genua coram ipſo flectendo, eumque ut regem ſalutando. Marc. XV. 17. Joh. XIX. 2. ſeqq. Quando populus crucem circumſtans, vel prætteriens, idem ipſi per ſarcaſmum exprobraret, quod & latronum alter fecit: & Pilatus, cum cruci ſuffigeret titulum: Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum. Matth. XXVII. 42. Marc. XV. 32. Luc. XXIII. 38. (3) *Errores*, quando Rex Herodes ſibi ab hoc recens nato Judæorum rege metuit. Matth. II. 3 Nam alia ipſe, quam mundana, cogitabat, & ajebat. Cum Luc. XIII. 32. Diſcipuli quoque ſub hoc rege ſummam mundi felicitatem ſibi imaginarentur, de quo ſupra Art. II. Sect. IV. §. 11. & cum ipſis Chiliaſtæ cum Veteres, tum recentiores.

Errores.

4. Diviſio. §. 61. (4) *Triplex eſt regnum Chriſti*: nempe (1) *Gratiæ*, quod ſæpius in ſcriptura vocatur *regnum* cœlorum Matth. III. 3. XIII. 24. 31. 33. &c. ex Dan. II. 44. oppoſitum regno mundano, quale Judæi quidem de Meſſia ſomniabant; ſed tale illud futurum non erat, ſed *cæleſte*, ſic dictum à modo ſuo, bonis, & fine, ut ſunt vera fides, & objecta hujus, & beneficia. confer Marc. I. 4. Luc. III. 3. XI. 20. verſatur in *domo Jacob* Luc. I. 33. quæ eſt Eccleſia ex Judæis & gentibus collecta: Cives ejus eſuriunt juſtitiam v. 53. & deſiderant Juſtitiam fidei, quam & accipiunt à Domino ſuo, Filio Dei, cui Pater dedit omne judicium, ut ſuos juſtificaret & ſalvaret. Joh. V. 22. Confer dicta ſupra Art. III. Sect. II. §. 4. ſeqq. (2) *Potentiæ*: in quo dominatur etiam in medio inimicorum. Nam Luc. I. 51. 52. brachio ſuæ potentiæ & ſpirituales & corporales noſtros hoſtes coercet. In his eſt diabolus, cum ſuis ſpiritibus Infernalibus, hos & iſtum expellit rex iſte, & captivantibus extorquet captivos ſuos. Marc. I. 24. 25. & poteſtatem dat ſuis quoque diſcipulis patrandi miracula. Marc. XVI. 17. 18. Egregie deſcriptum eſt hoc ipſius regnum Pſal. CX. & Matth. XXII. 44. ubi mentio fit hoſtium, in quos ille ad dextram Dei Patris in throno majeſtatis reſidens Chriſtus dominatur, in medio inimicorum ſuorum, eosque pedibus ſuis ſubjectos habet. (3) *Gloriæ*. Apparuit in die Pentecoſtes, quo Chriſtus dona, diſcipulis promiſſa, glorioſè effudit, nempe ſpiritum ſanctum, & cum ipſo χαρίσματα cum ſanctificantia, tum adminiſtrantia. Joh. XVI. 7. Act. II. 2. Apparebit in die extremo, quando ſedebit in throno Majeſtatis ſuæ. Matth. XVI. 27. XIX. 28. XXV. 31. Neque finem habebit, ſicut Davidis regnum, tandem collapſum, Luc. I. 33. Confer Amos IX. 11. & dicta Artic. III. Sect. 2. §. 8. Claudimus verbis Auguſtini ex Tract. XXV. in Joh. VI. p. 261. *Semper quidem ille cum Patre regnat ſecundum quod eſt filius Dei, Verbum Dei, per quod facta ſunt omnia: Prædixerunt autem Prophetæ regnum ejus, etiam ſecundum id, quod homo factus eſt Chriſtus, & fecit fideles ſuos Chriſtianos: erit enim regnum Chriſtianorum, quod modo colligitur, quod modo comparatur, quod modo emitur ſanguine Chriſti. Erit aliquando manifeſtum regnum ejus, quando apta erit claritas Sanctorum, poſt judicium ab eo factum: quod judicium ſupra ipſe dixit, quod Filius hominis facturus ſit.*

Digitized by Google

Artic. VI. Sect. VI.

De

STATIBUS CHRISTI.

Argumentum:

Duo ſunt ſtatus Chriſti §. 1. Prior exinanitionis. 2. Qualis ſit. 3. Subjectum ejus. 4. Forma eſt ceſſatio ab uſu plenario majeſtatis divinæ. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. finis eſt noſtra ſalus. 12. Poſterior eſt exaltationis. 13. Cujus principium eſt Deus. 14. Subjectum humana Chriſti natura. 15. Forma. 16. initium ſunt: vivificatio 17. deſcenſus ad inferos. 18. Reſurrectio Chriſti, cujus narratio inſtituitur ſecundum diverſos actus apparitionis. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. Et explicatio deſcriptorum: & argumentorum pro reſurrectione facta. 31. principii. 32. Finis & effectus. 33. Converſatio in terris. 34. Aſcenſio in cælos. 35. Plenaria exaltatio contigit in ſeſſione ad dextram Patris. 36. cujus actus erit judicium extremum. 37. Quod deſcribitur. 38. à Fine. 39.

§. I.

Duo ſunt ſtatus Chriſti, exinanitionis & exaltationis, ſubindicati ab ipſo Chriſto Luc. XXIV. 26. cum diſcipulis Emaunticis diceret: Oportebat talia pati Chriſtum, & intrare in ſuam gloriam. Et Joh. XVI. 28. cum iisdem diceret; veni in mundum &c. In mundum enim venit, ut aſſumpta noſtra carne faciendo & patiendo in ſtatum ſervi redigeretur; Ad Patrem vero vadit, relicto mundo, etiam per exaltationem ſui ad ipſius dextram. Duo ſtatus Chriſti.

§. 2. *Prior ſtatus eſt exinanitionis.* Indicant hoc allegata modo Chriſti verba: & confirmatur ex Joh. XII. 24. ubi Chriſtus proponit Græcis nonnullis, magnifica de ipſo ſentientibus, & deſiderantibus, parabolam de ſemine, quod prius oporteat mori, quam fructum ferat.

Digitized by Google

Deſcribitur.

§. 3. *Eſt* autem *exinanitio* illa *non* abdicatio ipſius majeſtatis divinæ, humanæ naturæ per unionem perſonalem inhabitantis; Nam puerulus Jeſus, in cunis licet vagiens, & ſprete jacens, nihilominus fuit *Dominus*. Luc. II. 7. 11. 38. Quam ipſius majeſtatem divinam agnovit Johannes Baptiſta, cum mallet ab ipſo, quam iſtum à ſeſe, baptizari. Matth. III. 14. 15. & meritò. Nam Filius hominis, etſi in ſtatu exinanitionis, & in terra conſtitutus, nihilominus in cœlo dicebatur eſſe Joh. III. 13. propter inhabitantem humanitati Deitatem, ſecundum quam in cœlo erat. Quorſum pertinent miracula, quæ ſubinde edidit, etiam per humanam ſuam naturam, ut cum in horto Gethſemane uno, vel altero, verbo armatam cohortem proſterneret; Joh. XVIII. 6. tactu auriculam Malcho reſtitueret. Luc. XXII. 51. Confer quæ prolixè dicta ſunt ſup. Art. IV. Sect. I. §. 21. & Art. VI. Sect. III. §. 7. ſeqq. Ut ſic verum maneat, quod Leo I. ſerm. II. de reſur. præclarè dixit: *paupertate divitias non amiſit, gloriam humilitate non minuit, æternitatem morte non perdidit.* Et nonnullis interjectis: *Exinanitio enim illa, quam reparationi impendit humana, diſpenſatio fuit miſerationis, non privatio poteſtatis.* Sed *eſt* abdicatio uſus Catholici divinæ majeſtatis, dum Chriſtus ſecundum ſuam humanam naturam non ſemper uſus eſt illa majeſtate ſua. Luc. II. 52. dicitur creviſſe gratia & ſapientia etiam apud *Deum*, adeoque revera; quia hunc nihil latet; quo modo revera crevit etiam ætate, quotidie aliquid temporis præcedenti addendo. Optimè Nyſſenus in dictum: Tunc ipſe Filius ſubjicietur &c. t. 2. opp. f. 8. C. ſcribit: *Quod ſi etiam addendum eſt illud genus ſubjectionis, quod dicit Evangelium ſecundum Lucam, nempe quod ſubjectus fuerit parentibus ad duodecimum annum progreſſus Dominus, ne illud quidem convenerit Deo vero, & qui eſt ante ſecula, ut vero ſuo Patri dicatur eſſe ſubjectus. Nam ille quidem qui tentatus fuit per omnia ad ſimilitudinem noſtram abſq; peccato, voluit etiam procedere per ætates noſtræ naturæ et quomodo cum eſſet infans infantilem accepit cibum, butyrum, & mel comedens: Ita etiam cum proceſſiſſet ad adoleſcentiam, non recuſavit id, quod huic ætati erat congruens ac conveniens, futurus ſeculo exemplum modeſtiæ. Quoniam enim in aliis hominibus imperfecta eſt in his intelligentia, & opus erat juventuti, ut deduceretur per perfectiora ad id quod eſt melius: propterea qui natus erat duo-*

duodecim annos, matri ſubjicitur, ut oſtenderet, quod id, quod per profectum perficitur, priusquam veniat ad perfectionem, rectè ſuſcipit ſubjectionem, ut qua ad bonum deducat. Joh. XVII. 1. petit glorificari apud Patrem ſuum ea gloria, quam habuerit ab æterno; Quare nec apud patrem uſurparat hactenus plenarie gloriam ſuam, humanæ naturæ competentem.

§. 4. *Subjectum*, quo exinanitus eſt Chriſtus, fuit ipſius Subjectum. *humana natura*; non autem divina; ſecundum hanc enim perpetuo, & non interrupto uſu operabatur, quæ pater. Joh. V. 18. 19. & erat in cœlo, humana natura in terris præſente. III. 13. Secundum iſtam verò ut poterat exaltari, ita etiam humiliatus, & exinanitus eſt. *Quidquid ergo humiliter poſitum auditis de Domino Jeſu Chriſto, ſuſceptæ carnis diſpenſationem cogitate, qualis factus eſt propter nos, non qualis erat ut faceret nos: Quidquid autem ſublime & ſupra omnes creaturas exceſſum atq; divinum & patri æquale atq; coæternum de illo audieritis in Evangelio poni vel legeritis, ſcitote vos hoc legere quod ad formam Dei pertinet, non quod ad formam ſervi: quia ſi iſtam regulam tenueritis qui capere poteſtis: non autem omnes capere poteſtis, ſed omnes credere debetis: Si ergo hanc regulam tenueritis, adverſus calumnias tenebrarum hæreticarum, tanquam in lumine ambulantes, ſecuri pugnabitis.* ita Auguſt. tract. 36. p. 338. in Joh. Idem indigitabat Irenæus apud Theodor. dial. 3. ὥσπερ γὰρ ἦν ἄνθρωπος, ἵνα πειρασθῇ; οὕτω καὶ ὁ λόγος, ἵνα δοξασθῇ, ἡσυχάζοντος μὲν τοῦ λόγου ἐν τῷ πειράζεσθαι, καὶ σταυροῦσθαι, καὶ ἀποθνήσκειν: συγγινομένου δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ νικᾷν, καὶ ὑπομένειν, καὶ χρηστεύεσθαι, καὶ ἀνίστασθαι, καὶ ἀναλαμβάνεσθαι. *Sicut enim erat homo, ut tentaretur; ita & verbum, ut glorificaretur; quieſcente quidem verbo, cum tentaretur* (humana natura) *& crucifigeretur, & moreretur; aſſiſtente vero homini cum vinceret, & ſuſtineret, & præclare ſeſe gereret, & reſurgeret, & aſſumeretur.*

§. 5. Exinanita autem eſt humana ipſius natura plenario uſu *opulentiæ* divinæ. Matth. VIII. 20. ait Chriſtus, vulpeculas quidem ſuas habere foveas, & aves ſub cœlo ſuos nidos, ſed hominis filium non habere, ubi caput ſuum reclinet, quare fruſtra eſſe, qui ſibi aureos in mundo montes à ſe polliceantur. Hinc factum eſt, ut viveret ex donis, quæ ſequaces, præſertim mulieres, Magiſtro præbebant. Hieronymus comm. ad Matth. XXVII. 24. obſervat eandem paupertatem, dum Chri-

Materia eſt opulentiæ divinæ.

Chriſtus non habuerit, unde ſolveret cenſum: *Tanta Dominus paupertatis fuit, ut unde tributa pro ſe & Apoſtolo redderet, non habuerit.* Quæritur: an *mendicato* vixerit, primum & quidem puer duodecennis, cum per triduum Hieroſolymis verſaretur? Affirmativam præfracte tenuerunt Mendicantes apud Papæos fratres, aſſerentes, oſtiatim ipſum mendicaſſe. Negarunt idem inter Pontificios alii, & vehementer impugnavere, quos inter Abulenſis in Matth. XVII. q. 194. ratione reddita, quod inter Judæos non debuerit eſſe mendicus; Deut. XV. 4. Sed multa non debuerunt inter eos eſſe, & tamen fuerunt, ut mendici. Marc. X. 46. Luc. XVIII. 35. Actor. III. 2. Noſtra ſententia, ex S. literis oſtendi non poteſt, mendicaſſe Chriſtum puerum; neque ratio cogit; potuit enim ex aliorum ſpontanea liberalitate, vel etiam divina potentia ſuſtineri; potuit tamdiu jejunaſſe; potuit pecunia emiſſe cibum; potuit ab hoſpite commodato accepiſſe; vide Montac. Θεανθ. part. I. num. 20. Porro quæritur: An Chriſtus in officio ſuo conſtitutus mendicaverit cum ſuis diſcipulis? & quod ex aliena liberalitate acceperat, tanquam *proprium* poſſederit? Negabant hoc ex Monachis mendicantibus Minoritæ, Beguardorum ſequaces; iſtud vero affirmabant; quibus ſubſcribebat Cajetanus ad Thomæ ſui 22. q. 187. art. 5. ſtatuentes, *Chriſtum Dominum cum ſuis Apoſtolis nihil proprium in communi, aut particulare, poſſediſſe, ſed vitam omnino pauperem absq; ullo prorſus peculio duxiſſe:* quæ ſententia ipſorum *tantum abeſſet ab hæreſis ſuſpicione* (quod quidem cenſuerat Narbonenſis Archiepiſcopus & Inquiſitor Dominicanus) *ut etiam inter Catholicæ fidei articulos numerari deberet.* Provocatum eſt ad Pontificem Joannem XXII. Ab hoc lis relata eſt ad Academiarum, & doctiſſimorum virorum judicium: Minores in generali capitulo ſuo, Perusii habito, provocabant ad Nicolai III. judicium, cap. *exiit,* quo *Pontifex determinarit, Chriſtum & Apoſtolos nihil jure proprietatis & dominii, ſeu juris proprii, neq; in ſpeciali, neq; in communi habuiſſe; eaq; propter abdicationem proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quam in communi, propter Deum meritoriam eſſe & ſanctam.* Secus autem videbatur Joanni XXII. P. R. Nam *pronunciavit, aſſertionem ejusmodi pertinacem, eo quod ſcriptura ſacra contraria eſſet, erroneam fore cenſendam & hæreticam: nec non*

& illam,

& illam, quà quis pertinaciter affirmare auderet, Chriſtum, & Apoſtolos in iis, quæ ipſos habuiſſe ſcriptura ſacra teſtatur, nequaquam jus ipſis utendi, ſeu conſumendi, aut ea vendendi, ſeu donandi, vel ex ipſis alia acquirendi habuiſſe. Quæ Joannis conſtitutio graviter offendit Minoritas: vid. Spondan. annal. 1322. n. 15. ſeqq. poſt Bzov. ad an. 1322. Videmus autem exinde, quam ſoleant Pontifices Romani adverſis frontibus etiam ex Cathedra pronunciantes inter ſeſe pugnare: Fruſtra eos conciliaturientibus Bell. lib. IV. de P. R. c. 14. Coquæo in AntiMornæ. tom. 2. in Antid. cont. oppoſ. 57. Niſel. Franciſc. contra Bzov. an. 1322. Waddingh. tom. 3. annal. Min. ad an. 1322. Noſtra ſententia, Chriſti proprium fuit, quidquid dono acceperat, ſecus enim Judas proditor non potuiſſet dici fur. Joh. XII. 6. Neque alicujus pretii ſunt Cajetani rationes, cum ait: *Ex iis, quæ in Evangelio ſcripta ſunt, aperte intelligi poteſt, quod Dominus Jeſus non eſt dedignatus, etiam in propria ſua perſona, mendicare. Nam mendicavit locum, ubi paſcha cum diſcipulis celebravit: mendicavit aſellum; & a Zachæo hoſpitium.* Confundit inter ſeſe, petere aliquid ab aliquo, & mendicare id ab ipſo; frui aliquo humanitatis officio, & mendicato illud poſtulare. Alia ſuperſtitio eſt Theatinorum, (quos & Cajetanos appellant à Marcello Cajetano Thieneo nobili Vicentino, & Protonotario Apoſtolico; Theatinos vero ab Epiſcopo Theatino, Joanne Petro Caraffa, ordinis conditoribus; Conditus autem eſt anno 1524.) Eorum *inſtitutum fuit, ut non ſolum nihil omnino poſſiderent, verum etiam nec vitam mendicando, aut poſtulando ſuſtentarent; ſed Apoſtolica vivendi ratione ex ſolis ultroneis oblationibus alerentur;* uti refert Spond. an. 1524. n. 18. Inepte hæc illi, cum Chriſtus non vetuerit, diſcipulos aliquid habere proprii, ſed ſolum promiſerit, non defore ipſis in officio ſuo conſtitutis quicquam alimentorum; ſicut nec ſibi defuerit. Si vero nihil proprii habuit Chriſtus, niſi quod dono acceperat, id ſpectat ad ipſius meritum, pro nobis præſtitum, quale nemo aliorum hominum præſtare poteſt.

§. 6. *Omnipotentia* divinæ. Paſſus eſt ſeſe tentari & vexari à Sathana; Nam Matth. IV. 1. ſeqq. ducitur in deſertum, & in hoc tentatur, ſub initium ſui miniſterii, ne quis putaret, perpetuam in hac terra ipſius fore gloriam, quæ ad Jordanem ra- Omnipotentiæ.

Digitized by Google

jam eſſe ſtatum exinanitionis, non exaltationis. Atque eodem fine nolebat miraculorum famam hinc inde diſſeminari.

& roboris. §. 8. *Famem* & *ſitim* ſuſtinuit. Marc. IV. 2. XXI. 18. Joh. XIX. 28. vide dicta Sect. 2. §. 44. Art. VI. In agone ita ipſius *vires proſtratæ* ſunt, ut in terram pronus caderet, & Angelo opus haberet, à quo confortaretur. Math. XXVI. 37. 38. 39. ſeqq. Marc. XIV. 33. ſeqq. Luc. XXII. 42. Quâ in lucta, in horto oliveti exantlata, aliquot profundiſſimæ exinanitionis argumenta occurrunt: Nam contriſtabatur, cum potuiſſet tranquillo animo eſſe; angebatur doloribus inferni diriſſime, cum poſſet incundiſſima voluptate frui; colluctabatur cum acerbiſſimis hoſtibus, cum potuiſſet ſecurus eſſe; ſudabat ſanguineum ſudorem; In terram præ infirmitate proſternebatur, ſuppliciter orabat, ſemel, iterum, tertiumque; opem diſcipulorum quærebat, ab Angelo confortabatur, cum potuiſſet dominari; Sed maluit has infirmitates ſubire, quam nos non liberari ab illis. Cum ad ſupplicium duceretur, adeo erat *exhauſtus viribus*, ut non ſufficeret portandæ cruci. Luc. XXIII. 21.

Et omniſapientiæ & ſcientiæ. §. 9. *Omniſapientia & ſcientia divina.* Luc. II. 52. dicitur creviſſe Sapientia; & quidem apud Deum; Perfecta igitur ea non erat. *Origenes dicit, Chriſtum, ſicut revera profecit ætate quoad naturam animalem, ita etiam profeciſſe quod ſpiritualem ſapientia, ſcilicet eam, qua ſe per exinanitionem privaverat Dei verbum, vel quam per ſpontaneam incarnationem oblivioni tradiderat* (*bibens de torrente in viâ deſcenſus Pſ.* CX. 7.) *ſapientiam, paulatim recuperando; Nemo enim proficit qui eſt perfectus, ſed ille qui indiget profectu.* ita Sandius ad Luc. II. 52. miſcens bona malis. Ad meliora igitur convertimur. Athanaſius Orat. IV. adv. Arian. t. 1. opp. f. m. 434. *Certe in Evangelio, ubi de ſe humano more loquitur, Pater* (*inquiens*) *venit hora, glorifica filium tuum: clare pro ſe tulit de ultima hora univerſitatis ejusq; fine, ut verbum quidem, ſe cognitionem habere, ut hominem vero, in ignoratione verſari. Siquidem hominis proprium eſt, ignorare, ac præcipue ea quæ ſunt iſtius generis, & in eo ipſo proprium quiddam eſt benevolentiæ Salvatoris noſtri adverſus nos homines. Siquidem homo factus non erubuit propter carnem ex natura iſtarum rerum inſciam, ſe ignarum fateri, ut oſtenderet, ſe ejus rei conſcium ut*

Deum

Deum, ſed tamen carnaliter ignorare. Quapropter non dictum eſt ab eo ne filius quidem Dei, ne divinitas ignorare videretur, ſed ſimpliciter: ne Filius: Ut filij ex hominibus ortu iſta ignoratio remaneret. Confirmatur ab *ignorantia* quarundam etiam aliarum rerum; nempe ficus fructibus deſtitutæ. Marc. XI. 12. Quam veram fuiſſe ignorantiam Theologi noſtrates alibi prolixè demonſtrarunt. vid. Fewr. σκιαγ. diſſert. IV.

§. 10. *Omnipræſentiæ.* Nam anima defuncti vita fuit in paradiſo, corpus vero in ſepulchro: vid. Dn. D. Fewrb. diſſ. VII. Subjecit ſeſe *Deo* obedientia activa & paſſiva, tanquam ſervus, venit enim, ut legem vice noſtri impleret. Matth. V. 17. Et indigniſſima quæque pro nobis pateretur. Matth. XX. 28. de quibus ſupra in paſſione Chriſti prolixè actum eſt: *infirmitatibus:* Voluit enim incarnari, & in carne, embryo adhuc, ſuſtinere faſtidia ventris, intra quem clauſus tenebatur; edi in lucem non ſine doloribus, linteolis involvi; in præſepi, cum nullus alius in diverſorio locus ſupereſſet, reponi; Adultior opificio adhiberi; Factus enim eſt faber, & artem iſtam tractavit, faciens ζυγὰ καὶ ἄροτρα, *juga & aratra.* vid. Juſt. Martyr. f. 247. cum Tryph. Patet ex Marc. VI. 2. ubi Nazarethani ipſum appellant τέκτονα *fabrum*; qui manuum ſuarum miniſterio *opera fabrilia* τεκτονικὰ ἔργα, (uti Juſtinus l. c. vocat) confecerit, dignus, qui propter ἀλλοτριοεπισκοπίαν (in ſchola enim docebat) de rupe præceps daretur. Agit de hoc Chriſti vitæ genere Baſilius in Aſceticis: κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡλικίαν γονεῦσιν ὑποτασσόμενος ἅπαντα πόνον πνευματικὸν εὐπειθῶς καὶ πρᾴως συνδιέφερεν. *Per ætatem ſuam primam, parentibus ſuis ſubditus, quemlibet laborem ſpiritualem libenter ſubiit, & obedienter.* Et reddit laboris exantlati rationem hanc: Ἄνθρωποι γὰρ ὄντες δίκαιοι μὲν καὶ εὐσεβεῖς, πένητες δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων οὐκ εὔποροι (καὶ γὰρ μάρτυς ἐφάνη τῶν θείων τόκων θεραπεία) εἰκότως πόνοις σώματος προσωμίλουν διηνεκῶς, τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ταύτην ἑαυτοῖς συμπορίζοντες. *Cum enim homines illi eſſent juſti quidem, & Deum timentes, egeni autem, & à rebus ad vitam neceſſariis minime inſtructi (teſtatur autem hoc miniſterium illud, quo partus auguſto famulatus eſt nemo) merito quotidianis corporis laboribus atterebantur, neceſſaria ad vitam, victumque ſibi inde acquirentes.* Vapulat igitur Origenes, qui lib. VI. adv. Celſ. p. m. 299. contendit, *nuſquam in Evan-*

Et omnipræſentiæ. & Libertatis.

Digitized by Google

in Evangeliis ab Eccleſia receptis legi, Jeſum ipſum fabrum fuiſſe; cui Guilielmus Spencerus in notis meritò opponit Juſtini Martyris teſtimonium,& addit: *Nobis etiam vetuſtiſſimæ picturæ Joſephum exhibent unà cum Jeſu tabulas ligneas, & inſtrumenta huic arti propria tractantem. In ore omnium aut faber, aut fabri lignarii filius audit. Bedam ſolummodo & Hilarium juvat ſeorſim ire, qui artem ferrariam eundem exercuiſſe volunt*: *Hic Can.in Matth.* 13. *Planè hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem ſeculo virtutem judicio decoquentis, maſſamque formantis in omne opus utilitatis humanæ*; *Ille libro in Evangelio ſecundum Marcum, cap.* 2. *Nam etſi humana non ſunt comparanda divinis, typus tamen integer eſt; quia Pater Chriſti igni operatur & Spiritu: unde etiam de ipſo tanquam de fabri filio præcurſor ſuus ait; Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne; quia vaſa iræ ſuo Spiritu igne molliendo in miſericordiæ vaſa commutat.* Hæc ille. Longius certè petita ſunt, quæ præſertim Beda habet, & veritati ſimiliora ſunt, quæ Juſtinus ſcripſit. Sufficit nobis, ad ignobilius aliquod opificii genus Chriſtum ſeſe humiliaſſe. Inſuper etiam ad retundendam quorundam curioſam audaciam, interrogantium: quid Chriſtus uſque ad annum ætatis XXX. egerit? quibus reſpondemus verbis Cajetani: *Hinc habemus, unde ſatis fiat curioſis, quærentibus, quid fecerit Chriſtus ad 30. annum.* In reliqua quoque *converſatione* familiaris fuit, ſicut alii quoque homines: Joh. I.14. dicitur ἐσκήνωσε habitavit, inter nos, veluti in tentorio, more Patriarcharum, aut militum. Matth. XXI. 5. Marc. XI. 7. ſeqq. Luc. XIX. 35. Joh. XII. 15. impletur vaticinium Prophetarum Zach. IX. 9. de ſpreto Jeſu Chriſti introitu in Jeruſalem. Neque enim ſuper eminente caballo vectus; aut regio ſatellitio ſtipatus, alioue apparatu illuſtris ingrediebatur in regiam ſuam, ſed aſina & pullo ſpretis jumentis, nec iis ſuis, ſed alienis, ſibi tamen neceſſariis: comitatu diſcipulorum & vulgi uſus urbi imminebat, & ingrediebatur: quod verè erat manſuetum & humilem eſſe. Subjecit ſeſe ſuis *parentibus.* Nam ſubditus erat ipſis. Luc. II. 51. & in gratiam ipſorum opera fabrilia tractavit, ut paulò ante ex Baſilio audivimus: *Magiſtratui.* Nam paſſus eſt nomen ſuum in cenſum referri. Luc. II. 2. ſeqq. de quo Origenes tom. XIII. in Matth. f. 316. c. *Formam ſervi accepit Filius Dei, nullum quidem ſiglinum vel ſervile opus faciens. Tanquam ergo ſervilem hanc formam gerens,*

Digitized by Google

gerens, tributum & cenſum, non alium quam quem ipſius diſcipulus, ſolvit; Idem enim ſtater, & unus pro Jeſu ipſiusq; diſcipulo ſolutus nummus ſatis fuit. ita & Oroſius: *Quamprimum igitur natus eſt Chriſtus, Romano cenſui adſcriptus eſt. Et hæc eſt prima illa, clariſſimaq; profeſſio, quæ Cæſarem omnium Principem, Romanos rerum Dominos, ſigillatim cunctorum hominum, edita deſcriptione ſignavit. In qua, ſe & ipſe, qui cunctos homines fecit, inveniri hominem, adſcribique inter homines voluit: quod penitus nunquam ab urbe condita, atque ab exordio generis humani in hoc mundo, nec Babylonico, nec Macedonico, nedum minori cuidam Regno conceſſum fuit. Nec dubium, quin omnium inſpectioni fidei, cognitioni pateat, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus, hanc urbem vultu ſuo, & authoritate defenſam, in hunc rerum apicem provexerit, cujus potiſſime voluit eſſe, cum venit, dicendus Civis, Romani Cenſus profeſſione.* Eidem etiam cenſum perſolvit. Matth. XVII. 24. ſeqq. Exactores petunt à Petro cenſum à Chriſto ſolvi; Petrus equidem putabat, hoc ſervituris ſymbolum non decere Chriſtum, mundi Salvatorem; Chriſtus tamen ſponte ſua ſeſe ſoluturum, in hoc exinanitionis ſtatu, docet, utut æterni patris eſſet filius, adeoque Dominus, non ſubditus, magiſtratus ſui miniſtri. Jubet Petrum captare piſcem, qui ſtaterem, duas didrachmas valentem, deglutierat, & deglutitum pro ſe & ipſo, cive Capernaitico ſolvere; hoc ipſo docens, in medio exinanitionis ſtatu, ſeſe nihilominus divina omniſcientia valere. Subjecit ſeſe *diſcipulis*, quippe quibus ſervivit in ultima cœna, cum pedes ſingulis lavaret: *δοῦλον ἔργον ἔτλεξεν, ſervile opus præſtitit*, ait Nonnus Panopl. ad Joh. XIII. & paulo poſt: *διάκτορον ἔργον miniſtratorium opus. Judæis & gentilibus*, admittens ab ipſis capi, accuſari, damnari, flagellari, crucifigi, & tanquam *nullificamen* (Tertulliani vox eſt) donari; Pilatus enim corpus Chriſti mortui Joſepho dedit dono, tanquam rem nullius pretii. Imo ipſi diabolo, inferno, morti ſeſe vexandum permiſit.

Et gloriæ uſus plenarii abdicatio.

§. 11. Multa quidem præclarè fecerat, noluit tamen ſtatim, aut promiſcuè ea ebuccinari, dum adhuc in ſtatu exinanitionis verſabatur. Joh. I. 43. Jeſus non vult in illuſtri ad Jordanem loco verſari, ſed meditatur ire in Galilæam, locum ignobilem. Marc. I. 43. 44. non vult laudes ſuas à leproſo curioſius & magnificentius ebuccinari, utpote adhuc in

Digitized by Google

ſtatu exinanitionis conſtitutus. Idem Marc. V. 43. Luc. VIII. 56. vetat, excitata puella, laudes ſuas cuiquam prædicari. Simile quid fecit Matth. IX. 30. Nam ſerio & cum quadam interminatione prohibuit, ne cæci recuperato viſu, quicquam ejus beneficii divulgarent; quod tamen poſtea ipſi fecerunt, graviter propterea peccantes, confer Pſ. L. 16. Matth. VII. 22. imprimis, quia illa ſua intempeſtiva deprædicatione invidiam Chriſto tantam apud Phariſæos & ſcribas conflarunt, ut vix ingreſſus Capernaum diſcedere cogeretur. Matth. XV. 39. Marc. VII. 36. ſeqq. idem patrato inſigni, nec uno, miraculo, vetuit (διεστείλατο) iſtud temerè vulgari. Erant enim logodædali curioſi, qui de Chriſti miraculis haud ſecus, ac de novis quibusvis loquerentur, in triviis, & compitis, & circulis; Solum, ut aliorum curioſitati ſatisfacerent; quod eſt nomen Dei profanare. Matth. XVII. 9. Marc. IX. 9. poſtquam futuram ſuam gloriam in illuſtri viſione diſcipulis oſtendiſſet, prohibet inter deſcendendum, ne cui ea de re quicquam referrent prius, quam à mortuis reſurrexiſſet, ſtatum exaltationis auſpicaturus; Tum demum enim voluit ipſe glorificari, & auditores cum fructu poterant percipere iſtam revelationem & viſionem: confer 2. Pet. I. 16. Joh. I. 14. Matth. XII. 18. additur vaticinium Iſaiæ XLII. 1. ut appareat, Chriſtum non eſſe ſublaturum clamorem in publico, ut illuſtrem ſui famam excitet, quod mundani reges ſolent facere; ſed potius vetiturum eſſe auditoribus gloriæ ſuæ manifeſtationem. *Finis* autem qui fuerit, additur, nempe, ne manifeſtatione ſuæ gloriæ & majeſtatis infirmam noſtram alioquin naturam, veluti arundinem conquaſſaret, utpote quæ ſplendorem tantæ majeſtatis ferre non poſſit, poſſit autem humilitatem ſeſe exinanientis. Huc ſpectat, quod habetur Joh. XVII. 5. ubi à patre ſuo petit glorificari ea gloria, quam habuerit apud ipſum ab æterno; prius igitur, quam Pater ſui voti ipſum compotem redderet, ea gloria ſecundum ſuam humanam naturam, ſaltem plenè, non utebatur, & fruebatur.

Finis quis. §. 12. Quare autem hæc omnia ſuſtinuit? *ὑπὲρ ἡμῶν pro nobis:* Matth. XX. 28. ut nos, à ſervitute legis, & maledictione ejus-

ejusdem immunes redderet & glorioſos: Audi Baſilium in Apologia ad Cæſareenſes n. CXLI. t. 2. opp. fol. 928. D. *Ineſt autem & alius quidem intellectus iſti dicto. Quid autem mirum, ſi patrem ſe confeſſus eſt eſſe majorem, qui cum verbum eſſet caro factus eſt, cum hujus gratia & angelis ſecundum gloriam, & hominibus ſecundum ſpeciem minor apparuerit? Imminuiſti enim ipſum, inquit, modicum quid ab Angelis. Et iterum: hic vero qui modicum quid ab Angelis minoratus eſt, item: Et vidimus ipſum, & non habebat ſpeciem neq; pulchritudinem; ſed ſpecies ipſius abjectior erat univerſis hominibus. Hæc autem omnia pertulit propter plurimam in figmentum ſuum benevolentiam, ut perditam oviculam ſervaret, & ſervatam in Angelorum choros referret & inſereret.*

§. 13. *Poſterior ſtatus* eſt exaltationis, quem Evangeliſtæ deſcribunt per clarificationem, qua apparuit ipſius etiam gloria divina. Joh. XII. 16. XIII. 31. 32. per reditum ad Patrem Joh. XIV. 28. via nempe paſſionis, ignominiæ & mortis ad gloriam Patris; Per gloriam Joh. XVII. 5. & ingreſſum in gloriam. Luc. XXIV. 26. ad regnum, à Patre ſibi diſpoſitum. Luc. XXII. 29. 30. In quod venit. c. XXIII. 42. Diſtribui poteſt glorificatio in internam & externam; Hæc eſt gloriæ manifeſtatio, qualis Chriſti fuit per prædicationem & miracula Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum; Iſta vero eſt realis collatio exercitii plenarii Majeſtatis divinæ, factæ humanæ naturæ in Chriſto, cum ad dextram Patris collocaretur: In inchoatam & conſummatam; Filius glorificarat ſuum Patrem, quoad ipſius gratiam, miſericordiam, potentiam, juſtitiam, veritatem, in ſuis concionibus, miraculis, obedientiâ, paſſione, & morte; viciſſim Pater glorificavit Filium, quoad ſuam ipſius ὁμουσίαν, fidem, innocentiam, Majeſtatem, per miracula, reſuſcitationem ex mortuis, aſcenſionem in cœlos, & ſeſſionem ad dextram ſuam. vide Joh. XVII. 1. 4. 5.

vel Exaltationis.

§. 14. *Principium* igitur exaltationis Chriſti eſt *Deus*, & quidem Deus *Pater*; Nam Joh. XVII. 5. petit Chriſtus à ſuo Patre glorificari ea gloria, quam ſecundum divinam naturam habuerit penes ipſum ab æterno. Symbolum hujus erat vox è nube erumpens in monte Thabor, & dicens: hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui; Ea enim vox fuit Patris, Fi-

Cujus exponitur Principium.

lium ſuum glorificantis. Matth. XXII. 5. Pater erat, qui Filio ſuo diſpoſuerat regnum. Omnia agit ὁμοίως ſimiliter, ut Pater. Joh. V. 19. Luc. XXII. 29. 30. Filius tamen non eſt excluſus; Nam ipſe eſt, qui templum ſui corporis reſtauravit, qui ad inferos deſcendit, qui ex mortuis reſurrexit, qui cœlos conſcendit, qui conſedit ad dextram Patris. Matth. XXVI. 61. XXVIII. 6. Marc. XVI. 19. Luc. XXIV. 26. Sed nec Spiritus Sanctus, quia eſt opus tendens ad humanam Chriſti naturam. i.e. creaturam.

Subjectum. §. 15. *Subjectum* eſt humana natura, ſecundum quam erat exinanitus: cujus facies ſplenduit divino ſplendore in monte Thabor. Inde eſt, quod Pater major eſt Chriſto, ſcil. ſecundum humanam ſuam naturam ingreſſuro in gloriam Patris. Joh. XIV. 28. Apparuit in monte Thabor. In hoc enim facies Chriſti Matth. XVII. 2. luxit inſtar ſolis, *caro videlicet, quæ ex Maria & noſtro genere erat, & transformatur in gloriam, honorem & perfectionem Deitatis acquirens, & gloriam cœleſtem, quam non habebat caro ab initio, verum hic in coitione Dei verbi accepit.* verba ſunt Epiphanii hæreſ. 69.

Forma. §. 16. *Forma* nonnihil eluxit in operibus miraculoſis, quæ Chriſtus ſubinde faciebat, dum adhuc in terris verſaretur. Clarius prodiit in monte Thabor Matth. XVII. 1. Poſtquam enim in præcedentibus de paſſione ſua & morte imminente verba ad diſcipulos ita feciſſet, ut ipſi ſcandalum ſibi inde ſumpſerint, operæ precium cenſuit, ipſos adverſus ſcandalum porro communire, id autem fecit ſua transfiguratione, ut diſcerent, eam carnem, quæ paulo poſt paſſura eſſet, eſſe habitaculum Deitatis, & ad divinam gloriam elevatum iri. In ipſa autem transfiguratione obſerva *tempus*, poſt *ſex* dies completos; adeoque intra octiduum, quo dixerat & compleverat Chriſtus, facta eſt iſta. *Spectatores*, erant tres, quia in trium teſtium ore veritas conſiſtit: Deut. XIX. 15. Erant autem Petrus, qui confirmandus erat poſt grave ſcandalum paulò ante acceptum; Jacobus, qui primus pro Chriſto ſanguinem fundere debuit: Act. XII. 2. Johannes, qui vivaciſſimus Deitatem Chriſti contra χειρομάχους debuit aſſerere; omnes tres, quia ſpectatores & ipſi futuri erant infimæ in monte Oliveti humiliationis Chriſti. *Locum*, qui erat mons ſanctus, ex ſanctitate Dei præſentis ſic dictus: alias Tabor,

bor, celſiſſimus & capaciſſimus Galilææ, ubi hæc contigerant, montium; *antecedens*, nempe preces, quæ rebus arduis præmittendæ ſunt. *Formam*: dicitur eſſe *transformatus* coram diſcipulis, non ſubſtantiali mutatione, ſed alteratione, ſplendore Deitatis ex facie, & ex corpore per ipſa veſtimenta ita relucente, ut ſolem, & nivem, & candorem fullonium referret: Interea in glorificatis corporibus duo maximi Prophetarum, Moſes & Elias, comparent, ut appareret, Jeſum non eſſe Eliam, aut Moſen, aut legis divinæ hoſtem, qualem Zelotæ iſti ferre non potuiſſent, ſed ipſum Deum, qui jus haberet evocandi ex cœlo, quos vellet, & teſtimonio gauderet Moſis, & Prophetarum: colloquebantur autem cum Jeſu, qua de re? de ea ipſa, quâ diſcipuli ante ſcandalum acceperant, *de exitu Chriſti, quem completurus erat Hieroſolymis*; i.e. paſſione, quæ per exitum ex Ægypto præfigurata; adeoque Evangelii ſumma & fundamento. Diſcipuli, ut primum Chriſtum in ſua majeſtate viderunt, horrore affecti ſunt & timore tanto, ut diſſipatis viribus, in ſoporem conciderent, expergefacti tamen & refocillati gratia Dei, agnoſcunt mox Moſen, & Eliam, ſibi licet antea ne quidem per imaginem viſos; agnituri enim ſumus nos invicem in æterna gloria: Perfunduntur etiam cœleſti gaudio, ut nollent loco cedere, adeo hic ipſis præ omnibus aliis arridebat; In eo tamen errat Petrus, quod tabernacula erigere vult, quaſi in monte eſſet vita æterna, aut Chriſtus non prius paſſurus fuiſſet: unde & Moſes & Elias mox nubem ingrediuntur lucidam, quales ſolent eſſe beatorum; Quanquam id ipſum etiam ideo factum eſt, ut appareret, quem vox patris, jamjam audienda, deſignaret filium, & doctorem audiendum. Exarſit olim de lumine hoc Thaboritico controverſia inter Græcos ſub Andronico Juniore Imp. qualis ea fuerit lux, creata, an increata? Et qualibus oculis viſa, elevatis, an non elevatis? Lucem fuiſſe divinæ majeſtatis, carni collatæ; Et viſam eſſe oculis à Deo elevatis, ſententia noſtra eſt. Vide ex vetuſtioribus Joannis Cypariſſioti Palamicarum tranſgreſſionum ſermones, Græcè & Latinè editos in noviſſimo Bibliothecæ PP. Auctario, opera Franciſci Combefis Prædic. Monachi Pariſ. anno 1672. Exad-

verſa

Digitized by Google

Chriſtus non habuerit, unde ſolveret cenſum: *Tanta Dominus paupertatis fuit, ut unde tributa pro ſe & Apoſtolo redderet, non habuerit.* Quæritur: an *mendicato* vixerit, primum & quidem puer duodecennis, cum per triduum Hieroſolymis verſaretur? Affirmativam præfracte tenuerunt Mendicantes apud Papæos fratres, aſſerentes, oſtiatim ipſum mendicaſſe. Negarunt idem inter Pontificios alii, & vehementer impugnavere, quos inter Abulenſis in Matth. XVII. q. 194. ratione reddita, quod inter Judæos non debuerit eſſe mendicus; Deut. XV. 4. Sed multa non debuerunt inter eos eſſe, & tamen fuerunt, ut mendici. Marc. X. 46. Luc. XVIII. 35. Actor. III. 2. Noſtra ſententia, ex S. literis oſtendi non poteſt, mendicaſſe Chriſtum puerum; neque ratio cogit; potuit enim ex aliorum ſpontanea liberalitate, vel etiam divina potentia ſuſtineri; potuit tamdiu jejunaſſe; potuit pecuniis emiſſe cibum; potuit ab hoſpite commodato accepiſſe; vide Montac. Θεανϑ. part. I. num. 20. Porro quæritur: An Chriſtus in officio ſuo conſtitutus mendicaverit cum ſuis diſcipulis? & quod ex aliena liberalitate acceperat, tanquam *proprium* poſſederit? Negabant hoc ex Monachis mendicantibus Minoritæ, Beguardorum ſequaces; iſtud vero affirmabant; quibus ſubſcribebat Cajetanus ad Thomæ ſui 22. q. 187. art. 5. ſtatuentes, *Chriſtum Dominum cum ſuis Apoſtolis nihil proprium in communi, aut particulare, poſſediſſe, ſed vitam omnino pauperem absq; ullo prorſus peculio duxiſſe*: quæ ſententia ipſorum *tantum abeſſet ab hæreſis ſuſpicione* (quod quidem cenſuerat Narbonenſis Archiepiſcopus & Inquiſitor Dominicanus) *ut etiam inter Catholicæ fidei articulos numerari deberet.* Provocatum eſt ad Pontificem Joannem XXII. Ab hoc lis relata eſt ad Academiarum, & doctiſſimorum virorum judicium: Minores in generali capitulo ſuo, Peruſii habito, provocabant ad Nicolai III. judicium, cap. *exiit*, quo *Pontifex determinarit, Chriſtum & Apoſtolos nihil jure proprietatis & dominii, ſeu juris proprii, neq; in ſpeciali, neq; in communi habuiſſe; eaq; propter abdicationem proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quam in communi, propter Deum, meritoriam eſſe & ſanctam.* Secus autem videbatur Joanni XXII. P. R. Nam *pronunciavit, aſſertionem ejusmodi pertinacem, eo quod ſcripturæ ſacræ contraria eſſet, erroneam fore cenſendam & hæreticam: nec non*

& illam,

Digitized by Google

& illam, qua quis pertinaciter affirmare auderet, Chriſtum, & Apoſtolos in iis, quæ ipſos habuiſſe ſcriptura ſacra teſtatur, nequaquam jus ipſis utendi, ſeu conſumendi, aut ea vendendi, ſeu donandi, vel ex ipſis alia acquirendi habuiſſe. Quæ Joannis conſtitutio graviter offendit Minoritas: vid. Spondan. annal. 1322. n. 15. ſeqq. poſt Bzov. ad an. 1322. Videmus autem exinde, quam ſoleant Pontifices Romani adverſis frontibus etiam ex Cathedra pronunciantes inter ſeſe pugnare: Fruſtra eos conciliaturientibus Bell. lib. IV. de P. R. c. 14. Coquæo in AntiMornæ. tom. 2. in Antid. cont. oppoſ. 57. Niſel. Franciſc. contra Bzov. an. 1322. Waddingh. tom. 3. annal. Min. ad an. 1322. Noſtra ſententia, Chriſti proprium fuit, quidquid dono acceperat, ſecus enim Judas proditor non potuiſſet dici fur. Joh. XII. 6. Neque alicujus pretii ſunt Cajetani rationes, cum ait: *Ex iis, quæ in Evangelio ſcripta ſunt, aperte intelligi poteſt, quod Dominus Jeſus non eſt dedignatus, etiam in propria ſua perſona, mendicare. Nam mendicavit locum, ubi paſcha cum diſcipulis celebravit: mendicavit aſellum; & a Zachæo hoſpitium.* Confundit inter ſeſe, petere aliquid ab aliquo, & mendicare id ab ipſo; frui aliquo humanitatis officio, & mendicato illud poſtulare. Alia ſuperſtitio eſt Theatinorum, (quos & Cajetanos appellant à Marcello Cajetano Thieneo nobili Vicentino, & Protonotario Apoſtolico; Theatinos vero ab Epiſcopo Theatino, Joanne Petro Caraffa, ordinis conditoribus; Conditus autem eſt anno 1524.) Eorum *inſtitutum fuit, ut non ſolum nihil omnino poſſiderent, verum etiam nec vitam mendicando, aut poſtulando ſuſtentarent; ſed Apoſtolica vivendi ratione ex ſolis ultroneis oblationibus alerentur;* uti refert Spond. an. 1524. n. 18. Inepte hæc illi, cum Chriſtus non vetuerit, diſcipulos aliquid habere proprii, ſed ſolum promiſerit, non defore ipſis in officio ſuo conſtitutis quicquam alimentorum; ſicut nec ſibi defuerit. Si vero nihil proprii habuit Chriſtus, niſi quod dono acceperat, id ſpectat ad ipſius meritum, pro nobis præſtitum, quale nemo aliorum hominum præſtare poteſt.

§. 6. *Omnipotentia* divinæ. Paſſus eſt ſeſe tentari & vexari à Sathana; Nam Matth. IV. 1. ſeqq. ducitur in deſertum, & in hoc tentatur, ſub initium ſui miniſterii, ne quis putaret, perpetuam in hac terra ipſius fore gloriam, quæ ad Jordanem ra- Omnipotentiæ.

Digitized by Google

diavit, ſed ſciret, vel in ſumma humilitate & exinanitione adminiſtrandum eſſe officium. Deſertum erat magnum; Nam ſine additione appellatur; nec continebat homines, ſed meras beſtias, cum quibus Chriſtus verſabatur. vid. Euſeb. dem. Evang. l. IX. p. 437. In hoc deſerto cibis omnibus deſtitutus, coactus eſt abſtinere ab omni cibo, Deo ipſum miraculosè ſuſtentante, ut expleret typum Moſis, legem olim promulgantis, & Eliæ, collapſam religionem reſtaurantis. Exod. XXIV. 18. XXXIV. 28. 1. Reg. XIX. 8. Interea continuis tentationibus diabolus ipſum vexavit, inediâ puto, ferarum terriculamentis, & ſimilibus, donec expletis 40. diebus tentator etiam loqui inciperet, Chriſto famem ſentiente. Tunc enim aſſumpta externa ſpecie Satan Chriſtum aggreſſus eſt, exploraturus: an eſſet Meſſias; & illuſurus voci patris, quæ filium Dei appellaſſet, hominem ſc. tam obſcurum & infirmum, Chriſtoque adeo fidem eriperet, & fiduciam in Deum ſuum parentem. Solicitavit ipſum primum omnium ad diffidentiam erga Deum, ut ipſe ſibi conſuleret miraculis editis, ſi quidem à Deo ſuo deſtitueretur. Hoc dejectus gradu dæmon inſtabat tentare. Noverat vaticinia de Hieroſolymis & templo, deq; adventu Meſſiæ ad ipſa, quare eo per aerem ipſum loco mutato ducebat, & ſiſtebat in ſummo faſtigio templi, ubi non poterat ſine periculo lapſus conſiſti, petens, ut hinc ſeſe ipſe dimitteret, (nec enim diabolo licebat deturbare ipſum;) quo populus id ipſum videns pro Meſſia ipſum agnoſceret. Allegabat autem tentator ſcripturam, Pſal. XCI. 11. quandoquidem Chriſtus tantum ipſi tribuebat, ut diffidentiam paulo ante hoc telo repulerit; ſed truncatim allegabat, omiſſo, quod ſcopo erat adverſum: Repulſus tertium inſtabat impudens Spiritus, & uno momento per inanem phantaſiam Chriſti oculis exhibebat regnorum mundi ſplendorem & magnificentiam, ut eſt momentanea omnis mundi gloria; ideo autem exhibebat, quod ſciret promiſſa eſſe Chriſto. Iſai. LX. 12. & ut Chriſto perſuaderet apoſtaſiam ad ſe, qui iſta regna dediſſet colentibus ſeſe; Neque enim Deum curare mundum, ut ejus poſſeſſor ſit, qui in viis domini ambulet.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7. Idem metuere ſibi voluit, & ex *metu* fuga ſibi conſulere. Matth. II. 13. in Ægyptum fugit cum parentibus ſuis, ne Herodis acinace conſumeretur. Qua de fuga notandum eſt, quod ſcripſit Euſeb. lib. IX. dem. Evang. c. 4. dicens: *Si quis autem Servatoris noſtri ſeceſſionem vituperet, is intelligat, illud totum ſecundum optimam rationem factitatum. Non enim par & conveniens erat, ut ſpontanea Herodis improbitas, & malitia cohiberetur: neq; congruum erat, ut infans adhuc Salvator miracula ederet, atq; ante tempus divinam ſuam manifeſtaret virtutem, quod omnino illum oportuit feciſſe, ſi per mirabilem aliquam rationem Herodem, ſibi inſidias ſtruentem, puniviſſet, & illam cum parentibus in Ægyptum ſeceſſionem declinaſſet. Sed pertinebat ad divinam diſpenſationem ad convenientiora usq; tempora miraculorum rejicere patrationem. Is porro, qui per totum ſua vita curſum manſuetus fuiſſe, & clemens perhibetur, & ad benemerendum faciendumq; proclivis, adeo ut vindictam in nullum exercuerit inobedientem; ne tum quidem, cum ovis veluti ad mactationem ducebatur, ſed ut agnus coram tondente obmuteſcebat:* πῶς εἰκὸς ἦν, *quî aquum fuerit, eum, qui talis ſemper extitit, puerum adhuc, non locum dare malitia Herodiana?* Ineptiunt, qui neſcio quæ miracula fingunt contigiſſe in itinere iſto & fuga, in arbore, dæmone, & ſtatuis Ægyptiacis, aliisque, piget nugas referre; qui vult, adire poteſt Sozom. lib. V. hiſt. c. 20. Nos ad S. Scripturam revertimur. Joh. II. 24. 25. non audet inter Judæos Hieroſolymitanos familiarius verſari. Metuebat enim ſuæ vitæ: & propterea diſcedebat inde, reverſus demum proximo Pentecoſte, ut ex v. 22. colligunt: Cap. IV. 1. veritus Phariſæorum inſidias, ſecedit in Galilæam. In itinere vero triduano defatigatur adeo, ut quieſcere opus habuerit, diſcipulis adhuc in urbem concedentibus. Luc. V. 1. ſeq. cum populus ipſi adeo immineret, ut metueret ſibi à mari, navem conſcendit, ne in mare decideret. Marc. III. 9. ubi videbat ſibi periculum ex populo imminente imminere, juſſit præſto eſſe naviculam, quam conſcenderet, ne in mare protruderetur. Hoc vero non ideo fecit, quaſi impotentior eſſet, quam qui ſe ipſe defenderet; Nam eo fine Evangeliſta addit, quod morbos etiam graviſſimos ſanarit; ſed ut oſtenderet, tempus paſſionis nondum veniſſe; & Et parreſia.

jam

Digitized by Google

jam eſſe ſtatum exinanitionis, non exaltationis. Atque eodem fine nolebat miraculorum famam hinc inde diſſeminari.

& roboris. §. 8. *Famem & ſitim* ſuſtinuit. Marc. IV. 2. XXI. 18. Joh. XIX. 28. vide dicta Sect. 2. §. 44. Art. VI. In agone ita ipſius *vires proſtratæ* ſunt, ut in terram pronus caderet, & Angelo opus haberet, à quo confortaretur. Math. XXVI. 37. 38. 39. ſeqq. Marc. XIV. 33. ſeqq. Luc. XXII. 42. Quâ in lucta, in horto oliveti exantlata, aliquot profundiſſimæ exinanitionis argumenta occurrunt: Nam contriſtabatur, cum potuiſſet tranquillo animo eſſe; angebatur doloribus inferni diriſſime, cum poſſet jucundiſſima voluptate frui; colluctabatur cum acerbiſſimis hoſtibus, cum potuiſſet ſecurus eſſe; ſudabat ſanguineum ſudorem; In terram præ infirmitate proſternebatur, ſuppliciter orabat, ſemel, iterum, tertiumque; opem diſcipulorum quærebat, ab Angelo confortabatur, cum potuiſſet dominari; Sed maluit has infirmitates ſubire, quam nos non liberari ab illis. Cum ad ſupplicium duceretur, adeo erat *exhauſtus viribus*, ut non ſufficeret portandæ cruci. Luc. XXIII. 21.

Et omniſapientiæ & ſcientiæ. §. 9. *Omniſapientia & ſcientia divina.* Luc. II. 52. dicitur creviſſe Sapientia; & quidem apud Deum; Perfecta igitur ea non erat. *Origenes dicit, Chriſtum, ſicut revera profecit ætate quoad naturam animalem, ita etiam profeciſſe quoad ſpiritualem ſapientia, ſcilicet eam, qua ſe per exinanitionem privaverat Dei verbum, vel quam per ſpontaneam incarnationem oblivioni tradiderat (bibens de torrente in viâ deſcenſus Pſ. CX. 7.) ſapientiam, paulatim recuperando; Nemo enim proficit qui eſt perfectus; ſed ille qui indiget profectu.* ita Sandius ad Luc. II. 52. miſcens bona malis. Ad meliora igitur convertimur. Athanaſius Orat. IV. adv. Arian. t. 1. opp. f. m. 434. *Certe in Evangelio, ubi de ſe humano more loquitur, Pater (inquiens) venit hora, glorifica filium tuum: clare pro ſe tulit de ultima hora univerſitatis ejusq; fine, ut verbum quidem, ſe cognitionem habere, ut hominem vero, in ignoratione verſari. Siquidem hominis proprium eſt, ignorare, ac præcipue ea quæ ſunt iſtius generis, & in eo ipſo proprium quiddam eſt benevolentiæ Salvatoris noſtri adverſus nos homines. Siquidem homo factus non erubuit propter carnem ex natura iſtarum rerum inſciam, ſe ignarum fateri, ut oſtenderet, ſe ejus res conſcium ut*

Deum

Deum, ſed tamen carnaliter ignorare. Quapropter non dictum eſt ab eo ne filius quidem Dei, ne divinitas ignorare videretur, ſed ſimpliciter: ne Filius: Ut filij ex hominibus ortu iſta ignoratio remaneret. Confirmatur ab *ignorantia* quarundam etiam aliarum rerum; nempe ficus fructibus deſtitutæ. Marc. XI. 12. Quam veram fuiſſe ignorantiam Theologi noſtrates alibi prolixè demonſtrarunt. vid. Fewr. *ϰατὰ* diſſert. IV.

§. 10. *Omnipræſentia.* Nam anima defuncti vita fuit in paradiſo, corpus vero in ſepulchro: vid. Dn. D. Fewrb. diſſ. VII. Subjecit ſeſe *Deo* obedientia activa & paſſiva, tanquam ſervus, venit enim, ut legem vice noſtri impleret. Matth. V. 17. Et indigniſſima quæque pro nobis pateretur. Matth. XX. 28. de quibus ſupra in paſſione Chriſti prolixè actum eſt: *infirmitatibus:* Voluit enim incarnari, & in carne, embryo adhuc, ſuſtinere faſtidia ventris, intra quem clauſus tenebatur; edi in lucem non ſine doloribus, linteolis involvi; in præſepi, cum nullus alius in diverſorio locus ſupereſſet, reponi; Adultior opificio adhiberi; Factus enim eſt faber, & artem iſtam tractavit, faciens ζυγὰ καὶ ἄροτρα, *juga & aratra.* vid. Juſt. Martyr. f. 247. cum Tryph. Patet ex Marc. VI. 2. ubi Nazarethani ipſum appellant τέκτονα *fabrum*; qui manuum ſuarum miniſterio *opera fabrilia* τεκτονικὰ ἔργα, (uti Juſtinus l. c. vocat) confecerit, dignus, qui propter ἀλλοτριοεπισκοπίαν (in ſchola enim docebat) de rupe præceps daretur. Agit de hoc Chriſti vitæ genere Baſilius in Aſceticis: κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἡλικίαν γονεῦσιν ὑποτασσόμενος ἅπαντα πόνον πνευματικὸν εὐπειθῶς καὶ πρᾴως διέφερεν. *Per ætatem ſuam primam, parentibus ſuis ſubditus, quemlibet laborem ſpiritualem libenter ſubiit, & obedienter.* Et reddit laboris exantlati rationem hanc: Ἄνθρωποι γὰρ ὄντες δίκαιοι μὲν καὶ εὐσεβεῖς, πένητες δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων οὐκ εὔποροι (καὶ γὰρ μάρτυς ἐφάνη τῶν θείων τόκων θεράπεια) εἰκότως πόνοις σώματος προσωμίλουν διηνεκῶς, τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ταύτην ἑαυτοῖς συμπορίζοντες. *Cum enim homines illi eſſent juſti quidem, & Deum timentes, egeni autem, & à rebus ad vitam neceſſariis minime inſtructi (teſtatur autem hoc miniſterium illud, quo partus augusto famulatus eſt nemo) merito quotidianis corporis laboribus atterebantur, neceſſaria ad vitam, victumque ſibi inde acquirentes.* Vapulat igitur Origenes, qui lib. VI. adv. Celſ. p. m. 299. contendit, *nuſquam*

Et omnipræſentiæ. & Libertatis.

 in Evan-

Digitized by Google

in Evangeliis ab Eccleſia receptis legi, Jeſum ipſum fabrum fuiſſe; cui Guilielmus Spencerus in notis meritò opponit Juſtini Martyris teſtimonium, & addit: *Nobis etiam vetuſtiſſima pictura Joſephum exhibent unà cum Jeſu tabulas ligneas, & inſtrumenta huic arti propria tractantem. In ore omnium aut faber, aut fabri lignarii filius audit.* *Bedam ſolummodo & Hilarium juvat ſeorſim ire, qui artem ferrariam eundem exercuiſſe volunt*: Hic Can.in Matth. 13. *Planè hic fabri erat filius, ferrum igne vincentis, omnem ſeculo virtutem judicio decoquentis, maſſamque formantis in omne opus utilitatis humanæ*; *Ille libro in Evangelio ſecundum Marcum, cap. 2. Nam etſi humana non ſunt comparanda divinis, typus tamen integer eſt; quia Pater Chriſti igni operatur & Spiritu: unde etiam de ipſo tanquam de fabri filio præcurſor ſuus ait; Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne; quia vaſa iræ ſuo Spiritu igne molliendo in miſericordiæ vaſa commutat.* Hæc ille. Longius certè petita ſunt, quæ præſertim Beda habet, & veritati ſimiliora ſunt, quæ Juſtinus ſcripſit. Sufficit nobis, ad ignobilius aliquod opificii genus Chriſtum ſeſe humiliaſſe. Inſuper etiam ad retundendam quorundam curioſam audaciam, interrogantium: quid Chriſtus uſque ad annum ætatis XXX. egerit? quibus reſpondemus verbis Cajetani: *Hinc habemus, unde ſatis fiat curioſis, quærentibus, quid fecerit Chriſtus ad 30. annum.* In reliqua quoque *converſatione* familiaris fuit, ſicut alii quoque homines: Joh. I.14. dicitur ἐσκήνωσε habitavit, inter nos, veluti in tentorio, more Patriarcharum, aut militum. Matth. XXI. 5. Marc. XI. 7. ſeqq. Luc. XIX. 35. Joh. XII. 15. impletur vaticinium Prophetarum Zach. IX. 9. de ſpreto Jeſu Chriſti introitu in Jeruſalem. Neque enim ſuper eminente caballo vectus; aut regio ſatellitio ſtipatus, alioue apparatu illuſtris ingrediebatur in regiam ſuam, ſed aſina & pullo ſpretis jumentis, nec iis ſuis, ſed alienis, ſibi tamen neceſſariis: comitatu diſcipulorum & vulgi uſus urbi imminebat, & ingrediebatur: quod verè erat manſuetum & humilem eſſe. Subjecit ſeſe ſuis *parentibus*. Nam ſubditus erat ipſis. Luc. II. 51. & in gratiam ipſorum opera fabrilia tractavit, ut paulò ante ex Baſilio audivimus: *Magiſtratui*. Nam paſſus eſt nomen ſuum in cenſum referri. Luc. II. 2. ſeqq. de quo Origenes tom. XIII. in Matth. f. 316. c. *Formam ſervi accepit Filius Dei, nullum quidem figlinum vel ſervile opus faciens. Tanquam ergo ſervilem hanc formam*

gerens,

Digitized by Google

gerens, tributum & cenſum, non alium quam quem ipſius diſcipulus, ſolvit; Idem enim ſtater, & unus pro Jeſu ipſiusq; diſcipulo ſolutus nummus ſatis fuit. ita & Oroſius: *Quamprimum igitur natus eſt Chriſtus, Romano cenſui adſcriptus eſt. Et hæc eſt prima illa, clariſſimaq; profeſſio, qua Cæſarem omnium Principem, Romanos rerum Dominos, ſigillatim cunctorum hominum, edita deſcriptione ſignavit. In qua, ſe & ipſe, qui cunctos homines fecit, inveniri hominem, adſcribique inter homines voluit: quod penitus nunquam ab urbe condita, atque ab exordio generis humani in hoc mundo, nec Babylonico, nec Macedonico, nedum minori cuidam Regno conceſſum fuit. Nec dubium, quin omnium inſpectioni fidei, cognitioni pateat, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus, hanc urbem vultu ſuo, & authoritate defenſam, in hunc rerum apicem provexerit, cujus potiſſime voluit eſſe, cum venit, dicendus Civis, Romani Cenſus profeſſione.* Eidem etiam cenſum perſolvit. Matth. XVII. 24. ſeqq. Exactores petunt à Petro cenſum à Chriſto ſolvi; Petrus equidem putabat, hoc ſervitutis ſymbolum non decere Chriſtum, mundi Salvatorem; Chriſtus tamen ſponte ſua ſeſe ſoluturum, in hoc exinanitionis ſtatu, docet, utut æterni patris eſſet filius, adeoque Dominus, non ſubditus, magiſtratus ſui miniſtri. Jubet Petrum captare piſcem, qui ſtaterem, duas didrachmas valentem, deglutierat, & deglutitum pro ſe & ipſo, cive Capernaitico ſolvere; hoc ipſo docens, in medio exinanitionis ſtatu, ſeſe nihilominus divina omniſcientia valere. Subjecit ſeſe *diſcipulis*, quippe quibus ſervivit in ultima cœna, cum pedes ſingulis lavaret: *δούλιον ἔργον ἔρεξεν, ſervile opus præſtitit*, ait Nonnus Panopl. ad Joh. XIII. & paulo poſt: *διάκτορον ἔργον miniſtratorium opus. Judæis & gentilibus*, admittens ab ipſis capi, accuſari, damnari, flagellari, crucifigi, & tanquam *nullificamen* (Tertulliani vox eſt) donari; Pilatus enim corpus Chriſti mortui Joſepho dedit dono, tanquam rem nullius pretii. Imo ipſi diabolo, inferno, morti ſeſe vexandum permiſit.

§. 11. Multa quidem præclarè fecerat, noluit tamen ſtatim, aut promiſcuè ea ebuccinari, dum adhuc in ſtatu exinanitionis verſabatur. Joh. I. 43. Jeſus non vult in illuſtri ad Jordanem loco verſari, ſed meditatur ire in Galilæam, locum ignobilem. Marc. I. 43. 44. non vult laudes ſuas à leproſo curioſius & magnificentius ebuccinari, utpote adhuc in ſtatu

Et gloriæ uſus plenarii abdicatio.

ſtatu exinanitionis conſtitutus. Idem Marc. V. 43. Luc. VIII. 56. vetat, excitata puella, laudes ſuas cuiquam prædicari. Simile quid fecit Matth. IX. 30. Nam ſerio & cum quadam interminatione prohibuit, ne cæci recuperato viſu, quicquam ejus beneficii divulgarent; quod tamen poſtea ipſi fecerunt, graviter propterea peccantes, confer Pſ. L. 16. Matth. VII. 22. imprimis, quia illa ſua intempeſtiva deprædicatione invidiam Chriſto tantam apud Phariſæos & ſcribas conflarunt, ut vix ingreſſus Capernaum diſcedere cogeretur. Matth. XV. 39. Marc. VII. 36. ſeqq. idem patrato inſigni, nec uno, miraculo, vetuit (*διεστείλατο*) iſtud temerè vulgari. Erant enim logodædali curioſi, qui de Chriſti miraculis haud ſecus, ac de novis quibusvis loquerentur, in triviis, & compitis, & circulis; Solum, ut aliorum curioſitati ſatisfacerent; quod eſt nomen Dei profanare. Matth. XVII. 9. Marc. IX. 9. poſtquam futuram ſuam gloriam in illuſtri viſione diſcipulis oſtendiſſet, prohibet inter deſcendendum, ne cui ea de re quicquam referrent prius, quam à mortuis reſurrexiſſet, ſtatum exaltationis auſpicaturus; Tum demum enim voluit ipſe glorificari, & auditores cum fructu poterant percipere iſtam revelationem & viſionem: confer 2. Pet. I. 16. Joh. I. 14. Matth. XII. 18. additur vaticinium Iſaiæ XLII. 1. ut appareat, Chriſtum non eſſe ſublaturum clamorem in publico, ut illuſtrem ſui famam excitet, quod mundani reges ſolent facere; ſed potius vetiturum eſſe auditoribus gloriæ ſuæ manifeſtationem. *Finis* autem qui fuerit, additur, nempe, ne manifeſtatione ſuæ gloriæ & majeſtatis infirmam noſtram alioquin naturam, veluti arundinem conquaſſaret, utpote quæ ſplendorem tantæ majeſtatis ferre non poſſit, poſſit autem humilitatem ſeſe exinanientis. Huc ſpectat, quod habetur Joh. XVII. 5. ubi à patre ſuo petit glorificari ea gloria, quam habuerit apud ipſum ab æterno; prius igitur, quam Pater ſui voti ipſum compotem redderet, ea gloria ſecundum ſuam humanam naturam, ſaltem plenè, non utebatur, & fruebatur.

Finis quis. §. 12. Quare autem hæc omnia ſuſtinuit? *ὑπὲρ ἡμῶν pro nobis:* Matth. XX. 28. ut nos, à ſervitute legis, & maledictione

ejus-

ejusdem immunes redderet & glorioſos: Audi Baſilium in Apologia ad Cæſareenſes n. CXLI. t. 2. opp. fol. 928. D. *Ineſt autem & alius quidem intellectus iſti dicto. Quid autem mirum, ſi patrem ſe confeſſus eſt eſſe majorem, qui cum verbum eſſet caro factus eſt, cum hujus gratia & angelis ſecundum gloriam, & hominibus ſecundum ſpeciem minor apparuerit? Imminuiſti enim ipſum, inquit, modicum quid ab Angelis. Et iterum: hic vero qui modicum quid ab Angelis minoratus eſt, item: Et vidimus ipſum, & non habebat ſpeciem neq; pulchritudinem, ſed ſpecies ipſius abjectior erat univerſis hominibus. Hæc autem omnia pertulit propter plurimam in figmentum ſuum benevolentiam, ut perditam oviculam ſervaret, & ſervatam in Angelorum choros referret & insereret.*

§. 13. *Poſterior ſtatus* eſt exaltationis, quem Evangeliſtæ deſcribunt per clarificationem, qua apparuit ipſius etiam gloria divina. Joh. XII. 16. XIII. 31. 32. per reditum ad Patrem Joh. XIV. 28. via nempe paſſionis, ignominiæ & mortis ad gloriam Patris; Per gloriam Joh. XVII. 5. & ingreſſum in gloriam. Luc. XXIV. 26. ad regnum, à Patre ſibi diſpoſitum. Luc. XXII. 29. 30. In quod venit. c. XXIII. 42. Diſtribui poteſt glorificatio in internam & externam; Hæc eſt gloriæ manifeſtatio, qualis Chriſti fuit per prædicationem & miracula Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum; Iſta vero eſt realis collatio exercitii plenarii Majeſtatis divinæ, factæ humanæ naturæ in Chriſto, cum ad dextram Patris collocaretur: In inchoatam & conſummatam; Filius glorificarat ſuum Patrem, quoad ipſius gratiam, miſericordiam, potentiam, juſtitiam, veritatem, in ſuis concionibus, miraculis, obedientiâ, paſſione, & morte; viciſſim Pater glorificavit Filium, quoad ſuam ipſius ὁμουσίαν, fidem, innocentiam, Majeſtatem, per miracula, reſuſcitationem ex mortuis, aſcenſionem in cœlos, & ſeſſionem ad dextram ſuam. vide Joh. XVII. 1. 4. 5.

vel Exaltationis.

§. 14. *Principium* igitur exaltationis Chriſti eſt *Deus*, & quidem Deus *Pater*; Nam Joh. XVII. 5. petit Chriſtus à ſuo Patre glorificari ea gloria, quam ſecundum divinam naturam habuerit penes ipſum ab æterno. Symbolum hujus erat vox è nube erumpens in monte Thabor, & dicens: hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui; Ea enim vox fuit Patris, Filium

Cujus exponitur Principium.

lium ſuum glorificantis. Matth. XXII.5. Pater erat, qui Filio ſuo diſpoſuerat regnum. Omnia agit ὁμοίως ſimiliter, ut Pater. Joh.V.19.Luc.XXII.29.30. Filius tamen non eſt excluſus; Nam ipſe eſt,qui templum ſui corporis reſtauravit,qui ad inferos deſcendit, qui ex mortuis reſurrexit, qui cœlos conſcendit, qui conſedit ad dextram Patris.Matth. XXVI.61. XXVIII.6. Marc. XVI.19.Luc.XXIV.26. Sed nec Spiritus Sanctus,quia eſt opus tendens ad humanam Chriſti naturam. i.e. creaturam.

Subjectum. §. 15. *Subjectum* eſt humana natura, ſecundum quam erat exinanitus: cujus facies ſplenduit divino ſplendore in monte Thabor. Inde eſt,quod Pater major eſt Chriſto,ſcil.ſecundum humanam ſuam naturam ingreſſuro in gloriam Patris. Joh.XIV. 28. Apparuit in monte Thabor. In hoc enim facies Chriſti Matth.XVII.2. luxit inſtar ſolis,*caro videlicet,quæ ex Maria & noſtro genere erat, & transformatur in gloriam, honorem & perfectionem Deitatis acquirens,& gloriam cœleſtem, quam non habebat caro ab initio,verum hic in counitione Dei verbi accepit.* verba ſunt Epiphanii hæreſ.69.

Forma. §. 16. *Forma* nonnihil eluxit in operibus miraculoſis, quæ Chriſtus ſubinde faciebat, dum adhuc in terris verſaretur. Clarius prodiit in monte Thabor Matth. XVII.1. Poſtquam enim in præcedentibus de paſſione ſua & morte imminente verba ad diſcipulos ita feciſſet, ut ipſi ſcandalum ſibi inde ſumpſerint, operæ precium cenſuit, ipſos adverſus ſcandalum porro communire,id autem fecit ſua transfiguratione,ut diſcerent, eam carnem, quæ paulo poſt paſſura eſſet, eſſe habitaculum Deitatis,& ad divinam gloriam elevatum iri. In ipſa autem transfiguratione obſerva *tempus*, poſt *ſex* dies completos; adeoque intra octiduum,quo dixerat & compleverat Chriſtus, facta eſt iſta. *Spectatores*,erant tres,quia in trium teſtium ore veritas conſiſtit: Deut. XIX.15. Erant autem Petrus, qui confirmandus erat poſt grave ſcandalum paulò ante acceptum; Jacobus, qui primus pro Chriſto ſanguinem fundere debuit: Act. XII.2. Johannes, qui vivaciſſimus Deitatem Chriſti contra χριστομάχους debuit aſſerere; omnes tres,quia ſpectatores & ipſi futuri erant infimæ in monte Oliveti humiliationis Chriſti. *Locum*,qui erat mons ſanctus, ex ſanctitate Dei præſentis ſic dictus: alias Tabor,

bor, celſiſſimus & capaciſſimus Galilææ, ubi hæc contigerant, montium; *antecedens*, nempe preces, quæ rebus arduis præmittendæ ſunt. *Formam:* dicitur eſſe *transformatus* coram diſcipulis, non ſubſtantiali mutatione, ſed alteratione, ſplendore Deitatis ex facie, & ex corpore per ipſa veſtimenta ita relucente, ut ſolem, & nivem, & candorem fullonium referret: Interea in glorificatis corporibus duo maximi Prophetarum, Moſes & Elias, comparent, ut appareret, Jeſum non eſſe Eliam, aut Moſen, aut legis divinæ hoſtem, qualem Zelotæ iſti ferre non potuiſſent, ſed ipſum Deum, qui jus haberet evocandi ex cœlo, quos vellet, & teſtimonio gauderet Moſis, & Prophetarum: colloquebantur autem cum Jeſu, qua de re? de ea ipſa, quâ diſcipuli ante ſcandalum acceperant, *de exitu Chriſti, quem completurus erat Hieroſolymis*; i.e. paſſione, quæ per exitum ex Ægypto præfigurata; adeoque Evangelii ſumma & fundamento. Diſcipuli, ut primum Chriſtum in ſua majeſtate viderunt, horrore affecti ſunt & timore tanto, ut diſſipatis viribus, in ſoporem conciderent, expergefacti tamen & refocillati gratia Dei, agnoſcunt mox Moſen, & Eliam, ſibi licet antea ne quidem per imaginem viſos; agnituri enim ſumus nos invicem in æterna gloria: Perfunduntur etiam cœleſti gaudio, ut nollent loco cedere, adeo hic ipſis præ omnibus aliis arridebat; In eo tamen errat Petrus, quod tabernacula erigere vult, quaſi in monte eſſet vita æterna, aut Chriſtus non prius paſſurus fuiſſet: unde & Moſes & Elias mox nubem ingrediuntur lucidam, quales ſolent eſſe beatorum; Quanquam id ipſum etiam ideo factum eſt, ut appareret, quem vox patris, jamjam audienda, deſignaret filium, & doctorem audiendum. Exarſit olim de lumine hoc Thaboritico controverſia inter Græcos ſub Andronico Juniore Imp. qualis ea fuerit lux, creata, an increata? Et qualibus oculis viſa, elevatis, an non elevatis? Lucem fuiſſe divinæ majeſtatis, carni collatæ; Et viſam eſſe oculis à Deo elevatis, ſententia noſtra eſt. Vide ex vetuſtioribus Joannis Cypariſſioti Palamicarum tranſgreſſionum ſermones, Græcè & Latinè editos in noviſſimo Bibliothecæ PP. Auctario, opera Franciſci Combefis Prædic. Monachi Pariſ. anno 1672. Exad-

verſa

Digitized by Google

verſa auté parte Georgium Palamam in Dominicam transformationem; Et Synodũ Palamitarum, in eadẽ altera Auctuarii parte. confer. Dn. D. Dorſch. Apol. pro Coll. Theol. Arg. ſect. 3. c. 2. p. 82.

initium eſt vivificatio. §. 17. Patebit forma plenius ex actibus ad ſtatum exaltationis ſpectantibus. Diſtribui poſſunt (1.) *in principium*, quod fuit *vivificatio* Chriſti, quando triduo mortis exacto recepit in corpore ſuo animam, & cum hac vitam. Joh. II. 18. eo digitus intenditur, cum Chriſtus ait, ſe triduo poſt ſolutum templum, idem anima & corpore unitis reſuſcitaturum eſſe; Joh. X. 17. cum ait, ſeſe habere poteſtatem recipiendæ vitæ, Actor. I. 3. refertur de Chriſto pridem mortuo, quod vivum ſeſe conſpiciendum poſtea diſcipulis præbuerit: Vivificatus igitur eſt. ſolutis doloribus mortis, tanquam vinculis. Act. II. 24.

Deſcenſus ad Inferos. §. 18. *Deſcenſus Chriſti ad inferos*; de quo: An aliquid habeant Evangeliſtæ? quæritur. Nonnulli veterum, in quibus Hieronymus, Ambroſius, Chryſoſtomus homil. XXXVI. in Matth. XI. Gregorius homil. 6. in Evangel. affirmant. Putant enim Johannem Baptiſtam Matth. XI. 3. *tune es, qui venturus?* loqui de adventu Chriſti ad inferos; ſed pace tantorum virorum dixerim; Johannis hæc mens non fuit; Nam Chriſti reſponſum docet, quo ſenſu Joannes interrogarit? nempe, an Meſſias ipſe eſſet, qui venturus erat cæcos illuminatum, claudos erectum, leproſos mundatum &c. vide Rich. Montac. part. 2. Θεανθ. §. 28. Origenes eodem refert verba Thomæ Joh. XI. 16. eamus & nos, & moriamur cum eo; Itionem enim hanc intelligit de deſcenſu Chriſti ad inferos, cui ſeſe comitem obtuliſſe Thomam putat. Sed merito ridetur explicatio à Theophylacto, cujus verba, & rationes allegat Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 205. Noſtra ſententia, Evangeliſtæ nihil, ſaltem diſertè, de deſcenſu Chriſti ad inferos annotarunt, dubio procul ideo, quod ea potiſſimum deſcribere voluerint, quæ ipſi vidiſſent, vel audiviſſent in ſenſus incurrentia, quale objectum deſcenſus Chriſti ad inferos non erat.

Reſurrectio quæ narratur. §. 19. *Reſurrectio Chriſti.* Circa hanc obſervanda eſt (1.) *Narratio*, facti cum connexis, antecedentibus, concomitantibus, & conſequentibus, ſicut ea ab Evangeliſtis inſtituta eſt, diſtinctè facienda.

Digitized by Google

cienda. Notetur igitur (1) *Mulierum religioſarum excurſus*: Poſtquam Sabbathum magnum, ſeu prima dies feſti paſchalis, præteriiſſet cum ſolis occaſu, Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Salome, Chriſtum ex Galilæa beneficiorum acceptorum gratia ſecutæ Luc. XXIII. 56. emerant aromata, ut finito Sabbatho magno venirent, & ungerent Jeſu corpus. Inter has mulieres Maria Magdalena, & altera Maria, Jacobi ſcil. & Joſes mater, veſpera Sabbathorum, cum qua dies prima ſeptimanæ more Judaico incipit, excurrebant, viſuræ ſepulchrum Domini, læſum, an illæſum, cuſtoditum, an non? eſſet. Poſtquam vero nox maximam partem tranſiiſſet, ſummo diluculo diei primi ſeptimanæ, qui nobis eſt dies ſolis, cum adhuc tenebræ eſſent, egreſſæ venerunt tandem poſt aliquam moram, factam in via, ad ſepulchrum, portantes, quæ ea ipſa nocte paraverant aromata, nec nominatæ illæ ſolum, ſed etiam aliæ cum ipſis, in quibus erat etiam Johanna Luc. XXIV. 10. forſan & Suſanna. VIII. 3. improbabile, quod & Maria mater Domini, utpote meliora de filio edocta, interfuerit. Dum iſtæ in via eſſent, terræ motus factus eſt magnus & vehemens, in quo Chriſtus reſurrexit. Angelus autem Domini miniſter de cœlo deſcendit, & accedens devolvit lapidem ab oſtio ſepulchri, ut Chriſtum reſurrexiſſe apertè pateret, ſeditque ſuper eam magnifica ſpecie. Erat enim aſpectus ejus ſicut fulgur, & veſtimentum ejus candidum, ſicut nix: Hoc fiebat præſertim etiam ideo, ut majeſtate hac cuſtodes perterrefierent, quod & factum. Nam præ timore hujus viſionis concuſſi ſunt, & veluti mortui exanimati. Matth. XXVIII. 1. 4. Marc. XVI. 1. 2. Luc. XXIV. 1. Joh. XX. 1.

§. 20. (2.) *Prima Chriſti reſuſcitati Manifeſtatio.* Dum in via erant mulieres, deliberabant demum inter ſeſe de eo, qui lapidem ipſis prægrandem ab oſtio monumenti devolueret: Qua quidẽ cura opus non fuiſſet; Dum enim eo reſpiciunt, vidẽt lapidem à monumento eſſe revolutum. Ingrediuntur igitur in ſepulchrum, ſed corpus Domini, quod quærebant, non invenerunt. Hoc viſo conſternabantur adeo, ut Maria Magdalena deſertis comitibus ſuis pedem retro ferret, & curreret in urbem, denunciatura Apoſtolis, quod Domini corpus ſublatum eſſet.

Reliquis quoque turbatis, ecce duo Angeli, in ſpecie virorum, qui tum habitus ipſis conveniebat, ſteterunt exinopinato juxta eas, veſtibus fulgurantibus, ad majeſtatem reſuſcitati indicandam. Sic illis expaveſcentibus, & præ horrore oculos in terram dejicientibus, dixerunt Angeli, quaſi indignabundi: Quid quæritis viventem Jeſum apud mortuos? Non eſt hic loci, ut à vobis inungatur. Sed propria virtute reſurrexit. Id quod jam ante, adhuc exiſtens in Galilæa, vobis audientibus Matth. XVII. 22. Marc. IX. 31. Luc. IX. 44. prædixit: recordemini modo, ut locutus ſit vobis, quod oporteret filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi, & die tertio reſurgere. His illæ auditis veluti ex ſomno profundo exſuſcitatæ regrediebantur de monumento in urbem, & hæc omnia undecim diſcipulis, & reliquis omnibus denunciabant. Erant autē Maria Magdalena & Joanna, & Maria Jacobi, & cæteræ cum eis ex Galilæa ipſum ſecutæ, quæ ad Apoſtolos hæc perferebant. Cæterum verba hæc ipſorum viſa ſunt Apoſtolis veluti nugæ, ut ipſis minimè crederent. Marc. XVI. 3. 4. Luc. XXIV. 1. uſque ad 11 Joh. XX. 1. 2.

§. 21. (3.) *Petri & Johannis excurſu.* Inter Apoſtolos Petrus præcipue & primus ſurgebat è loco, ubi deliteſcebat, cum reliquis diſcipulis, & excurrebat foras Hieroſolymam ad monumentum Magiſtri ſui, quo cum veniſſet, proſpexit in ſepulchrum, viditque linteamina ſola poſita, abſente corpore, quo viſo rediit in urbem, admiratus apud ſemetipſum, quid hoc rei eſſet, & quid cum corpore Jeſu ageretur, ablatum, an translatum id eſſet? Maria enim Magdalena, ut amplius rem explicemus, in recurſu ſuo venerat ſicut ad reliquos diſcipulos, ita etiam ad Petrum; & ad alterum diſcipulum à Jeſu dilectum, nempe Johannem, dixitque illis: ſuſtulerunt Judæi, an alii, neſcio qui, Dominum è monumento, & neſcimus mulieres unctrices, ubi locorum eum poſuerint? Cæteri diſcipuli hæc veluti nugas exſibilabant, Petrus autem & Johannes non omnino ſpernenda rati, excurrerunt ad ſepulchrum, viſuri, quid rei ſubeſſet. Nam interea & reliquæ mulieres advenerant, idem nuncium, & viſionem Angelicam ferentes; Joannes, utpote junior, maturius ad

Digitized by Google

rius ad ſepulchrum venit,non tamen ingredi auſus, ſolum obliquè ſpectabat linteamina poſita: Petrus vero, ubi & ipſe ſupervenit, ſtatim ingreſſus eſt monumentum, viditque & ipſe linteamina poſita,& ſudarium, quod caput involverat defuncti,ſeorſim à linteaminibus poſitum, & involutum in uno loeo. Poſt ipſum auſus eſt & Johannes introire, viditque omnia,& credidit ſublatum, vel certè abſens eſſe corpus. Minimè autem, quod ex mortuis Jeſus reſurrexiſſet. Cauſſa incredulitatis erat ignorantia veri ſcripturarum ſenſus,quod oporteat Jeſum ex mortuis reſurgere. Abierunt ergo, ne viderentur ipſi corpus ſuſtuliſſe,ad ædes ſuas diſcipuli. Luc. XXIV. 12. Joh. XX. 2. uſque ad 10.

§. 22. (4.) *Apparitio Mariæ Magdalenæ prima facta.* Digreſſis diſcipulis iſtis Maria Magdalena animoſior remanebat apud ſepulchrum, plorans, quod Dominum ſuum ſuſtuliſſent neſcio qui: Sed dum ita plorat, inclinat ſeſe in monumentum, & videt duos Angelos amictos veſtimentis albis, eoſque ad quietem indicandam, ſedentes, unum ad caput, & alterum ad pedes loci,ubi antea Jeſum ſepelientes collocarant. Hi amicè mulierem compellabant, interrogantes: quid ploraret? Reſpondit ipſa,ideo,quod ſuſtuliſſent Dominum ſuum,& ipſa neſciret, ubi locorum eum poſuiſſent. Interea aderat Jeſus poſt tergum ipſius, & Angeli ex reverentia ſurrexerant, cum ipſa hæc videns, corpore converſa retrorſum videret Jeſum ſtantem, quem vero Jeſum eſſe neſciebat; oculis divinitus impeditis: compellabatur à Jeſu, dicente: mulier quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans,quod hortulanus eſſet,reſpondit: Domine,ſi tu aſportaſti eum,dicito mihi,ubi poſueris eum, & ego ſublatum in humeros meos tollam, quorſum volo. Regerit Jeſus, & regerendo oculos ipſi aperit: Maria q. d. non noſti me, qui te, tam bene novi! Hoc verbo ipſa converſa dixit: Rabboni,ſeu Magiſter, agnoſcens eum pro illo ſuo priſco Doctore: ſimulque componebat ſeſe ad amplexandos agniti pedes, ne quis amplius ipſum auferret. Sed Jeſus nolebat hunc amoris, & honoris amplexum, quia erat intempeſtivus: dicens: noli me tangere operoſius; cum ſatis temporis reſtet,

Digitized by Google

donec ego ad patrem meum adſcendero, amplectendi & cognoſcendi mei. Vade potius ſine mora ad fratres meos, diſcipulos, & velut Apoſtola non amplius dic, me ſublatum eſſe, ſed, ne porro mundanum regnum ſibi imaginentur, me ex mortuis reſuſcitatum aſcendere ad patrem meum, qui me ab æterno genuit, abſoluto redemptionis opere, & ad patrem veſtrum, quem vobis merito meo conciliavi; & ad Deum meum, qui mihi potentiſſime adſtitit in paſſione & morte, & ad Deum veſtrum, qui & vos ex mortuis reſuſcitabit. Hæc Chriſtus dixit non alicui potentiſſimo Monarchæ, aut ſanctiſſimo ſcil. Phariſæo, ſed mulieri, Mariæ Magdalenæ. Miſerrimæ quondam; Nam 7. dæmonia ex ipſa Jeſus ejecerat, cui, cum ſurrexiſſet mane primo die ſabbati, hac ratione primum apparuit. Hac commisſione accepta Maria venit ad diſcipulos, & annunciavit fideliter lugentibus ac flentibus, quod ſuis ipſa oculis Dominum vidiſſet, & hæc ſibi dixiſſet ipſis proponenda. Sed illi, quod viveret Magiſter, & viſus eſſet ab ipſa, non crediderunt. Joh. XX. 11. uſque ad 18. Marc. XVI. 9. 10. 11.

§. 23. (5.) *Angeli colloquium, & Chriſti manifeſtatio.* Mulieres reliquæ, intellecta ex Maria Magdalena Chriſti apparitione, redeunt ad ſepulchrum, ut & ipſæ Jeſum videant; quo cum veniſſent, ipſum monumentum ingreſſæ ſunt, ſed viderunt Angelum ſpecietenus adoleſcentem, ſedentem à dextris, quo geſtu & ſitu imminentem Chriſti ſeſſionem ad dextram præfigurabat, & amictum ſtola candida, quod Sacerdotale inſigne eſt. Hoc viſo, vehementer mulieres conſternatæ ſunt. Quibus Angelus reſpondens, dixit: ne vos, Chriſto addictæ animæ, expaveſcatis, ut hoſtes ipſius cuſtodes: Scio enim, quod Jeſum Nazarenum, illum crucifixum quæratis, ſed fruſta; non enim eſt hic, ſed ſurrexit ipſe propria ſua virtute, prout ipſe prædixit. Venite, hoc verbo ipſius edoctæ, & videte complementũ, locum, ubi poſitus erat Dominus: Ecce locus vacuus, ubi poſuerunt eum: Abſit autem ut hic hæreatis, quin potius abite, idque cito, & dicite conſternatis ipſius diſcipulis, & inter hos grandi quondam abnegatori Petro, quod Magiſter ipſorum ſurrexerit ex mortuis. Et ecce præcedet vos Galilæas in patriam

Digitized by Google

triam veſtram Galilæã, illic eum videbitis, ſicut Matth. XXVI. 32. Marc. XIV. 28. prædixit vobis. His auditis ipſæ timore partim ex viſione, & gaudio & reſurrectione ſtimulantibus celeriter fugerunt, & cucurrerunt, ut renunciarent diſcipulis ejus; Habebat autem eas tremor & ſtupor tantus, ut nemini in via quicdicere auderent, adeo timebant ſibi. Cum autem iſſent ad renunciandum talia diſcipulis ejus, ecce Jeſus in via occurrit illis, dicens: avete. Quo verbo ipſæ illuminatæ acceſſere ad ipſum propius, & prolapſæ pedes ejus arctiſſimè tenuerunt, qui ſalutantium geſtus erat, & tanquam verum Deum eundem adoraverunt. Jeſus autem confirmaturus Angeli ſui miniſtri monitum, illis dixit: Nolite timere vobis, veſtro redemptore reſuſcitato, ite potius, & annunciate fratribus meis, Apoſtolis, ut Hieroſolymis pertinacibus relictis eant eo, quo meum verbum ipſos invitavit, in Galilæam, & ibi locorum me videbunt Matth. XXVIII. 5. uſque ad 10. Marc. XVI. 5. 6. 7. 8.

§. 24. (6.) *Teſtimonium cuſtodum de reſuſcitato Jeſu Chriſto.* Poſtquam Angelo, & Chriſto ipſo jubentibus mulieres apoſtolæ ad diſcipulos abiiſſent, ecce quidam è cuſtodibus animo & viribus recollectis, venerunt in civitatem, & ſuo reliquorumque commilitonum nomine renunciaverunt principibus Sacerdotum omnia, quæ acciderant, idque eo fine, ut pecuniam ex ſacerdotibus emungerent: & succesſit conſilium. Nam Synedrio congregato, & habito conſilio Aſſeſſores decreverunt militibus ex ſacro theſauro copioſam pecuniam, quantum poſtulabant, petentes ipſos, ut dicerent, quod diſcipuli ejus noctu venerint, &, quod metuiſſent pridem, furati eſſent eum, dum cuſtodes dormirent: Hanc vero ipſorum negligentiam ne ægrè ferat Pilatus, ſe delinituros eſſe ipſum verbis, vel muneribus; ne quid damni acciperent cuſtodes. His verbis perſuaſi milites, & accepta pecunia, fecerunt, quæ erant edocti. Nam divulgatus eſt ille ſermo mendax apud Judæos, ad illud uſque tempus, quo Matthæus ſcripſit hæc. i. e. octavum poſt reſurrectionem Chriſti annum. Matth. XXVIII. 11. uſque ad 15.

§. 25. (7.) *Apparitio facta diſcipulis Emaüntem euntibus.* Poſthæc

hæc idem Jeſus apparuit duobus ex LXX. diſcipulis, metu expellente rus abeuntibus ad ſua, tantum non abjecta ſpe & fide in Ieſum Nazarenum; apparuit autem in alia, quam ut agnoſcerent, forma. Ecce enim, dum milites per urbem vulgant rumorem de Jeſu à diſcipulis ſublato, hi duo ſibi quoque metuentes ibant eodem, quo reſurrexerat die, in caſtellum, nomine Emmaus, alias Nicoſotis dictum, quod aberat ab Hieroſolymis ſpatio ſtadiorum 60. i. e. duobus ferè milliaribus germanicis. Quo in itinere ipſi inter ſeſe confabulabantur de omnibus, quæ hactenus circa paſſionem, mortem, & reſurrectionem Chriſti accidiſſent. Dum ita lento paſſu, lento & familiari colloquio inter ſeſe confabulantur, & diſputant, factum eſt, ut Jeſus ipſis ſuperveniret, & tertius interveniens una cum ipſis ambularet. Ceterum oculi ipſorum adhuc mortales tenebantur, quo minus eum, quis eſſet, revera agnoſcerent. Ipſe autem allocutus ipſos, interrogabat, qui iſti ſermones eſſent, quos inter ſeſe cæderent ambulantes, & eos ſubtriſtibus vultibus? Reſpondebat unus ex euntibus, isque Cleophas nomine, maritus Mariæ Alphæo pridem nuptæ, dicebatque ei: Tu ſolus peregrinus es Hieroſolymis, neque cognoviſti vulgata in triviis, quæ facta ſunt illic his diebus? Et quæ illa, iſte regerebat: ſubjecerunt comites, de Jeſu Nazareno, viro illo propheta inſigni, qui potens erat & miraculis patratis, & concionibus habitis, coram & Deo & coram toto populo; ſicut eum tradiderunt, quorum magna eſt in his rebus auctoritas, ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in condemnationem mortis, &, quatenus auctores & motores extiterunt, eum crucifixerunt. Hæc vero non parum nos affecerunt; ſperabamus enim ex ſententia hactenus recepta, fore ipſum politicum Iſraelis redemptorem, ſi non in vita, ſaltem poſt reſurrectionem; Aſt jam tertius dies illuxit, & jam declinat in occaſum, neque tamen ipſe, quod promiſerat, reſurrexit. Præterea & mulieres nos perterrefecerunt, quæ ad monumentum ſummo mane egreſſæ corpus ipſius non invenerunt, regreſſæ autem dixerunt, ſeſe vidiſſe viſionem Angelorũ, dicentium, eum vivere; Et abierunt quidã eorum, qui nobiſcum erãt, diſcipuli, ad monu-

monumentū,& invenerunt ita,ſicut & mulieres dixerunt,ipſum vero non viderunt,quod argumento eſt, ipſum non reſurrexiſſe, ſed phantaſiam fuiſſe mulierum; Tum vero exorſus Jeſus, ô ſtulti, inquit, & tardi corde, vitium enim hoc veſtrum eſt, ad credendum omnibus, quæ prædixerunt prophetæ fore, quæque hactenus completa ſunt. Offendit vos Jeſu paſſio, & mors; Atqui hoc ipſum oportuit ipſum pati, & intrare gloriam ſuam per exaltationem, minime autem regnum aliquod mundanum exordiri! Hoc ut confirmaret, exorſus eſt à Moſe, prophetarum fonte, & per omnes prophetas excurrebat & explicabat inſigniora vaticinia, de Meſſia conſcripta. Dum ita per aliquot horarum ſpatium ſcripturas ipſis interpretabatur, appropinquant caſtello, quo tendebant, & ipſe præ ſeſe ferebat longius ire, ut eliceret ex ipſis vehementem erga ſeſe affectum: quod & factum eſt. Nam affectu ipſi accenſi vehementer ipſum ſolicitarunt, ut ſecum maneret, quoniam dies ad veſperam vergeret, & nox appropinquaret, qua inconſultum eſt ſolum iter facere. Annuit ipſe petitis, & intravit cum ipſis diverſorium, ut maneret cum illis. Et factū eſt, dum epulis cum ipſis accumberet, accepit panem, &, ſicut cum omnibus cibis faciendum eſt, benedixit, ac fregit, & porrexit illis: Dum hæc fiebant, eo ipſo tempore divina virtute oculi ipſorum aperiuntur, & agnoſcunt eum; ipſe vero ab ipſorum ſeſe conſpectu ſubduxit, ut diſpareret. Hoc facto dixerunt relicti inter ſeſe: nonne præ attentione, fide, & charitate cor noſtrum ardebat in nobis, dum nobiſcum loqueretur in via, & ſcripturam aperiret nobis? His dictis reſumpto animo ſurrexerunt illico, & regreſſi Hieroſolymam invenerunt congregatos undecim, & reliquos, qui cum illis erant, forſan LXX, dicentes, quod reſurrexerit Dominus & apparuerit Simoni Petro. Quibus Emauntici addebant ea, quæ geſta eſſent in via, & quomodo agnitus eſſet à ſeſe inter frangendum panem: Cæterum quidam eorum neque his volebant credere. Marc. XVI. 12. 13. Luc. XXIV. 13. uſque ad 35.

§. 26. (8.) *Apparitio Chriſti facta X. diſcipulis ſub ſeram veſperam paſchatis.* Ultimo ejus diei, quo Chriſtus reſurrexit, apparuit unde-

undecim diſcumbentibus ad menſam. Dum enim de his, quæ Simon Petrus, & diſcipuli Emauntici narraverant de reſurrectione Chriſti loquebantur, & ſera eſſet veſpera diei inter reliquos primi, adeo, ut fores jam eſſent clauſæ in domo, in qua diſcipuli ex metu Judæorum erant concluſi, venit Jeſus ex inopinato, ac nulla oſtii patefactione facta, ſtetit in medio eorum, dicens: Pax vobis, qui ſcil. fructus eſt meæ reſurrectionis. Expavefacti illi & conterriti exiſtimabant ſe ſpectrum aliquod ſpirituale videre, utpote quod per clauſas fores ingreſſum eſſet: Jeſus vero dixit eis: Quid turbamini, & quare cogitationibus veſtris varia argumentamini, quaſi ſpectrum eſſem? non ſum illud: videte enim accurate manus meas, & pedes meos: quia ego ipſe is ſum, qui nuper crucifixus. Quod ſi oculis non ſolis creditis, applicate & manus ſcil. oculatas, contrectate me, & videte penitus, quod homo ſim, non ſpiritus, quippe qui carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habentem. His dictis, oſtendit eis manus, ac pedes, quos & dubio procul oculis ſuis manibusque uſurparunt. Gaviſi enim ſunt diſcipuli Domino viſo; Etſi fide adhuc languida; Nam præ gaudio nondum credebant firmiter, ſed mirabantur: Ut igitur magis ipſos confirmaret, dixit: habetis ne aliquid edulii hic? ſcil. ut ex eſu & potu meo confirmemini: Obtulerunt igitur illi aliquid, nempe partem piſcis aſſi reſiduam, & aliquid de obſonio, nempe favo apiario: Quæ ille accepit, & in conſpectu ipſorum verè, etſi libere, edit. Exinde exprobravit illis incredulitatem ſuam, & connatam cordis duritiem, quod ne his quidem, puta Mariæ Magdalenæ, reliquis mulieribus, Petro, diſcipulis Emaunticis, qui ipſum reſuſcitatum viderant, credidiſſent: Utque certiores eſſent, ad verbum ſuum ipſos revocavit Matth. XVI. 21. XVII. 9. 22. XX. 18. dicens: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc vobiſcum eſſem, quod neceſſe ſit per divinam veritatem, & humani generis redemptionem, impleri omnia, quæ ſcripta ſunt de me in lege Moſis, & Prophetis, & Pſalmis. Quibus dictis aperuit ipſis oculos mentis, ut intelligerent ſcripturas: Dixitque: ita ſcriptum eſt, ita oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertio die: & prædicari in nomine ejus pœni-

pœnitentiam ac remiſſionem peccatorum in omnes gentes, initio facto ab Hieroſolymis Pſal. CX. 2. Eſai. II. 3. Vos autem ita informati, qua ſcripturis, qua experientia, teſtes eſtis horum, nempé paſſionis, & reſurrectionis meæ concionando: Utque poteſtatem haberent, & limites officii, inſuper dixit: ſicut me miſit pater, ſcil. ad prædicandum, ita & ego mitto vos, vi poteſtatis mihi divinitus conceſſæ: Iterumque dixit: pax vobis: Utque & facultatem haberent, flavit in eos, & flatu illo mediante Spiritum Sanctum, cum donis adminiſtrantibus dedit, dicens: accipite Spiritum Sanctum: cujus virtute quorumcunque peccata remiſeritis, remittentur eis, quorumcunque retinueritis, retenta erunt. Marc. XVI. 14. Luc. XXIV. 36. uſque ad 48. Joh. XX. 19. uſque ad 23.

§. 27. *Manifeſtatio Thomæ facta.* Cum præcedens apparitio diſcipulis fieret, Thomas, ſuo corio adhuc metuens, non erat cum reliquis diſcipulis. Poſtquam autem ad ipſos vel reverſus, vel reductus fuiſſet, enarrarunt ei condiſcipuli, quod variè, & ſæpiùs Dominum vidiſſent ex mortuis redivivum. Cæterum ea erat pertinax in Thoma iſto incredulitas, ut omnium teſtimoniis inſuper habitis diſertè pronunciaret: niſi ipſemet meis hiſce oculis videro in manibus ejus veſtigia clavorum, & mittam hunc digitum meum in veſtigium clavorum, & mittam hanc totam meam manum in vaſtum lateris vulnus, non credam, quod vos modo aſſeveraſtis factum eſſe. Digna erat hæc incredulitas, & temeritas, quæ longiore temporis mora plecteretur. Poſtquam autem octavus dies, poſt primas apparitiones, qui dies ſolis erat, rediiſſet, erant diſcipuli, tanquam in ſacro die, intus in ſueta æde, & Thomas cum eis; tum vero ex inopinato apparuit Jeſus *januis præ nimio diſcipulorum metu clauſis*, & ſtetit in medio, dixitque ſolennem apprecationem: pax vobis! deinde ad Thomam converſus incredulum, infer, dixit, digitum tuum huc, & vel palpando vide manus meas, & admove totam manum, & immitte in hanc vaſtam lateris cicatricem, & vel tandem noli inter incredulos, ſed credulos nunc, & poſthac eſſe. Ad hæc reſpondit Thomas, & dixit, confeſſione edita: Dominus meus es tu, qui me redemiſti, & Deus meus, in quem vera

fide credo, tanquam benefactorem? Regeſſit Jeſus: Tandem vero, poſtquam me vidiſti, credidiſti; Beati, qui non viderunt oculis corporis, & tamen crediderunt. Multa quidem, & alia ſigna comprobandæ reſurrectionis, & confirmandæ fidei ſuorum gratia fecit Jeſus à mortuis reſuſcitatus, quæ non ſunt ſcripta in hoc, ſive etiam reliquorum Evangeliſtarum ſcriptis: Hæc autem, & quæ ſequuntur, ſelecta ſunt, ex reliquis, ut conſignarentur, ut crederetis, quod Jeſus ſit Chriſtus ille filius Dei verus, & unigenitus & ut credentes hæc, ad ſalutem neceſſaria, vitam haberetis per nomen meriti ipſius. ait Joh. XX. 24. uſque ad 31.

§. 28. (10.) *Manifeſtatio Chriſti diſcipulis facta ad mare Tiberiadis.* Poſt has manifeſtationes Chriſtus iterum ſeſe diſcipulis ſuis aliquot manifeſtavit, & quidem, ut promiſerat, in Galilæa ad mare Tiberiadis, quæ quidem manifeſtatio ita ſeſe habuit: Erant in uno conſortio Simon Petrus, ex Bethſaida & Thomas, ex eadem forſan regione, & Nathaneel Cananæus, & filii Zebedæi, Joannes & Jacobus, Capernaitæ; & ex diſcipulis reliquis duo, an Andreas, frater Petri, & Philippus, Nathaneeli familiaris? an duo ex LXX? non liquet. Id certum eſt, quod Petrus tanquam ſenior, & ἱερυδιάκτης reliquis dixerit: vado piſcatum; dum ſcil. nondum emiſſi eſſent in orbem prædicandi gratia, opificium ſuum conſuetum exercebant; regeſſerunt reliqui: Eamus & nos tecum: Exiverunt igitur Capernaumo forſan, & conſcenderunt ſtatim navem, piſcaturi, ſed ea nocte, periti alias piſcatores; & in mari quidem piſcoſo, nihil ceperunt. Mane autem facto, cum ſol ortui immineret, Jeſus ſtetit in litore, ſed, quia longius ſtabat, & nonnihil tenebrarum adhuc eſſet, diſcipuli eum non cognoverunt, quod Jeſus eſſet. Jeſus igitur veluti empturus piſces acclamabat ipſos, pueri, inquiens, dilecti, nunquid obſonii habetis? Reſponderunt ipſi velut indignabundi: non. Ipſe autem, mittite, regerit, in dextram navigii partem rete, & mea ſcil. divina virtute congregatos, invenietis. Miſerunt ipſi rete, & tantam piſcium vim concluſerunt, ut rete trahere non valerent. Ex hoc ſigno, in memoriam revocata priſca piſcium captura. Joannes agnovit Jeſum; & Petro dixit: Dominus eſt. Quo audito, Petrus

tunica

Digitized by Google

tunica exteriore, & honoratione ſeſe ſuccinxit, erat enim quoad exteriores veſtes nudus; Et præ ardore ad Chriſtum veniendi in medium ſeſe mare projecit, pedibus mare calcaturus. Reliqui vero diſcipuli id ipſum non auſi navigiolo ſeſe eodem conferebant, aberant enim à continente circiter cubitis ducentis, trahebantque reti piſces captos. Poſtquam pedem in terram expoſuiſſent, viderunt prunas miraculoſè poſitas, & ſuper has piſcem, & juxta panem. Mandavit Jeſus, afferre è piſcibus, quos prehendiſtis nunc, ne videantur eſſe phantaſma: Petrus igitur & rete in terram traxit, plenum piſcibus magnis & multis; Erant enim 153. neque tamen, miraculum! ſciſſum eſt rete præ copia piſcium. Quo facto, venite, inquit Jeſus diſcipulis, & prandete, confirmandi de mea reſurrectione. Hoc ſigno adeo ſe ipſis manifeſtavit, ut nemo auderet Dominum interrogare, quis eſſet; Sciebant enim, quod Dominus eſſet. Accumbentibus ipſis venit Jeſus, & accepit panem, & dedit eis, & piſcem ſimiliter. Hac jam tertia vice manifeſtatus eſt publice Jeſus diſcipulis ſuis, cum reſurrexiſſet à mortuis. Joh. XXI. 1. uſque ad 14. Spectat ad hanc manifeſtationem colloquium quod Chriſtus cum Petro inſtituit, finito prandio, eo fine, ut occaſione miraculoſæ piſcationis ipſum & alios diſcipulos doceret, quid in miniſterio ſuo ſibi & ſucceſſoribus faciendum, vel patiendum eſſet.

§. 29. (11.) *Manifeſtatio Chriſti facta diſcipulis in monte quodam Galilææ:* Matthæo c. XXVIII. 16. ſeqq. Marco. XVI. 15. 16. &c. Et Paulo 1. Cor. XV. 6. deſcribentibus. Prædixerat Chriſtus & promiſerat diſcipulis ſuis apparitionem hanc, Matth. XXVI. 3. & Angeli eandem confirmarant. verſ. 7. Marc. XVI. 7. cum diſcipuli illi, gregis duces, & alii fideles per Judæam, Galilæam, Samariam diſperſi, recollectis per miracula mortis & reſurrectionem Chriſti animis, confluerent in montem quendam Galilææ, Herodi ſubjectæ, adeoque tutioris; ſed quem? Thaborem? Carmelum? an Hermonem? Thaborem fuiſſe plerique autumant, propter loci altitudinem & amœnitatem. In hoc monte cum vidiſſent diſcipuli Jeſum, in aëre quaſi pendulum, poſtea propius admotum, religioſè ipſum adoraverunt

Digitized by Google

fideles Apoſtoli; aliorum autem quidam dubitarunt, an ipſe eſſet, dubitantes de reſurrectione ipſius. Sciendum enim, quod non ſolis diſcipulis ſeſe manifeſtarit hic loci, ſed & aliis, nempe plus quam 500. fratribus & ſororibus. Hoc dubium ut eximeret, propius acceſſit, & blande allocutus eſt dubitantes. Deinde ad diſcipulos converſus cœpit loqui cum ipſis de ſua ſibi conceſſa divinitus poteſtate, cujus virtute ipſos ablegabat in orbem, Evangelium prædicaturos, & miraculis confirmaturos, præſente ipſo Immanuele, & collaborante, uſque ad finem mundi.

§. 30. (12.) *Jacobo* quoque apparuit, teſte Paulo 1. Cor. XV. 7. Sed Evangeliſtæ nullam iſtius apparitionis mentionem faciunt; Nam præcedenti ſubjungunt illam *itinerarii* Chriſti clauſulam, apparitionem ultimam, factam in monte oliveti, deſcriptam à Marco XVI. 19. 20. Luc. XIV. 49. ſeq. Joh. XXI. 25. Act. I. 2. ſeqq. Juſſerat ipſos è Galilæa redire Hieroſolymam, unde ipſos eduxit Bethaniam in monte oliveti. Hic locorum repetiit præceptum de manſione in Hieruſalem, & promiſſum de mittendo Spiritu Sancto; Sed & ipſi repetierunt priſtinam ſuam contilenam de regno Meſſiæ, quod ſomniabant politicum, & petierunt inſuper ſcire tempus, quo ſuſcitandum eſſet. Quare Chriſtus caſtigata ipſorum curioſitate, ſubjecit, quæ conditio regni ſui futura eſſet, nempe Spiritualis. Quibus dictis in cœlum aſcendit.

Et explicatur; Deſcriptiones;

§. 31. Hactenus narratio hiſtorica, quam ſequitur II. *Explicatio.* Comprehenditur & hic actus ſub abitu ad patrem. Joh. XVI. 16. Et deſcribitur ſub nomine reſtaurationis templi. Joh. II. 19. Prædictus eſt à ſcripturis Sacris. Pſal. XVI. 10. Act. II. 30. Luc. XXIV. 44. 45. 46. Et præfiguratus per reditum Jonæ ex ceti ventre. Matth. XII. 39. 40. Iuſt. Martyr. dial. cum Tryph. f. 261. 30. ita loquitur de hoc typo: *Tertio quoque die reſurrecturum eum fuiſſe, poſt crucis ſupplicium toleratum, in eiſdem libris eſt perſcriptum. Populares namque veſtri, percontationibus cum eo agentes, dixerunt: oſtende nobis ſignum. Et ille reſpondit eis: Generatio prava & adulterina ſignum requirit; & ſignum non dabitur eis, præterquàm ſignum Jonæ. Atque hæc eo dicente, recondita ita fuere, ut ab audientibus non ita intelligerentur, tertio enim*

tio eum die, poſtquam crucifixus eſſet, reſurrecturum eſſe. confer. Maxim. Taurin. homil. de Reſur. Chriſt. f. 217. Repetita eſt prædictio ab ipſo Chriſto, qui, ut diſcipulos ſuos communiret adverſus ſcandalum paſſionis & mortis, reſurrectionem ſuam aliquoties prædixit. Matth. XVI. 21. Marc. VIII. 31. Matth. XVII. 23. Marc. IX. 31. XIV. 28. Quas prædictiones Chriſti & aſſertiones Angeli mulieribus ad ſepulchrum ipſius in memoriam revocarunt. Luc. XXIV. 6. 7. Quo ipſo argumento probatur, Chriſtum ex mortuis reſurrexiſſe, idque confirmatur aliquot apparitionibus Chriſti ex mortuis reſuſcitati. Decem earum *ex accurata indagine* (judicio Dn. D. Dannh. hodoſ. phæn. VIII. p. 746.) Auguſtini lib. 3. de conſ. Evang. ſub fin. numerantur, *prima*, Mariæ Magdalenæ. Marc. XVI. 9. quæ ad ſepulchrum relicta ſola Dominum vidit ut hortulanum, & tandem agnovit, & juſſa eſt, omiſſis prolixis cæremoniis, renunciare id ſuis. *Secunda* choro mulierculárum; Matth. XXVIII. 9. & 10. *Tertia* Petro; *Quarta* diſcipulis Emaunticis Luc. XXIV. 31. 34. quorum unus dictus erat Cleophas; alter ἀνώνυμος, non tamen Lucas; quippe qui Dominum non vidit. Luc. I. 1. *Quinta* undecim diſcipulis, excepto Thoma Marc. XVI. 14. Luc. XXIV. 36. Joh. XX. 19. *Sexta* iiſdem, Thoma præſente. Joh. XX. 26. ad hoſce ſuos diſcipulos ingreſſus eſt *foribus clauſis*, Joh. XX. 19. 26. ita ut ſpectrum eſſe diſcipuli putarent. Luc. XXIV. 37. Communis hæc Patrum ſententia eſt. Auctor qq. & RR. Juſtino attribui ſolitarum, q. 117. interrogat: *Si corpus partibus ſuis condenſatum, ubi portæ occluduntur, prohibitum habet tranſitum; quo modo Chriſtus ad diſcipulos ſuos intravit, cum eſſent occluſæ fores? ſed ſi verum fuit, quod, occluſis foribus, corpus illud, quod intus viſebatur, corpus erat; lapis ille, qui Dominico ſepulchro incumbebat, quomodo ab Angelo removebatur, ut Dominicæ reſurrectioni pateret aditus? Si veritatem dicit ſcriptura, quæ de foribus occluſis loquitur, tum neceſſe eſt, ut Spiritus, non corpus, intraverit. Quod ſi corpus illud, modo corpus, modo autem Spiritus fuit, quomodo non admiſit converſionem corporis ſubſtantia?* & Reſpondet: *Quemadmodum Dominus ambulabat ſuper aquas, non per aliquam converſionem corporis in ſpiritum; ſed per divinam ſuam potentiam, mare pervium ad ambulandum ſibi reddidit, nec tantum proprio ſuo corpori, ſed & ulterius Petri: Ita & per di-*

Argumenta probantia

vinam eandem ſuam virtutem, egrediebatur e ſepulchro, lapide etiam tum ſepulchro incumbente. Et intrabat ad Diſcipulos, clauſis foribus. Neq; enim, in gratiam reſurrectionis ejus, de ſepulchro lapis auferebatur, ſed ut manifeſtaretur Reſurrectio. Certe, cum in monumento conſpici poſſent veſtimenta ejus ſepulchralia, ipſe autem neutiquam poſſet conſpici, erat hoc ipſum manifeſtiſſima declaratio Reſurrectionis ejus. Nos hoc oportet conſiderare, quod quæ paris ſunt poteſtatis, eandem merentur fidem conceſſis ipſis, & eandem, ſublatis ipſis. Eſt autem par & æquale, ambulare ſuper mare, in corpore minime mutato, ei, nimirum intrare ad Diſcipulos, non mutato corpore, occluſis januis. Et quod, quæ ſupra naturam in natura fiunt, per virtutem divinam, nullo modo ſecundum rationem aliquam naturalem comprehendi poſſunt. Quo circa, attonitis ad hujusmodi ingreſſum Diſcipulis, permiſit ut tractarent corporis ſui partes, quæ in paſſione lædebantur, ut intelligerent, ſe nequaquam ad illos ingreſſum feciſſe per converſionem aliquam corporis in Spiritum, ſed in condenſato corpore per potentiam ſuam divinam, rerū ſupra naturam effectricem. Confer Auguſt. tract. CXXI. in Joh. Lib. XXII. C. D. c. 8. Ep. 3. Chryſoſt. & Theophyl. ad ll. cc. Evangg. Iſidor. in Caten. ad Matth. Matth. XXVIII. 2. ***Septima*** ad mare Tiberiadis, cum diſcipuli piſcarentur. ***Octava*** in quodam Galilææ monte: Matth. XXVI. 32. XXVIII. 10. 16. 1. Cor. XV. 6. ***Nona***, Jacobo. 1. Cor. XV. 7. ***Decima*** in monte oliveti, cum fidelibus valediceret. Huic argumento accedit ***teſtimonium Angelicum***: Sex enim Angeli conſpiciendos ſeſe in reſurrectione Chriſti præbuerunt; Angelus mulieribus factus eſt Εὐαγγελιστὴς καὶ Κῆρυξ τῆς ἀναστάσεως, *nuncius & præco reſurrectionis*: ait Cyrill. in Cat. Matth. 28. Et ***hominum variorum***, non eorum ſolum virorum & fœminarum, qui Chriſtum oculis ſuis viderunt, & etiam manibus palparunt: In compendio iſtas apparitiones & manifeſtationes recitat Lucas Act. I. 3. dicens, Chriſtum ſeſe vivum ſtitiſſe Apoſtolis, idque quampluri- mis argumentis irrefragabilibus; & conſpectum fuiſſe ab iiſdem per 40. dies: & auditum eſſe colloqui de regno gratiæ & gloriæ ſuæ, & congregaſſe illos, veluti paſtor diſperſas oves ſolet, Hieroſolymam, & vetuiſſe, ne inde diſcederent, donec promiſſum à ſeſe Spiritum S. accepiſſent; Sed etiam ***Evangeliſtarum***, qui diligenter & harmonicè omnia deſcripſerunt; ***Non deſunt***, ait Victor Antiochenus ad cap. XVI. Marc. fol. 902. t. 1. Bibl. Patr.

qui

qui Evangeliſtas iis, quæ in Chriſti reſurrectione acciderunt, non interfuiſſe dicant, adeoque unum quemlibet ex illis ſimpliciſſima narratione ea tantum quæ ex tantis illis, quæ præter ſpem omnem evenerant, audiverat: Divino interim Spiritu rem omnem ita ordinante & adminiſtrante, ut omnibus palam conſtaret, de reſurrectionis miraculo, cæteriſque omnibus fidei myſteriis ſimpliciter, omni prorſus curioſitate anxiaque diſputatione ſecluſa, ſcripſiſſe & docuiſſe. Illum ipſum tamen ea ſapientia & cautione, ut nunquam vere pugnantia prædicaverint aut literis mandaverint. Imo & *hoſtium*, cuſtodum nempe, qui terræ motu & Angelorum conſpectu territi in urbem redierunt, Chriſtumque reſurrexiſſe dixerunt; Quamvis deinde pecunia corrupti idem negaverint, dicentes, veniſſe diſcipulos ſe dormientibus, & abſtuliſſe cadaver; Imo miſerunt Judæi *ſelectos viros*, qui per orbem hanc ipſam calumniam, & mendacium πάντων ἀνοήτερον καὶ ἀσεβέστερον *omnium ineptiſſimum & ſceleſtiſſimum.* judice Chryſoſtomo, diſſeminarent, quod ipſis Juſtinus Martyr. dial. cum Tryph. f. 181. his verbis exprobrat: *Cum eum cognoviſſetis reſurrexiſſe à mortuis, atque in cœlum conſcendiſſe, pro eo atque futurum vaticinia præmonſtraverant: tantum abeſt ut reſipiſcentes pœnitentia de malis commiſſis duceremini, ut etiam viros eximios Hieroſolymis delectos, in terram omnem tum legaveritis, dicentes, hæreſim ſectamque Chriſtianorum nullius numinis cultricem exſtitiſſe; atque ea contra nos ſermonibus ſpargentes, quæ cuncti, qui nos non norunt, jactant. Itaque non ipſi modo vobis iniquitatis eſtis cauſa, ſed aliis quoque prorſus mortalibus univerſis.* Et Maximus Taurinenſis homil. III. Æſtiv. de reſur. Chriſti f. 219. inter alia argumenta præcipue urget deſumptum à Judæis ſepulchrum anxiè cuſtodientibus: *Fidem noſtram*, ajens, *confirmat impietas Judæorum. Nam ſufficit ad credulitatem nobis eorum nimium cauta crudelitas. Quo enim diligentius cuſtodierunt tumulum, eo conſtat illum manifeſtius ſurrexiſſe. Quo plures appoſuere cuſtodes, eo plures teſtium reliquere. Nam hoc procuravit divina providentia, ut reſurrectioni Dominicæ non ſolum Angeli, non ſolum diſcipuli, ſed & teſtimonium perhiberent (quod eſt amplius) inimici. Libentius ergo accipimus, quod eum diligentius obſervaverunt. Credimus enim ſub tot cuſtodibus potuiſſe illum prodire citius quam perire, & de tumulo jure Domini progredi quam diſcipulorum fraude ſub duci. Tanta enim ſollicitudine ſepulchrum obſtruxit impietas, ut id non prævaleret manus humana deſtruere: niſi ſola virtus reſurrectionis aperiret.* Tandem & *linteamina* & *ſudaria* in ſepulchro relicta argumento

mento fuerunt, non ſublatum eſſe Chriſtum, ſecus & hæc involucra fuiſſent ſublata, ſed ipſum reſurrexiſſe, relictis poſt ſeſe hiſce mortis vinculis. *Quomodo tantum ocii habuiſſet fur, ut relictis illis in quæ involutum erat, furatus fuiſſet corpus, idque militibus prope ſedentibus?* ita Theophyl. ad Luc. XXIV. 1. 2 fol. 583.

Principium & Subjectum.

§. 32. *Reſuſcitatio* Chriſti eſt opus totius Trinitatis, *Patris*, qui ipſi ſolvit vincula mortis. Act. I. 24. *Filij*. Joh. II. 19. X. 17. Actor. I. 3. confer dicta ſupr. Artic. IV. Sect. I. §. 16. Et *Spiritus Sancti*. Rom. VIII. 11. *Subjectum*, ſecundum quod reſurrexit Chriſtus, fuit ipſius corpus, idem, quod olim in ſepulchro jacuerat, templo comparatum Joh. II. 19. Actor. II. 26. Audi Tertul. de reſur. c. 18. f. 411. E. *Nulla mors non ruina membrorum eſt. Hanc corporis ſortem Dominus quoq; expreſſit, quum ipſa ſubſtantia indutus: Diruite, inquit, templum iſtud, & ego illud triduo reſuſcitabo. Oſtendit enim cujus ſit dirui, cujus elidi, cujus jacere, ejus & relevari, & reſuſcitari: quanquam & animam circumferret, trepidantem usq; ad mortem, ſed non cadentem per mortem. Quia & ſcriptura, de corpore, inquit, ſuo dixerat. Atq; adeo caro eſt, quæ morte ſubruitur, ut exinde à cadendo cadaver renuncietur.* Ad quod corpus ſpectat etiam *Sanguis* à Chriſto effuſus; ut vapulent reliquiari, qui ſanguinem Chriſti hinc inde oſtentant. Franciſcus Collius, qui de ſanguine Chriſti ſpiſſum volumen ſcripſit, lib. II. c. 7. diſp. 1. variè ſe torquet, ut ſeſe expediat: *Dicendum videtur vice illius ſanguinis ad naturæ integritatem pertinentis in terra relicti, poſt reſurrectionem alium ſibi ſanguinem efformaſſe Chriſtum*, ait, ſed cum videret hoc aſſertum conſiſtere non poſſe; aliam proponit *opinionem*, quam putat *probabiliorem*, nempe, quæ *docet, illum eundem ſanguinem, qui ad naturæ Chriſti veritatem faciebat, fuiſſe aſſumtum à verbo poſt Chriſti reſurrectionem.* Sed nec hæc opinio ei ſufficit, *Ideo*, ajens, *tutius dicendum videtur, remanſiſſe in terris ſanguinem, nec alium vice illius fuiſſe à Verbo procreatum, absq; eo quod aliqua facta ſive ſecuta fuerit diminutio, quæ integritati Salvatoris, aut ejusdem perfectæ reſurrectioni, potuerit officere.* Rationem ſubjungit, quod in ſtatu Exaltationis non opus habuerit ſanguine iſto *nutrimentali*; At ille ipſe ſanguis ad *integritatem naturæ faciebat*, ipſo fatente Collio; confer lib. 1. c. 4. Chriſtus igitur poſt reſurrectionem integer non fuerit. Neque valet, quod opus deinde non habuerit;

Neque

Digitized by Google

Neque enim etiam viſceribus amplius habuit opus, nutritioni deſtinatis, an igitur & iſtis in ſtatu gloriæ deſtituitur? An & *præputium* receperit? Negant Pontificii; *Nam mihi admodum credibile videtur, ſalvatoris præputium non reſurrexiſſe idem numero, quod in circumciſione ceciderat, ſed divina virtute aliud fuiſſe comproductum, quod commode prioris ablati vices ſupplere, atq; reſurgentis ætati Salvatoris opportunum eſſe poſſet.* Verba ſunt ejusdem Collii lib. V. de ſang. c. 2. ab init. Innocentius III. lib. IV. de arc. Myſt. c. 30. nihil definire vult; Bonaventura IV. ſent. diſp. 12. torquet ſeſe, & diſtinctiunculis quibusdam intricatiorem reddit quæſtionem; Romæ non dubitant haberi à ſeſe iſtud præputium. Sic enim Collius l. c. p. 846. *Conſtat, ac certiſſima traditione creditur, eam numero membranam, quam Infans Jeſus noſtri cauſa in circumciſione cultro abſcindendā obtulit, nunc in celeberrimo S. Joannis Lateranenſis templo aſſervari ſumma cum omnium pietate, ac religione, in ea videlicet ipſa templi parte, quæ ob eximias Chriſti, & aliorum Sanctorum, reliquias, Sancta Sanctorum appellatur; Sicuti memoriæ prodiderunt Innocentius III. Pontif. Max. Card. S. Petri ad Vin. veritate octava ſui tractatus, Carthagena, & noſtri ævi ſcriptores omnes ad unum, qui hunc lapidem evolverunt; quorum omnium nomina, & concordes ſententias longum nimis eſſet recenſere. Præclariſſimum tamen hujus rei teſtimonium præterire nec poſſum nec debeo, quod lib. 6. c. 112. revelationum B. Brigitæ conſignatum reperi, quodq; ipſa Deipara Virgo ancillæ ſuæ Brigitæ patefecit, his verbis eam alloquens: Maria ait, cum filius meus circumcideretur ego membranam illam è maximo honore ſervatam, ſervabam, quo ibam, quomodo enim ego illam traderem terræ, quæ ex me ſine peccato fuerat generata; protinusq; eam nunc Romæ aſſervari docet. Sic Deipara Virgo apud Brigitam. Cujus ſi vera eſt revelatio, ut certe veriſſima creditur, jam omnem hac de re dubitandi occaſionem tollit.* Contrariam ſententiam tuetur Theophyl. comm. ad Luc. II. fatente Collio; quam analogiæ fidei utique congruentiorem cenſemus. *Cicatrices* in corpore erant οἰκονομικῶς tales, ad faciendam fidem corpori, quod idem eſſet ipſius antea habitum. Joh. XX. 27. Verum enim erat corpus, etſi qualitatibus glorioſis præditum. Vide Auguſtin. epiſt. 49. ad Deogr. c. 1. Collium lib. 5. c. 2. Reſurrexit autem lapide adhuc admoto ori ſepulchri, quod ex Matth. XXVIII. 2. & 6. colligitur. Sic ſenſit Nyſſenus Orat. II. de reſur-

ſur. *Cum*, inquiens, *lapidem revolviſſet angelus, reperit Dominum reſurrexiſſe ſepulchro, quod ſigillis munitum fuerat, ac præſidio militum cuſtodiebatur, ſicut Deum decebat, clauſo relicto, quemadmodum clauſis quoq; januis penetrans in domicilium ad diſcipulos acceſſit. Quare etiam dicebat: Non eſt hic, ſed ſurrexit. Significans Angelus, ante ſuum adventum admirabiliter accidiſſe reſurrectionem Servatoris, quam, ut Deus, propria virtute exequens in iis, quæ diſpoſita & deſtinata erant peragendu, nullum Angelorum auxilium deſideravit. Niſi enim hoc ita eſſet, diceret: Ecce reſurgit, ſignificans id quod ſtatim fieret. Sed quoniam ante factum erat, præterito tempore utens, dixit: Non eſt hic, ſed ſurrexit. Et Theophylactus in Matth. XXVIII.* ἔτι τῦ λίθυ ἐπικειμένυ τῷ τάφῳ, *reſurrexerat Dominus, lapide adhuc ſepulchro incumbente. Poſtquam vero ſurrexerat Dominus, deſcendit Angelus, ut amoto lapide acceſſus pateret mulieribus ad ſepulchrum.* Sequutus eſt ille Chryſoſtomum, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἦλθεν ὁ Ἄγγελος, τίνος οὖν ἕνεκεν ἦλθεν ὁ Ἄγγελος καὶ ἦρε τὸν λίθον; διὰ τὰς γυναῖκας. Huc pertinet, quod notat Theophyl. ad Luc. XXIV. 15. *Jeſus autem cum appropinquaſſet, ſimul ivit cum eis, ſpirituale & divinum corpus nunc habens, non impediebatur locorum intervallis, quo minus adeſſet his quibus volebat. Idcirco ex lineamentis corporis, in quibus tunc apparebat, non permittebantur agnoſcere illum. Nam ſicut Marcus, inquit, in alia forma apparuit, & in aliis lineamentis. Non ultra enim naturalibus legibus regebat corpus, ſed ſpiritualiter, & ſuper naturam: Unde oculi eorum tenebantur, ne agnoſcerent eum. f.* 539. D. Quod de *naturalibus legibus*, ait, non eo extendenda ſunt, quaſi corpus reſuſcitati Chriſti omnes ſuas naturales proprietates perdidiſſet, ſed ad ea ſolum, quæ cum ſtatu glorioſo conſiſtere nequeunt. 1. Cor. XV. 41. ſeqq. *Tale igitur oportet intelligere Domini corpus poſt reſurrectionem, ſpirituale, & ſubtile, & alienum ab omni craſſitudine, neq; cibi neq; alterius cujuſdam indigens, quamvis ad confirmationem illorum comederit. Quod enim comedit, non ſecundum naturam comedit, ſed ſecundum diſpenſationem, ad docendum, quod illud ipſum corpus, quod paſſum eſt, ſurrexerit.* Sic idem ad Luc. XXIV. 40. fol. 544. B. annotat. Confer Victorem Antioch. ad Luc. XXIV. ſub fin.

Finis. §. 33. *Finis* & effectus reſurrectionis *primarius* erat gloria divinæ potentiæ, Rom. I. 4. *Secundarius* erat ſalus hominum; Nam Angelus juſſit mulieres bono eſſe animo, neque ſibi metuere;

Digitized by Google

tuere; & Chriſtus confirmavit. Matth. XXVIII.5. Marc. XVI. 6. cum pacē diſcipulis comprecaretur. Matth. XXVIII.9. & per Mariam Magdalenam juberet diſcipulis nunciari: Aſcendo ad Patrem meum, & ad Patrem veſtrum, & ad Deum meum & ad Deum veſtrum, ſignificans, fructum reſurrectionis ſuæ eſſe victoriam contra hoſtes, reconciliationem cum Deo, reſurrectionem mortuorum, &c. Inter præcipuos fines, fructus & effectus reſurrectionis Chriſti eſt *reſurrectio noſtra*, à qua ipſe dicitur reſurrectio. Joh. XI. 15. Specimen ejus dedit in morte ſua, in qua diſſilierunt ſepulchra, & patuerunt cadavera defunctorum; & in reſurrectione ſua, in qua corpora iſta viva exiverunt è ſepulchris, & delata in urbem ſanctam multis apparuerunt. *Quum dicit; Excitata ſunt multa eorum qui obdormierant ſanctorum corpora: perfectam denotat reſurrectionem. Præſtita autem eſt iſtorum Sanctorum reſurrectio, ut demonſtratio eſſet, mortificationem eſſe mortis omnium noſtrum Chriſti mortem, quam pro ſalute & vita mortalium omnium pertulit. Is certe quidem vivificam potentiam ſuam, mortuis excitandis mirifice exhibuit in præſenti rerum ſtatu.* Verba ſunt Juſtin. Martyr. vel quisquis auctor eſt quæſt. & R. 85. f. m. 344. *Tempus* erat tertius à morte dies: *Verum ut iſte conſtet numerus non ſolidæ imputandæ ſunt dies, ſed ita ut totius atque integræ locum pars ejus aliqua impleat. Qua ratione Veſpera paraſceves cum toto Sabbatho principioq; delibato Dominicæ diei tres dies ſunt.* ita Chryſ. in Cat. f. 381.

§. 34. (IV.) *Converſatio in terris.* Meminit ejus Lucas in Actis I. 3. dum refert, quod Chriſtus ex mortuis reſuſcitatus, ſeipſum viventem exhibuerit diſcipulis ſuis, idque compluribus argumentis fecerit, per quadraginta dies, quibus ab ipſis conſpectus eſt, neque ut κωφὸν πρόσωπον, ſed ut Amicus cum altero colloquens, de regno Dei. *Sæpe ad eos acceſſit, & ab eis iterum abſceſſit.* ait Theoph. ad Luc. XXIV. 50. *Finis* fuit, certos ipſos reddere de ſua ex mortuis reſurrectione; & confirmare eosdem in doctrina, olim prædicata;. Auctor qq. & RR. Juſtino adſcriptarum q. 48. de tactu Chriſti ex mortuis ſuſcitati agens, reſpondet: *Voluit namque ſenſim diſcipulos deſuefacere à corporis ſui conſpectu & præſentia. Quapropter etiam non ſemper viſus eſt ab eis diebus his, quibus eſt poſt reſurrectionem in terra verſatus: neque etiam omnino inviſum ſe illis*

Converſatio in terris.

præbuit: ſed interpoſitis intervallis, utrumque fecit, ut & conſpiceretur ab eis, & non conſpiceretur f. 327. Confer Theophyl. ad Luc. XXIV. 40. ſeqq. *Vos enim,* inquit, *ſpiritum putatis me eſſe, vel phantaſma, qualia multa circa mortuorum ſepulchra apparere ſolent: Sed ſcitis, quod Spiritus quidem neque carnem neque oſſa habet: Ego autem carnem & oſſa habeo, tametſi diviniora & ſpiritualia. Domini enim corpus Spiritus quidem non erat, ſed ſpirituale, hoc eſt, abſque omni craſſitudine à ſpiritu gubernatum.* ita ille fol. 544. A. Et ad verſ. 41. *Cum diſcipuli adhuc non crederent, neque per palpationem perſuaderentur, addit & aliud indicium, comedens, divina quadam virtute conſumendo quod edebat. Omnis enim cibus natura per os ſumptus, ad ſeceſſum vadit, verum hæc non naturaliter, ſed (ut diximus) ſecundum diſpenſationem comedit.* fol. 544. C. *Modus* fuit *κατ' οἰκονομίαν*; Neque enim corpora, ex mortuis reſuſcitata, & cœleſtibus qualitatibus exornata, vulgo tractari poſſunt ab hominibus, in hac adhuc mortalitate verſantibus, niſi Deo diſpenſante, & quaſi condeſcendente, quale quid Chriſtus fecit. Innuitur hoc Joh. XXI. 1. cum Chriſtus dicitur ſeſe *manifeſtaſſe*; quod verbum urget & explicat Theophyl. comm. ad l.c. ajens: *Cum dicit manifeſtavit ſemetipſum Dominus, ſignificat Evangeliſta, quod niſi voluiſſet ipſe per ſeipſum illis condeſcendens manifeſtare, non fuiſſet viſus in corpore incorruptibili.* fol. 840. E. confer quæ in eandem ſententiã commentatus eſt ad Luc. XXIV. 16. ſeqq. Et ante ipſum Victor Antiochenus ad verſ. 31. Conſpiciendum, contrectandum, audiendum ſeſe præbebat; Præſentem ſeſe alicubi ſiſtebat, quomodo alibi abſens erat, ut verè dicere potuerit Angelus ad mulieres: *Non eſt hic.* Neque enim adhuc temporis cœlum conſcenderat, & ſederat ad dextram Patris, ut omnia impleret. Luc. XIV. 6. Matth. XXVIII. 6. Marc. XVI. 6.

§. 35. Expletis quadraginta diebus ſecuta eſt (V.) *Aſcenſio in cœlos,* deſcripta ab Evageliſtis Marc. XVI. 19. Luc. XXIV. 49. ſeq. Joh. XXI 25. Act. I. 2. ſeq. Anteceſſit *colloquium*, quod cum ipſis habuit Hieroſolymis: *Sequebatur* eductio uſq; ad Bethaniam, &, cui hæc adjacebat, montem oliveti; quo cum veniſſet, ſublatis in cœlum manibus ſuis eis benedixit, & vale dicto ſenſim ſenſimque receſſit ab ipſis, & in conſpectu omnium altius altiuſque ad nubes aſcendit, donec aliqua ipſorum ipſum oculis ſubduceret, ſic ferebatur & receptus eſt in cœlum: Expreſſa ejus mentio fit

tio .it in verbis Chriſti Joh. XX. 17. Aſcendo ad Deum meũ &c. Alio nomine dicitur abitus ad Patrem; Joh. VII. 33. XIII. 1. 3. 33. 36. XIV. 2. 3. Sub parabola deſcribitur Matth. XXV. 14. Nobilis peregre proficiſcentis ad occupandum regnum. Dicitur & aſſumptio. Act. I. 2. *Opus fuit totius Trinitatis.* Nam aſſumptus eſt à *Patre* ſuo; ſed etiam *à ſemetipſo*, dum ipſe aſcendit in cœlum; & *à Spiritu Sancto*; Quia eſt actus Dei ad extra. *Subjectum*, quod aſcendit, eſt ipſe θεάνθρωπος; quo eſt humana natura; Nam ſecundum divinam jam ante in cœlo erat. Joh. III. 13. Optimè *Athanaſ.* Expoſ. fid. t. 1. p. 398. εἰσῆλθεν ὑπὲρ ἡμῶν πρόδρομος κυριακὸς ἄνθρωπος ἐν ᾧ (ſc. ἀνθρώπῳ) μέλλει κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρὸς & t. 2. de Incarnat. ἀνελθὼν εἰς οὐρανὸς, καὶ καθήμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, κατὰ τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸς ὑψωμένην τοῦ λόγου σάρκα. *Modus* erat viſibilis, & gradualis; Videntibus enim ipſis in aërem ſublimatus eſt, & diſtare cœpit ab ipſis, & proficiſci: Atque hoc quoque factum eſt arbitrariè; Confer Marc. XVI. 19. Luc. XXIV. 51. Act. I. 9. Aſcendenti adfuerunt Angeli cum jubilo, & omni iſta pompa, qualis futura eſt, cum redibit ad judicium. Act. I. *Terminus*, quorſum aſcendit, fuit cœlum tertium, quod beatorum vocatur Marc. XVI. 19. 2. Cor. XII. 2. Cœlum gloriæ, quod eſt ſuper omnes cœlos. Epheſ. IV. 10. *Finis* erat, juxta Theophyl. ad Luc. XXIV. 51. μετὰ τῆς ἁγίας σαρκὸς αὐτοῦ ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ, καὶ σύνθρονον αὐτὴν ἀποδεῖξαι τῷ πατρί. Ut oſtenderat conſpectui Patris ſanctam carnem, & conſideret in cœlis Patri, fol. 546. E.

§. 36. Complementum ſtatus exaltationis fuit *Seſſio ad dextram Patris.* Prædicta eſt à Davide Pſ. CX. 1. allegante Chriſto Matth. XXII. 44. Marc. XII. 36. Luc. XX. 42. & repetente Matth. XXVI. 64. Marc. XIV. 62. *Dextra*, ad quam conſedit, eſt dextra virtutis Dei. Luc. XXII. 69. Adeoque ipſa Dei eſſentialis potentia. Dextra quæ ubique eſt. Nam veniet ad judicium, ſedens in throno gloriæ ſuæ; Matth. XXV. 31. Et videbunt eum omnes homines ſedentem à dextris virtutis, & venientè in nubibus cœli. Matth. XXVI. 64. quæ locum non haberent, niſi ubique eſſet dextra Dei, & Chriſtus ubique ad eam ſederet. Nec obſtat, quod in cœlos aſcendiſſe legatur; ſic enim aſcen-

Digitized by Google

dit, ut nihilominus nobiſcum ſit in terris uſque ad conſummationem ſeculi: *Non enim fruſtra per Eſaiam dixerat Spiritus S. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus. Implet ergo Jeſus proprietatem nominis ſui: & qui aſcendit in cœlos, non deſerit adoptatos: qui ſedet ad dextram Patris, idem totius habitator eſt corporis: & ipſe deorſum confortat ad patientiam, qui ſurſum invitat ad gloriam.* ita Leo. I ſerm. II. de reſurr. c. 3. f. m. 70. *Subjectum*, quo conſedit, eſt humana Chriſti natura. Sicut enim *quod longè prius ex æternitate habuit, ut natura Deus; idem ſecundum hominis naturam acceperat*, nempe omnem poteſtatem in cœlo & in terra; juxta Chryſoſt. ad Matth. 28. Ita ſecundum eandem naturam humanam collocatus eſt ad dextram Dei. Ad hanc ſedebit filius hominis Matth. XXVI. 64. Marc. XIV. 62. Principium eſt tota Sacroſancta Trinitas; adeoque & Filius, qui omnia agit ὁμοίως, ſicut Pater. Joh. V. 19. *Natura* ſeſſionis conſiſtit in plenario exercitio majeſtatis divinæ, cujus actus erit adventus ad judicium; cum enim in gloria illa ſua venerit ſedebit in throno gloriæ ſuæ, ad dextram virtutis divinæ. *Tempus* fuit poſt aſcenſionem; hac enim facta demum conſedit ad dextram, teſte Marc. XVI. 19. *Finis* fuit glorificatio humanæ naturæ, facta eâ ipsâ gloriâ, quam Chriſtus habuerat ab æterno juxta naturam ſuam divinam. Joh. XVII. 5.

§. 37. Diximus *judicium extremum* fore actum ſeſſionis ad dextram. Spectat iſte ad ſtatum glorificationis Chriſti. Nam veniet in gloria ſua, ſedebitque ſuper ſedem gloriæ ſuæ Matth. XXV. 31. *Poſt biduum paſcha facturus, & tradendus cruci, & illudendus ab hominibus, & aceto, & felle potandus, rectè præmittit gloriam triumphantis: ut ſecutura ſcandala, pollicitationis præmio compenſaret.* Hieron. ad l. c. Ut autem diſtinctè agamus: Notetur I. *deſcriptio*: Appellatur Meſſis Matth. XIII. 30. Eſt quidem judicium extremum actus totius Trinitatis, utpote tendens ad creaturas, peculiari tamen ratione tribuitur Filio, quatenus homo eſt, quo ſenſu Joh. V. 22. dicitur, pater neminem judicat, ſed omne judiciũ Filio dedit: Filii erit *ἔλευσις adventus*, distinctus ab adventu in carnem. *Duplicem ſiquidem ejus adventum & præſentiam prænunciarunt ſancti vates: unam quidem, jam exhibitã, ut deſpecti & paſſionibus ſubjecti hominis: Secundam autem, quando è cœlis cum gloria & angelica militia ſua adveniet aderitque, ſicuti prædictum eſt: cum omnium etiam qui unquam exſtitere mortalium corpora excitabit; atque dignos quidem induet natura corruptibilitatis univerſæ experte; injuſtos autem in perpetuo ſenſu, una cum malis geniis in ignem mittet ſempiternum.* ita Juſt. Mart. Apol. II. p. 68. confer Chryſoſt. in Cat. ad Matth. XXV. 33. Theodor. hæret. fab. lib. V. c. 22. Ubi ex profeſſo de hoc,

hoc. Et ne videretur adveniſſe, ubi prius non erat, appellatur idem adventus etiam παρουσία, *præſentia.* Matth. XXIV. 3. 37. quam Paulus 2. Theſſ. II. 8. vocat ἐπιφάνειαν τῆς παρουσίας, *manifeſtationem præſentiæ. Non hoc ideo dictum, quia Pater non erit cum filio judicante, ſed quoniam bonis & malis in judicio ſolus filius apparebit in ea forma, in qua paſſus eſt, & reſurrexit, & aſcendit in cœlum: Diſcipulis quippe tunc aſpicientibus aſcendentem, vox angelica ſonuit; ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, i. e. in forma hominis: in qua judicatus eſt judicabit, ut etiam illud propheticum impleatur, viderunt in quem pupugerunt.* Aug. Tract. XXXVI. in Joh. p. 346. *Miniſtris* utetur Angelis, qui non ſolum venturum comitabuntur, ſed etiam homines congregabunt ad tribunal Judicis, tubis canent, & alia facient, quæ gloriã venientis illuſtrabunt Luc. IX. 26. Ultimus actus erit miſſio damnatorum in ignem, & abſolutorum deductio in cœleſte gaudium Matth. XIII. 42. 50. *Aſſeſſores* erunt Apoſtoli Luc. XXII. 30. judicaturi duodecim tribus Iſrael aſſidendo, approbando, teſtificando. *Objectum* aliud erit perſonale, aliud reale; *Perſonale* vel Angeli, vel homines; *Angeli,* puta mali, Matth. XXV. 41. cum ſuo duce, Diabolo; *Homines,* ſed hi omnes, non mali ſolum, etſi præcipuè, ſed etiam boni, hi tritico, iſti paleis comparantur. Luc. III. 17. Hi ſunt increduli. Joh. III. 19 iſti credẽtes. Luc. XVII. 27. recenſentur juxta ſtatus, conſtituti vel in tecto, ut magiſtratus eminentiores; vel in agro, ut miniſtri Eccleſiæ, vel in piſtrino, ut in œconomia & ſervitiis conſtituti: hi omnes ad judicium ſeſe præparent, ut digni inveniantur: Matth. XXV. 32. dividuntur in oves & hædos, *ut eorum ſterilitatem oſtendat (nullus enim hædorum fructus extat) magnum vero aliorum proventum:* Ita Chryſoſt. in Caten. ad Matth. XXV. Miſericordes & Immiſericordes. Reale erunt omnia hominum cogitata, dicta, & facta. *Non tantum opus, quod in actionem prodit, contemplemini, ſed verba etiam & cogitationes innuit, omnemque omnino hominis motionem.* ita Baſilius ad Matth. XVI. 27. in Cat. Poſſ. f. 557. Nam rationem reddent de quovis etiam inutili verbo. Matth. XII. 37. & ipſorum Opera ſive bona, ſive mala, examinabuntur. Matth. XXV. 35. cum operta tum aperta. Luc. XII. 3. *Diverſimode* tamen. Impiorum enim opera producentur in ipſorum ignominiam & condemnationem; piorum vero in Dei gloriam, & ipſorum decus, quod patet ex proceſſu Matth. XXV. deſcripto. *Norma* erit verbum Dei. Joh. XII.

§ 38. Tota actio in aliquot ſcripturæ locis patheticè deſcribitur. Nempe, poſtquam judex magnificè apparuerit, ſedens in nube, veluti in throno: exinde emittet ſervos ſuos Angelos, eoſque cum efficaciſſimo Imperio, & modo, congregandi omnes ubique homines præſertim electos ad tribunal ſuum. Congregabunt enim à quocunque loco, unde cœli altitudo major apparet, nempe è ſummo cœlo, & uſque ad terminos terræ, id eſt, illis etiam locis, ubi illi videntur terminari Matth. XXIV. 1. ſeq. Marc. XIII. 27. ſeqq. Matth: c. XXV. 6. ſeqq. alia parabola idem proponitur: nimirum ſponſi advenientis cum clamore ſuorum paranymphorum, qui præcurrunt, fores ſponſæ pulſant, ſponſum adeſſe denunciant, qui ſignificant Angelos, tuba excitaturos homines dum Dominus venit ad judicium. Ex profeſſo hoc ediſſerit Chriſtus v. 31. ſeqq. quando deſcribit glorioſum ſui adventum. Exponit enim ante omnia ſeparationem, quem veluti paſtor facturus eſt inter oves & capros: Oves ſunt qui credendo perſeve-

Digitized by Google

perſeverarunt olim uſque ad finem; & has collocabit ad dextram gratiæ ſuæ; Capri autem ſunt fœtidi & contentioſi homines quondam increduli; his locum aſſignabit ad ſiniſtram ſuæ juſtitiæ & iræ: Iſtos judex his compellabit verbis: Venite, benedicti benedictione ſpirituali à Patre meo, & poſſidete finem fidei veſtræ, nempe regnum gloriæ, paratum vobis ex meo ipſius merito ante jacta mundi fundamenta; Declaraſtis enim quondam fidem veſtram bonis operibus, ſiquidem mei gratia proximo veſtro benefeciſtis, quod ego remuneraturum me eſſe gratioſè olim promiſi, & jam præſtabo. Vice verſa collocatis ad ſiniſtram dicet: Diſcedite hinc, maledicti, in ignem æternum paratum, ex juſto Dei judicio, patri veſtro, diabolo, & ejus Angelis; Neque enim mei gratia veſtro proximo benefeciſtis, adeoque vera fide, per charitatem operoſa deſtituti fuiſtis, digni, qui pereatis. His dictis, hi abibunt in æternos cruciatus, iſti autem in vitam æternam. Auguſt. tract. XXXI. in Joh. trahit huc judicium latronũ, alterius ſalvati, alterius damnati. p. 314. *In medio enim judice conſtituto, unus latro qui credidit liberatur, alter qui inſultavit, damnatus eſt. Jam ſignificabat quod facturus eſt de vivis & mortuis, alios poſiturus ad dextram alios ad ſiniſtram. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futuris ad ſiniſtram, ſimilis alter futuris ad dextram, judicabatur, & judicium minabatur.* Et ante ipſum Autor quæſt. ad Orthod. 120. ubi ait, *reſurrectio diviſa eſt in vitam, & condemnationem, juxta juſtorum, & injuſtorum diſcrimen.*

§. 39. *Finis* erit, manifeſtatio juſtitiæ & miſericordiæ divinæ glorioſæ. Innuit hoc Chriſtus, cum ait, ſeſe venturum in gloria Patris. Matth. XVI. 27. quæ & Filii gloria eſt; Nam & in gloria, ſeu majeſtate ſua. Matth XXV. 31. ſedens ſuper thronum majeſtatis ſuæ veniret l. c. *Manifeſtum de divina ſui ipſius gloria Chriſtum hic loqui: qua nimirum circumdatus adveniet ſatellitio Angelorum regie cohoneſtatur. Atque hic adventus glorioſus tacitum reſpectum habet ad priorem humilem quo apparuit inglorius, ignominia coopertus & contumeliis.* ita Chryſoſt. ad Matth. XXV. 33. Cat. Cord. f. 338. Et apud Poſſin. *Videſne quomodo una gloria ſit, & Patris, & Filii?* f. 556. Minus principalis erit ſalus piorum, & condemnatio impiorum. Ex eodem loco Matth. 25. hoc patet. Evocabit enim pios, ad dextram ſuam ſtantes, ad regnum cœleſte; v. 34. Impios vero, juxta ſiniſtram, relegabit in ignem æternum. v. 41. ratione reddita, quod neglexerint officium charitatis erga proximum, imo Deum ipſum. Chryſoſtomus juſtitiæ actum collegit ex proceſſu, quem judicialem inſtituturus eſt Chriſtus: *Deus, quippe omnium juſtiſſimus*, ajens, *non decernit ſupplicia peccatoribus niſi auditis, diſceptationeque coram ipſis habita convictis de certis & nominatim expreſſis criminibus* Caten. Corder. f. 340. Quæ porro circa hunc actum obſervanda, inferius, ubi de noviſſimis, expedientur.

Digitized by Google

De

Ανθρωπολογία

Sect. I.

DE HOMINE IN STATU RESTITUTIONIS.

Argumentum:

D*Eſcribitur ſtatus.* 1. *Ejus principium eſt Deus.* 2. *Meritoria cauſa eſt Chriſtus.* 3. *Media ſunt vel perſonalia, ut Miniſterium.* 4. *vel realia, ut verbum, per quod fit vocatio ſeria, ordinata, ſufficiens.* 5 *Et ſacramenta;* 6. *quæ ſunt: Baptiſmus, cujus exponitur vox.* 7. *Principium.* 8. *Materia terreſtris, & cæleſtis.* 9. *Forma.* 10. *Finis & effectus.* 11. *Adjuncta ſunt efficacia & neceſſitas.* 12. *Typus.* 13.

§. I.

Finis & effectus meriti Chriſti, articulo præcedente deſcripti, eſt noſtri hominum in integrum reſtitutio. De quo præclaro beneficio, ut diſtinctius agamus, obſerva (1) *deſcriptiones* elegantes, quas Spiritus Sanctus in ſcriptis Evangeliſtarum annotavit, omnes ita comparatas, ut appareat, hominem non poſſe facere initium ſuæ reſtitutionis, aut quicquam boni, niſi viribus divinitus acceptis. Maxima Chriſti eſt Joh. XV. 5. Sine me nihil poteſtis facere: *Dominus autem, ut reſponderet futuro Pelagio, non ait, ſine me difficile poteſtis aliquid facere, ſed ait: ſine me nihil poteſtis facere: Et ut reſponderet futuris etiam iſtis in eadem ipſa Evangelica ſententia, non ait, ſine me nihil poteſtis perficere; ſed facere. Nam ſi perficere dixiſſet, poſſent iſti dicere, non ad incipiendum bonum, quod à nobis eſt, ſed ad perficiendum eſſe Dei adjutorium neceſſarium.* ita Auguſt. lib. II. cont. duas epp. Pelag. c. 8. p. 209. Matth. XII. 33.

Status reſtitutionis

(1.) Deſcriptiones.

comparat iſtud ipſe Chriſtus cum inſitione ſurculi in arborem. Sicut enim ſurculus ex arbore attrahit vitam, ſuccum, vires, & incrementa; ita homo Chriſto, arbori vitæ, inſertus accipit ab ipſo vitam ſpiritualem, Spiritum Sanctum, novas vires, & alia beneficia divina, mediantibus verbo & Sacramentis. Parallelus locus eſt Joh. XV. 1. ubi Chriſtus viti ſeſe confert, hominem autem palmiti, in vite, cui inſitus eſt, viventi. Luc. XV. 20. ſeqq. Sub alio ſchemate idem proponitur: Narratur enim parabola de filio perdito, ſicut ille decoctis omnibus bonis, & paupertate extrema urgente rediit ad Patrem ſuum, & receptus eſt, patre in occurſum ipſius & amplexus ruente, domum reducente, veſtibus exornante, & annulo, convivio excipiente, & ſic in integrum reſtituente. Idem docuerat Chriſtus verſ. 4. ſeqq. ſub alia figura, nempe ovis amiſſæ, & paſtoris quærentis, invenientis, reportantis ipſam, & gregi reddentis: Item mulieris œconomæ, quæ nummum amiſſum quæſierit, arreptis ſcopis, quibus omnes domi angulos verrit, & excuſſit, donec inveniſſet & recuperaſſet amiſſum.

(2.) Principium. §. 2. Ex dictis colligere licet (2.) *principium* noſtræ reſtitutionis, nempe Deum. *Deus* eſt, qui præparavit & decrevit ab æterno Salvatorem, cum gentilibus cœcis lucem, tum Judæis glorioſum redemptorem. Luc. II. 31. Deus eſt, & quidem *Pater*, qui homines trahit, ut ad Filium pervenire poſſint per veram fidem. Joh. VI. 44. Is eſt, qui Filio ſuo nuptias perſonales fecit, & ad fructum ipſarum percipiendum homines, tanquam hoſpites, invitandos curavit. Matth. XXII. 2.

(3.) Meritoria. §. 3. (3.) *Meritum* præſtitit Filius Dei, utpote noſter Mediator. Plenus eſt ille gratia Joh. I. 14. apud Deum ſuum Patrem, cui placemus propter Filium. Matth. III. 17. Et accipimus gratiam benevolentiæ, remiſſionis peccatorum, adoptionis, æternæ hæreditatis pro gratia meriti Chriſti pro nobis præſtiti. Joh. I. 15. Per Chriſtum enim facta, parta, & acquiſita eſt nobis gratia. verſ. 17. Dedit ei hoc Pater, ut non niſi in ipſo juſtitiam & ſalutem invenirent peccatores. Matth. XI. 27. Ipſe implevit omnem juſtitiam obedientia ſua, paſſione, morte, dedicatione verbi, & Sacramentorum. Matth. III. 15. Ipſe *lux* eſt,

quæ

Digitized by Google

quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, tenebris ignorantiæ, malitiæ & miſeriæ obrutum; Joh. I. 4. ſeqq. XII. 46. Confer c. VIII. 12. Luc. II. 32. *Cornu Salutis*, quod Deus erexit in domo David, unde Filius Dei carnem aſſumpſit. Luc. I. 69. *Fons* unde manant aquæ juſtitiæ, ſalutis, lætitiæ, ſolatiorum, & aliorum Spiritus S. donorum. Joh. IV. 10. ſeq. VII. 37. ſeq. *Panis* eſt, non ille ex farina & aqua coctus, aut de cœlo lapſa manna; ſed ſpiritualis, quo qui vera fide veſcitur, vivit in æternum. Joh. VI. 35. ſeqq. *Redemptor* eſt, qui hominem, peccati ſervum, & propterea è domo & gratiæ & gloriæ ejectum, reſtituit libertati per ſuam ſervitutem, legi præſtitam, & verbum Evangelii prædicatum & acceptum. Joh. VIII. 32. ſeqq. *Medicus* eſt, qui venit vocaturus peccatores, tanquam ægrotos, ad pœnitentiam & ſalutem. Matth. IX. 12. 13. vide Auguſt. de nat. & grat. cap. 1. & 19. *Gallina* eſt, quæ ardētiſſimo affectu omnes peccatores ſub alas ſuæ gratiæ, & meriti colligere geſtit. Luc. XIII. 34. Mat. XXIII. 37. *Paſtor* eſt ille bonus, qui ovem perditam quærit, & humeris ſuis reportat: Luc. XV. 4. ſeqq. imò vel vitam pro ipſa ponit. Joh. X. 12. ſeq. *Hoſpes* eſt, qui cœnam inſtruit ex tauris & altilibus beneficiorum, & mediorum ſalutis, & ablegat ſervos, qui convivas invitent. Luc. XIV. 16. *Vitis* eſt, cui inſerimur. Joh. XV. 4. vid. Auguſtin. ad l. c. Joh. p. 548. *Magna gratiæ commendatio, fratres mei! corda inſtruit humilium, ora obſtruit ſuperborum. Ecce, ſi cui audent, reſpondeant qui ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ DEI non ſunt ſubjecti. Ecce, cui reſpondeant ſibi placentes, & ad bona opera facienda Deum ſibi neceſſarium non putantes: Nonne huic reſiſtunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, qui reſpondent, & loquuntur iniquitatem, dicentes: A DEO habemus, quod homines ſumus, à nobis ipſis autem quod juſti ſumus? Quid dicitis, quid vos ipſos decipitis, non aſſertores, ſed præcipitatores liberi arbitrij, ex alto elationis per inania præſumptionis in profunda ſubmerſi? Nempe vox veſtra eſt, quod homo ex ſemetipſo facit juſtitiam, hoc eſt altum elationis veſtræ, ſed veritas contradicit & dicit: Palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite. Ite nunc per abrupta, & non habentes ubi figamini, ventoſa loquacitate jactamini. Hæc ſunt inania præſumtionis veſtræ: ſed quid vos ſequatur videte, & ſi eſt in vobis ullus ſenſus, horrete: qui enim à*

ſemetipſo fructum exiſtimat ferre, in vite non eſt: qui non eſt in vite, in Chriſto non eſt: qui in Chriſto non eſt, Chriſtianus non eſt. Hæc ſunt profunda ſubmerſionis veſtræ. Sic ille. *Summa ſummarum,* Chriſtus eſt *via,* per quam unicè ad æternam patriam pervenire licet; *Finis enim legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti, qui dixit, ego ſum via.* ita Auguſt. de nat. & grat. c. 33. Eſt *veritas*, quæ iſtam viam nobis fideliter revelavit; & eſt *vita*, quam nobis paſſione ſua & morte acquiſivit; nemo hominum ad Patrem venit agnoſcendo, orando, exaudiendo, placendo, ſalvando, niſi per ipſum hunc Mediatorem: Joh. XIV. 6. niſi ille pedes noſtros i. e. peccata ſanguine ſuo abluat, perimus, & nullam ſalutis æternæ partem habemus. Joh. XIII. 8.

(4.) *Media.* vel *Perſonalia.* vel *realia.*

§. 4. (4.) *Media* offert, & applicat Spiritus Sanctus, Paracletus. Joh. XIV. 16. ſeqq. Iſtorum mediorum alia ſunt perſonalia, alia Realia. *Perſonalia* ſunt Eccleſiæ miniſtri, de quibus ex profeſſo actum eſt ſupr. art. II. ſect. 3. p. 125. ſeqq. *Realia* ſunt vel ordinaria, vel extraordinaria; Ordinaria ſunt verbum & ſacramenta; Extraordinaria ſunt miracula: verbum eſt vel legis, vel Evangelii, vide Art. II. ſect. 3. §. 13. ſeq. Sacramenta vel initiationis, vel confirmationis. De ſingulis quædam dicenda ſunt:

ut verbum.

§. 5. Per *verbum* fit vocatio ad regnum gratiæ & gloriæ; (de vocatione ad Miniſterium egimus ſupr. art. II. ſect. 3. §. 7.) Johannes Baptiſta prædicabat in deſerto, & prædicando evocabat impœnitentes ad pœnitentiam. Joh. I. 29. ſeqq. Venite, omnia parata ſunt, ajunt ſervi, quos Filius Dei emiſerat ad invitandum hoſpites. Luc. XIV. 17. Chriſtus verbis utebatur, cum ad ſeſe evocaret omnes laborantes & onuſtos peccatis. Matth. XI. 28. verba loquebantur ſervi, quos emiſerat Rex, ut invitarent homines ad nuptias perſonales Filii ſui. Matth. XXII. 4. Verbum Evangelii eſt veritas, quæ liberat à ſervitute ſpirituali hominem, qui per & propter peccatum ſuum admiſſum libertatem arbitrii ſui in rebus divinis amiſit. Joh. VIII. 32. *Seria* eſt hæc vocatio; Nam jubet convivas compelli, ut intrent in domum convivii. Luc. XIV. 23. Argumenta propterea inſerit invitationi, ut fortius comparitionem invitatis perſuaderet. Matth.

Vocationis Seriæ.

XXII.

Digitized by Google

XXII.4. Declarat alibi ſuũ affectum affectu gallinæ, quæ maximè ſerio glocitat, & ardet colligere ſuos pullos. c. XXIII.37. *Ordinata* eſt; Habet enim ſuas horas & moras. Joh. XII.23. Alii citius, alii ſerius evocantur: Citius Iſraelitæ, oves amiſſæ; poſt ipſos Samaritani; poſt hos gentiles circumjecti, & per reliquum orbem terrarum diſſeminati. Matth. X. 5.6. Joh. IV. 39. Matth. XXVIII.19. οἰκονομικῶς ὁ κύριος ἐκώλυσε τοὺς μαθητὰς εἰσελθεῖν πρὸς τὰ ἔθνη, ἕως οὗ πρῶτοι οἱ Ἰουδαῖοι τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἀποσείσωνται χάριν. Cyril. ad Joh. XII.22. Chryſoſtomus in Matth. homil. 56 videtur momenta vocationis reſtringere ad hominum receptivitatem; quaſi Deus ideo ſerius vel citius homines vocet, quod præviderit, ſerius, vel citius, verbum oblatum recepturos eſſe. Subſcribit ipſi Auguſtinus in lib. 6. qq. diſputans contra Porphyrium, qui percontabatur, cur Chriſtus non olim omnes homines curarit vocandos? Cæterum retractavit, vel certè explicuit ſuam ſententiam de bon. perſev. c. 9. & lib. 2. Retract. c. 31. id non meritis hominum eſſe adſcribendum, ſed gratuitæ Dei voluntati. Confer. Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 87. & 251. Chriſtus Syriam ingreſſus in domo ſeſe abdidit, nec, adeſſe ſeſe, ſciri voluit. Matth. XV. 21. ſeq. cumque Syrophœniſſa ſollicitaret ipſius opem pro filia, negavit ille, ratione reddita, quod non eſſet miſſus niſi ad oves perditas Iſraëlis; qualis ipſa extranea non eſſet: Inde etiam factum eſt, ut è finibus gentilium confeſtim rediret ad partes Galilææ. verſ. 29. Marc. VII.31. Alii ſemel vocantur, alii aliquoties. Luc. XIV. 21. Poſtquam homo, qui cœnam inſtruxerat, ſemel vocaſſet aliquos, & hi vocationem ſprevisſent; non amplius ipſos vocavit, ſed miſſis ſervis ſeſe convertit ad plateas civitatis, & evocavit promiſcue omnes alios pauperes, claudos &c. Matth. XXII. 3.4. iterum vocat, quos antea vocaverat, venire nolentes; Tales erant Nazarethani, quos primum vocarat, ineunte ſecundo miniſterii ſui anno; ſed infelici ſucceſſu; Nam de petra ipſum præcipitare conabantur; nihilominus ſub finem anni rediit ad eoſdem, & revocavit, etſi & tunc irrito ſucceſſu. Matth. XIII.54. Marc. VI.1. ſeq. Idem reverſus eſt in Decapolin, à qua pridem ignominioſè ejectus fuerat. Matth. XV.29. Marc. VII.31.

Ordinata,

Ffff 3 Sic.

Sic vocationem ſuam iteravit apud Phariſæos, quæſitus antea ad necem, & tentatus, adultera objecta; Joh. VIII. 21. ſeq. Parabola idem explicuit Matth. XXI. 34. Marc. XII. 2. Luc XX. 10. ſeqq. dum Deum comparat Domino vineæ, qui aliquot vicibus miſerit ſervos, ut fructum colligerent de vinea ſua, colonis elocata. *Sufficiens* omnibus eſt. Probatur ex iiſdem parabolis. Dominus enim vineæ, fruſtra ante habitis ſervis ſuis, quos miſerat, tandem vel filium ſuum unicum miſit, qui concionando, & miracula perpetrando colonos ad dignos fructus perduceret: Et Rex, qui prandium nuptiale inſtruxerat, tauros ſuos & altilia, & omnia paraverat pro convivis, ut nihil de ſua parte deſideraretur. Matth. XXII. 4. Neque obſtat, quod non omnes veniant, ut nolentes Epicuræi, negligentes mundani, & perſequentes hoſtes; verſ. 5. ſeqq. culpa enim eſt penes ipſos, non penes regem, aut ſervos, aut media ſalutis: ſicut culpa fructuum fruſtratorum erat non penes ſeminatorem, & ſemen; hoc enim ille ſparſerat æqualiter ſuper omnes terræ partes; ſed penes agrum i. e. corda hominum, quæ ſuis vitiis ſemen fruſtra habebant: *Tres ordines ſunt hoc loco eorum, in quibus verbum perditur. Nam hi, qui ſunt ſecus viam, parum attenti ſunt: Hi autem qui comparantur Petræ, puſillanimes: Illi vero, qui comparantur ſpinis, delicati.* ita Theophyl. ad Marc. IV. 15. & ad verſ. 25. *Auditor ſi attenderit quantum poteſt, magnum illi commodum DEUS dabit: Sin remiſſus fuerit, juxta ejus remiſſionem & lucrum imminuetur. Illi enim dabitur, qui alacer eſt & diligens: Ab eo autem, qui ſegnis fuerit ac ignavus, tolletur etiam quod videtur habere: Propter ignaviam enim extinguitur etiam parva ſcintilla, quam habet, ſicut per alacritatem redaccenditur*: Et ad Marc. XVI. 15. prædicate omni creaturæ &c. notat: *Vide mandatum Domini, prædicate omni creaturæ. Non dixit: prædicate his qui obtemperant, ſed omni creaturæ, ſive recipiant, ſive non.* confer. dicenda ſ. 2. §. 8.

Sufficientis.

§. 6. *Sacramentorum* duo ſunt, præfigurata aqua & ſanguine, quæ ex aperto Chriſti latere fluxerunt. Joh. XIX. 34. confer 1. Joh. V. 5. 6. 7. 8. *Ut nos faceret aqua vocatos, ſanguine electos, hos duos baptiſmos de vulnere perfoſſi lateris emiſit.* ita Tertul. de bapt. cap. 16. f. 280. A. Gregorius Nyſſen. de advent. Dom. t. 2. opp. f. 161.

Et Sacramenta.

161. *Sanguinem*, ait, *& aquam ex divino dominicoque latere fluxiſſe ab Evangelio docemur, non ſimpliciter, ſed primum quidem ideo, quod purificationes legales ad figuram & adumbrationem horum duorum, tum aſperſionis ſanguinis, tum luſtrationes per aquam peragebant: Deinde vero etiam, quod ubi veritas venit, ſumma noſtræ ſalutis per aquam & ſpiritum myſticè perficitur, atque completur: quoniam tum per divinum baptiſma, tum per ſancti ſanguinis participationem & uſum conſecrari nos, ac divinitatem induere credimus, quemadmodum his ipſis dictionibus & verbis divinus Orator Chryſoſtomus exponit.* Exivit, inquit, *ſanguis & aqua, oſtendente ſcriptura, quod non ſimpliciter ejusmodi fontes proſilierint: Sed quod ex his ambobus Eccleſia conſtat, atque id cognoſcunt & intelligunt fideles; qui per aquam quidem ſunt renati, per ſanguinem autem & carnem aluntur. Atque hinc initium ſumunt myſteria, ut cum ad horrendum poculum accedis, tanquam ab ipſo dominico latere bibiturus accedas.* confer quos citat D. Gerh. in hiſt. Paſſ. Chriſt. c. 18. fol. m. 306. & Vaſquez 3. p. q. 19. a. 4. diſp. 76 c. 2. Ex collatione utriuſque Sacramenti indubitati patet, quod ad naturam Sacramenti propriè ſic dicti requiratur inſtitutio divina; Nam Chriſtus utrumque inſtituit; res terrena & cœleſtis; Nam in utroque eſt elementum viſibile, & res cœleſtis inviſibilis verbo ſignificata: *Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum:* ait Auguſt. tract. 80. in Joh.

§. 7. *Baptiſmi* (1.) *vox* mutuo accepta eſt ex Leviticis aſperſionibus & immerſionibus. 2. Reg. V. 14. Judic. XII. 7. Marc. VII. 4. Et accipitur vel propriè, vel metaphoricè; propriè, pro baptiſmo fluminis; Metaphorice pro baptiſmo Sanguinis. Matth. XX. 22. Luc. XII. 50. de quo Tertul. de bapt. c. 16. & Flaminis, qualẽ prædixit Johannes Baptiſta Matth. III. 2. impletum die Pentecoſtes: *Quia ignis eſt Spiritus S. ut acta Apoſtolorum docent: quo deſcendente ſedit, quaſi ignis, ſuper linguas credentium: & impletus eſt ſermo domini, dicentis: Ignem veni mittere ſuper terram: & quam volo ut ardeat.* Ita Hier. ad l. cit. Non placet quorundã veterum explicatio, qui per ignem intelligunt ignem tentationis; multo minus eorum, qui purgatorium ſtatuunt. vide Sand. interp. ad Matth. l. c. Nam Johannes illũ tanquam eximium quoddã & illuſtre beneficium prædicit, quale non ſunt tentationes & calamitates, multo minus purgatorium, quod inſuper non venit poſt anguſtum temporis

quæ ſint Baptiſmus, ejus deſcriptio.

poris ſpatium. Fruſtra eſt Chryſoſtomus, vel quiſquis auctor eſt operis imperfecti, hom. 5. cum facit quinque ſpecies baptiſmi, verbi, aquæ, Spiritus, tentationis, & ſanguinis, ſeu mortis. Verbi enim & aquæ baptiſmus unus eſt; Sicut & tentationis & Sanguinis; Baptiſmus fluminis alio nomine dicitur *Baptiſmus pœnitentiæ.* Matth. III. 11. quia pro pœnitentibus eſt inſtitutus. *Lavacrum illud eſt obſignatio fidei, quæ fides à pœnitentiæ fide incipitur & commendatur:* ait Tertul. de pœnit. c. 6. Et eſt Sacramentum: *Magnum* (Johannes) *baptiſmum habuit, ineffabile ſacramentum.* ait Auguſt. tr. IV. in Joh.

Inſtitutio. §. 8. (2.) *Inſtitutio divina eſt.* Nam Johannis Baptiſmus erat conſilium Dei. Luc. VII. 30. vide Ambroſ. de Sacr. lib. 2. c. 6. è cœlo. vide dicta ſup. art. II. ſect. 1. §. 3. p. 65. Idque ſuos ipſe Auditores docuit, cum Meſſiam ipſis annunciavit, cujus prodromus eſſet, venturi paulo poſt, & baptizaturi homines igne & ſpiritu. Matth. III. 11. Marc. I. 3. Luc. III. 3. Confirmavit hoc Chriſtus, cum ſubiret baptiſmum; Hac enim ratione organum iſtud ſalutis divina auctoritate conſecravit. Matth. III. 15. Optimè Ambroſ. Serm. XVIII. in Epiph. *Ideò baptizatur Chriſtus, non ut ſanctificetur ab aquis, ſed ut ipſe aquas ſanctificet, & purificatione ſua purificet fluenta illa quæ tangit. Conſecratio enim Chriſti, conſecratio major eſt elementi. Dum enim Salvator abluitur, jam tum in noſtrum baptiſmum tota aqua mundatur, & purificatur fons, ut ſecuturis poſtmodum populis lavacri gratia miniſtretur.* Tandem ipſe pro omnibus hominibus eundem inſtituit. Matth. XXVIII. 19. & quidem ſecundum utramque naturam: *Dum diſcipulos ad Gentes omnes mittit, ut baptizent, & doceant paſſim quæ animabus utilia ſunt, autoritate duplici ea miſſione fungitur: Nimirum & illa, quam ut DEUS ex ſeſe habebat; & illa, quam, ut homo, acceperat. A quo autem acceperat niſi planè à ſe ipſo? Præterquam quod enim DEUS erat ipſe boni omnis autor, etiam quâ homo ipſa humilitate exinanitionis ſuæ iſtum honorem promeruerat. Niſi enim deſcendiſſet in tantam abjectionem, congreſſusq; cum adverſario per crucem eſſet, nequaquam ſalvos feciſſet nos. Ex tanta igitur iſta tamque juſta plenitudine poteſtatis Diſcipulos mittit, non jam ad Judæos ſolùm, ſed & ad Gentes latè omnes, in quas plenam, ut dixi, poteſtatem acceperat.* ita Chryſoſto-

ſoſtomus ad Matth. XXVIII. f. 385. cat. Poſſin. vide dicta ſuperius Artic. II. ſect. 11. §. 15. *Miniſtri* ſunt homines in ordine Eccleſiaſtico conſtituti; ut Johannes Baptiſta, Apoſtoli &c. *Sibi tenuit Dominus baptizandi poteſtatem, ſervis miniſterium dedit.* ait Auguſt. Tract. V. in Joh. Neque refert, qui, quantus, qualis ſit miniſter, dummodo actum ipſum adminiſtret: *Voluit Dominus à ſervo: & ille, per quem facta ſunt omnia, ab illo, qui factus eſt inter omnia, baptizari, ut & doceret humilitatem, & oſtenderet, non intereſſe, quis à quo baptizaretur, dum eo baptiſmo, quo baptizandus eſt, baptizetur. Nec à Phariſæis dedignaretur ille baptizari, ſi haberent hujusmodi baptismum Phariſæi, à quo ille certi ſacramenti gratia voluit baptizari. Nam & cum circumcidendus eſſet, nunquid Joannes quæſitus eſt? Hoc enim à Judæis fieri jam ſolebat. Et cum pro illo eſſet offerendum legale ſacrificium, nunquid devitatum eſt illud templum, quod ab eo vocatur ſpelunca latronum, quod certe boni intrabant & mali? Nec bonis oberant mali, quoniam dominus, qui ait: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum: Ita inviolabiliter facit ſanctos ſuos verſari inter malos, ſi cuſtodiunt eam, quam accipiunt, ſanctitatem,* Ita Auguſt. lib. 2. contr. Parm. c. 17. p. 55. Dicas: Arbor mala non poteſt bonos fructus ferre. E. nec baptizator malus. ℞. Auguſt. lib. 1. cont. lit. Petil: p. 94. & lib. 2. c. 6. p. 106. *Arborem autem bonam, & fructum ejus bonum, & arborem malam, & fructum ejus malum, homines ſolemus intelligere, & opera eorum, ſicut conſequenter oſtenditur in verbis, quæ tu quoq; commemoraſti. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Malus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala. Cum autem Dei Verbum prædicat, Dei ſacramentum miniſtrat, non de ſuo, ſi malus eſt, prædicat, aut miniſtrat, ſed deputabitur in eis, de quibus dictum eſt: Quæ dicunt, facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Si arbor bona bonus baptizator, ut fructus ejus bonus ſit ille, quem baptizaverit: Quisquis ab homine malo, etiam non manifeſto, fuerit baptizatus, bonus eſſe non poterit: De mala quippe arbore exortus eſt. Aliud enim arbor bona, aliud arbor occulta, ſed tamen mala. Aut ſi cum occulta eſt arbor mala, quicunq; ab illa fuerit baptizatus, non de illa, ſed de Chriſto naſcitur, ſanctius juſtificantur, qui baptizantur ab occultis malis, quam qui baptizantur à manifeſtis bonis.* Et lib. 2. p. 105. c. 2. *Aqua baptiſmi, in nomine Patris & Filii & Spiritus S. cum datur alicui, nec noſtra, nec veſtra, ſed illius, de quo Joanni dictum eſt, ſuper quem videris ſpiritum ſicut columbam deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſuo* vide ſupr: art. II. ſect. 3. §. 19.

Digitized by Google

Materia: vel terreſtris: ut aqua

§. 9. (3.) *Materia.* Eſt res terrena & cœleſtis. Terrena eſt *aqua* naturalis; Hac enim baptizatus eſt Chriſtus; & verbo expreſſit, quod fluidum iſtud elementum vulgo ſignificat, nec urget neceſſitas, cur à literali ſenſu recedamus. Aqua baptizatus eſt Chriſtus, nempe fluvii Jordanis. Matth. III. 16. *In Jordanis undis aquas ad reparationem humani generis ſuo baptiſmo conſecravit.* ita Auguſt. ſerm. XXIX. de Temp. Et Maximus: *Suſcepto à Johanne baptiſmo, conſecravit fluenta Jordanis.* Et Ambroſ. ſerm. XVIII. in Epiph. *Ideo* &c. quæ vide paulò ante. Et hac materia baptizati ſunt etiam alii à Johanne: *Baptiζo vos aqua*; ait verſ. 11. Matth. III. Eandem ad ingreſſum regni cœlorum requiſivit Chriſtus, Joh. III. 5. Ridiculus eſt ἀνώνυμος apud Sandium ad Joh. III. 5. qui per aquam intelligit *carnem*, ratione reddita: *Aqua enim eſt principium generationis carnalis, ex aqua etiam omnia corpora conſtare multi ex modernis & antiquis philoſophis ſenſere.* Sit ita; Chriſtus autē de carnali generatione cum Nicodemo non loquitur, ſed de ſpirituali; *Senſus itaq; verborum Chriſti* (quem ἀνώνυμος nugator vult) *non eſt: niſi quis regeneretur in carne, vel, niſi anima uniatur corpori, non poteſt intrare in regnum Dei:* Nam unio naturalis animæ & corporis non eſt res cœleſtis, de qua Chriſto ſermo eſt: neque medium eſt intrandi regnum Dei; ſecus & impii, quorum animæ corporibus junctæ ſunt, & erunt in die extremo, in regnum Dei intrarent: Sed ſenſus eſt, quem ipſa verba naturali ſignificatu ultro exhibent: niſi quis aqua naturali, & Spiritu Sancto, omnia ſanctificante, & aquæ

Cum verbo:

juncto, regeneratus fuerit, non &c. Aquæ accedit *verbum.* Nam Joannes *prædicavit* baptiſmum Luc. III. 3. i. e. aquæ addidit verbum fidei Act. XIX. 4. quod prædicavit. Clarius idem verbum expreſſit Chriſtus Matth. XXVIII. 19. cum juſſit diſcipulos baptizare in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Quæ verba denotant non ſolum auctoritatem, qua baptiſmum adminiſtrabant; neque ſolum confeſſionem & invocationem Trinitatis, Hilarius lib. 2. de Trinit. Ambroſ. de Sacr. lib. 1. cap. 5. Auguſt. de Trinit. lib. VI. c. 10. neque ſolum certitudinem ſalutis, Tertul. de baptiſm. c. 6. Sed etiam formulam verborum inter baptizandum pronunciandorum: Ratio, quia ad elementum oportet accedere verbum, ut fiat ſacramentum; verbum autem

Digitized by Google

autem oportet certum eſſe, & exprimi in ſede inſtituti Sacramenti, quæ eſt Matth.XXVIII.19. Et ita intellexit pia Antiquitas: *In nomine rerum cunctarum parentis & Domini Dei, & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, & Spiritus S. in aqua lavantur:* ait Juſtin. Martyr. Apol.II.f.m.73.& f.74. *Super eo, qui renaſcendum ſibi eſſe ſtatuerit, atq; per pœnitentiam ab admiſſis delictis reſipuerit, Parentis rerum omnium & Domini Dei nomen nominatur, atque id ipſum ſolum, lavaturum iſtum ad lavacrum ducentes, invocamus. Nomen ſiquidem ineloquibili Deo dicere nemo poteſt. Si quis autem nomen ei indere audeat, prodiga prorſus luxuriantiq; inſaniat inſania.* Confer Athanaſ. Orat.3. adverſ. Arian. Chryſoſtom. homil.XVI. in epiſt. ad Rom. Damaſc. lib.IV. de Orth.fid.c.10. Notandum hoc contra veteres Hæreticos quoſdam, qui formulam hanc immutabant, ut Gnoſtici, baptizantes in nomine ignoti Patris omnium, & in veritate matris omnium, & in nomine deſcendentis Jeſu ad unitionem, & redemptionem, & communionem virtutum; teſte Iren. lib.I.c.18. Euſeb. IV.11.hiſt. Marcionitæ, Samoſateniani, Montaniſtæ, qui negabant iſta formula baptizandum eſſe; Arriani, qui baptizabant in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto, referente Niceph.l.XVI.hiſt.c.35. Eunomiani, qui in mortem Domini baptizabant: Et alii. vide Gieſſenſ. tom.V. diſp.XIII. §.43. Contra Pontificios, qui inter argumenta traditionum referunt formulam baptiſmi, quandoquidem, *ſi quis ſubtiliter, & pertinaciter tergiverſari velit, ſatis apertè* (ex Scripturis) *probari non poſſit*, juxta Maldon. Com.ad Matth.XXVIII.19. Probavimus formulā ex ſcripturis paulo ante; Confirmamus canone Apoſtolorum 50, quippe qui deponi jubet baptizantes *in morte Domini*, cum Dominus dixerit: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. *Obiicis*: In ſcripturis laudari baptiſmum in nomine Chriſti: E. non neceſſe eſſe, ut fiat in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. ℞. Theophyl. ad Luc.XXIV.47. *Dicimus, quod quando dicimus baptiſma fieri in nomine Chriſti, non dicimus, quod oporteat in ſolius Chriſti nomine fieri, ſed quod Chriſti baptiſma, quo Chriſtus baptizatus eſt, ſpirituale ſit, non Judaicum.* Et paulo poſt: *Chriſti nomen in ſe ipſo continet & Patrem inungentem, & unctionem Spiritum, & unctum filium. Res cæleſtis* eſt vel Cœleſtis Spiritus Sanctus. Joh.III.5. aquæ peculiari & ſacramentali modo unitus; *Hinc cognoſce, quod aqua non mundat ſine Spiritu. Ideoque*

Digitized by Google

legiſti, quod tres teſtes in baptiſmate unum ſint, aqua, ſanguis, & Spiritus: quia ſi unum horum detrahas, non ſtat baptiſmatis Sacramentum. Quid eſt enim aqua ſine cruce Chriſti? Elementum commune ſine ullo Sacramenti effectu. Nec iterum ſine aqua regenerationis myſterium eſt. Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei. ita Ambroſ. de iis, qui Myſter. init. f. 330. c. 4. F. Eundem confert columbæ, à Noacho in diluvio emiſſæ; Et illuſtrat baptiſmo Chriſti, in quo Spiritus S. de cœlo deſcendit. *Materia circa quam* ſunt omnes creaturæ rationales in mundo. i.e. homines. Nam ſicut pœnitentia & remiſſio peccatorum prædicanda erat inter omnes gentes; Luc. XXIV. 47. ita etiam medium pœnitentiæ & remiſſionis peccatorum offerendæ & conferendæ erat diſpenſandum inter omnes. Hinc eſt, quod Math. XXVIII. 19. Chriſtus juſſerit *omnes gentes* non ſolum doceri, ſed etiam baptizari; Et diſcipulos ſuos hæc incipere ab Hieruſalem, & deſinere in finibus terræ: Luc. XXIV. 49. Act. I. 8. *Oportebat enim humanam naturam, quæ tota in Chriſto unita eſt, & aſſumta, non ultra in duas dirimi ſectiones, Judæorum & Gentilium, ſed incipere ſermonem à Hieruſalem, & in gentibus requieſcere, unitis generibus.* ita Theophyl. ad l. c. Lucæ. Quare & *infantes* ſunt baptizandi: Quod neque hi ordinaria via intrent cœlum, niſi per baptiſmum. Joh. III. vide Auguſt. lib. 2. de nat. & grat. c. 18. & 19.

Forma: §. 10. (4.) *Forma* eſt actio, à Chriſto præſcripta; Juſſit enim baptizari in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. Matth. XXVIII. 19. quo nomine baptizarat ante Johan. Baptiſta Matth. III. 6. 16. Et promiſit Chriſtus, quiſquis baptizatus fuerit, & crediderit, ſalvum eum fore. An vero neceſſe, ut ſubmergatur baptizandus? Negatur: Quia vox baptizare etiam de aſperſione uſurpatur; neque ad immerſionem reſtricta legitur. Inter baptizandum pronuncietur formula: baptizo Te in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti: de qua paulo ante. Interrogatio terna, quæ ſucceſſu temporis acceſſit, in ſcripturis non habet fundamentum, etſi Ambroſ. de Sacr. l. 2. c. 7. ex terna interrogatione Joh. XXI 15. ſeqq. probare voluerit. Prius autem, quam baptiſma ab adultis ſuſcipitur, confeſſio delictorum facienda eſt: exemplo Johannitarum Matth. III. 6. *Ingreſſuros baptiſmum, orationibus crebris, jejuniis, & geniculationibus, & pervigiliis*

orare

Digitized by Google

orare oportet, & cum confeſſione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptiſmum Johannis, tinguebantur, inquit, confitentes delicta ſua. ita Tert. de bapt. c. 20. f. 280. F. An & pedes baptizandis lavandi? Ita quidem in Eccleſia Mediolanenſi olim moris erat, teſte Ambroſ. de Sacr. lib. III. c. 1. idque videbatur fundatum Joh. XIII. 5. Sed patet, de baptiſmo ſacramentali ibi non agi. Unde nec Eccleſia Romana ritum illum uſurpavit, eodem Ambroſio teſte.

§. 11. (5.) *Finis & effectus:* Eſt *initiatio*, non Levitica, ſed Chriſtiana, Luc. I. 77. Et *ablutio à peccatis*, quo nomine Joannes Baptiſta noluit Chriſtum baptizare, eo quod omni peccato hic careret, ſecus ac ipſe Johannes, qui propterea opus haberet, à Chriſto baptizari. Matth. III. 14. *Non enim ablutio peccatorum ſuorum Chriſto neceſſaria erat, qui peccatum non fecit: Sed nobis erat neceſſaria, qui peccato manemus obnoxii.* ita Ambroſ. de Sacr. lib. I. c. 5. f. 332. B. ſeqq. Atque hæc virtus à verbo eſt. Joh. XV. 3. *Quare non ait, mundi non eſtis propter baptiſmum, quo loti eſtis, ſed ait, propter verbum, quod locutus ſum vobis: niſi quia & in aqua verbum mundat: Detrahe verbum, & quid eſt aqua niſi aqua?* ita Auguſt. tract. 80. in Joh. p. 546. Eſt *liberatio ab ira divina.* Hoc enim fine Johannes baptiſmi ſui fructum Phariſæis & Sadducæis inculcavit, nempe, ut ſibi caverent ab ira divina. Matth. III. 8. ſeqq. Et Chriſtus Nicodemo; quandoquidem non intraturus ſit regnum Dei, niſi is, qui regenitus fuerit ex aqua & Spiritu: Joh. III. 5. Eſt *regeneratio.* Joh. III. 5. niſi quis regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu S. Ergo per aquam & Spiritum fit regeneratio. *Quicunque perſuaſi fuerint, & crediderint, vera eſſe, quæ à nobis traduntur, & dicuntur, ac vivere ſe ita poſſe receperint; Orare jejunantes, & petere à DEO priorum peccatorum remiſſionem docentur, nobis cum illis una & orantibus & jejunantibus. Deinde eo adducuntur à nobis, ubi aqua eſt; atque eo regenerationis modo, quo ipſi regenerati ſumus, regenerantur. Nam in nomine rerum cunctarum Parentis & Domini DEI, & Servatoris noſtri JESU CHRISTI, & Spiritus S. in aqua tum lavantur. Chriſtus enim ipſe dixit: Niſi regenerati fueritis, non introibitis in regnum cœlorum. Haudquaquam autem fieri poſſe, ut ſemel in lucem editi in uterum genetricum ſuarum ingrediantur, manifeſtum omnibus eſt.* ita Juſt. Mart. Apol. II. p. 73. Eſt *renovatio.* Hujus enim opera mandat Chriſtus Matth. XXVIII. 20. dum

Finis & effectus.

20. dum diſcipulos jubet baptizatos docere, omnia ſervare, quæ imperarit: *Quoniam baptizatum eſſe non ſatis eſt, niſi novæ vitæ profeſſionem ſacræ ablutionis ceremonia ſusceptam bonorum operum exercitatio ſanciat; jubet, ut doceant eosdem quos tinxerint ſervare omnia quæcunque ipſe mandaſſet.* ita Chryſ. in Math. loc. c. caten. Poſſin. f. 386. indigitata per aſcenſum Chriſti ex aquis, feſtinato factum; ſicut Iſraelitæ feſtinarunt tranſire per mare rubrum Joſ. IV. Piè igitur auctor operis imperfecti meditatur: *Non invenio, inquiens, quæ cauſa poſitum eſt, quia confeſtim aſcendit de aqua. Quid enim intereſſet, ſi tardius aſcendiſſet? puto autem factum Chriſti ad myſterium attinere omnium, qui poſtmodum fuerant baptizandi: ideò dixit confeſtim: & non dixit egreſſus eſt, ſed aſcendit: quia omnes, qui dignè ſecundum omnia membra juſtitiæ formam conſummati baptizantur in Chriſto, confeſtim de aqua aſcendunt: i. e. proficiunt ad virtutes, & ad dignitatem ſublevantur cæleſtem. Qui enim ingreſſi fuerant in aquam carnales, & filii Adam peccatoris; confeſtim de aqua aſcendunt ſpirituales, filii Dei facti.* Expectat nos diabolus, contra quem in baptiſmo fœdus cum Deo pepigimus, ſicut Chriſtum excepit ſtatim poſt baptiſmum, & tentavit: *Ipſum Dominum poſt lavacrum ſtatim tentationes circumſteterunt, quadraginta diebus jejunii functum.* ita Tertul. de bapt. c. 20. f. 280. F. Ut autem ſuſtinere poſſimus pugnam, *confertur Spiritus Sanctus*, qui in baptiſmo ſuper Chriſtum deſcendit. *Nam baptizato eo, reſeratis Cœlorum aditibus, Spiritus S. emittitur, & ſpecie columbæ viſibilis agnoſcitur, & iſtiusmodi paternæ pietatis unctione perfunditur.* Hil. in Math. p. 253. confer Hieron. ad Matth. III. 13. Montac. Θεανθ. part. 2. p. 405. n. 77. ſeqq. t. 1. Ex his effectis homo fit *certus* ſuæ ſalutis. *Nam ſicut ille mortuus triduanus reſurrexit, ita & nos figuraliter in aqua ſepulti, deinde emergimus animo incorrupti, & arrabonem incorruptibilitatis corporis accipimus.* ita Theophyl. ad Luc. XXIV. 47. ſeqq. f. 546. In compendio Nyſſenus in oratione contra acerbos t. 2. opp. f. 133. *Ipſe veniens ore proprio clamabat ex perſona ſua, venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Quomodo autem vocem ſuam audientes accepit? facilem eis peccatorum veniam largitus eſt, celeriter ipſos & momento temporis ab iis, à quibus angebantur, liberavit, verbum ſanctos reddidit, ſpiritus confirmavit, vetus homo in aqua ſepultus eſt, novus generatus, gratia floruit. Quid deinde conſecutum eſt? Qui inimicus fuerat, amicus evaſit: qui alienus, filius: qui profanus, ſacer, ac pius.*

§. 12.

§. 12. (6.) *Adjuncta* ſunt: *Efficacia.* Nam aqua & Spiritu fit regeneratio. Joh. III.5. Et mundatio. c. XIII. 10. Hunc enim locum de baptiſmo accipit Tertul.d.bapt.c.12. Et ſalvatio. Matth. XXVIII.19. Marc.XVI.16. Fuerunt, qui aquæ Jordanicæ peculiarem vim adſcriberent, & ex eo tempore, quo Chriſtus in illis baptizatus eſt, dicerent, habere vim purgandi à lepra: *In Jordane habetur locus; in quo Dominus baptizatus eſt. In imo enim refluxu aqua ipſa revolvitur; in qua nunc leproſi mundantur. Cum enim advenerint, ſæpius lavantur in flumine, donec ab infirmitate purgentur. Ipſe quoque Jordanis, ab eo loco, in quinto milliario, mari commixtus mortuo, nomen amittit.* ita Gregorius Turonenſis. Et Chryſoſtomus refert, citante Caſaubono: *Hanc vim manſiſſe in aquis, à Domino tunc ſanctificatis, ut hauſta ea nocte, qua celebratur in Eccleſia ejus baptiſmi memoria, non ſolum incorrupta perennent, ſed etiam ad annum alterum, aut tertium durent, nihilo recens hauſtis deteriores.* verba Chryſoſtomi ſunt hæc: *Hac eſt illa dies, in qua baptizabatur, & aquarum naturam ſanctificavit. Atque ob hanc ipſam cauſam concubia nocte ſolent paſſim omnes aquam ſibi utendam haurire per illud feſtum. Hanc hauſtam ſolent deportare domum, & reponere, & per integrum anni ſpatium conſervare: Utpote quod per illum diem ſanctificata fuerant omnes aquæ. Fit autem miraculum manifeſtiſſimum: neq; enim longo temporis tractu aquarum illarum natura immutatur: Sed per unius anni ſpatium, duorum interdum, aut etiam trium, quæ per hunc diem hauritur aqua, incorrupta & recens permanet: Adeò ut poſt temporis tam longi decurſum ſpatium, cum aquis nuper de puteo hauſtis de bonitate contendat.* Liturgia Anglicana nonnihil accedit ſententiæ iſti: *Sanctificaſti,* ajens, *baptiſmo filii tui flumen Jordanis, & omnes in univerſum aquas, ad myſticam peccatorum ablutionem.* Noſtra ſententia, aqua Jordanica ſymbolum quidem fuit rei terrenæ in baptiſmo; nequaquam vero peculiarem vim, peracto Chriſti baptiſmo, probatur retinuiſſe. Sicut nec aqua aliorum baptiſmatum peractorum retinet: quod obſervamus contra Montac. Σταυρ. t. 1. p.398. ſeqq.

Adjuncta: & Efficacia.

Neceſſitas: Non ſolum mandati, ſed etiam medii. Niſi enim quis regenitus fuerit ex aqua & ſpiritu, regnum Dei ordinariè non intrabit: eo quòd per naturam omnes ſimus corrupti in peccatis. Joh. III.5.6. *In omnibus poſteriora concludunt, & ſequentia antecedentibus prævalent. Fuerit ſalus retro per fidem nudam ante domini paſſio-*

Neceſſitas.

Digitized by Google

paſſionem & reſurrectionem. At ubi fides aucta eſt credendi in nativitatem, paſſionem, reſurrectionemq; ejus, addita eſt ampliatio Sacramento, obſignatio baptiſmi, veſtimenta quodammodo fidei, quæ retro erat nuda, nec potentiam habuit ſine ſua lege. Lex enim tinguendi impoſita eſt, & forma præſcripta. Ite, inquit, docete nationes, tinguentes eas in nomen Patris, & Filii, & Spiritus S. Huic legi collata definitio illa: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cælorum, obſtrinxit fidem ad baptiſmi neceſſitatem, ita Tert. de baptiſm. c. 12. f. 279. Et Auguſt. de ani, & ejus orig. lib. 2. c. 12. p. 580. *Ne cuiquam, qui non renatus fuerit Chriſtianæ fidei lavacro, promittatur peccati originalis abolitio, clamat Apoſtolus, per unius delictum in omnes homines ad condemnationem.* Quod tamen ad abſolutam neceſſitatem extendendum non eſt cum Auguſtino, lib. III. c. 9. de ani. Theophyl. ad Marc. XVI. 16. Non enim dicit Chriſtus, quod hic: *Qui crediderit, baptizatus autem non fuerit, ſed adhuc eſt catechumenus, non jam ſalvatus eſt.* Sed, qui *non crediderit*, condemnabitur.

Typus. §. 13. (7.) *Typus* quidam erat piſcina Betheſda. Joh. V. 2. ſeqq. Sicut enim per hujus aquam, cœlitus motam, ſanitatem corporis recipiebat, qui primus ingrediebatur; ita per baptiſmum recipimus ſalutem animæ. *Angelum aquis intervenire, ſi novum videtur, exemplum futuri præcucurrit. Piſcinam Bethſaidam Angelus interveniens commovebat; Obſervabat, obſervabant qui valetudinem querebantur. Nam ſi quis prævenerat deſcendere illuc, queri poſt lavacrum deſinebat. Figura iſta medicinæ corporalis ſpiritualem medicinam canebat, in forma, qua ſemper carnalia in figura ſpiritalium antecedunt. Proficiente itaque in hominibus gratia Dei, plus aquis & angelo acceſſit, qui vitia corporis remediabant, nunc ſpiritum medentur: qui temporalem operabantur ſalutem, nunc æternam reformant: qui unum ſemel anno liberabant, nunc quotidie populos conſervant, deleta morte per ablutionem delictorum. Exempto ſcilicet reatu, eximitur & pœna. Ita reſtituetur homo Deo ad ſimilitudinem ejus, qui retro ad imaginem Dei conditus fuerat.* ita Tert. de bapt. c. 5. f. 278. Opp. confer. Ambroſ. de iis, qui myſt. init. c. 4. f. 330. De ſacram. lib. 2. c. 2. lib. 3, 2. Tertullianus idem c. 9. f. 278. F. huc refert alia Symbola aquæ: *Nunquam*, ajens, *ſine aqua Chriſtus; ſiquidem & ipſe aqua tingitur. Prima rudimenta poteſtatis ſuæ vocatus ad nuptias aqua auſpicatur. Cum ſermonem facit, ſitientes ad aquam ſuam invitat ſempiternam. Cum de Agape docet, aquæ calicem fratri oblatum inter opera dilectionis probat. Apud puteum vires reſumit; ſuper aquam incedit libenter, transfretat; aquam diſcentibus miniſtrat; perſeverat teſtimonium baptiſmi uſque ad paſſionem quum deditur in crucem, aqua intervenit, ſciunt Pilati manus. Quum vulneratur, aqua de latere prorumpit, ſcit lancea militis.* Idem *tempus* baptiſmi colligere vult ex illo Marc. XIV. 13. de homine paſchali tempore hydriam portante, quaſi ideo paſchatis tempore baptiſmus eſſet adminiſtrandus: *Diem baptiſmo ſolemniorem Paſcha præſtat, cum & Paſſio Domini, in qua tinguimur, adimpleta eſt: Nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod cum ultimum Paſcha Dominus eſſet acturus, miſſis diſcipulis ad præparandum, invenietis, inquit, hominem aquam bajulantem. Paſcha celebrandæ locum de ſigno aquæ oſtendit.* ita ille de bapt. c. 19. ſed hæc longius, & non ex ſcopo Spiritus Sancti petita ſunt. De Sacramento confirmationis agetur in ſtatu renovationis.

Digitized by Google

Sect. II.

De

EFFECTIS MEDIORUM SALUTIS.

Argumentum:

T*Alia effecta ſunt. I. converſio.* 1. *opus non hominis, ſed Dei.* 2. *Subjectum ejus remotum, vel proximum.* 3. *Partes ſunt contritio & fides.* 4. *Finis, fructus, & effectus.* 5. *Signa.* 6. *Tempus.* 7. *Contraria ſunt: impœnitentia.* 8. *Excæcatio.* 9. *II. Juſtificatio.* 10. *Opus Dei.* 11. *Non hominis.* 12. *Miniſterii tamen.* 13. *Organum eſt fides.* 14. *Quæ ex Deo eſt.* 15. *Media ejus ſunt verbum, Sacramenta, & Miracula.* 16. *Objectum eſt Dei verbum.* 17. *Actus fidei formalis.* 18. 19. 20. *Sola juſtificat.* 21. *Effectus.* 22. *Adjuncta.* 23. *Juſtificationis actus formales.* 24 *III. Filiatio.* 25. *IV. Unio Myſtica.* 26. *Ejus exiſtentia.* 27. *Principium.* 28. *Subjectum.* 29. *Finis.* 30.

§. I.

E*Ffectus* gratiæ per verbum & ſacramenta operantis eſt *I. Converſio, ſeu pœnitentia hominis.* Johannes enim Baptiſta cum prædicaret, & baptiſmum adminiſtraret, hortatus eſt auditores ad pœnitentiam, innuens, verbi & ſacramentorũ ſuorũ finem & effectum eſſe pœnitentiam. Matth. III. 2. ſeqq. Appellatur autem pœnitentia Græcè μετάνοια Matth. III. 2. IV. 17. à Johanne Baptiſta, & à Chriſto Matth. IV. 17. item μεταμέλεια. Matth. XXI. 29. XXVII. 3. à mente, quæ poſt factum ſeſe quaſi recolligit, & quæ è re ſua ſunt curat. Eleganter Hilarius Comm. in Matth. Can. 2. *per pœnitentiam eſt reditus ab errore, & recurſus à crimine, & poſt vitiorum pudorem profeſſio deſinendi.* Exemplum filij perditi verba iſta illuſtrat; reverſus enim eſt ad ſuum patrem. Luc. XV. 20. poſtquam accuratius expendiſſet, quæ bona in domo paternâ habuiſſet, & habiturus eſſet. *Datur* igitur pœnitentia.

Hhhh *Hæc*

Hæc nobis ſimilitudo præpoſita eſt, ut reſipiſcentibus Eccleſiam tanquam domum paternam aperiamus, eoſque humaniter & benignè ſuſcipiamus: ne cum porcis, i.e. cum dæmonibus vitam degant, ſed ex alienis rurſum ad filiorum numerum adſcripti, ex Dei præſcripto tanquam ex patris ſententia vivant, & ſanctorum hominum ut fratrum conſuetudine perfruantur. Noli fratris majoris natu ſententiam ſequi, nec ob patris humanitatem indignari, quod nequiſſimum filium, qui familiæ dedecori fuit, ſuſcepit. Dei benignitatem & clementiam potius admirans eos, qui relictis erroribus ad bonam frugem redeunt, amplectere amanterque fove. Sic enim eris cæcorum dux, & viam errantibus demonſtrabis. ita Gregor. Nyſſen. t. 2. opp. f. 136. quæ verba repetuntur in libr. de pœnit. f. 175. opp. Nec obſtant verba Chriſti Matth. VII. 23. quibus à ſeſe ablegat operatores iniquitatis: *Non enim dixit: qui operati eſtis iniquitatem: ne videretur tollere pœnitentiam: ſed qui operamini, h. e. qui uſque in præſentem horam cum judicii tempus adveneris: licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum.* ita Hieron. ad l. c.

§. 2. *Opus* illud eſt non arbitrii noſtri humani, ſeu virium merè humanarum, ut quidem auctor operis imperf. homil. XXXI Matth. XIII. 11. Et Auguſtinus ante Retractationes ſenſerunt, ſtatuentes, notitiam myſteriorum fidei dari iis, qui lumine naturæ benè utuntur: vid. Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 63. Sed & Origenes impegit in hunc lapidem in principio tomi XXI. in Joh. ſtatuens, animas hominum venientes in hunc mundum ſecum adferre diverſas rationes ſeminales tam juſtas, quam injuſtas. vid. Sixt. an. 203. Homo irregenitus in rebus divinis non ſolum cœcus eſt, ſed etiam ineptus ad volendum eas, etſi audiat eas. vide Auguſt. lib. 1. de nat. & grat. adv. Pelag. & Cœleſt. c. 14. 15. adeoque deſtituitur libero arbitrio: *Libertas quidem periit per peccatum, ſed illa quæ in Paradiſo fuit, habendi plenam cum immortalitate juſtitiam, propter quod natura humana divina indiget gratia, dicente domino, ſi vos filius liberaverit, tunc verè liberi eſtis.* Auguſt. lib. I. cont. duas epp. Pelag. p. 174. Et paulo poſt: *Cum itaq; non vivant benè homines, niſi effecti Filii Dei, quid eſt, quod iſte libero arbitrio vult bene vivendi tribuere poteſtatem, cum hæc poteſtas non detur, niſi gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, dicente Evangelio, quotquot autem receperunt illum, dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri.* Sed *Dei*, potenter & gratiosè

Digitized by Google

gratiosè per verbum operantis. Samaritidem ad pœnitentiam vocat, & adducit Christus. Joh. IV. 16. Johannes in ſpiritu Eliæ præceſſurus Meſſiam convertit impœnitentes, adeoque virtute Spiritus Sancti. Luc. I. 17. Nemo venit ad Filium, niſi Pater eum traxerit. Joh. VI. 44. *Magna gratiæ commendatio. Nemo venit niſi tractus. Quem trahat & quem non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle judicare, ſi non vis errare: Semel accipe & intellige. Non traheris, ora, ut traharis. Quid hic dicimus fratres? ſi trahimur ad Chriſtum, ergo inviti credimus, ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur? Intrare quiſquam Eccleſiam poteſt nolens, accedere ad altare poteſt nolens, accipere poteſt Sacramentum nolens, credere non poteſt niſi volens.* ita Auguſt. tract. 26. in Joh. p. 273. Et in lib de corrept. & grat. c. 5. p. 784. *Hæc eſt correptionis utilitas, quæ nunc major, nunc minor pro peccatorum diverſitate ſalubriter adhibetur, & tunc eſt ſalubris, quando ſupernus medicus reſpicit. Non enim aliquid proficit, niſi cum facit, ut peccati ſui quemque pœniteat. Et quis hoc dat, niſi qui reſpexit Apoſtolum Petrum negantem, & fecit flentem. Miniſterio* autem Deus ſuo utitur. Luc. I 16. 17. Nempe miniſterio verbi, ut eſt verbum legis, deducens hominem ad agnitionem ſuorum peccatorum Joh. IV. 16. non craſſiorum ſolummodo, ſed etiam ſubtiliorum, ut erat imaginaria ſanctimonia Samaritanorum. v. 18. 39. ſeq. Cum Chriſtus de debitoribus legis concionaretur, peccatrix mulier adducta eſt ad pœnitentiam. Luc. VII. 41. Quorſum ſpectant conciones reales, nempe *calamitates*; Nam per has filius prodigus ad pœnitentiam adductus eſt. Luc. XV. 16. ſeqq. Quorſum & digitum intendit Chriſtus Luc. XIII. 3. quando ſimile Galilæorum exitium comminatur omnibus impœnitentibus, nempe ut reſipiſcant: niſi velint ſicut ſterilis ficus exſcindi. Tales ſtimuli ſunt *morbi*, flagellis propterea comparati. Marc. III. 10. vide Theophyl. h. l. Comparatur lex ſcopis, quibus domus verritur, donec denarius amiſſus inveniatur. Luc. XV. 8. Alterum *verbum* eſt *Evangelii*, quod gratiam Dei reſipiſcentibus offert; quale conceperat filius prodigus, cogitans bona paterna; Luc. XV. Unde inter argumenta pœnitentiæ agendæ eſt etiam appropinquatio regni cœlorum. Matth. III. 3. Analoga verbo ſunt *miracula*. Nam Tyrii & Sidonii in cinere & ſacco egiſſent pœniten-

Digitized by Google

nitentiam,ſi ea, quæ alii,miracula fuiſſent experti. Matth. XI.21. *Inobedientiæ maledictum cum obedientiæ benedictione decernitur. Primum enim Judæis oportuit prædicari, ſed privilegio prædicationis infidelitatis cumulatur invidia, cum credentium arguantur exemplo; quibus nulla factorum admiratione propoſita, ſalus omnis ex fide ſit.* ita Hilar. in Matth. p.281. Centurio,milites,turbæ,viſis & auditis miraculis, quæ in morte Chriſti contingebant, pœnitentiam agebant. Matth. XXVII.54. Marc.XV.39. Luc. XXIII. 47. 48. Actiones hæ Dei omnes ſub eleganti ſimilitudine foſſionis,& ſtercorationis vineti proponuntur Luc.XIII.8.

Subjectum remotum.

§. 3. *Subjectum* pœnitentiæ,& *remotum* quidem, eſt homo peccatis & ſceleribus deditus. Talis erat filius dives pridem, & gratioſus in domo paterna,poſtea ſcortator, decoctor paternorum bonorum, & extremè pauper. Luc. XV. 11. Mulier peccatrix. Luc. VII. 41. ſeqq. Publicani & meretrices. Matth. XXI. 29.31.

& proximum.

Proxima vero ſunt contriti ob ſua peccata, ut erat ille filius perditus,mulier lachrymans, publicani & meretrices in vineam abeuntes; ad baptiſmum & conciones Johannis & Chriſti ventitantes: Petrus acerbe flens ſuum peccatum,adeoque etiam illi, qui jam illuminati fuerant, ſecus ac à Clemente ſuo Alexandrino deceptus Origenes, & hunc ſecutus Novatus ſtatuerunt, tanquam fruſtranea & nulla ſit eorum pœnitentia, qui poſt baptiſmum, & illuminationem peccarunt. vid. Sixt. Senenſ. lib. VI.Bibl.an.119. Et lib.VII.hæreſ.8.℟. ad 2.

Partes vero contritio.

§. 4. *Partes* ſunt duæ, contritio & fides. *Contritione* homo in ſe revertitur cum filio prodigo Luc.XV.17. Dolet de admiſſis pecatis. *Non orbitates aut contumelias, aut damna mœrentibus, ſed peccata vetera flentibus, & criminum quibus obſordeſcimus, conſcientia ærumnoſis hæc ſedula in cœlo conſolatio præparatur.* ita Hilar. in Matth. f.256. Et dolorem internum nonnunquam etiam externis ſignis,lacrymis,contuſione pectoris,gemitibus, & geſtibus conteſtatur. Exemplo ſint mulier peccatrix, Petrus. Luc. VII.37. ad quem locum vide quæ habet Gregor.Nyſ.tom.II.opp. f.136.

vel Fides.

Contritioni jungitur *fides*: Fides tua ſalvam te fecit, ait Chriſtus eidem contritæ peccatrici. v.50. Filius prodigus pridem fiduciam concipit de gratia paterna,& ita revertitur pœnitens.

Luc.

Digitized by Google

Luc. XV. 17. Inde exſtruit Ambroſ. in Luc. f. 469. c. adhortationem ad omnes pœnitentes: *Nec vereamur, quia acceptum ſpiritalis patrimonium dignitatis terrenis prodegimus voluptatibus. Quod pater in filium, quem habebat theſaurum contulit: Fidei cenſus nunquam exinanitur, licet totum dederit, totum habet. Quidquid donaverit, non amittit. Nec verearis, ne te non recipiat. Non enim delectatur Deus perditione vivorum. Jam occurrens venienti tibi cadit ſupra collum. Dominus enim erigit eliſos. Oſculum dabit, quod eſt pignus charitatis & amoris, ſtolam, annulum, calceamenta proferri jubebit. Tu adhuc injuriam metuis; ille reſtituit dignitatem. Tu ſupplicium vereris, ille oſculum defert; Tu convitium times, adornat ille convivium.* Publicani & meretrices dicuntur Matth. XXI. 32. pœnitentiam egiſſe & credidiſſe. Et ſic etiam Johannes ſuos docuerat credere, dum pœnitentiam docuit. Actor. XIX. 4. *De radice cordis ſurgit iſta confeſſio. Aliquando audis confitentem, & neſcis ardentem: vocas confitentem, & neſcis credentem. Sed nec debes vocare confitentem, quem judicas non credentem: h. e. enim confiteri, dicere quod habes in corde. Si autem aliud in corde habes, aliud dicis, loqueris, non confiteris.* ita Auguſtin. tract. XXVI. in Joh. p. 274. Non eſt autem opus, ut peccata hominibus confiteamur, quandoquidem filius prodigus patri ſuo, qui Deum ſignificabat, peccata ſua cõfitebatur: *Hæc eſt prima confeſſio apud auctorem naturæ; præſulem miſericordiæ, arbitrum culpæ:* ait Ambroſ. ad l. c. Luc. f. 469. Peccator, poſt templi fores ſtans, ſoli Deo confitetur, ajens: Deus propitius eſto mihi peccatori: *Itaque admoneo, ut aſſiduè confiteare. Neque enim te ad theatrum duco conſervorum tuorum, nec te cogo hominibus peccata tua enunciare, conſcientiam tuam Deo expone: ei oſtende facta & vulnera, & ab eo medicinam pete: Oſtende te non exprobranti, ſed curanti.* ita Chryſoſt. homil. de publ. apud Sixt. Senenſ. lib. VI. annot. 155. Confer quæ idem allegat lib. V. annot. 175. Et lib. VI. 161. ex Ambroſio, ſuper iſta verba Luc. XXII. 26. *Et egreſſus foras, Petrus, flevit amarè;* Et ex Maximo ſerm. de pœnit. Et annot. 218. ex Cajetano, ad verba Chriſti Joh. XX. 22. 23. Quorum remiſeritis &c. ubi Cajetanus negat, his verbis auricularem confeſſionem contineri. Nolumus tamen confeſſionem Eccleſiæ, quam privatam vocant, hoc ipſo excluſam planè: *Confitere magis, ut interveniat pro te Chriſtus, quem advocatum habemus apud patrem. Roget pro te Eccleſia, &*

illacbrymet populus Nec vereare, ne non impetres. Advocatus ſpondet veniam,patronus promittit gratiam,reconciliationem paternæ pietatis tibi pollicetur aſſertor. Crede: quia veritas eſt,acquieſce,quia virtus eſt. ita Ambroſ.l.c.fol.469.& mox:*Exurge ergo,curre ad Eccleſiam: hic eſt Pater, hic eſt Filius, hic eſt Spiritus Sanctus.*

Finis & Effectus. §. 5. *Finis,fructus,& effectus* eſt vel *negativus*, nempe remiſſio peccati,declinatio iræ divinæ,& æterni exitij: uti colligitur ex minis Johannæis Matth. III.10.12. vel *poſitivus*, nempe vita æterna. Matth. XXI.21. ingreſſus in vitam æternam decernitur publicanis & meretricibus pœnitentibus: Filius pridem propter peccata mortuus per pœnitentiam revixit. Luc. XV. 24. *qui lapſus fuerit,per pænitentiam reviviſcit*: ait Ambroſ. ad l.c. Tertullianum audiamus ad Matth. III. 2. *Non tacet Johannes: Pænitentiam inituote, dicens: Jam enim ſalus nationibus appropinquabit, Dominus ſc. afferens ſecundum Dei promiſſum. Cui præminiſtrans,pænitentiam deſtinabat purgandu mentibus prapoſitam: ubi quicquid error verus inquinaſſet, quicquid in corde hominis ignorantia contaminaſſet, de pænitentia verrens, & radens,& foras abjiciens, mundam pectoru domum ſuperventuro Spiritui Sancto paret, quo ſe ille cum cœleſtibus bonis libens inferat.* Sic ille de pœnit. c.2.f.118.D. opp. Et bona opera; fructus hi ſunt, non autem pars pœnitentiæ. Matth.III.8. In his eſt dilectio Dei, eo major,quo plus peccatorum pœnitenti eſt remiſſum. Joh. VII. 41. Eleganter Hieronymus ad Matth.XII. 22. ſcribit: *Tria ſigna ſimul in uno homine perpetrata ſunt. Cæcus videt: mutus loquitur: poſſeſſus à dæmone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum eſt: Sed & quotidie completur in converſione credentium: Ut expulſo dæmone, primum fidei lumen aſpiciant: deinde in laudes Dei tacentia prius ora laxentur.* Et Ambroſ. in Luc. XV. f. 469. *Oves ſumus, oremus,ut ſuper aquam refectionis nos collocare dignetur. Oves, inquam, ſumus, petamus paſcua. Drachma ſumus, habeamus precium. Filii ſumus,feſtinemus ad patrem.*

Signa. §. 6. Signa pœnitentiæ ſunt *lacrymæ*: quales fudit mulier peccatrix Luc.VII.38. Et Petrus, ad agnitionem peccati ſui adductus. Matth. XXVI. 75. Lacrymis accedebant interdum alii *geſtus*,ut quod mulier iſta in terram ſeſe abjecerit, & capillis pedes Chriſti exterſerit.Luc.VII.38. Eſt etiam contuſio pectoris,utpote mali fontis. Luc.XXIII.48. Eſt cinis & ſaccus.Matth. XI.21.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7. *Tempus* agendæ pœnitentiæ & converſionis eſt in hac ſola vita: Nam hac tranſacta non eſt locus converſioni. Docet hoc parabola de divite epulone, cui in inferno ſpes nulla ſuperfuit, poſtquam in vita Moſen & Prophetas neglexiſſet: *Eſt de Lazaro & divite narratio, evidens & illuſtris præſentatio, doctrinam illam habens, poſt divortium animæ à corpore providentiâ & ſtudiô nullo homines opem aliquam conſequi poſſe.* Ita Autor q. & R. 60. f. 332. Tempus.

§. 8. *Contraria* pœnitentiæ ſunt (1.) *Impœnitentia*, qualis erat Chorazinorum, Bethſaidanorum, & Capernaitarum, & inſignis quidem Math. XI. 20. ſeqq. Item non nullorum Johannis Auditorum Matth. XXI. 32. Johannes enim Concionator & cultor juſtitiæ cum imputativæ, tum inhæſivæ, venit ad Phariſæos quoque, & Scribas, perinde ut ad Publicanos & meretrices peccatores graviſſimos: neque tamen iſti pœnitentiam agere & credere Dei verbo voluerunt, ſicut hæ & iſti. Nec meliores erant quidam ex Auditoribus Chriſti: Nam Matth. XI. 21. conqueritur de Chorazinis, & Bethſaidanis, quod in ſacco & cinere pœnitentiam non egerint, quod facturi fuiſſent Tyrii & Sidonii tanta gratia affecti. Tales erant invitati illi ad epulas, & nuptias cœleſtes; noluerunt enim comparere. Luc. XIV. 18. ſeqq. Math. XXII. 3. ſeqq. *Principium* & cauſa hujus vitii *non eſt Deus*, tanquam nollet tales convertere, & ſufficientia ipſis media ad converſionem ſuppeditare. Nam iſte inſtar gallinæ ex ſerio affectu Hieroſolymitanos voluit colligere ſub alas gratiæ ſuæ; ſed ipſi noluerunt. Matth. XXIII. 37. Paravit boves & altilia ſua, & miſit Deus ſervos ſuos, curavit hoſpites vocandos, additis argumentis perſuaſoriis, ut venirent ad epulas gratiæ ſuæ, ſed repulſam tulit. Cauſa igitur penes vocantem non erat. Chriſtus tantum inter Chorazinos et Bethſaidanos miraculorum fecerat, ut pœnitentiam acturi fuiſſent ſeriam Tyrii & Sidonii, ſi talia inter ipſos fuiſſent facta; ſufficientia igitur illa extiterāt ad pœnitentiā excitandam; *Inobedientiâ maledictū cum obedientia benedictione decernitur. Primū enim Judæis oportuit prædicari, ſed privilegio prædicationis infidelitatis cumulatur invidia: Cum credentium arguantur exemplo, quibus nulla factorum admiratione propoſita, ſalus omnis ex fide ſit.* ita Hilarius comm. in Matt. p. 281. Matth. XI. 21. Unde cum Joh. X. 25. ſeqq. Judæi à Contraria ut Impœnitentia.

Chriſto

Digitized by Google

Chriſto inſtantiſſimè peterent, ut tandem diſertè diceret, an Meſſias eſſet: Reſpondit Jeſus, dixiſſe ſe, & id ipſum inſuper miraculis comprobaſſe. id eſt, de ſuo nihil reliqui feciſſe, ipſos vero non credidiſſe, & ſic oſtendiſſe, non eſſe ſeſe de ovibus Chriſti, quæ ipſius vocem audiant, & per auditum credant. Repetitur Joh. XII. 37. nempe, non credidiſſe Judæos, etſi Chriſtus verbum ſuum etiam miraculis confirmarit; Dicebant enim, ex diabolo eſſe ipſius miracula. Marc. III. 22. *Cum enim non poſſent contradicere his quæ fiebant, alio modo arguebant; nempe quod à Dæmoniis fierent.* Ita Theophyl. ad l. 2. Johannes quidem Baptiſta nulla edebat miracula, ita tamen efficaciter prædicabat Dei verbum, ut vel publicani & meretrices converterentur, Phariſæi autem non: Quis in cauſa? certe verbum Dei non eſt, ſed propria Phariſæorum malitia. Matth. XXI. 32. *Homines igitur ipſi carnalia ſapientes & deſiderantes, & pertinaces in cauſſa ſunt, quare in impœnitentia maneant.* Luc. IV. 20. ſeqq. Judæi nolebant in Chriſtum credere, offenſi ſpreta ipſius educatione & conditione; cum tamen cogitare debuiſſent, Deum ſua dona extraordinaria pro ſuo arbitrio diſtribuere, ut fecerit tempore Eliæ & Eliſæi Prophetarum, quos ad paucos, ipſorum ſcil. receptatores, miſerit Deus. Luc. XIV. 18. ſeqq. arceri ſeſe patiuntur vocati per acquiſitionem agri, quem viſuri abituribant, boum; uxorũ: i. e. cauſæ, cur Judæi nolebant Chriſto obedire, erant metus Romanorum, ne venirent illi, & vaſtarent terram; fiducia in ſacrificiis & reliquo cultu Levitico; Voluptates deniq; carnales, quibus Epicuri de grege porci Sadducæi, implicabantur. Matth. XXIII. 37. Vos noluiſtis, ait Judæis Chriſtus, innuens, malitioſam ipſorum voluntatem eſſe in cauſſa, quo minus effectum ſuum habuerit gratia vocãtis, & converturientis.

Excœcatio. §. 9. *Excœcatio*: Pertinacem impœnitentiam ſequitur deſertio Dei, & hinc emergens excœcatio. Bene Auguſtinus tract. XXX. in Joh. *oculi*, ait, *non habentes ſanitatem; non poſſunt ferre luminis claritatem.* Joh. IX. 39. ſeqq. Chriſtus magnus Propheta perhibet, in mundum ſeſe veniſſe, ut qui cœci ſunt h. e. ſimplici laborant ignorantia, eandemque agnoſcunt, ut cœcus v. 36. illuminentur: Videntes autem i. e. opinione ſapientiæ & ſanctimoniæ turgidi,

turgidi, quales erant Phariſæi, juſto Dei judicio excœcati. Animadvertebant ipſi, ſe reſpici, ideoq; interrogabant: An & nos ſumus cœci? reſpondebat Chriſtus: ſi quidem cœci eſſent, ut ſunt ſimpliciter errantes, ſed pœnitentes, agnoſcentes, dociles, ductiles; peccatum tantum, ut in reprobum ſenſum darentur, non haberent; quia autem ſibi viderentur eſſe videntes, qui viam ſalutis ſcirent, optimè & callerent rectiſſimè, ideo manſuros eſſe in ſuis peccatis; quippè quæ non tolluntur, niſi ab iis, qui vera fide mundi Salvatorem apprehenderent. Luc. XIV. 24. poſtquam Homo, qui Judæos ad convivium gratiæ & gloriæ invitarat, repulſam tuliſſet, adeo iratus eſt, ut comminaretur, neminem iſtorum contemptorum convivium cœleſte deguſtaturum eſſe. Excœcationis comes & adjunctum eſt *pœna temporalis quoque & æterna* Matth. XXIII. 38. 39. Chriſtus comminatur Judæis, pertinaciter nolentibus converti, exitium *temporale*, everſis Hieroſolymis, ea Eccleſiæ & politiæ ſede; & æternum, quod ſubſecuturum ſit, exitium.

§. 10. II. *Juſtificatio.* Deſcribitur tanquam actus forenſis. Nam Luc. VII. 36. Chriſtus peccatores introducit tanquam debitores, qui cum ſolvendo non eſſent, ex gratia dimiſſionem debitorum impetrarunt. Cui parallela eſt parabola Matth. XVIII. 27. ſervi debitoris, cui Dominus ex gratia remiſit debitum. Confirmatur ex oppoſito Matth. XII. 37. nempe condemnatione forenſi. II. *Juſtificatio.* vox

§. 11. Debemus igitur hoc beneficium meræ gratiæ divinæ, & miſericordiæ. Luc. I. 77. 78. remiſſio peccatorum datur populo Dei ex Dei miſericordia. Luc. VII. 37. peccatori ſua delicta remittuntur ſicut debitori, qui non eſt ſolvendo. i. e. gratuito; Nam Chriſtus ἐχαρίσατο *ex gratia donavit:* ṽ. 24. & multæ dilectionis materiam hoc ipſo ſubminiſtravit, quod multum debitorũ ipſi remiſiſſet. Matth. XVIII. 27. Dominus ſervi debitoris *miſertus* remiſit debita. Luc XVIII. 13. Publicanus poſt fores conſiſtens gemit: Deus, ſis mihi peccatori propitius! Hilarius ad Matth. IX. 12. 13. cenſet, *legem ſacrificiorum obſervatione devinctam opem ferre non poſſe, ſed ſalutem univerſis in miſericordia indulgentia reſervari. Non enim venit juſtos vocare, ſed peccatores in pœnitentiam. Omnibus venerat,* Cauſſæ.

quomodo ergo non ſe juſtis veniſſe dicit? Erant ergo quibus neceſſe non erat ut veniret? Sed nemo juſtus ex lege eſt. Oſtendit ergo, inanem juſtitiæ eſſe jactantiam: quia ſacrificiis infirmis ad ſalutem miſericordia erat univerſis in lege poſitis neceſſaria. Nam ſi juſtitia fuiſſet ex lege, venia per gratiam neceſſaria non fuiſſet. Iſtius autem miſericordiæ fundamentum & principium eſt *meritum Chriſti.* Nam Joh. I. 16. dicimur accipere gratiam Dei patris, peccata nobis remittentis, pro gratia Filii, qui paſſus pro nobis gratiam illam nobis acquiſivit. Luc. I. 77. 78. II. 32. Chriſtus vocatur gloria plebis Iſrael. i. e. eorũ quoque, qui de populo Dei erant, quanto magis aliorum hominum. Luc. VII. 37. peccatrix ad Chriſtum confugit, habitura remiſſionem peccatorum. Sanguis Jeſu Chriſti fuſus eſt pro nobis in remiſſionem peccatorum. Matth. XXVI. à quo, tanquam pretio, dicitur Redemptor. *Ubi enim redemptio ſonat, intelligitur & precium, & quod eſt hoc, niſi precioſus ſanguis agni immaculati Jeſu Chriſti? De hoc autem precio quare ſit fuſum, quid interrogamus alium? Redemtor ipſe reſpondeat, dicat ipſe mercator. Hic eſt, inquit, ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Pergite, adhuc pergite, & ſicut dicitis in Sacramento Salvatoris baptiZantur, ſed non ſalvantur: redimuntur ſed non liberantur: lavantur ſed non abluuntur: exorcizantur & exſufflantur, ſed à poteſtate diaboli non eruuntur, ſic etiam dicite, funditur pro eis ſanguis in remiſſionem peccatorum, ſed nullius peccati remiſſione mundantur.* ita Auguſt. lib. III. contra Julianum Pelag. c. 4. p. 354. uno verbo: Gratia data eſt per Jeſum Chriſtum. Joh. I. 17. *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes vivificabuntur. Qui pertinent ad Adam? Omnes qui nati ſunt de Adam. Qui ad Chriſtum? Omnes qui renati ſunt per Chriſtum. Quare omnes in peccato? quia nemo natus eſt præter Adam. Ut autem omnes naſcerentur ex Adam, neceſſitatis fuit ex damnatione: naſci per Chriſtum, voluntatis eſt & gratiæ. Non coguntur homines naſci per Chriſtum, non quia voluerunt nati ſunt ex Adam: Omnes tamen qui ex Adam cum peccato, peccatores: Omnes qui per Chriſtum juſtificati, juſti, non in ſe, ſed in illo: nam in ſe ſi interroges, Adam ſunt: in illo ſi interroges, Chriſti ſunt. Quare? Quia ille caput Dominus noſter Jeſus Chriſtus, non cum traduce peccati venit, ſed tamen venit cum carne mortali. Mors peccatorum pœna erat, in Domino munus miſericordiæ erat, non pœna peccati.* ita Auguſt. Tract. III. in Joh. p. 27. confer epiſto-

Digitized by Google

epiſtolam ad Damaſum, quæ Hieronymo vulgo adſcribitur tom. IV. opp. Hier. f. 56. ubi in hanc ſententiam auctor egregiè explicat parabolam de filio perdito.

§. 12. Non habet igitur homo, cur ſibi in hoc opere aliquid efficaciæ, aut meriti tribuat; Nam ne quidem novit juſtitiam coram Deo valentem in Chriſto, niſi Spiritus Sanctus revelaverit. Joh. XVI. 10. Et removenda eſt prius iſta propriæ juſtitiæ opinio, quam homo juſtificetur, quod Chriſtus fecit Luc. VII. 40. prius refutans Phariſæi opinionem de dignitate hominis, quam peccatricem juſtificaret. Servus debitor non erat ſolvendo. Joh. IV. 16. juſtificat Chriſtus fœminam prius ſcortatricem, ut oſtendat, non ex dignitate hominis id beneficii pendere. Matth. XI. 12. Regnum Dei βιάζεται vim patitur à publicanis, qui cum indigni eſſent gratia Dei, eam tamen per fidem i.e. gratis quaſi ad ſeſe indebitam rapiebant. Matth. XVIII. 25. Filius prodigus decoxerat omnem ſuam ſubſtantiam, cum à patre in gratiam reciperetur. verſ. 11. 12. ſeq. Juſtificatur peccator publicanus, qui ex mera Dei miſericordia ſua ſibi peccata remitti orabat. *In illo Phariſæo modicum fermentum eſſe videbatur, quia peccatorem non ſolum non dolebat, ſed ſuper ejus peccata de ſuis ſe meritis extollebat. Sed deſcendit ille confitens peccata ſua, juſtificatus magis quam ille Phariſeus jactans merita ſua: quoniam qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.* ita Auguſt lib. III. adverſ. Parmen. p. m. 66. Atque hoc modo voluit Chriſtus verſ. 14. omnes juſtificari. *Unde enim hoc meruimus? Quibus noſtris præcedentibus meritis? Non ſe quiſque compalpet, redeat in conſcientiam ſuam, quærat latebras cogitationum ſuarum, redeat ad ſeriem factorum ſuorum: non attendat quid ſit, ſi jam aliquid eſt, ſed quid fuerit ut eſſet aliquid, inveniet non ſe dignum fuiſſe niſi ſupplicio. Si ergo ſupplicio dignus fuiſti, & venit ille qui non peccata puniret, ſed peccata donaret, gratia tibi data eſt, non merces reddita. Unde vocatur gratia? quia gratis datur. Non enim præcedentibus meritis emiſti quod accepiſti. Hanc ergo gratiam accepit primus peccator, utque peccata dimitterentur. Quid meruit? Interroget juſtitiam, inveniet pœnam, interroget miſericordiam, inveniet gratiam.* ita nervoſe Auguſtinus tract. III. in Joh. p. 25. & tract. 13. *Fratres mei, quorum opera bona invenit Dominus? Nullorum: omnia enim opera mala invenit.* p. 134. Petit qui-

quidem Chriſtus Patrem ſuum crucifixoribus remittere peccata, quod ignorantes faciant, ſed ignorantiam non facit remiſſionis cauſſam, verum adjunctum peccati remiſſibilis. Luc. XXIII.3.4.

Miniſterium. §. 13. *Miniſterio* Deus utitur hominum in remittendis peccatis; Nam dedit miniſterio claves remittendi peccata. vide ſupr. Art.II.ſect.3.§.20. *Itaque non otioſe ſanctus Lucas ex ordine tres parabolas, ovis, quæ perierat, & inventa eſt, drachmæ quæ perierat & inventa eſt, filii qui erat mortuus & revixit, ut triplici remedio provocati vulnera noſtra curemus. Spartum enim triplex non rumpitur. Qui ſunt iſti, Pater, Paſtor, & mulier? Nonne Deus Pater, Chriſtus Paſtor, mulier Eccleſia? Chriſtus te ſuo corpore vehit, qui tua in ſe peccata ſuſcepit. Quærit te Eccleſia, recipit pater. Quaſi paſtor revehit, quaſi mater inquirit, quaſi pater veſtit. Prima miſericordia; ſecunda ſuffragatio; tertia reconciliatio. Singula ſingulis quadrant; Redemtor ſubvenit, Eccleſia ſuffragatur, autor reconciliatur.* ſic acute Ambroſ.comm.ad Luc.XV.3.ſeqq.f.469. Turpiter igitur ſeſe dederunt Phariſæi, cum obmurmurarent Chriſto, peccatrici peccata ſua remittenti. Luc. VII.47.ſeq. Matth. IX.v.3.

Organum. §. 14. *Organum* remiſſionis accipiendæ eſt *fides* juſtifica & ſalvifica. Duplex eſt fides, juſtifica, & miraculoſa; De hac quæſtio h.l. non eſt; neque enim ea juſtificat. Matth. VII.22. Sed de iſta. Quæ vocatur *agnitio Salutis* Luc.I.77. Joh. X.14. Et *prudentia*, unde prudentes dicebantur virgines. Matth.XXV.2.3. Et comparatur *manui*, qua regnum Dei ad nos rapimus. Matth. XI.12. *Vim regnum cœlorum patitur; inferentesque diripiunt illud: quia gloria Iſrael patribus debita, à Prophetis nunciata, à Chriſto oblata, fide gentium occupatur & rapitur.* ait Hilarius in Matth. l. c. p. 280. Et fideles ſunt, *qui vim facientes regno cœlorum, illud fidei juſtificatione diripiunt: Confitentes juſtum ſapientiæ opus eſſe, quia munus ſuum ad fideles & obſequentes à contumacibus infidisque tranſtulerint.* f. 281. *Ori*, quod panem cœleſtem, Chriſtum, apprehendendo edit. Joh. IV. 29. 35.40.50.51. *Ambulationi* in luce Chriſto c. XII.35. *Contemplationi*, quæ circa eandem lucem verſatur. v. 45. *Oleo* in cordium lampadibus contento. Matth.XXV 3.

§. 15.

Digitized by Google

§. 15. Non eſt autem hæc fides opus virium, aut merito-rum hominis, ſed gratiæ & efficaciæ divinæ, per miniſterium, verbum, & ſacramenta eam producentis. Eſt enim opus Dei, ut credamus. Joh. VI. 29. *Nec dixit, hoc eſt opus veſtrum: ſed hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum quem miſit ille, ut qui gloriatur in Domino glorietur.* ita Auguſt. tract. XXV. in Joh. p. 267. & tract. XXIX. p. 301. *Ipſa eſt ergo fides quam de nobis exigit Deus: & non invenit quod exigat, niſi donaverit quod inveniat.* Et quidem opus gratiæ. Nam accepimus gratiam pro gratia. Joh. I. 16. Quæ verba egregiè explicat Auguſt. tract. III. in Joh. p. 27. *De plenitudine miſericordiæ ejus, de abundantia bonitatis ejus accepimus. Quid? Remiſſionem peccatorum, ut juſtificaremur ex fide. Et inſuper quid? Gratiam pro gratia, i. e. pro hac gratia, in qua ex fide vivimus, recepturi ſumus aliam. Quid tamen niſi gratiam? Nam ſi dixero, quia & hoc debetur; aliquid mihi aſſigno, quaſi cui debebatur. Coronat autem Deus in nobis dona miſericordiæ ſuæ: ſed ſi in ea gratia, quam primam accepimus, perſeveranter ambulemus.* & lib. I. de nat. & grat. contra Pelag. & Cœleſt. c. 10. p. 55. *Non omnium eſt fides, qui audiunt per ſcripturas Dominum regnum cœlorum pollicentem, aut omnibus perſuadetur quibuscunq; ſuadetur, ut veniant ad eum, qui dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis. Quorum autem ſit fides, & quibus perſuadeatur, ut ad eum veniant, ſatis ipſe demonſtravit, ubi ait: Nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, eum traxerit. Et paulo poſt, cum de non credentibus loqueretur, dixi, inquit, vobis; quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, ſi vult non ſolum vocari, verum etiam eſſe Chriſtianus.* Et quidem *Patris*; cum Petrus confeſſus eſſet, Filium hominis eſſe Dei Filium, ſubjecit Chriſtus, carnem & ſanguinem hoc ei non revelaſſe. Matth. XVI. 17. Nemo enim venire poteſt ad Chriſtum credendo, niſi Patre eum trahente. Joh. VI. 44. *Legant enim, quod ipſe Dominus ait: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſerit me, traxerit eum. Ubi ne quiſquam putet aliud dictum eſſe, venire ad me, quàm credere in me; paulo poſt, cum de ſuo corpore & ſanguine loqueretur, & ſcandalizati eſſent plurimi in ſermone ejus, ait: Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credunt. Deinde ſubjunxit Evangeliſta: Sciebat enim Jeſus ab initio, qui eſſent credentes, & quis traditurus eſſet eum, & dicebat: propterea dixi vobis,*

Divinum & gratuitum.

Digitized by Google

quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à patre meo: ſententiam ſcil. iteravit, qua dixerat: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me, traxerit illum. ita Aug. contra duas epp. Pelag. l. 1. c. 3. p. 175. & c. 19. p. 191. *Quid illud, quod jam cōmemoravi dixiſſe, dominum: nemo poteſt venire ad me, quod intelligitur, credere in me, niſi ei datum fuerit à Patre meo? Utrum jam volenti credere pro meritis bonæ voluntatis hoc datur, an potius, ut ipſa credat voluntas, ſicut Sauli, deſuper excitatur, etiamſi tam ſit averſus à fide, ut credentes etiã perſequatur.* conf. lib. I. de Prædeſt. Sanct. c. 8. Cur Pater? R. August. Tract. XXVI. in Joh. p. 275. *Trahit Pater ad Filium eos qui propterea credunt in filium quia eum cogitant patrem habere Deum. Deus enim pater æqualem ſibi genuit filium, & qui cogitat, atque in fide ſua ſentit & ruminat æqualem eſſe patri eum in quem credidit, ipſum trahit pater ad filium. Arrius credidit creaturam, non eum traxit pater, quia non conſiderat patrem, qui filium non credit æqualem.* Luc. X. v. 22. Nemo novit Filium, niſi Pater; nemo etiam Patrem, niſi Filius, & cui hic voluerit revelare. *Filius* igitur eſt, qui fidem accendit. Ille enim lux eſt, quæ mundum illuminat Joh. XII. 46. Mediator & interceſſor eſt pro hominibus ſalvandis v. 20. 21. 23. 25. Qui nomen Patris ſui revelat, & revelando accendit fidem, & veram ſui agnitionem. Joh. XVII. 26. Nec immerito Philippus à Chriſto petiit, patrem ſibi oſtendi, dummodo in ſenſu non erraſſet. Joh. XIV. 8. Sed & *Spiritus Sanctus* operoſus eſt. *Ipſa eſt ergo fides, quam de nobis exigit Deus: & non invenit quod exigat, niſi donaverit quod inveniat.* ita Auguſt. tract. XXIX. in Joh. p. 301. Orandus autem eſt Deus, ut fidem operetur, quod fit in oratione Dominica. vide Auguſt. lib. 1. de prædeſt. ſanct. c. 8.

Media. §. 16. *Media*, per quæ Deus fidem operabatur, erunt *verbum* & miracula. Qui enim, inquit Chriſtus Joh. V. 24. verbum meum audit, & (audiendo verbum) credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam. Joh. XIV. 23. vult ſervari Evangelii ſui verbum ab eis, qui velint manifeſtatione Chriſti ſalvifica & interna beari: quod verbum ſit non meri hominis, ſed Dei, à quo ad officium Propheticum eſſet miſſus. Per verbum à Chriſto ipſomet auditum Samaritæ credunt. Joh. IV. 42. Per verbum etiam Apoſtolorum nonnulli in ipſum crediturì erant, dicente Chriſto Joh. XVII. 20. Sicut crediderat Centurio, audito Chri-

to Chriſti verbo Matth. VIII. 8. Et mulier pridem peccatrix, audita blanda invitatione Chriſti Luc. VII. 40. Matth. XI. 28. Et ipſi diſcipuli, quibus nomen Patris ſui revelarat. Joh. XVII. 26. *Verbum* miraculis confirmatur. Imo loco verbi interdum fuerunt *miracula*. Stella quoq; miraculoſa excitat & confirmat fidem Magorum. Matth. II. 9. 10. Joh. IV. 46. patrato Canæ Galilæorum miraculo fides excitatur apud eos qui intererant, ut apud Centurionem Matth. VIII. 5. Tale miraculum erat excitatio mortuorum. Joh. IV. 48. V. 25. Sacramenta quoque ſunt organa fidei. Nam per baptiſmum regeneramur, vivificamur, juſtificamur, ſalvamur: vide Sect. I. §. 12. Neque violenta eſt horum mediorum operatio; Deus enim per ea volentem facit hominem. *Quid hic dicimus, fratres? Si trahimur ad Chriſtum, ergo inviti credimus, ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur? Intrare quisquam Eccleſiam poteſt nolens, accipere poteſt Sacramentum nolens, credere non poteſt niſi volens.* ita Auguſt. tract. XXVI in Joh. p. 273. & p. 276. *Videte, quomodo trahit Pater: docendo delectat, non neceſſitatem imponendo. Ecce quomodo trahit: erunt omnes docibiles Dei. Trahere Dei eſt: Omnis qui audivit à patre & didicit, venit ad me; trahere enim Dei eſt.*

§. 17. *Objectum* eſt verbum Dei; Hic enim ſi quid promittit, vel aſſerit, id credendum eſt, etſi videatur prorſus impoſſibile. Joh. IV. 50. Regius credit verbo Chriſti, dicentis, Filium ſuum abſentem vivere, & quidem per hoc ipſum verbum, quod ille dicebat. Matth. XVII. 20. Marc. IX. 23 credenti dicuntur omnia eſſe poſſibilia, ita ut montes transferre poſſit, nempe ita, ut credat fieri poſſe, quod Deus dixit, etſi videatur rationi tam impoſſibile, ut eſt translatio montium. Nucleus verbi divini eſt *Evangelium*, & in hoc *Chriſtus*. Joh. III. 15. vita æterna promittitur iis, qui in Chriſtum credunt, ſicut Deus Pater ſuo amore motus eum tradidit pro toto mundo, ut omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam: *Fratres, ut à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intueamur: quia ſicut Moſes, inquit, exaltavit ſerpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in illum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Quòmodo illi qui intuebantur ſerpentem, non peribant morſibus ſerpentum: ſic qui intuentur fide mortem Chriſti ſanantur à morſibus peccatorum. Sed illi ſanabantur à* Objectum.

morte ad vitam temporalem: hic autem ait, ut habeant vitam æternam. ita Auguſt. tract. 12. in Joh. p. 133. Joh. V. 24. VI. 47. promittit Chriſtus vitam æternam ei, qui verbis ſuis auditis credit patri, à quo miſſus erat, ut per ipſum humanum genus redimeretur. Joh. XI. 25. ſeq. vocat ſeſe reſurrectionem & vitam effectivè, nempe in iis, qui vera fide eum in ſuo merito apprehendunt, quod fecit Martha, dicens: Domine, credo, quod ſis Chriſtus filius Dei, qui in mundum venit. Similis locus eſt Joh. XIV. 6. ubi ſe vocat viam, per quam veniendum ſit in cœlum; veritatem, cujus verbo debeamus notitiam viæ ſalvificam; & vitam, quatenus per fidem ex verbo accenſam vitam æternam conſequimur. Et ſic crediderunt diſcipuli Joh. XVI. 27. quod nempe à Patre exiviſſet per incarnationem; & rediturus eſſet ad eundem per reſurrectionem, aſcenſionem, & ſeſſionem ad dextram: hoc quoque credendum erat. Etiamſi igitur & Pater ipſius ſit objectum fidei, reſpectum tamen ad Filium dicit à ſeſe ad ſalutem hominis miſſum. Joh. XVII. 3. In hunc Dei Filium credidit latro in cruce, cum nihil ſenſibus appareret, cujus gratia credendum fuiſſet, adeo, ut etiam diſcipulorum Chriſti fides vacillaret. Eximie proinde fidem iſtius commendat Auguſt. lib. 1. de anima & ejus orig. c. 9. p. 550. *Tunc enim fides ejus de ligno floruit, quando diſcipulorum marcuit, niſi cujus mortis terrore marcuerat, ejus reſurrectione revireſceret. Illi enim deſperaverunt de moriente, ille ſperavit in commorientem. Refugerunt illi authorem vitæ, rogavit ille conſortem pœnæ: Doluerunt illi tanquam hominis mortem, credidit ille regnaturum eſſe poſt mortem: Deſeruerunt illi ſponſorem ſalutis, honoravit ille ſocium crucis. Inventa eſt in eo menſura martyris, qui tum in Chriſtum credidit, quando defecerunt qui futuri erant martyres.* Quare & humana ipſius natura objectum eſt, in quod fides fertur. Symbolum ejus aliquod eſt Marc. V. 27. ſeqq. dum refertur de hæmorrhouſa muliere, ſicut tetigerit fimbriam Chriſti, manu fideli, & ſanata fuerit: *Fideliſſima (πιστοτάτη) erat mulier hæc, eo quod à veſtibus utilitatem ſe aſſequi credebat, & idcirco etiam ſanatur. Intelligas autem hæc etiam de humana natura, quæ ſanguinis profluvio laborabat. Scaturiebat enim in ea peccatum, quod mors eſt animæ, & ſanguinem animæ noſtræ effundit. A multis autem medicis, h. e. ſapientibus hujus mundi,*

mundi, ſed & à lege, & à Prophetis non potuit curari. Tetigit autem veſtem Chriſti, h. e. carnem ejus, & ſanata eſt. Qui credit enim eſſe incarnatum Deum, is eſt, qui tangit veſtimentum ejus. verba ſunt Theophyl. ad l. c. fol. 215. Atque hac fide juſtificati ſunt, & ſalvati, etiam in V.T. quotquot juſtificati, & ſalvati ſunt: *Si nos per hujus, nondum facti, ſed futuri judicii fidem ſtabimus ad dextram Chriſti, profecto illi per incarnationis ejus tunc nondum factæ, ſed futuræ fidem membra ſunt Chriſti. Neque enim putandum eſt, quod antiquis juſtis ſola quæ ſemper erat, divinitas Chriſti, non etiam, quæ nondum erat, ejus humanitas revelata profuerit. Illud enim, quod ait Dominus Jeſus: Abraham concupivit diem meum videre, & vidit, & gaviſus eſt: Si diem voluit ſuumtempus intelligi, teſtimonium profecto perhibuit Abrahæ, quod fide fuerit incarnationis ejus imbutus. Secundum hunc enim habet tempus, divinitas vero ejus omne excedit tempus, quia per illam univerſa facta ſunt tempora.* ita Auguſtin. de peccat. orig. cont. Pelag. & Cœleſt. lib. II. c. 26. 27. pag. 94.

§. 18. Circa verbum iſtud verſantur *fidei actus eſſentiales*, quiſunt notitia, aſſenſus, atque fiducia, & uno nomine dicuntur *manducatio* Joh. VI. 47. collato cum ℣. 50. 51. ſeqq. *Credere enim in eum, hoc eſt, manducare panem vivum. Qui credit in eum, manducat, inviſibiliter ſaginatur, quia & inviſibiliter renaſcitur. Infans intus eſt, novus intus eſt, ubi novellatur, ibi ſatiatur.* ita Auguſtinus tract. XXVI. in Joh. pag. 275. Dicitur etiam *viſio* Joh. XIV. 17. 19. Et complectitur *notitiam*. Johann. X. 14. bonus paſtor ovibus ſuis notus eſt, notitia non nuda, & perfunctoria, ſed ſolida, ut Pater & Filius ſe invicem norunt, affectu & effectu. ℣. 38. vult idem Judæos credere ſuis operibus, ut cognoſcant, & credant ſuam & Patris ſui ὁμοουσίαν. Talis notitia erat diſcipulorum Chriſti Joh. XVII. 6. 7. 8. cum ait, ſui ſe Patris verbum ipſis dediſſe, ipſosque cognoviſſe id, & recepiſſe vera fide. Habet autem notitia hæc ſuos gradus. Joh. XIV. 20. diſcipuli noverant quidem Chriſtum notitia veræ fidei ℣. 17. nihilominus ait Chriſtus, die Pentecoſtes futuro, poſt reſurrectionem ſuam, & reditum ad Patrem, accuratius ipſos ὁμοουσίαν Patris & Filii, & præſentiam utriuſque apud fideles eſſe cognituros. Repetit v. 25. 26. dicens, fuiſſe quidem ſeſe viſibili hactenus præſentia penes ipſos, & docuiſſe Evangelica myſteria, ſed Spiritum Sanctum, à Patre in nomine ſuo propediem mittendum, eos omnia clarius

Fidei actus formales.

Digitized by Google

rius eſſe edocturum, & in memoriam audita quondam revocaturum. Præterea alia eſt generalis, alia ſpecialis notitia: quarum hæc ad veram fidem requiritur. Joh. IV. 25. Samaritis habebat quidem generalem notitiam Meſſiæ, ſed Chriſtus eam deducit ad ſpecialem, nempe ſui, dicens: Ego ſum Meſſias; Qualis notitia reliquorum Samaritanorum. v. 26. 42. Quare, qui credit in *hunc* habet vitam æternam. Joh. V. 14. Notitia diſtincta, qualis erat ſuorum diſcipulorum. Joh. X. 14. Naſcitur autem ſalutaris hæc notitia ex ipſa fide. Joh. VII. 17. Si quis, ait Chriſtus, voluerit voluntatem ejus facere (ut eſt fides voluntas Dei) cognoſcet de doctrina, utrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar: *Quid eſt hoc, ſi quis voluerit voluntatem ejus facere? Sed ego dixeram, ſi quis crediderit, & hoc conſilium dederam, ſi non intellexiſti, inquam, crede. Intellectus enim merces eſt fidei.* ait Auguſt. Tract. XXIX. in Joh. p. 300. confer ejusd. tract. XXVII. *Impeditur* prava præconcepta opinione. Joh. VIII. 27. Cum Chriſtus perſpicuè ſatis locutus eſſet de patre ſuo, à quo miſſus eſſet, Judæi tamen non intellexerunt, adeo erant odio adverſus Jeſum excœcati. Repetit v. 37. ubi rationem reddit, quare Judæi quærant ipſum interficere, nempe propter animorum ſuorum cœcitatem, per quam non liceat ipſis intelligere verba prædicantis, quæ tamen clariſſima dicebat; c. XIV. 22. Judas Apoſtolus non intelligit cauſſam, cur Chriſtus mundo ſeſe nolit (intimiore notitia) manifeſtare: præconceperat enim opinionem, ipſum, tanquam magnum Regem, toti mundo manifeſtatum iri. Bene Hieron. ad Matth. XIII. 12. 13. 14. obſervat, culpam ignorantiæ eſſe pravi liberi arbitrii, non autem Dei.

§. 19. Alter actus eſt *aſſenſus*: quem fidelis præbet verbo Dei, etſi etiam impoſſibilia coram ratione proponat. Luc. I. 38. Maria aſſentitur Angelo, nuncianti imprægnationem absque virili opera futuram. Magi credunt, Meſſiam eſſe natum Bethlehemi, etſi circumſtantiæ aliud ſuaderent. Matth. II. 9. Samaritani aſſentiuntur ſuæ civi, & Chriſto ipſi, quod Meſſias eſſet, etſi ex habitu eius externo nihil argumentorum, niſi in contrarium, haberent. Matth. VIII. 8. Centurio credit, verbo Chriſti ſuum ſervum eſſe recuperaturum ſanitatem.

§. 20.

Digitized by Google

§. 20. Tertius actus eſt *fiducia*, quam fidelis collocat in gratia,& miſericordia Dei. Marc. II.5. paralyticus, & portantes ipſum, firma fiducia credunt, ſanitatem iſti à Chriſto reſtitutum iri. Matth. VIII. 5. Centurio fiduciam ſuam ponit in unius Chriſti gratia, indignum ſeſe judicans, ſub cujus tectum ingrederetur Salvator, etſi multis præclaris operibus fuerit ipſe inſtructus. Atque hunc Centurionem Hieron. in Comm. ad ℣. 11. facit ideam credentium, ſicut olim Abraham fuerit. Joannes Ferus colligit hinc: *Secundum Scripturam fidem non eſſe aliud, niſi fiduciam miſericordiæ divinæ promiſſæ in Chriſto.* confirmat ex Joh. III. 18. verbis Chriſti: qui credit in filium Dei, non judicatur: *Non hic loquitur de hiſtorica, aut informi fide, ſed de fiducia miſericordiæ per Chriſtum præſtandæ. Summa enim fides, quam ſcriptura commendat, non aliud eſt, quàm fidere gratuitæ Dei miſericordiæ: Hæc vera fides eſt, qua juſtus vivit: hanc unam à nobis Deus requirit, &c. Hujus fidei exemplum habes in hoc Centurione: Neque enim legis, eum fidei articulos recitaſſe, id autem legis, quod magna fiducia ad Deum acceſſerit, unde etiam dictum eſt: Non inveni tantam fidem in Iſrael. itemque: Vade, & , ſicut credidiſti, fiat tibi.* notatus propterea à Sixto Senenſ. lib. VI. Bibl. p. 561. Et ad Johannes IV. 50. idem Ferus: *docemur, quæ ſit fidei natura, nempe fiduciam de Deo concipere, quòd ſervaturus nos ſit: quomodo autem, quando, & per quas afflictiones, nihil ad nos pertinet*; Reprehenſus propterea etiã à Dominico Soto in annotationibus contra Ferum: Notandi ipſi propter nebulas, quas claro ſoli offundere allaborant. Sic quoque peccatrix Luc. VI. 38. credidit, deoſculans pedes Filii Dei: Et filius quondam perditus Luc. XV. 17. 18. dum peccata confeſſus, & indignitatem ſuam, in ſola Patris gratia acquievit. Sic quoque fiduciam habuit publicanus poſt fores ſtans, credens, & orans, ut ſua ſibi Deus peccata remitteret, eaque ex mera gratia, utpote mero peccatori. Luc. XVIII. 13. Poteſt quidem infirma eſſe hæc fiducia, ſalvâ fidei ſubſtantia, qualis erat illa leproſi fides Luc. V. 12. quæ de potentia quidem Chriſti certiſſima erat, ſed de voluntate imbecillius ſperabat: *Qui voluntatem rogat, de virtute non dubitat.* ait Hieron. ad Matth. VIII. 2. Talis quoque paralytici erat Matth. IX. 2. Et Jairi, qui volebat Jeſum venire, & imponere filiæ ſuæ manum: Marc. V. 23. *Fidelis erat, eo quod procidebat ad pedes Jeſu: ſed quia & obſecrabat, ut veniat, non*

quantam oportebat præ ſe fidem ferebat. Debebat enim dicere: dic verbo. ita Theophyl. ad l. c. fol. 215. Hinc opus erat, fidem viri confirmari miraculo, in Hæmorrhouſa inter eundum patrato. ℣. 27. vide Theoph. ad h. l. Solitus eſt etiam explorare Chriſtus fiduciam, ut e. g. diſcipulorum, permiſſa tempeſtate, poſtquam pauculis panibus & piſcibus magnam vim hominum ſaturaſſet. Matth. XIV. 23. Marc. VI. 47. Joh. VI. 16. ſeqq. Abeſſe autem, ſalva vera fide, non poteſt. Joh. II. 23. 24. Erant quidem, qui generali fide crederent, ſed non verâ i. e. ſpeciali fiducia præditi, quare Chriſtus ipſis ſe non fidebat. Fides cum fiducia, ea demùm *vera* fides eſt, ut erat diſcipulorum *verè* credentium. Joh. XVII. 8. Et actus hujus fidei tendit *in Deum*, quam phraſin urget Auguſt. tract. XXIX. p. 301. in Joh. ad verba Chriſti Joh. VI. 29. hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum. *Non autem*, ajens, *continuò qui credit ei, credit in eum: nam & dæmones credebant ei, & non credebant in eum. Rurſus etiam de Apoſtolis ipſius poſſumus dicere; Credimus Paulo, ſed non credimus in Paulum: Credimus Petro, ſed non credimus in Petrum. Credenti autem in eum, qui juſtificat impium, deputatur fides ejus ad juſtitiam. Quid eſt ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & membris ejus incorporari.*

§. 21. *Sola* hæc fides juſtificat. Nam Joh. III. 16. Chriſtus media ſalutis exponens ſolius fidei facit mentionem: In praxi quoque ad fidem reſpexit, remittens peccata: Matth. IX. 2. Jeſus, videns fidem paralytici, confide fili, ait, remiſſa ſunt tibi tua peccata. Unde Hilarius meritò infert, quod *fides ſola juſtificet.* Comm. ad l. c. fol m. 270. Et Ferus ad Joh. XVI. 9. *Solis meritis Chriſti ſalvamur: horum autem meritorum per ſolam fidem participes efficimur.* Notatus propterea à Dominico Soto, & Sixto Senenſi lib. VI. Bibl. annot. 212. malè defenſus à Michaële Medina. Luc. VII. 50. Chriſtus peccatrici credenti, & veram fidem opere ipſo declaranti, ait: Fides tua ſalvam Te fecit, vade in pace. Excipit Cornel. à Lap. in Chronot. Evangel. f. 20. §. undecimus; *intelligi fidem charitate veſtitam:* adeoque *metonymicè* accipi, &c. ℞. intelligitur quidem fides charitate veſtita, ſed non *per* charitatem remiſſionem & ſalutem impetrans: Ait enim Chriſtus: fides tua; non virtutes tuæ.

§. 22.

Digitized by Google

§. 22. *Effectus* fidei ſunt (1) *Spirituales:* Nam omnis qui credit in Chriſtum, à Patre ſuo in mortem traditum, non peribit, ſed habebit vitam æternam; ſicut vitam temporalem illi, qui ſerpentem æneum in deſerto erectum reſpexerunt. Joh. III. 16. Qui credit in Chriſtum habet vitam æternam, nec venit in judicium; Nam credit in eum, cui datum eſt, juſtificare; & ſalvare mortuos pridem in peccato: Joh. V. 24. Qui ipſe ſeſe ſeveriſſimo Patris judicio ſubjecit, ut nos abſolveremur à peccatis, & neceſſitate comparendi coram tribunali juſtitiæ divinæ rigoroſæ. *Quæ eſt vita tua? Fides: Juſtus ex fide vivit. Infideles, inquit, mortui ſunt, de quibus Dominus ait, dimitte mortuos, ut ſepeliant mortuos ſuos. Ergo in hac vita ſunt mortui, ſunt vivi; & quaſi omnes vivunt. Qui ſunt mortui? qui non crediderunt. Qui ſunt vivi? qui crediderunt. Quid dicitur mortuus ab Apoſtolo? ſurge qui dormis. Sed ſomnum dixit, non mortem. Audi ſequentia: Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Et quaſi diceret, quo ibo? Et illuminabit te Chriſtus. Jam cum te credentem illuminaverit Chriſtus, tranſitum facis à morte ad vitam: mane in eo quo tranſiſti, & non venies ad judicium.* verba ſunt Auguſtini tract. XXII. in Joh. p. 237. Sic ſalvatus eſt Centurio, perinde ut olim Patriarchæ. Math. VIII. 11. Sic peccatrix. Luc. VII. 40. 50. Nec eſt, cur credens de æterna ſalute dubitet. Nam qui credit jam habet vitam æternam per & propter Chriſtum ſibi inhabitantem. Joh. V. 24. VI. 47. Fide *purificantur corda*; Nam diſcipulos ſuos Chriſtus vocat puros ob verbum Evangelii, vera fide ab ipſis apprehenſum. Joh. XV. 3. Accenditur *dilectio* erga Deum. Joh. XVII. 23. Illi qui per verbum Dei credituri erant in mediatorem noſtrum, dicuntur eſſe dilecti apud Deum, eo modo, quo Filius ab ipſo diligitur. Atque hæc dilectio Dei erga fideles, ipſis manifeſtata, & credita, accendit etiam in ipſis amorem erga Deum. Ex dilectione iſta & unione cum Deo manant *opera* varia *bona*. ℣. 24. Chriſtus viti ſeſe comparaverat, cui quiſquis per fidem fuerit inſertus, hunc ait ferre multiplices fructus. Eſt *tranquillitas conſcientiæ, & animi*: Nam Joh. IV. 50. 51. 52. Regius, credens filii ſalutem, non tumultuatur, aut properat domum, ex diffidentia, ſed ſequenti demum die obvios habet ſervos, nuncios rei, de qua ipſe jam erat ſecurus ex verbo promiſſionis.

Effectus fidei.

Digitized by Google

Luc. VII. 50. Chriſtus mulieri peccatrici pridē, ſed abſolutæ à peccatis imprecatur pacem; vade, ajens, in pace, innuens, juſtificatos ex fide habere pacē apud Deum: Joh. XI. 1. Chriſtus vetat terrore & anxietate imminentis Chriſti mortis & calamitatis diſcipulorum turbari ſuorum corda, ratio, quod hoc conciliari non poſſit cum fide in Deum patrem, & Filium. Juſtificati Deo ſerviunt ἀφόβως ſine metu. Luc. I. 74. quomodo Chriſtus peccatricem, remiſſis peccatis, juſſit abire in pace. Luc. VII. 50. Et Hæmorrhouſam Matth. IX. 22. Marc. V. 34. Luc. VIII. 48. Fructus ea eſt *certitudinis* de promisſis divinis. Matth. VIII. 13. Chriſtus dicit Centurioni: ſicut credidiſti, fiat tibi: docens, ſi quis rectè juxta Dei verbum credat, eum de voluntate Dei non debere dubitare, quo minus futurum ſit, quod credit. confer. Pſal. 145. 19. Joh. XV. 7. Rom. X. 6. Quam certitudinem operatur Spiritus Sanctus, arrhabo noſtræ ſalutis, promiſſus à Chriſto. Joh. XIV. 16. Unde Joh. Ferus certitudinem ſalutis merito collegit, injuſtè à Dominico Soto reprehenſus apud Sixtum Senenſ. lib. VI. annot. 210. confer annot. 215. (2) *Corporalis*. Remisſis peccatis, tanquam cauſſis omnis mali, etiam interdum morbi ceſſant, peccatorum ὀψώνια. Hinc eſt, quod Chriſtus ægros ſanaturus peccata ſua prius ipſis remiſerit. vide Matth. VIII. 5. ſeq. IX. 2. Marc. II. 5. &c. Benè Theophyl. ad l. c. Marc. *Primum peccata dimittit infirmo, deinde morbum ſanat. Nam ex peccatis difficiliores morbi oriri ſolent, ſicut quendam apud Johannem dicit Dominus ob peccata in paralyſin incidiſſe.*

§. 23. *Adjunctum* eſt perſeverantia. Joh. XV. 4. Chriſtus jubet diſcipulos i. e. verè credentes in ſeſe manere, ut ipſe maneat in illis, quo fructus ferant inſtar palmitum in vite manentium. ℣. 9. jubet ipſos manere in ſua dilectione, qua ipſos complectebatur, quod fit fide perſeverante, obſervantia præceptorum Chriſti; perſeverantia in fide, & excolendis bonis operibus. Adeoque ſe imitari, qui & ipſe maneat in dilectione, qua pater ſuus ipſum complectebatur, obſervando præcepta ejus. Contrarium eſt *defectio* etiam *totalis*, qualis fuit Petri Apoſtoli, Chriſtum abnegantis. *Fidem Petrus*, inquit Maximus Taurinenſis, *cuſtodire non potuit. Fidem Petri ancilla deſtruxit. Non bona illa oſtiaria, quæ*

Petrum

Petrum ideo in domum Pontificis includit, ut à fide Salvatoris excludat. Hac excluſit à Chriſto. Ita Maximus Taurinenſis, cui ſententiæ ex Reformatis ſubſcribit Montacutius Θεανθ. part. II. p. 385. n. 173. Fruſtra igitur ſunt, qui culpam Petri extenuant, ſtatuentes, Petrum ore negaſſe, non corde, ut Ambroſ. in Luc. XXII. vel negaſſe purum hominem, non Deum; quam utramque ſententiam refellit Auguſt. lib. ad Conſent. c. 6. *Cur ergo*, ajens inter alia, *lacrymis diluit, quod ore negaverat, ſi ſaluti ſufficiebat, quod corde credebat? Cur loquens in corde ſuo veritatem, tam amaro fletu punivit mendacium, quod ore depromſit? niſi quia magnam vidit eſſe perniciem, quod corde credidit ad juſtitiam, ſed ore non confeſſus eſt ad ſalutem*, Hinc infert: *Mortuus eſt negando, & revixit plorando. Sed mortuus eſt, quia ſuperbe præſumſit: revixit, quia benignè reſpexit Chriſtus.* l. c. Et Tract. LXVI. in Joh. ubi aliquot ſolidis rationibus alteram iſtam ſententiam refutat.

§. 24. Hactenus de organo juſtificationis, fide. *Objectum* eſt peccator. Sunt quidem gradus peccatorum, dum *Objectum juſt.* unus creditori debet 500. alius 50. denarios: Luc. VII. 41. nemo tamen eſt ſolvendo ℣. 42. ſed dignus, qui vendatur, vel incarceretur, & adigatur ad ſolutionem, vel pœnam. Matth. V. 25. XVIII. 25. Multum debebat mulier, enormis peccatrix. Luc. VII. 37. Nam multum debitorum ei remiſſum eſt, cujus gratia multum quoque dilexit benigniſſimum Creditorem. Talis erat Filius quoque perditus, qui nihil retulit ad parentem niſi reatum decoctorum bonorum, & extremam paupertatem: Tales publicani & peccatores, quos Chriſtus recipiebat in gratiam indignantibus Phariſæis. Quare homo de ſuo nihil confert ad ſui juſtificationem coram Deo, ſed omnia debet gratiæ divinæ; Debet tamen verſari in ordine divino, nempe pœnitentia, ſicut illa peccatrix, & iſte filius perditus verſabantur. *Actus formales* ſunt remiſſio peccati & pœnæ, & imputatio juſtitiæ Chriſti. Luc. VII. 47. peccatrici remittuntur ſua peccata, & cum his pœnæ. Neque enim leguntur ſatisfactiones ei impoſitæ, quarum gratia pœnæ æternæ ipſi fuiſſent remiſſæ. Matth. XVIII. 27. Rex ſervo infido remittit & culpam & pœnam, ſine impoſita ſatisfactione. Luc. XV. pater remittit filio

filio quondam perdito, ſed pœnitenti, peccata, nec pœnas propterea infligit, imo beneficiis eundem afficit. XVIII. 13. 14. Deus propitius fuit publicano pro remiſſione culpæ & pœnæ oranti, dum eum juſtificavit, remiſſis peccatis & pœnis; Ipſius juſtitia erat ea melior præ Phariſaicâ juſtitia. Matth. V. 20. in qua conſiſtit ſalus hominis peccatoris, dicente Zacharia Luc. I. 77. & vita, qua filius quondam perditus & mortuus vixit. Luc. XV. 32. de quo Auguſt. tract. XIX. p. 201. *Mortuus ergo erat, & revixit, perierat, & inventus eſt. Fit proinde jam quadam reſurrectio, & tranſeunt homines à morte quadam ad quandam vitam: à morte infidelitatis, ad vitam fidei: à morte falſitatis, ad vitam veritatis: à morte iniquitatis, ad vitam juſtitiæ.* Et tractat. XXII. pag. 235. idem interrogat: *Ubi & quando venimus de morte ad vitam, ut non in judicium veniamus? In hac vita tranſimus à morte ad vitam: in hac vita, quæ nondum eſt vita, hinc tranſimus à morte ad vitam. Quis eſt ille tranſitus? Qui audit verba mea, dixit, & credit ei, qui miſit me. Servas iſta, & credis, & tranſis. Et eſt qui ſtando tranſit? Plane eſt: ſtat enim corpore, tranſit mente. Ubi erat, unde tranſiret? & quo tranſit? à morte ad vitam.* Omnia propter juſtitiam Chriſti, qui ſeſe tradidit in redemptionem pro multis. Matth. XX. 28. nempe non propter ſua ſed noſtra peccata; Nam princeps hujus mundi nihil in ipſo habuit. Joh. XIV. 30. *Quando Dominus ad paſſionem perrexit, Ecce, inquit, veniet princeps hujus mundi, & in me nihil inveniet: & utiq; nihil peccati, unde præpoſitus mortis jure ſuo ageret, ut perimeret, ſed ut ſciant omnes, inquit, quia voluntatem patris mei facio, ſurgite eamus, hinc; i. e. quia non morior neceſſitate peccati, ſed obedientiæ voluntate.* ita Auguſt. de nat. & grat. c. 24. p. 16. Confer quæ artic. VII. præced. ſect. 6. dicta ſunt de effectis meriti Chriſti.

Filiatio. §. 25. Indivulſum connexum Juſtificationis eſt *filiatio.* Nam eadem *fides*, quæ juſtificat peccatorem, medium eſt, per quod juſtificatus adoptatur in Dei filium. Quotquot Filium Dei vera fide recipiunt, eis ipſe dat poteſtatem, ut fiant filii Dei. Joh. I. 12. *Ne fortè dicant* (ait Auguſtinus lib. 1. contr. duas epp. Pelag. p. 174. c. 2.) *ad hoc eſſe adjutos, ut haberent poteſtatem fieri filii Dei; ut autem hanc accipere mererentur, prius eum libero arbitrio, nulla adjuti gratia, receperunt. Hæc eſt quippe intentio, qua gratiam deſtruere moliuntur, ut*

eam

Digitized by Google

eam dari ſecundum merita noſtra contendant. Ne fortè ergo hanc Evangelicam ſententiam ſic dividant, ut meritum ponant in eo, quod dictum eſt: Quotquot autem receperunt eum: ac deinde non gratis datam, ſed huic merito redditam, gratiam in eo, quod ſequitur: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: nunquid ſi quæratur ab eis, quid ſit receperunt eum, dicturi ſunt aliud, niſi crediderunt in eum? Credat igitur in lucem illam, qui vult filius lucis increatæ eſſe. Joh. XII. 36. Naſcitur illa fides ex verbo Dei, quare Chriſtus eos demum verè filios & liberos pronunciat, quicunque veritatem verbi ſui audiverint & admiſerint. Joh. VIII. 32. Et ex ſacramento baptiſmi, per quod regeneramur in filios Dei, & hæredes regni cœlorum reddimur Joh. III. 3. *Si Filii ſunt, naſcuntur: Si naſcuntur, quomodo naſcuntur?* ait & quærit Aug. tract. III. in Joh. Virtute Spiritus Sancti, cum aqua & verbo Dei conjuncti, & operoſi l. c. Et merito Chriſti, quod ἐξουσίαν dat, *jus*, ut ſimus filii Dei. Joh. I. 12. vide Auguſt. de nat. & grat. c. 64. Et omnipotentia gratiæ divinæ, quâ regeneramur. ✝. 13. Unde conſequitur, quod iſta beneficium Dei ſit, nec opus liberi arbitrii & virium humanarum, ſicut nativitas Iſaaci non fuit ex virtute nativa parentum, utpote ad generationem inhabilium per ætatem; Joh. I. 13. Matth. III. 9. *Si vos filius liberaverit, ait veritas, tunc verè liberi eritis. Hunc vos invidetis liberatorem, quibus captivis vanam tribuitis libertatem. A quo enim quis devictus eſt, ſicut dicit ſcriptura, huic ſervus addictus eſt: nec quisquàm niſi per gratiam liberatoris iſto ſolvitur vinculo ſervitutis, à quo eſt hominum nullus immunis.* ita Auguſt. lib. II. de nupt. & concup. c. 3. p. 135. Neque opus ſanguinum, ſeu generationis & hæreditationis naturalis, quæ erat vana Judæorum fiducia & gloria. Joh. I. 13. VIII. 39. ſeqq. *Notæ* hujusmodi filiorum ſunt dilectio Dei & proximi; Joh. VIII. 34. 42. XIV. 23. Sapientia rerum divinarum. Joh. VIII. 43. Tales filii ſunt *liberi*, puta à ſervitute legis Cæremonialis e. g. jejuniorum. Matth. IX. 16. Marc. II. 19. Luc. V. 34. proponitur Chriſto quæſtio, quare non ipſius diſcipuli, perinde ut Phariſæi & Johannitæ, jejunarent? Reſpondet Chriſtus, quod ſponſum habeant ſecum, quo ablato jejunaturi ſint. i. e. veniſſe ſe in mundum, ut Eccleſiam ſibi ſponſam duceret: non igitur decere jejunia, luctus ſigna, obſervari à ſuis diſcipulis thalami miniſtris;

dum à ſponſo ſerventur, defendantur, donentur. *Dicas*: ergo crapulandum? minimè. Veniunt tempora calamitoſa, ubi ſponſus videtur abeſſe, tunc precandum eſt, &, ut preces ſint ardentiores, jejunandum, luctus teſtandi gratia. Debet enim Chriſtianus tempori inſervire; lætari cum lætantibus, & dolere cum dolentibus. *Similibus* rem illuſtrat, veſtimenti; non congruit veſtimento præ vetuſtate lacerato aſſuere novum pannum, ne deterior fiat ruptura; Ita non convenit veteri legi, quæ præ vetuſtate interitui proxima eſt, Hebr. VIII. ℣. 13. aſſuere Evangelicam libertatem, & contra. Hinc. Auguſt. tract. III. in Joh. p. m. 22. *Pertinemus ergo ad Evangelium, pertinemus ad Novum Teſtamentum. Lex per Moyſen data eſt, gratia autem & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Interrogamus Apoſtolum, & dicit nobis: Quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia, miſit ergo Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Ecce ad hoc venit Chriſtus, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret, ut jam non ſimus ſub lege, ſed ſub gratia. Quis ergo dedit legem? Ille dedit legem, qui dedit & gratiam: Sed legem per ſervum miſit, cum gratia ipſe deſcendit. Et unde facti erant homines ſub lege? Non implendo legem: qui enim legem implet non eſt ſub lege, ſed cum lege: qui autem ſub lege eſt, non ſublevatur, ſed premitur lege: Omnes igitur homines ſub lege conſtitutos reos facit lex, & ad hoc illis ſuper caput eſt, ut oſtendat peccata, non tollat. Lex ergo jubet, dator legis miſeretur.* A ſervitude peccati, & mundi, & diaboli, beneficio Chriſti Joh. VIII. 36. Hinc rectè Auguſtinus lib. VI. cont. Jul. Pelag. c. 4. p. 508. ait: *Merito peccati originalis genus humanum fuiſſe collapſum, unde non liberat, niſi qui dixit: Veritas liberavit vos, &; ego ſum veritas; &: Si vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis. Non enim à vanitate niſi veritas liberat, ſed ſecundum gratiam, non ſecundum debitum: per miſericordiam, non per meritum. Sicut enim judicii fuit, ut vanitati ſubjiceremur, ita miſericordiæ eſt, ut veritate liberaremur, & ipſa bona merita noſtra non niſi dona Dei eſſe fateamur.*

Unio myſtica (1.) Terminorum explicatio.

§. 26. Facta juſtificatione, regeneratione, & filiatione fidelium, ſequitur *unio myſtica* inter Deum & fideles. Diſtinguendum autem inter unionem & unitatem. Unitas eſt inter eos, quorum una eſt eademque numero eſſentia, qualis eſt unitas trium Deitatis perſonarum; & talis unitas inter

Deum

Digitized by Google

Deum & fideles non eſt. Nam Joh. XVII. 21. ſeqq. Chriſtus de unione myſtica loquens non exæquat eam unitati perſonarum divinarum eſſentiali; ſed comparat; Non dicens: ut nobiſcum, perſonis divinis, ſint unum, ſed ut ſint unum in nobis. *Si aliqui putant, tantum noſtrum futurum eſſe profectum, ut in Dei ſubſtantiam convertamur, & hoc efficiamur prorſus quod ille eſt, viderint quemadmodum aſtruant ſententiam ſuam, mihi hoc fateor non eſſe perſuaſum.* ita cum Auguſtino lib. de nat. & grat. c. 34. p. 22. ſtatuimus. Sciendum tamen & hoc, quod termini hujus unionis ſint ipſæ eſſentiæ, inde divina, & humana Chriſti natura; hinc humana hominum fidelium. Sicut enim palmitis & vitis ſubſtantiæ ſibi invicem præſentiſſimè ſunt unitæ, ita eſſentia Θεανθρώπȣ & fidelium. Joh. XV. 1. ſeqq. Veniemus, ait Chriſtus, ego & Pater & Spiritus Sanctus, & manſiones nos ipſi faciemus apud eum, qui ex vera fide ſervaverit verbum meum, meque dilexerit; Joh. XIV. 23. *Ecce facit in Sanctis cum Patre & Filio Sanctus etiam Spiritus manſionem intus, utiq; tanquam Deus in templo ſuo. Deus Trinitas Pater & Filius & Spiritus Sanctus veniunt ad nos, dum venimus ad eos: veniunt ſubveniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo: veniunt implendo, venimus cupiendo, ut ſit nobis eorum non extraria viſio: ſed interna, & in nobis eorum non tranſitoria manſio, ſed æterna.* ita Auguſt. tract. 76. in Joh. p. 537. Speciali autem ratione Chriſtus nobiſcum unitus eſt, nempe ſecundum humanam ſuam naturam, ſecundum quam noſter conſanguineus, noſtrumque caput eſt. *Secundum hoc dicit, quod eſt caput Eccleſiæ, noſq; membra ejus, Mediator Dei & hominum, homo Jeſus Chriſtus. Unius quippe naturæ ſunt vitis & palmites. Propter quod cum eſſet Deus, cujus natura non ſumus, factus eſt homo, ut in illo eſſet vitis humana natura, cujus & nos homines palmites eſſe poſſemus.* ita Auguſt. tract. 80. in Joh. p. 545. Ex hoc noſtro capite Chriſto dona varia, veluti ſpiritus animales, in nos derivantur, ſicut ex radice & vite in palmites, ut fructus ferre poſſint. Joh. XVII. 21. orat Chriſtus Patrem, ut fideles unum ſint cum ipſo Filio, qui inhabitet in ipſis ſecundum ſuam humanam naturam.

§. 27. *Dari* talem unionem myſticam, ex aliquot ſcripturæ Evangelicæ locis conſtat. Joh. XIV. 20. Chriſtus teſtatur, ſeſe fore in Apoſtolis, & hos in ipſo, unione myſtica, revelan- (2.) Exiſtentia.

da in reditu Chriſti ex morte in vitam, ex ſepulchro in cœlum, ex cœlo ad judicium, ℣. 23. promittit ſui & reliquarum perſonarum divinarum adventum iis, qui in ſeſe crediderint, ſeque dilexerint. c. XV. 1. ſeqq. Viti ſeſe comparat, cui oporteat inſeri, ſi velimus vivere, & fructus ferre ſpirituales.

(3.) Efficiens. §. 28. Debemus hanc myſticam unionem divinæ gratiæ, in chriſto nobis propitiæ, & per verbum in nobis operanti fidem, unionem mutuam, & communionem. Patet hoc ex precibus Chriſti Joh. XVII. 21. Ubi orat patrem pro credentibus ſuis & credituris, ut ſint omnes unum per fidei, religionis, charitatis & concordiæ gratiam, ſicut Pater in Filio, & hic in Patre. Patris igitur erat dare talem unionem; Filii autem, virtute incarnationis, meriti, & officii ſui intercedere: Et Spiritus Sancti operari per verbum notitiam Dei ſalutarem v. 25. 36. adeoque fidem, per quam Deus & (non incredulus mundus, ſed) fideles inter ſeſe copulentur.

(4.) Subjectum. §. 29. *Subjectum* ſunt homines in verbum Chriſti credentes, eundemque diligentes, ejusque præcepta obſervantes. Joh. XIV. 23. Chriſtus reſponſurus Judæ, & expoſiturus cauſſam, cur mundo ſpeciali cognitione non ſit manifeſtandus, eos deſcribit, qui idonei ſunt; ſunt autem illi, qui Chriſtum diligunt, & verbum recipiunt ſervantque, hos viciſſim à Deo Patre dilectum iri, ait, Trinitatemque cum ipſis ſeſe ſpeciali modo undituram eſſe, & manſiones facturam.

(5.) Finis intentionis & terminationis. §. 30. *Finis.* Eſt *Perfectio* & conſummatio, quantum quidem in hanc vitam cadit. Joh. XVII. 23. Chriſtus orat Patrem pro fidelium unione myſtica, ut conſummati ſint in unum cordium ſinceritate, vera cum corpore & capite Chriſto unione, & tandem in æterna vita pleniſſime uniantur. Eſt *mundi converſio*, ℣. 21. ideo enim orat pro unione credentium, ut ex ipſorum operibus charitativis mundus permotus credat in ſeſe mediatorem: Finis terminationis eſt dilectio mutua inter Chriſtum & fideles: Joh. XIV. 21. Deum & credentes. XVII. 26.

Digitized by Google

Art. VII. Sect. III. n. 1.

De

HOMINIS RENOVATIONE.

ſeu

BONIS OPERIBUS.

Argumentum:

ORdo. 1. *Deſcriptiones.* 2. *Cauſſæ, & quidem principalis DEus volens.* 3. *Et promittens.* 4. *Et vires largiens.* 5. *Meritoria eſt Chriſtus.* 6. *Minus principalis eſt homo.* 7. *Norma & forma.* 8. *Finis.* 9. *Summa.* 10. *Tabulæ prior.* 11. *Et in ea dilectio DEI.* 12. *Timor.* 13. *Humilitas.* 14. *Sanctificatio nominis divini, qualis ſunt preces* 15. *Earum modus.* 16. *Materia.* 17. *Contraria.* 18. *Juramenta.* 19. *Oppoſitum eſt blaſphemia.* 20. *Sabbathum.* 21.

§. I.

Renovationis (1.) Ordo.

ARticulum de Juſtificatione hominis peccatoris coram DEo ſequitur articulus *de bonis operibus.* Innuitur Luc. VII. 42. ſeqq. ubi debitores diligunt ſuum creditorem, quod debita ſua illis remiſiſſet, inæquali tamen gradu, plus illi, quibus multum; minus alii, quibus parum debitorum remiſſum erat.

(2.) Deſcriptio.

§. 2. *Appellatur* veritatem facere, quisquis non ſolum dicit ſeſe Deo obediturum eſſe, ſed etiam ipſo opere præſtat, quod dicit. Joh. III. 21. Aut, ſi non dicit, ſaltem facit, ut filius ille, qui in vineam abiit. Matth. XXI. 30. ſeqq: Talis ſervit Deo in ſanctitate coram ipſo Luc. I. 74. 75. dum ſervat mandata Dei per opera, quæ Spiritus Sanctus in ipſo excitat, in juſtitia, coram tribunali divino propter Chriſtum ſibi imputata. Fert fructus pœnitentia dignos Matth. III. 8.

(3.) *Cauſſæ, & quidem Efficiens principalis.* Eſt Deus jubens & volens.

§. 3. *Deo* autem debemus aptitudinem & vim bonorum operum faciendorum. Nam Deus eſt, qui *jubet* nos bona opera facere, & *vult* nos illis patrandis ſtudere. Eſt enim ea voluntas Patris, juxta effatum Chriſti. Matth. VII. 21. Eſt voluntas & mandatum Filii. Matth. XXIII. 23. Nam jubet præcepta legis, eaque graviora de juſtitia & miſericordia, obſervari. Idem novum diſcipulis præceptum dedit, ut ſe invicem amarent. Joh. XV. 12. 17. Et niſi Deus juſſerit, bonum non erit opus, quantumvis bonum videatur, aut ex bona intentione fiat. Nam Matth. XV. 9. Fruſtra ſervitur Deo per præcepta hominum mera, ea ſcil. quorum Deus auctor non eſt. Diſputatum eſt hac de re inter Chriſtum & emiſſarios ſynedrii acriter: Quærebatur: an peccatum eſſet, illotis manibus cibum capere? Affirmabant Phariſæi, negabat Chriſtus, ratione reddita, quod Deus tale quid non prohibuiſſet, ſicut prohibuit Gazophylacium egenis præferre. Unde dubium non eſt, peccaſſe leproſum illum, qui licet ex bona intentione, attamen contra interdictum Chriſti, laudes evergetæ ebuccinavit, Marc. I. 43. ſeqq.

Promittens.

§. 4. Deus eſt, qui *promiſſis* nos invitat, & impellit ad ſtudium pietatis. Matth. XXIV. 45. fidelem Chriſtus ſervum ſiſtit exemplum eorum, qui, ſicut ille, rem ſuam bene adminiſtraverint, & hoc facto inſignia præmia recepturi ſint. Servantibus præcepta ſua idem promittit præſentiam Dei gratioſam. Joh. XIV. 23. Et dabit ipſis aliquando ingredi in regnum cœlorum, venite, inquiens, benedicti Patris mei, & poſſidete regnum cœlorum, à condito orbe paratū; eſurivi enim &c. Scilicet promiſſa iſta concernunt commoda non tam mundana & carnalia, quàm cœleſtia & ſpiritualia: *Cum* (Chriſtus) *adeò exactum vitæ genus inſtitueret, nihil delectabile, nihil jucundum in hac vita ſe daturum promiſit, ſed paupertatem, & miſeriam, & contumelias, & flagra, & multiplices vexationes.* ita Theodoretus ſerm. IX. de legg. f. 621. t. 4. opp. B. C. probat ex Joh. XVI. 33. Matth. V. 2. *Et labores* (ſubjicit) *quidem periculaque oſtendit: Præmia verò & coronas poſt vitæ finem ſe daturum, promiſit.* Hæc ille admirabundus. Deus interdum etiam reipſa beneficiis homines afficit, ut ad

Digitized by Google

ad pietatem impellat. Luc. I. 73. 74. Zacharias ſervitutem Deo debitam derivat ex beneficio incarnationis Chriſti & redemptionis humanæ. Matth. XIII. 32. ſeqq. Dominus increpat immiſericordem ſervum, quod tantis debitis ſibi remiſſis non remiſerit ipſe conſervo ſuo exigua. Quos promiſſa & beneficia non flectunt, eos minis movet. Matth. XIII. 33. Luc. XXI. 34. iubet Chriſtus abſtineri à luxu & ſecuritate, propoſito periculo imminentis diei extremæ, peccatoribus ſecuris ſuperventuræ. Utrumque complexus eſt Chriſtus Matth. XXIV. 45. Marc. XIII. 34. propoſita parabola de ſervis, quos Dominus ordinavit ad domum ſuam adminiſtrandam, redditurus cuique ſecundum ſua opera, præmia fidelibus, ſupplicia infidelibus. Minitans.

§. 5. Deus eſt, qui *vires* nobis largitur. Nam ſine me nihil poteſtis facere, ait Chriſtus Joh. XV. 5. Ergo in Deo fiunt opera verè bona. Joh. III. 21. Qui ex Deo eſt, is verbum Dei audit; ſicut vice verſa ex diabolo eſt, qui verbum ſpernit. Joh. VIII. 47 Hac de cauſſa Chriſtus viti ſeſe comparat, unde palmites ſuccum trahunt ad ferendos fructus. Joh. XV. 2. ſeqq. *Ne quisquam putaret, ſaltem parvum aliquem fructum poſſe à ſemetipſo palmitem ferre, cum hæc dixiſſet, hic fert fructum multum: Non ait, quia ſine me parum poteſtis facere: ſed nihil poteſtis facere. Sive ergo parvum, ſive multum, ſine illo fieri non poteſt, ſine quo nihil fieri poteſt, quia etſi parum attulerit palmes, eum purget agricola, ut plus afferat: tamen niſi in vite manſerit, & vixerit de radice, quantumlibet fructum à ſemetipſo non poteſt ferre; quamvis autem Chriſtus vitis non eſſet, niſi homo eſſet, tamen iſtam gratiam palmitibus non præberet, niſi etiam Deus eſſet.* Ita Auguſt. tract. LXXXI. in Joh. pag. 548. Et ad Joh. XV. 9. *Ecce unde ſunt nobis opera bona: nam unde nobis eſſent niſi quia fides per dilectionem operatur? Unde autem diligeremus, niſi prius diligeremur.* pag. 550. Et ad Matth. X. 20. *Quod loqui poſſumus, inquit, Dei eſt, quod verò bene vel male loquimur, noſtrum eſt: Non hoc docet ille qui loquitur benè, non enim vos eſtis, inquit, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Et ut generaliter, inquit, univerſa complectar, quod poſſumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius eſſe, qui hoc poſſe donavit, qui hoc poſſe adjuvat.* lib. 1. cont. Vires largiens.

Pelag.

Pelag & Cæleſt c. 16. p. 59. & p. 64. *Quomodo dicit Pelagius, quod bene loqui poſſumus Dei eſt, quod bene loquimur, noſtrum eſt, cum dicat Dominus, Spiritus Patris veſtri eſt, qui loquitur in vobis? Neque enim ait, non vos eſtis, qui dediſtis vobis bene poſſe loqui: Sed ait, non vos eſtis, qui loquimini. Nec ait, Spiritus Patris veſtri eſt, qui vel dedit poſſe loqui: ſed ait, qui loquitur in vobis, non ſignificans poſſibilitatis profectum, ſed exprimens cooperationis effectum.* Theophylactus ad Marc. II. 10. ſeqq. ſimili illuſtrat Paralytici peccatis ſuis & morbo liberati, ſimul viribus eundi donati: *Sic quoq;* (Chriſtus ajens,) *facit & in morbis animæ. Non ſolum liberat nos ab infirmitatibus, ſed etiam virtutem infundit, ut operemur mandatum.* f. 199. C. Addi poſſet mulier contracta membris, quam non potuerat reſtituere ſanitati Synagoga, Chriſtus autem reſtituit. Luc. XIII. 11. ille ipſe, qui ficum ſterilem ſtercorare & fodere promiſerat. ℣. 8.

Meritoria eſt Chriſtus. §. 6. Omnem hanc gratiam renovatricem *meruit* nobis Chriſtus, utpote plenus gratia & veritate ratione etiam noſtri, quos renovat Spiritu mentis, ut fiamus veritas per renovationem. Eph. IV. 24. ſimul etiam ſuo *exemplo* nos docuit exercere pietatem & charitatem. Joh. XIII. 6. 7. diſcipulis ſuis lavat pedes, & inſervit, ut exemplum præbeat mutuæ charitatis, humilitatis, & officiorum, unde etiam *via* dicitur. Joh. XIV. nempe *via converſationis ſanctæ, veritas doctrinæ divinæ, & vita beatidudinis ſempiternæ.* Explicante Leone I. ſerm. 2. de reſ. Dom. *Intercedit* idem pro arboribus infrugiferis, & promittit foſſionem, & ſtercorationem. i. e. media, ut dignos ferant pœnitentiæ fructus. Luc. XIII. 8. Ei debemus *fidem*, quæ radix eſt bonorum operum: *Ecce, unde ſunt nobis opera bona: Nam unde nobis eſſent, niſi quia fides per dilectionem operatur? Unde autem diligeremus, niſi prius diligeremur.* ita Auguſt. Tract. LXXXI. pag. 550. Ex hoc fundamento Chriſtus probat cultum Judæorum præſtare cultu Samaritanorum, quod iſte ex vera fide eſſet, hic vero non. Joh. IV. 22. Probavit opera portantium paralyticum, videns ipſorum fidem. Oleo fides ſimilis eſt, fundenti de ſe ſplendorem. Matth. XXV. 3. Idque præſtat etiam exigua fides. Luc. XVII. 5. Ex fide eſt *charitas*, qua ad alias varias virtutes impellimur. Joh. XIII. 33. Chriſtus ſuos diſcipulos

Digitized by Google

pulos vocat filiolos, ut charitatem mutuam, & hinc opera humanitatis in ipſis operaretur. Atque is demum diligit Chriſtum, qui ipſius præcepta obſervat. Joh. XIV. 21. XV. 10. *Dilectio facit præcepta ſervare, an præcepta ſervata faciunt dilectionem? ſed quis ambigat, quod dilectio præcedit? Unde enim præcepta ſervet, non habet, qui non diligit. Quod ergo ait; Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea: oſtendit, non unde dilectio generetur, ſed unde monſtretur, tanquam diceret: Nolite vos putare manere in dilectione mea, ſi non ſervaveritis præcepta mea: ſi enim ſervaveritis, manebitis, h. e. hinc apparebit, quod in dilectione mea manebitis, ſi præcepta mea ſervaveritis. Nemo ſe fallat dicendo, quod eum diligat, ſi ejus præcepta non ſervat: nam in tantum eum diligimus, in quantum ejus præcepta ſervamus, in quantum autem minus ſervamus, minus diligimus.* ita Auguſt. Tract. LXXXII. p. 550.

§. 7. *Homo* per fidem juſtificatus & ſanctificatus eſt is, qui bona opera præſtare poteſt, & præſtat. Eſt enim Deo officium ſuum præſtandum in ſanctitate & juſtitia, nempe ex corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Luc. I. 75. Quare opus eſt, ut arbor prius ſit bona, quam bonos fructus ferat. Matth. VII. 17. XII. 33. Hieronymus locum citatum ita explicat: *Conſtringit eos Syllogiſmo, quem Græci vocant ἄφυκτον, nos inevitabilem poſſumus appellare: qui interrogatus hinc inde concludit, & utroque cornu premit. Si, inquit, Diabolus malus eſt, bona opera facere non poteſt. Si autem bona ſunt, quæ facta cernitis, ſequitur, ut non ſit Diabolus, qui ea facit. Neq; enim fieri poteſt, ut ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum.* Ambroſius apud Aug. l. 1. cont. Jul. Pel. p. 304. *Arbor bona, ait, ideo eſt voluntas bona, quia per ipſam convertitur homo ad ſummum atq; incommutabile bonum, & impletur bono, ut faciat fructum bonum. Ac per hoc Deus author eſt omnium bonorum, h. e. & naturæ bonæ, & voluntatis bonæ, quam niſi Deus in illo operetur, non facit homo, quia præparatur voluntas à Domino.* confer. lib. IV. pag. 407. & quæ Ferus habet, citante Sixto Sen. lib. VI. annot. 40. *Ex hoc* (Matth. VII. 17.) *conſequitur, quod nullum bonum & Deo gratum opus eſt extra fidem: Imo ſoli fideles bona opera faciunt. Ratio hujus eſt, quia ſine fide & gratia homo nihil aliud eſt, quam infructuoſa & mala arbor: non igitur poteſt bonos fructus ferre. Virtutes igitur Philoſophorum bona non ſunt, quia etſi ſpeciem habeant boni, non tamen è bona arbore prodeunt: Aut*

Minus principalis.

enim ex amore, vel ſpe laudis, aut timore vituperij hæ proceſſerunt. Nec ſolum bonos fructus ferre non poteſt natura noſtra citra gratiam, ſed & malos producit, juxta illud: Senſus & cogitatio hominis prona eſt ad malum. Item, omnes hypocritæ ſunt, & omne os locutum eſt mendacium. &c. It: omnes erravimus, unusquisq; in viam ſuam &c. Vides igitur nedum non bonum, ſed malum eſſe quicquid extra fidem ſit. Similia habet in aliis commentariorum ſuorum locis, eodem Sixto memorante: nec valent, quæ Michaël Medina pro Fero contra Sotum, tanquam noſter non eſſet, in medium adduxit. Opus eſt, ut palmes ſit viti inſertus, antequam botros proferat. Joh. XV. 2.4.12. Oportet prius bonum theſaurum in corde eſſe repoſitum, quam bona inde depromas; ſic opus eſt, cor prius eſſe fide præditum, quam fiant opera bona. Matth. XII. 35. Talem theſaurum habuit Centurio Matth. VIII. 8. quare inſigniter humilis erat. Simile ſit Socrus Petri, quæ Chriſto prius non ſervivit, quam à febre liberata. Matth. VIII. 15. Vapulant igitur patroni liberi arbitrii, qui viribus naturæ bona opera adſcribunt. *Magna gratiæ commendatio, fratres mei, corda inſtruit humilium, ora obſtruit ſuperborum. Ecce ſi cui audent reſpondeant, qui ignorantes Dei juſtitiam & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Ecce cui reſpondeant ſibi placentes, & ad bona opera facienda Deum ſibi neceſſarium non putantes: Nonne huic reſiſtunt veritati homines mente corrupti, reprobi circa fidem, qui reſpondent & loquuntur iniquitatem, dicentes: A Deo habemus, quod homines ſumus, à nobis ipſis autem, quod juſti ſumus? quid dicitis, quid vos ipſos decipitis, non aſſertores, ſed præcipitatores liberi arbitrij, ex alto elationis per inania præſumtionis in profunda ſubmerſi? Nempe vox veſtra eſt, quod homo ex ſemet ipſo facit juſtitiam, hoc eſt altum elationis veſtræ, ſed veritas contradicit, & dicit: Palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite. Ite nunc per abrupta, & non habentes, ubi figamini, ventoſa loquacitate jactamini. Hæc ſunt inania præſumtionis veſtræ: Sed quid vos ſequatur, videte, & ſi eſt in vobis ullus ſenſus, horrete: Qui enim à ſemetipſo ſe fructum exiſtimat ferre, in vite non eſt. Qui in vite non eſt, in Chriſto non eſt: qui in Chriſto non eſt, Chriſtianus non eſt. Hæc ſunt profunda ſubmerſionis veſtræ.* ita Auguſt. Tract. LXXXI. pag. 548.

§. 8. *Nor-*

Digitized by Google

§. 8. *Norma & forma* bonorum operum eſt congruentia cum lege divina, cujus ſumma conſiſtit in charitate Dei & proximi. Matth. XXII. 37. Marc. XII. 30. Lex autem divina requirit vires cum internas, tum externas animæ & corporis. Deus enim, coram quo ſanctitas & juſtitia requiritur, cor intuetur. Luc. I. 75. Ea demum eſt veritas operis, ubi cor alienum eſt ab hypocriſi. Joh. III. 21. Deus enim à nobis requirit amorem ex toto corde, quod alienum ſit ab omni hypocriſi; ex tota mente, quæ non ſit oblivioſa, ſed memor ſui Dei, & ſolicita, qua ratione ipſi placeat; ex tota anima, ut vel vitam pro Dei gloria fundere parati ſimus; denique ex omnibus viribus & virtutibus noſtris, quotquot intus & extus habemus, reſiſtentes quibusvis impedimentis, terriculamentis, blanditiis, vel minis, quotquot ab amore Dei abstrahere nos ſatagunt. Quæ etiam cauſſa eſt, cur Chriſtus decalogum repurgarit à Pſeudhermeniis Phariſaicis? quia externam obedientiam ſufficere credebant. Matth. V. 20. ſeqq. vid. Juſt. Martyr. Apol. II. f. 47. 48. Origen. tom. XII. in Matth. f. 272. Ambroſ. ad l. c. Luc. Hieron. ad Matth. XVIII. 4. Quisquis ſecundum Dei voluntatem opera fecerit, dicitur lucere & ardere. Matth. V. 26. XXV. 4. ſeq. Joh. V. 35. **Norma & forma.**

§. 9. *Finis* eſt impletio, quæ vergit in Dei gloriam, & proximi ſalutem. Impletio autem exactiſſima, adeo, ut ne minimum quidem mandatorum prætermittendum ſit Matth. V. 19. Chriſtus vult lucem noſtrorum bonorum operum lucere coram hominibus, ut videntes ea glorificent Deum. Matth. V. 16. *Ut admiratione operis eorum Deo laus impertiatur: non quod ab hominibus oporteat gloriam quærere, quia omnia in honorem Dei ſunt agenda, ſed ut diſſimulantibus licet nobis, opus noſtrum his, inter quos vivimus, eluceat.* ita Hilar. in Matth. p. 257. b. Ex fructu credentium, i. e. bonis operibus, gloria redundat ad Patrem, utpote agricolam. Joh. XV. 8. Tantum abeſt, ut homo ſuam ipſe gloriam quærat, ut ne Chriſtus quidem in ſtatu exinanitionis quæſiverit. Marc. I. 43. prohibet, ne leproſus laudes evergetæ ebuccinet. Vapulabant proinde Phariſæi, qui Phylacteria dilatabant ſua, ut viderentur ipſi legis obſervatores. **Finis.**

Matth. XXIII. 5. *Etenim eos, qui per oſtentationem virtutem aliquam exercent, Scriptura ſacra mercede, qua in cœlis eſt, privat; utpote qui hîc laudationem hominum accipiunt. Sed, inquiunt, & quomodo dicit Dominus: ſic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt? Ergo hoc tibi dicimus, hunc ſermonem præcipere, ut is, qui Dei mandatis obtemperat, quidquid facit, in illum intuendo faciat, atque huic ſoli placere ſtudeat, nullam ab hominibus gloriam venando: Verum fugiat quidem laudes ab his tributas, nec non oſtentationem: per vitam autem & opera cognoſcatur; ut ſpectatores horum effecti, non dixit, oſtentantem ſe admirentur, ſed patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, glorificent. Nam eo gloriam omnem referri jubet, atque ad illius voluntatem actionem omnem perfici, apud quem etiam merces propoſita eſt virtutis operum.* ita Gregor. Nyſſ. de ſcopo Chriſti f. 301. t. 3. opp.

§. 10. *Dividitur* decalogus in tabulas duas, priorem & poſteriorem, adeoque virtutes quoque referuntur ad hanc vel ad iſtam. Ad priorem virtutes, quæ immediatè concernunt Deum, ad poſteriorem, quæ proximum. Sic enim Chriſtus ipſe diſtribuit; Matth. XXII. 38. 39. **Summa.** *Summa* utriuſque decalogi tabulæ eſt Sanctitas erga Deum, & Juſtitia erga Proximum. Luc. I. 75. Una voce dicuntur *Charitas*, hinc erga Deum, inde erga proximum; Nam Chriſtus tanquam rectè dictum probavit reſponſum Legisperiti, qui ſummum præceptorum in dilectione Dei & proximi conſiſtere dixerat. Luc. X. 27. Et ipſe ſic cenſuit in colloquio cum Scriba. Matth. XXII. 37. Marc. XII. 30. Nec potuit refragari Scriba, quin & ipſe cenſeret, in hiſce duobus præceptis contineri, quidquid præceptorum in lege & Prophetis comprehendatur. Egregiè Juſtinus Martyr. dial. cum Tryph. fol. m. 250. D. *Pulchrè*, ait, *mihi videtur eſſe dictum à Domino & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, duobus præceptis omnem impleri juſtitiam & religionem. Sunt autem iſta: Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & ex omni fortitudine tua, & proximum ſic ut te ipſum. Nam qui ex toto corde, & ex omni fortitudine Deum diligit, religioſa piaq́ſ ſententiæ plenus, Deum alium non venerabitur: & Angelum ſive nuncium illum de voluntate Dei colet, ipſi Domino & Deo dilectum. Et cui proximus perinde atque ipſe ſibi carus ſit, qua ſibi ipſi obvenire*

Digitized by Google

obvenire vult, eadem illi optarit commoda. Nemo certe quidem ſibi ipſi male vult, proinde proximo precabitur & praſtabit quæcunque ſibi ipſi expetet, proximum diligens. Homini autem propinquus eſt nihil, quam eiusdem perpeſſionibus noxium, & ratione praditum animal, homo. Bifariam ergo juſtitia omnis diſſertita, in Deum & homines; Quicunq;, verbum inquit, diligit Dominum Deum ex toto corde, & ex omnibus viribus; & proximum ſuum ſicut ſe ipſum: is demum verè juſtus fuerit. Præcedit autem charitas Dei charitatem proximi, ita ut Deum plus, quam nos, vel ullum alium hominem, diligere debeamus. Eſt enim charitas erga Deum præceptum tabulæ prioris; charitas autem erga proximum tabulæ poſterioris: Iſtud eſt præceptum maximum & præcipuum. Matth. XXII 38. hoc ſimile quidem iſti, ſed non æquale; Matth IV. 22. Johannes & Jacobus à Chriſto ad diſcipulatum vocati, relinquunt præ amore ipſius vel patrem & navem ſuam, vitæ inſtrumentum conſervandæ, *Quibus & artem, & patrias domos relinquentibus: docemur Chriſtum ſecuturi, & ſecularis vita ſolicitudine non contineri.* ita Hilar. ad l. c. Matth. Luc. IX. 59. cum diſcipulus ad Evangelii prædicationem à Chriſto vocatus, moras necteret, cauſſans ſepulturam Patris jamjam morituri, reſponſum accipit, hoc officii genus mortuis, i. e. mundanis hominibus eſſe relinquendum; Dei autem imperata eſſe facienda. c. XIV. 26. deſcribit diſcipulum ſuum ab amore ſui ſuper omnia, etiam dilectiſſima, ut ſunt parentes, liberi, fratres, ſorores, & propria vita, quos vel odiſſe oportet, ſi doctrinæ veræ, & pietati refragentur. confer. Matth. X. 37. & Hier. ad l. c. Math. XXVI. 10. Marc. XIV. 4. Joh. XII. 4. ſeqq. cum mulier nardi liquorem pretioſiſſimum effudiſſet in pedes & caput Chriſti, Judas autem Iſchkarioht, & ab ipſo ſeducti reliqui diſcipuli, mulieri propterea ſuccenſerent, tanquam pauperibus dari potuiſſet pecunia, ex nardo acquirenda, Chriſtus mulieri patrocinabatur, quod ſibi, Deo, officium præſtitiſſet, præferendo ſcilicet pauperibus; Imo ipſe Chriſtus in officio ſuo conſtitutus, potiorem rationem habuit voluntatis & gloriæ divinæ, quam matris & fratrum. Matth. XII. 46. Marc. III. 31. Luc. VIII. 19. & ſeqq. Agnoverunt hoc diſcipuli Emauntici,

Digitized by Google

quando dicunt, Jeſum Nazarenum fuiſſe potentem factis & verbis coram Deo & omni populo; Luc. XXIV. 19. Unde doctrinale deducit Theophyl. comm. ad l. c. f. 540. D. *Oportet autem eſſe potentem in opere & ſermone coram Deo, & tunc coram omni populo. Prius enim placere debemus Deo, deinde danda opera, ut etiam inter nos ſine macula vivamus, quantum fieri poteſt: Et neq; in primis quomodo hominibus placeas, ſed quomodo ſervias Deo, ſtudendum: neque vivendum, ut multis ſis ſcandalo, ſed & hoc poſt illud providendum, quod & ſapiens dicit: Provide bonum coram Deo, deinde & coram hominibus, & Paulus iſtuc ipſum dicit.* Cum limitatione tamen aliqua hæc accipienda ſunt, nempe niſi præceptum ad primam tabulam ſpectans ſit ceremoniale; E. g. Sabbatum: Nam potior cura habenda eſt hominis, quam Sabbathi, ſervandi. Luc. XIII. 10. ſeqq. Et parentum, quam Korban: Marc. XII. 33. 34. *Præſtat de famis periculo homines liberare, quam Deo offerre ſacrificium. Hoſtia enim, placabilis Deo, hominum ſalus eſt.* Hier. ad Matth. XII. ỷ. 3. Habet quoq; Auguſtinus tract. XVII. in Joh. p. 183. aliquam diſtinctionem ex 1. Joh. IV. 20. deſumptam; ſic inquiens: *Dei dilectio prior eſt ordine præcipiendi, proximi autem dilectio prior eſt ordine faciendi. Neq; enim qui tibi præciperet dilectionem iſtam in duobus præceptis, prius Tibi commendaret proximum, & poſtea Deum: Sed prius Deum, poſtea proximum, tu autem, quia Deum nondum vides, diligendo proximum promereris quem videas: Diligendo proximum purgas oculum ad videndum Deum, evidenter Joanne dicente: Si fratrem, quem vides, non diligis, Deum, quem non vides, quomodo diligere poteris? Ecce dicitur Tibi, dilige Deum. Si dicas mihi, oſtende mihi quem diligam: Quid reſpondebo, niſi quod ait ipſe Joannes? Deum nemo vidit unquam. Et ne te alienum omninò à Deo videndo eſſe arbitreris, Deus, inquit, charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Diliges ergo proximum; & intuere in Te, unde diligis proximum, ibi videbis, ut poteris, Deum.*

Tabula prior: ut Fides.

§. 11. Tabula igitur prior agit de Deo, ejusque dilectione. Marc. XII. 30. Virtutes ejus ſunt: *Fides*, quæ imperatur Thomæ à Chriſto. Joh. XX. 27. complectitur *νόησιν* mentis, quæ myſteria divina capiat, *σύνεσιν*, quæ intelligat; & *μνημοσύνην*, quæ ad uſum transferat in variis caſibus. Matth. XVI. 8. ſeqq. Debemus autem in ea *perſeverare*, quo dignos

Digitized by Google

dignos fructus pietatis feramus. Joh. XV. 4. Et indies in ea *creſcere*: rogante Chriſto c. XVII. 26. Ejus oppoſitum eſt ignorantia & incuria rerum divinarum. Matth. XVI. 2. ſeq. Chriſtus propterea caſtigat Phariſeos cum ſuis complicibus, quod ſciant de rebus naturalibus, ut ſunt tempeſtates, curioſè & exactè judicare; de divinis autem rebus, ut eſt adventus Meſſiæ in carnem, ex vaticiniis propheticis, & horum complemento, non poſſint, vel potius, non velint, malitia ſpontanea & cæcitate corrupti. *Diffiſentia* in Deum, caſtigata à Chriſto. Matth. VI. 30. *Fidei noſtræ inviolabilem confidentiam exemplorum autoritate confirmat: ut tanto majoris periculi res ſit ambigere, quanto impenſiore cura omnem infidelitatis occaſionem abſtulerit. Fœnum non idcirco naſcitur, ut detur igni, neq; ideo veſtiendi ejus peculiaris Deo cura eſt, ut crеmetur, ſed ſub fœni nomine nuncupatas eſſe à Deo gentes crebro invenimus. Germen autem illud eſt, quod virtutis ſuæ flore dilapſo, ad calorem ſolis areſcit. Igitur requies nulla gentibus, neq; mortis, ut volunt, compendio quies dabitur: Sed corporalis, & ipſis æternitas deſtinabitur, ut ignis æterni in ipſis ſit æterna materies, & in univerſis ſempiternis exerceatur ultio ſempiterna. Si igitur Gentibus idcirco tantum indulgetur æternitas corporalis, ut mox igni judicij deſtinentur, quam profanum eſt, ſanctos de gloria æternitatis ambigere, cum iniquis æternitatis opus præſtetur ad pœnam.* ita Hilar. in Matth. f. 263. Et *Incredulitas*; quæ triplex deprehenditur. Matth. XVII. 16. ſeqq. Marc. IX. 16. ſeqq. Luc. IX. 37. ſeqq. Contumacia, qualis erat Scribarum ſatis convictorum: Infirmitas, ut erat Patris lunatici, diſputationibus ſcribarum turbati: & ſocordia, qualis erat diſcipulorum Chriſti, qui torpebant in ſua fide; in qua tamen contra tantum adverſarium, dæmonem, debuiſſent ardere, precibus & jejuniis exacuentibus, & accendentibus. Joh. VIII. 21. ſeqq. Chriſtus Judæis incredulis comminatur mortem, exagitabant propterea ipſum, quod æternam mortem iis, qui in ſeſe non crederent, comminaretur; Ecquis enim ipſe eſſet, qui tantum ſibi tribuere auderet? *Subjectum* hujus vitii eſt mundus; c. XVII. 25. qui Patrem non cognoſcit. Et illi, qui ſenſuum judicio omnia tribuunt, qualis erat Thomas Chriſti diſcipulus. Nolebat enim etiam

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolis, & Angelis credere, Jeſum ex mortuis ſurrexiſſe, & comparuiſſe vivum, niſi ipſe ſuis oculis videret cicatrices in manibus, & digitum immitteret in veſtigia clavorum, & ipſam manum totam in vaſtum vulnus lateri per lanceam impactum. Id quod Chriſtus in ipſo merito reprehendit, dicens: Noli eſſe incredulus. Joh. XX. 25. 27. *Pœna* incredulorum deſertio eſt. Joh. VIII. 21. comminatur Chriſtus Judæis incredulis, quod quæſituri ſint ipſum aliquando, neque tamen, Deo incredulitatem puniente, inventuri: Deus enim talibus indignatur. Matth. X. 37. Eſt exitium. Expreſſum in hiſtoria Jonæ: ſicut enim Ninivitæ & Judæi concionibus Jonæ neglectis tandem everſi ſunt & exciſi; ita Phariſæi & Judæi, tempore Chriſti, concionibus & miraculis non attendentes, exitio deſtinati ſunt à Chriſto. Math. XVI. 4. ſeq. Ex fide naſcitur *Patientia* in adverſis: Quiſquis inter diſcipulos Chriſti genuinos numerari vult, iſtum oportet non modo à paſſione & morte Chriſti nullum accipere ſcandalum, ſed etiam ipſum ſemet *abnegare*, voluntatem ſuam, & animi motus, ſapientiam, & jucundiſſima quæq; poſthabendo voluntati divinæ; Et *tollere crucem ſuam quotidie*, i. e. probroſiſſimas etiam & exquiſitiſſimas calamitates (quibus tamen aſſimiletur Chriſto in cruce paſſo;) quiſque *ſuam*, quam Deus in ipſum permiſit, vel poſuit; *hanc tollat*, alacriter ferendo & patiendo per Deum & ſalutem Eccleſiæ, quidquid obvenerit: eamque *quotidie*, quandoquidem nulla dies ſine calamitate eſt, noſtrum autem eſto perſeverare in patientia: Sic *ſequatur Chriſtum* Jeſum, ſeſe ad ipſius exemplum componendo; patientia ſub cruce, fide fulciente, &
Dilectio. ſanctimonia comitante. Matth. XVI. 24. ſeqq. Luc. XIV. 26. ſeqq. vult inſuper dilectiſſima quæque poſthaberi, ut ſunt parentes, uxor, liberi, fratres, ſorores, & propria vita, & quæcunque alias in pretio nobis ſunt.

§. 12. *Dilectio.* Eſt effectus fidei; Nam hoc fine Chriſtus ulteriorem nominis divini manifeſtationem urſit, ut amor Dei in animis credentium augeretur. Joh. XVII. 26. Conſiſtit non ſolum in affectu, & deſiderio animi, ſed etiam in ipſo effectu: Joh. XVI. 15. Et pro objecto habet etiam θεάνθρωπον Chriſtum; Nam & hujus præcepta, quorum unum eſt de dilectione

lectione, ſervanda ſunt; Et ipſe eſt Deus Dominus noſter, qui Iſraëlem eduxit ex Ægypto: Quare diligamus & ipſum eo modo, nec alio, ſicut Patrem: quod obſervamus contra Sandii notam ad. Luc. X. 27. Non diligentes Deum rei ſunt æternæ damnationis Luc. XI. 42. Chriſtus væ denunciat Phariſæis, qui externis ſolum operibus, i.e. ſuæ gloriæ captandæ ſtudebant, prætérita Dei dilectione. Diligentium autem Deum *præmium* eſt mutua Dei erga ipſos dilectio, conſiſtens & ipſa non ſolum in affectu Dei, ſed etiam in effectu. Joh. XIV. 21. Chriſtus diligentibus ſe, & ex amore præcepta ſervantibus, promittit reciprocam Patris dilectionem, manifeſtandam in miſſione Paracleti, & agnitione ſui per internam illuminationem, & externa beneficia.

§. 13. *Timor.* Ne ſit major hominum, quam Dei: utpote qui corpus & animam poteſt perdere in Gehenna, Matth. X. 18. vide Juſtin. Mart. quæſt. & ℞. 98. Timori opponitur *ſecuritas:* eſt autem duplex ſecuritas, alia *vitioſa*, quæ neque monita, neque minas, neque judicia divina curat, quare Chriſtus dehortatur ab ea Marc. XIII. 13. ſeq. Luc. XXI. 34. ſeqq. addita ratione à periculo & damno, quale incurrerant Antediluviani, ſecurè deliciantes. Matth. XXIV. 38. Alia eſt legitima, & fructus fidei, imperata à Chriſto, Matth. VI. 31. Incuria enim illa *ſolicitudinis relaxata, non negligentiæ, ſed fidei eſt.* ita Hilarius comm. in Matth. p. 263. **Timor.**

§. 14. Timor generat *humilitatem.* Laudatur à Chriſto, propoſito etiam præmio Matth. XXIII. 8. ſeqq. poſtquam reprehendiſſet ſcribarum & Phariſæorum arrogantiam, & φιλαυτίαν, diſcipulos ad humilitatem hortatur, ne ſeſe patiantur dici Rabbi, Magiſtros, Patres, viarum ductores, tanquam qui ex propria auctoritate, efficacia, infallibilitate credenda & agenda doceant; hoc enim eſſe Dei unius, qui in cœlis Pater eſt doctrinæ, & Chriſti magni Prophetæ; ſint ipſi inter ſeſe diſcipuli, & miniſtri, humilientque ſeſe etiam maximi, ut à Deo exaltentur. Luc. XIV. 7. ſeqq. animadvertit Chriſtus ambitionem Phariſæorum, in ſeligendis ſedibus ſuperioribus; quare admonitionem inſtituit de ſincera humilitate ſectanda etiam in **Humilitas.**

Nnnn con-

congreſſibus civilibus, nempe hanc: ſi quis te invitaverit ad convivium nuptiale, ne ipſe te primo loco colloces: metuendum enim, ne honoratiori te invitato, & ſupervenienti cedere loco cogaris, jubente id hoſpite, quod ignominioſum foret. Quare invitatus inferiorem occupa locum, ut hoſpes anſam habeat, ſuperiorem tibi offerendi, quod honorificum foret coram omnibus præſentibus. Addit promiſſionem, & comminationem hanc: quisquis ipſe ſe exaltaverit, humiliabitur; quisquis vero ſeſe ipſemet humiliaverit; exaltabitur. Joh. XIII. 14. Chriſtus ſeſe Deum, Dominum, Magiſtrum, ſiſtit exemplar humilitatis imitandum à diſcipulis, quibus pedes laverat. Nec diſcipulis modo, ſed omnibus hominibus, quantæcunque etiam dignitatis ſint, cum ſaltem ſupra Chriſtum non ſint. v. 16. Luc. XXII. 26. 27. humilitatem ſuos diſcipulos docet Chriſtus, propoſito ſeſe in exemplum, qui licet Deus ipſe, miniſtraſſet tamen ipſis ſuis diſcipulis menſæ accumbentibus, pedes lavando.

Sanctificatio nominis divini.

§. 15. *Nominis divini ſanctificatio.* Nomen divinum eſt omne id, quo Deus ſuam nobis eſſentiam, & voluntatem, & attributa, & opera revelat, eum in finem, ut ipſummet, & revelationis medium ſanctè habeamus, & veneremur. Primum hoc eſt, quod in precibus noſtris nos velle Deus vult, cum jubet orare: ſanctificetur nomen tuum. Facimus hoc variis modis: *Verbum ipſius devotè audiendo*, quod unicum neceſſarium eſt, & maxime ἐξαίρετον, à Maria Bethanienſi omnibus aliis prælatum, laudante Chriſto, Luc. X. 42. & ſacramenta prudenter diſpenſando. Nam Matth. VII. 6. ſeqq. Chriſtus vetat eas margaritas objici *canibus* i. e. rabioſis verbi perſecutoribus; & *porcis*. i. e. Epicureis & profanis contemptoribus, eo quod nomen Dei ſanctiſſimum hac ratione proſtituatur. Dicas: atqui omnes per naturam ſumus porci, & canes; &, qui habiti tales, ſæpe convertuntur: cur igitur media ſalutis ipſis denegentur? ℟. Intelligendum eſt Chriſti mandatum de deſperatis & induratis perſecutoribus & contemptoribus, indignis, quibus ita porro communicentur ſalutis media, ſicut aliis, de quibus ſpes adhuc ſupereſt. Iſta enim ſunt fata miniſterii & organorum ſalutis, ut nonnulli ſeſe erga ipſa habeant,

ſicut

Digitized by Google

ſicut canes & porci, quos ſi miniſter verbi novit, pretioſiorem habeat ſuum theſaurum, quam ut ipſum ita promiſcuè proſtituat. Inde tamen non concludamus cum Pontificiis deſertionem, aut contemptum rei œconomicæ; Nam eadem Maria, quæ ſuo tempore verbum Dei audivit, alio tempore, ex re ſua familiari Chriſto ſervivit. Joh. XII. 3. Hortatur Chriſtus ad ſedulam verbi auditionem hinc inde: qui habet aures ad audiendum, audiat. Matth XI. 15. XIII. 9. Marc. IV. 9. &c. propoſitis ſive præmiis, ſi auditum & obeditum fuerit; ſive pœnis, ſin minus. Matth. X. 14. XIII. 13. 15. 19. 20. ſeqq. Marc. IV. 18. ſeqq. Audito verbo *credendo, & obſequendo*, quod fit auribus mentis: Credite Evangelio, præceptum Chriſti eſt Marc. I. 15. Hoc qui facit, fert inſignes fructus, inſtar bonæ terræ, Matth. XIII. 23. Quisquis non crediderit, ſtultus eſt, ut Emauntici diſcipuli. Luc. XXIV. 25. *Loca cultui publico deſtinata ſanctè habendo*. Matth. XXI. 10. ſeq. Luc. XIX. 43. Chriſtus indigniſſimè fert fœneratores in templo ſuo, quod oportebat eſſe domum orationis, ipſi autem ſuo fœnore & falſa doctrina fecerant ſpeluncam latronum, ideo ejiciebat eos vi. Matth. XXIII. 17. templum Hieroſolymitanum dicitur ſanctificare aurum ſive oblationes templi; Sanctificare autem poterat templum per Deum qui in iſto templo peculiari ratione præſens erat, v. 21. *Preces ad Deum fundendo*. Orandum eſſe docet Chriſtus, & imperat Matth. VII. 7. ſeq. Marc. XI. 24. Luc. XI. 9. & promittit exauditionem à Deo exſpectandam. l. c. argumentans à minori ad majus; Pater homo & peccator, exaudit filium; ſi quid ex filiali fiducia ipſum rogaverit; quanto magis Deus, qui ipſa eſt ſanctitas, gratia, & miſericordia? v. 9. ſeqq. Oportet igitur eſſe Dei filium, qui cum fructu orare velit, i. e. fidelem. In fide quisquis oraverit, admiranda præſtabit, & impetrabit Math. XXI. 22. Marc. XI. 24. Quidquid credentes in nomine ſuo i. e. merito, mandato, & promiſſo oraverint, promittit Chriſtus, ſeſe facturum Joh. XIV. 13. ſeq. XVI. 23. Confirmat promiſſionem à benevolentia patris erga diſcipulos fideles & amatores Chriſti v. 27. cujus gratia non opus ſit, ut Chriſtus pro ipſis, tanquam nondum reconciliatis, apud Patrem intercedat.

 v. 26.

Digitized by Google

v. 26. & in fide perſeverare. Luc. XVIII. 1. ſeqq. perſeverantiam in precibus commendat Chriſtus, & illuſtrat parabola ab impio & iniquo judice, qui aſſiduis & importunis viduæ ab adverſariis afflictæ precibus expugnatus, tandem jus ipſi dixit, ut à moleſtia iſta liberaretur; hinc infert v. 7. multo magis juſtiſſimum & miſericordiſſimum Deum preces electorum ſuorum indeſinenter ad ipſum fuſas exauditurum eſſe, eosdemque brevi liberaturum. Opus autem eſſe fide v. 8. innuit, ſi quidem preces noſtras iſte auditurus ſit, quæ tamen rara futura eſt ſub adventum filii in terra. Et Joh. XV. 7. Chriſtus diſcipulos ſuos docet, quid facere debeant, ſi velint exaudiri, nempe, perſeverent in unione Chriſti per fidem, & ſervent ipſius verbum, tum demum orent, quidquid velint; impetraturos enim eſſe quodvis. Joh. XVI. 27. requiritur, ut Deo Patri dilectus ſit, qui velit ab ipſo exaudiri; dilectus autem ille eſt, qui filium diligit, & credit, eundem à Deo Patre ad peragendum officium mediatorium & propheticum exiiſſe. Intellexit hoc cœcus, à Chriſto reſtitutus; Negavit enim ſceleratum eum eſſe, eo quod auditus fuerit à Deo, in patrando miraculo, quo modo peccatores inſignes divinitus non exaudiuntur. Joh. IX. 31. Nollem igitur cum Auguſtino lib. 2. adverſ. Parmen. c. 8. dicere; *Non à Domino dictum eſt, ſed ab illo qui oculos corporis jam quidem reſtitutos habebat, ſed ei oculi cordis nondum patebant.*

§. 16. Opus quoque eſt, ut rectum orandi *modum* ſciamus; quem, quia ipſi per naturam neſcimus, Chriſtus nos docuit. Nam Matth. VI. 9. Luc. XI. 2. ſeqq. nobis eum præſcripſit, ut ſciremus, & paucis verbis eſſe utendum, & Deum, & quorum gratia, & quo ordine, & qua de cauſa orandum. Neque vero ſuperſtitioſe in his ſolis, & nudis verbis hærendum eſt, id enim eſſet βαττολογεῖν; unde Luc. XI. 2. ſeqq. verba paulo aliter concepta ſunt, ſed idea hæc eſt, ad quam aliæ quoque preces componi poſſunt, & debent. Sed nec verba omittenda, etſi Deus ſciat deſideria noſtra immediatè; Nam verba ad devotionem excitant, & indigentiæ noſtræ nos commonefaciunt. In oratione autem Dominica habemus exordium, petitionem, & concluſionem. *Exordium* nos docet, in precibus Deum recta, &

in

in ſecunda perſona categoricè eſſe compellandum: verum autem Deum, ut in ſuo ſeſe verbo revelavit, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, i. e. tremendam Majeſtatem: quæ tamen bene nobis cupiat; Pater miſerendo, Filius redimendo, Spiritus Sanctus applicando. Communis hic *Pater* eſt omnium ſive nobiliorum, ſive ignobiliorum, qui hoc ipſo ſeſe invicem diligere, pro ſe invicem orare, ſeque juvare debent. *Cœleſtis* eſt pater, non quod cœlo contineatur, aut ibi ſolum gloriam ſuam manifeſtet, aut à nobis abſit, ſed quod polleat potentia ſuper omnes creaturas, providentiâ in ſuos præſertim fideles; ſapientia & dominio; quibus omnibus Patres noſtri terreni carent. *Petitiones* ſunt ſeptem. Atque eæ inſtar claſſium, & metarum, ad quas omnis precum noſtrarum materia eſt revocanda, ut obſervemus & quæ, & quo ordine, & quo fine orare debeamus. (I) *Sanctificetur nomen tuum.* Nomen Dei eſt gloria Dei, quam manifeſtat verbum ipſius, deſcribendo eſſentiam, attributa, & opera divina, hoc *ſanctificatur*, cum Deus inſigni aliquo opere, ſuam gratiam, ſapientiam, potentiam, juſtitiam, iram, vindictam &c. declarat., Luc. X. 3. Ezech. XXXVIII. 23. Iſai. V. 16. &c. Hæc ſanctificatio fit *inter nos*, cum iſtas Dei virtutes agnoſcimus, reveremur, imitamur, laudamus, & celebramus. (II) *Adveniat regnum tuum.* Regnum Dei eſt triplex: potentiæ, gratiæ, & gloriæ; Non tam illud, quam iſtud & hoc h. l. intelligitur. Iſtud eſt gaudium, pax, & juſtitia, in Spiritu Sancto, Rom. XIV. 17. 1. Cor. II. 5. ergo rogamus, ut nobis adveniat, i. e. detur Spiritus Sanctus, qui nos illuminet, convertat, renovet, conſervet, & tandem ſalvet, ut ita & regnum gloriæ ad nos veniat. (III) *Fiat voluntas tua.* Dei voluntas alia eſt decreti, ſeu occulta, alia ſigni, atque operis externi; Illam non oramus, ſed iſtam, ut fiat, quod Deus in ſuo verbo fieri vult, & hanc, ut æquo animo feramus divinam gubernationem: non attendentes, quid ratio noſtra judicet, vel caro velit, vel diabolus & mundus jubeant. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie* eſt (IV) petitio. Panis per Synecdochen notat omnia ea, quæ in politia, œconomia, terræ fœcunditate, aëris temperie, & ſimilibus neceſſaria ſunt, ut corpori & animæ, ſubſtantiæ

hominis bene ſit ex Deo, qui etiam corporalia rogandus eſt, ut largiatur nobis vel hodie. Nam ſingulis momentis nos curat Deus. Fruſtra ſunt, qui panem ſpiritualem intelligunt. vid. citatos apud Sixt. Senenſ. lib. VI. annot. XXXI. (V) *Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.* Acceptis beneficiis corporalibus Deus nos invitat ad ſui agnitionem, & noſtrum officium, ut eo deſiderio animæ, quo corporis, bona quæramus, nempe remiſſionem peccatorum. Ea ſunt peccata quæ adverſus legem Dei, debiti noſtri immemores, committimus, *Non de illis peccatis dicitur, quæ in baptiſmi regeneratione dimiſſa ſunt, ſed de iis quæ quotidie de ſeculi amariſſimis fructibus humanæ vitæ infirmitas contrahit.* Nec adeo curamus, ſicut ubi proximus adverſus nos aliquid admiſerit. Ne igitur privatâ vindicta exardeſcamus, revocat nos Deus ad noſtra adverſus ipſum peccata contra debitum commiſſa, ut horum remiſſione impetrata à Deo, remittamus & proximo noſtro ſua peccatilla eorundemque pœnam. Omnis igitur homo ſeſe peccatorem & quidem gravem eſſe fatetur, & orat, ne Deus in judicium eat ſecum, irrogando pœnas debitas. Hoc petimus ſpondentes correctionem vitæ poſthac futuram, imprimis Charitatem in proximum. Similis locus habetur Marc. XI. 25. dum Chriſtus jubet ſtantes & orantes remittere proximo delicta, ſi quidem ipſi velint idonei eſſe, quibus Deus ſua delicta remittat: nec inepti, quibus non remittat. (VI) *Ne nos inducas in tentationem.* Satanæ non eſt liberum nos tentare, nam Deus permittit; petimus igitur, ne permittat, vel ſi permittat, ne voluntati Dæmonis nos relinquat, neve veterno nos permittat, ut ſecuri ſimus, vel impatientiæ, ut deſperemus, vel damnationi, ſubtracta gratia, & inflictis pœnis. (VII) *Sed libera nos à malo.* Diſtinctam hanc eſſe petitionem, vulgaris, nec rejicienda, eſt ſententia. Eſt autem hæc ſententia: Diabolus obambulat inſtar leonis rugientis, ut nos devoret; peccatis etiam quotidie ſumus obnoxii; metuendum; ne propterea pœnas æternas luamus, petimus igitur, ut Deus nos cuſtodiat, ne damnum incurramus, aut ſi inciderimus, ne in ipſo pereamus, ſed, quandoquidem

nihil

Digitized by Google

nihil boni in hac vita ſperandum, tandem æternum legitimis uſi mediis ſalvemur: vel certe ſpe & patientia, donec moriamur, ſuſtentemur. *Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.* Deus Rex eſt gratiæ & gloriæ, cui volupe eſt beneficia nobis præſtare, ſive poſitiva, bona conferendo, ſive privativa, mala avertendo. Nec dubitandum de potentia: Nam eſt omnipotens; Nec de voluntate; Nam quod præſtat, in ejus gloriam vergit, eamque æternam: *Clauſula* eſt vox Amen, docens qua devotione, ſpe, & fiducia oraverimus. Hieron. ad Matth. VI. 13. Amen vocat *ſignaculum orationis Dominicæ.* Commentati ſunt in orationem hanc Dominicam Tertul. de Orat. p. m. 128. Cyprianus ex profeſſo; Ambroſius lib. V. de ſacr. c. 4. Hieron. comm. ad Matth. VI. Gregorius Nyſſ. t. 1. opp. f. 714. ſeqq. Petrus Laodicenus t. 1. Bibl. PP. fol. 778. Auguſtin. de corrept. & grat. p. 787. &c.

§. 17. Ex dictis apparet *Materia precum*, bona nimirum & ſpiritualia, & corporalia, iſta prius, hæc poſterius; & hæc moderatius: Petamus panes, piſcem, ovum. i. e. neceſſaria ad vitam traducendam, non ſuperflua, & delicata. Matth. VII. 9. 10. Luc. XI. 12. Amicus à vicino petit tres panes, pro ſe, & pro hoſpite, & comite. Condimentum & adjumentum precum ſunt *jejunia*, à quibus abſit hypocriſis. Matth. VI. 16. non vult Chriſtus, ſed prohibet, jejunantem eſſe auſterum, nec miſerabili ſpecie, ſed unctum; *Juxta ritum provinciæ Palæſtinæ loquitur, ubi diebus feſtis ſolent ungere capita. Præcepit igitur: ut quando jejunamus, lætos & feſtivos nos eſſe monſtremus.* ita Hieron. ad l. c. *Effectus* precum eſt impetratio ejus, quod rogavimus. Id enim Chriſtus promiſit Matth. VII. 7. Nec impeditur effectus, ſi quis oraverit cum aliquo peccatore. Nam auditus eſt publicanus in templo poſt fores ſtans, etſi oravit cum publicano; id quod Donatiſtis inſtantiæ loco dat Auguſt. adv. Parm. lib. 2. c. 9. *Ipſe*, inquiens, *autem Dominus cum in uno templo orarent Phariſæus & publicanus, publicanum confitentem peccata ſua magis juſtificatum dicit, quam Phariſæum, jactantem merita ſua, cui ſimiles iſti ſunt. Quanquam enim juſtificatus deſtiterit eſſe peccator, tamen ut juſtificaretur peccator orabat, & peccator*

Materia precum.

Contraria

cator confitebatur, & exauditus juſtificatus eſt, ut deſineret eſſe peccator. Non utique deſineret eſſe peccator, niſi prius exaudiretur peccator. Quamobrem non quidem omnem peccatorem exaudiri, ſed tamen non omnem peccatorem non exaudiri, veritas teſtis eſt.

§. 18. *Vapulant*, qui quaſi jure ſuo à Deo aliquid expoſcunt, aut tempus ipſi præſcribunt, quo auxilietur, ſive quoad verba, ſive quoad cogitationes; ſecus aſperum ferimus reſponſum. Joh. II. 3.4. impingit propterea mater Chriſti, quod pro ſua auctoritate materna filio Meſſiæ voluerit præſcribere tempus auxilii præſtandi. Quare ineptè Pontificii ſuas preces Mariæ advocatæ commendant, quaſi jure materno poſſit filio imperare. Rectius facit leproſus Marc. I. 40. qui conjungit potentiam & voluntatem Chriſti ſanaturi, & huic ſeſe humillimè ſummittit. Vapulant, qui oſtentationis gratia orant. Ut fecerunt Phariſæi, ſtantes, ſive in populoſis Synagogis, ſive in frequentibus compitis, & orantes. Vapulant, qui in multiloquio vim ſuarum precum collocant: Nam fugienda eſt βαττολογία, cum plurima ſæpius repetuntur verba, & præcipitantur, ut Papiſtarum patriloquia, ſine attentione & devotione mentis, tantum ex opere operato; item ἀκαιρολογία, quando non ſpiritualia in gratiam animæ, ſed ſolum voluptuoſa in gratiam corporis ſuperflua petuntur, denique & πολυλογία, cum Rhetoricis floſculis exornantur preces, ſub opinione majoris efficaciæ, vel certe plurima verbaocioſè cumulantur. *Ratio* interdicti eſt, quia Pater in cœlis novit, quid nobis opus ſit. Ethnicorum is error fuit, ut cenſerent, Deum non curare res humanas, niſi multis precibus veluti informetur, & perſuadeatur; Abſit hoc ab omniſcio & ſummè bono Deo; novit ille & quidem cum benevolo & paterno affectu non id tantum pro quo oramus, ſed etiam alia, quæ nec ſcimus ipſi, nec oramus. Quia vero ipſe voluit, nos vera fide, & ſeria pœnitentia, quæ neceſſaria ſunt, à ſemet petere, ideoque iſtum ordinem obſervamus precantes, non ut informemus, vel permoveamus Deum. Math. VI. 8. Vapulant, qui ſanctificationem Dei quærunt in mediis divinitus non inſtitutis, ut Phariſæi in Phylacteriis & fimbriis ampliatis. Matth. XXIII. 6. ad quem locum Hieronymus hæc habet:

habet: *Non intelligebant Phariſæi; quod hæc in corde portanda ſint, non in corpore: alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ in parvulis Evangeliis, & in crucis ligno, & iſtiuſmodi rebus, quæ habent quidem Zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, usq; hodie factitant, culicem liquantes, & camelum glutientes.* vid. Sixt. Sen. lib. VI. annot. 102. Et Auctor oper. Imperf. hom. 44. *Multi, Scribarum & Phariſæorum exemplo, aliqua nomina Hebraica Angelorum confingunt, & ſcribunt, & alligant ſibi, quæ non intelligentibus linguam Hebraicam quaſi metuenda videntur. Quidam vero partem Evangelii ſcriptam. Dic Sacerdos inſipiens, nonne quotidie Evangelium in Eccleſia legitur, & auditur ab hominibus? Cui ergo in auribus poſita Evangelia nihil proſunt, quomodo eum poterunt circa collum ſuſpenſa ſalvare? Deinde ubi eſt virtus Evangelij, in figuris literarum aut intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis: ſi in intellectu, ergo melius in corde poſita proſunt, quam circa collum ſuſpenſa.* Hæc dicta ſimpliciter negant, nudam literam ſcripturæ vim habere; non ſecundum quid, ut cum Thoma ſuo explicat Senenſis.

§. 19. *Juramenta* ſunt ſpecies cultus divini: Cum Princeps Sacerdotum in Synedrio judicis officio fungeretur, Jeſumq; adjuraret per Deum viventem, ut diceret, an eſſet Chriſtus filius Dei? Jeſus, hactenus tacens, reſpondit, ſeſe eſſe, innuens, Juramenta magni eſſe facienda. Matth. XXVI. 63. 64. Marc. XIV. 61. 62. Matth. V. 34. equidem videtur Chriſtus omnia omnino juramenta prohibuiſſe: & ſunt inter Patres, qui eo ſenſu verba Chriſti intellexiſſe videntur, Origenes, Athanaſius, Hilarius, Ambroſius, Epiphanius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Chromatius, Theophylactus, Oecumenius, Euthymius, verba allegantur à Sixto Senenſi lib. VI. annot. 25. & 26. Confer Juſtin. Martyr. Apol. II. f. 49. Sed neque Chriſtus ſimpliciter prohibuit juramenta, niſi levia & ſuperſtitioſa Phariſæorum, de quibus exempla ſubjecta loquuntur; Neque deſunt excuſationes & explicationes Patriſticorum dictorum, ut videre eſt apud eundem Sixtum pag. 554. Quare licet jurare, ad terminandas lites, i. e. fiant juramenta in veritate, judicio, & juſtitia, ſive ſint aſſertoria, ſive promiſſoria. In communi vero vita, ubi juramentis opus non eſt, dicamus ſimpliciter, eſt, eſt, non, non, & — Juramenta.

Digitized by Google

tamen promiſſa ſanctè ſervemus, vel præſtemus. Si quis autem inſuper juraverit, ſuperfluum i. e. peccatum facit, proximo diffidens ſuo: Etiam tum quis peccat jurando, ſi vel creaturas nominaverit, in quibus Deus ſuam potentiam, ut cœlum & terram; vel gratiam, ut Hieruſalem, templum, aram, declaravit; vel rem ſibi cariſſimam, ut caput. An autem juramenta, per iſtas creaturas, divinitus ſanctificatas, facta, obligent, & transgreſſio perjurum reddat? diſputat Chriſtus adverſus Phariſæorum errorem, qui negabant, ipſe vero affirmabat, docens, ſicut juramenta per cœlum, ſint rata, propter Deum, cujus ea ſedes eſt, ita juramenta facta per templum, in quo Deus peculiari ratione præſens eſt, & altare holocauſtorum, eſſe rata, & transgreſſionem eſſe perjurium. Matth. XXIII. 16. ſeqq. Levitate etiam violatur juramentum, qualis erat Herodis regis; qui ebrius, laſcivus, ſponte ſua motus puellæ ſaltatriculæ offert vel regni dimidium, & juramento confirmat promiſſum. Talia juramenta nec recta ſunt, nec rata. vid. Hier. ad Matth. XIV. 7. Origen. ad Matth. l. c.

Blaſphemia. §. 20. *Oppoſitum* Sanctificationis divini nominis eſt *blaſphemia*, quæ committitur in Dei nomen, perſonam, officia, opera: Cum enim prætereuntes, Sacerdotes, milites, latro, Chriſtri perſonam, & officia in dubium revocarent, negarent, exagitarent, conviciis proſcinderent, dicuntur blaſphemaſſe. Math. XXVII. 39. Marc. XV. 19. *Temeraria juramenta*, quale juravit Herodes privignæ Matth. XIV. 7. Tale ſervandum non eſt, ut merito ille (ἐυορκ☉, ſcil. uti Cyrillus vocat) vapulet, quod cum injuria proximi, Johannis decollati, ſervarit. Optime Chryſoſtomus, hæc perpendens: *In prætextu boni juramenti vecors ille omne perjurium ſuperat: melius enim eſt in nefariis iſtis male promiſſum bene ſolvere, quam male juramentum implere.* Caten. f. 502.

Sabbathum. §. 21. *Sabbathum* obſervandum eſt, ceſſando ab operibus laborioſis: Exceptis tamen operibus charitatis erga proximum, & ſemetipſum. Materia hæc erat, de qua inter hypocritas ſuperſtitioſosque Phariſæos, ipſorumque ſequaces, & inter Chriſtum ſæpius diſputabatur, Joh. V. 17. ſeqq. Judæi ſtatuebant, non licere ullum, ne quidem Charitatis, opus facere die

die Sabbathi, ratione allegata, quod Deus die ſeptima quieviſſet ab operibus creandis: ſed regeſſit Chriſtus, (qui eo ipſo tempore paralyticum reſtituerat, & reſtitutum portare grabbatum juſſerat, & propterea reus mortis habebatur) patrem ſuum adhuc usque temporis operari, ſervando nimirum creaturas; licere ergo & ſibi, ipſius Filio, ſervare creaturas, & curare, die licet Sabbathi. Confer Auguſt. tract. XVII. in l. c. Joh. Recruduit controverſia Matth. XII. 1. ſeqq. cum diſcipuli die Sabbathi ariſtas, per quas tranſibant, evellerent, à Phariſæis, id videntibus, reprehendebantur, tanquam violatores Sabbathi. ſed Chriſtus explicationem iſtius legis Cæremonialis arceſſit ex lege Charitatis, norma omnium legum explicandarum. Nam exemplum allegat Davidis, & famulorum, qui, licet per legem Lev. XXIV. 9. prohiberentur, panes propoſitionis ab ipſo ſummo ſacerdote Abjathare, acceptos ederant in & extra locum ſanctum, cum fames urgeret fugientes. Subjungit, ne quis in caſu tantum neceſſitatis licitum eſſe cenſeret, exemplum ordinarii laboris in Sabbato peragendi, nempe à ſacerdotibus in templo, removendo panes propoſitionis, & alios reponendo, ligna igni nutriendo ſubjiciendo, victimas ad immolationem proponendo. Exod. XXXV. 3. Lev. I. 1. ſeqq. Hiſce inſtantiis Chriſtus validiſſime infregit majorem objectionis Judaicæ: Nulla lex Cæremonialis eſt, ut illi putabant, violanda. Atque ut eo magis conſtringeret reluctantes, allegat ex Oſe VI. 6. ubi opera charitatis præferuntur legibus Cæremonialibus omnibus. Obſignat denique Marc. II. 27. primæva Sabbati inſtitutione, utpote facti in gratiam hominis, cum quoad corpus, tum quoad animam: adeo ut ſabbatum ſit factum non modo propter extremam neceſſitatem, ſed etiam utilitatem. His fundamentis uſus eſt Juſtinus Martyr adverſus Tryphonem Judæum, *ne*, inquiens, *quod calidis utimur alimentis Sabbatorum diebus, dirum exiſtimaveritis: quandoquidem & Deus eandem hocce die pariter atq; aliis omnibus, mundi inſtituit adminiſtrationem, & Pontifices, ſicuti reliquis diebus, ita & iſto, oblationibus offerendis, operari juſſi ſunt: & tanto numero juſti, cum nihil rerum harum lege ſancitum præſtiterint, teſtimonium à Deo retulerunt*, fol. 190. Continuata

 eſt

eſt controverſia v. 9. Marc. III, 1. Luc. VI, 6. in Synagoga. Venit in Synagogam, & quidem die ſabbati; obſervabant ipſum Phariſæi, quid facturus eſſet; & quia morabatur, ipſi moræ impatientes quæſtionem captioſam proponebant: An liceret in Sabbato ſanare? Chriſtus igitur, ut attentionem populi excitaret, & Phariſæorum errores fortius conſtringeret, hominem, qui inter pauperes verſabatur, habentem manum aridam juſſit de ſua ſtatione in medium Synagogæ prodire, & propoſuit quæſtionem aliam: bene, an male faciendum eſſet proximo, die Sabbati? Tacentibus ipſis, utpote conſtrictis, Chriſtus pergit ab ipſorummet hypotheſibus argumentando. Licebat per ipſos die Sabbati ſolvere jumenta, & ducere aquatum; ſed & oves in puteum prolapſas erigere, ſublevare, extrahere; idq; ſalvo præcepto tertio decalogi. Cum igitur violarent Sabbatum, ubi propria ipſorũ intereſt, quare non violarent, ubi charitas proximi poſtulat? Sed ſurdis fabula! Hinc non mirandum, Chriſtum exacerbatum fuiſſe. Miſſo tamen dolore verbo reſtituit manum, ne tangendo ſcandalum præberet acceptum. Cap. XIII. 10. intrat Scholam die ſabbati, & mulierem à dæmone contractam liberat à ſua miſeria, indignante quidem ArchiSynagogo, ſed malè. Nam Chriſtus ſumpta iterum à beſtiis, die Sabbati ſolitis curari, inſtantia, oſtendit, licere die Sabbati opera charitatis præſtare hominibus, quos Deus omnes vult ſalvari. Iterum in ſcenam producta eſt Joh. IX. 16. cum Phariſæi ideo à Deo miſſum eſſe Jeſum negarent, quod die Sabbathi cœco viſum reſtituiſſet: quibus tamen alii contradicebant. Luc. XIV. 3. ſeqq. quæſtionem Phariſæis convivis proponit; An liceret die Sabbati ſanare? hydropicum nempe, qui tum in conſpectu erat. Tacentibus illis, manum ipſe miſero admovit, ſanavit, & dimiſit. Factum probavit argumento à minori ad majus: ſi licet die ſabbati extrahere aſinum, aut bovem in puteum delapſum, cur non & hominem in puteo hydropis ſubmerſum?

Tabulæ II. (2) Materia.

§. 22. Tabulæ ſecundæ materia eſt *Charitas* erga proximum, (quod oſtendimus §. 10. præced.) imperata divinitus: Nam Johannes Baptiſta, Dei miniſter, rogatus à populo, quid

ſibi

ſibi eſſet faciendum? reſpondit, proximum eſſe qua affectu, qua effectu diligendum. Idem interrogatus à publicanis, & militibus, quid ſui eſſet officii? commendavit iterum officium charitatis in juſtitia proximo præſtanda. Luc. III. 11. ſeqq. confirmavit hæc, quando Matth. XXII. 21. Marc. XII. 17. Luc. XX. 25. jubet dari Deo, quæ ſunt Dei, & Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: Joh. XV. 12. renovat præceptum erga diſcipulos, dum præcipuè charitatem ipſis imperat exercendam. Rationes, ut hoc faciant, aliquot adjungit. Laudat ipſis ſuum amorem, qui tantus erga ipſos ſit, ut vel vitam pro ipſis amicis ſuis ponere velit, quo nullus alius major ſit amor. v. 13. deinde in amicitiam ipſos familiarem receperit, quæ declaretur obſervantia mandatorum; v. 14. & confirmetur ex revelatione ſecretorum divinorum diſcipulis facta, quale quid meris ſervis fieri non ſoleat: v. 15. Olim quoque eoſdem elegerit ad Eccleſiam, Apoſtolatum, vitam æternam, ex mera gratia, quandoquidem ipſi illum non elegerint prius, quam ipſe illos, & conſtituerit Eccleſiæ miniſtros, qui ferant pietatis & laboris fructus, perpetuo manſuros, idque beneficio Patris precibus adeundi v. 16. Caſtigabat hac ſua doctrina erroneam ſententiam Phariſæorum. Nam cum apud Phariſæos opinio erronea, vetuſta licet, invaluiſſet, quod ſola primæ tabulæ opera eſſent neceſſaria, ſecundæ non item, ut neceſſarium quidem eſſet Deo ſacrificia offerre, non autem ſuccurrere parentibus, ideoque Chriſtus Matth. V. 23. ſeqq. docet, neminem poſſe ſacrificium Deo placens offerre, niſi reconciliatus ſit cum ſuo proximo, i. e. neminem poſſe Deo cultum præſtare & obedientiam juxta primam tabulam, niſi qui præceptum de charitate, iſti ſimillimum, obſervarit. Idem Luc. XI. 42. væ denunciat ordini Phariſæorum, quod decimas darent anxiè, & plures, quam rigor legis ab ipſis exigeret, interea vero juſta in foro judicia, & charitatem, præſtantiſſimam legem, negligerent; innuens, unum eſſe faciendum, alterum non omittendum. Sic manet præceptum hoc ſecundum de charitate proximi, ſimile primo, de charitate erga Deum, dum perinde ac iſtud, neceſſarium eſt, & obſervandum. Matth. XXII. 39. Marc. XII. 31.

Digitized by Google

(2) **Summa.** §. 23. *Summa, mens*, & *regula* præcepti his paucis verbis continetur: Prout vultis, ut faciant vobis homines, vos quoque facite; & vice verſa: quod non vultis, ut vobis faciant homines, idem nec vos ipſis faciatis; debet enim ſuum quisque proximum diligere ſicut ſemetipſum. Luc. VI. 31. Matth. VII. 12. Repurgaverat Chriſtus decalogum à fermento phariſaicarum Pſeudhermeniarum, & docuerat dilectionem proximi etiam inimici, & egeni, & miſeri; Ne igitur Phariſæi putarent, rigidiorem hanc eſſe, & novam explicationem, remittit ipſos ad fontem æquitatis & charitatis, hominem ipſum, ſicut ipſe velit in hoc vel illo caſu conſtitutus ſecum agi, ita agat ipſe cum ſuo proximo, regulas modeſtiæ & æquitatis obſervante; Diligit autem homo ſe ipſe affectu cordis, affatu oris, & effectu operis: Quare eodem modo diligat quisque ſuum quoq; proximum. Barnabas in epiſtola Catholica, quæ vulgo illi tribuitur, part. 2. c. 1. verba Chriſti ita legit: *ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. diligas proximum tuum ſuper animam tuam.* Ita quidem Chriſtus non locutus eſt, poſſunt tamen verba habere commodum ſenſum, ex 1. Joh. III. 16. ubi Johannes docet, Chriſtum ſuam pro nobis vitam poſuiſſe, ut & nos vitam poneremus pro fratribus noſtris: i. e. proximum aliquo modo plus nobis diligeremus. Vapulant, qui plus ſibi indulgent in proximum, quam in ſemetipſos, Matth. VII. 1. ſeqq. Luc. VI. 37. ſeqq. Chriſtus propterea invehitur in hypocritas, qui in ſuis vitiis vel agnoſcendis cœci ſint, vel corrigendis negligentes, & mitiores; in aliorum vero obſervandis acutiſſimi lynces, & rigidiſſimi, imo iniquiſſimi, cenſores, qui tamen adeo interdum peccatores non ſint, ſicut iſti ſui cenſores, ex Lev. XIX. 16. & 17. Confer Luc. XIII. 1. ſeqq. ubi veniunt ad Chriſtum, qui exaggerant cædem Galilæorum, ſed Chriſtus ſumpta hinc occaſione, docet, ipſos cæſis non eſſe meliores, caverent igitur & ipſi ſibi à pœna imminente, per ſeriam pœnitentiam. Quare qui cum fructu, ut debet, fratrem ſuum corripere vult, prius deſcendat in ſeipſum accurato examine, & ex ſe ſumat exemplum, & argumentum fratris caſtigandi. Perinde faciunt hypocritæ, ac illi, qui trabem oculis infixam habent, nec tamen mente attendunt; ut eji-

Digitized by Google

ut ejiciant; interea tamen curioſiſſimè obſervunt paleam feſtucamve minoris vitii in oculo proximi; ſic illi majoribus vitiis laborant, ſuſpicionum, temerariorum judiciorum, mendaciorum, quibus veluti trabibus ædificia variorum vitiorum ſuperſtruunt.

§. 24. *Objectum* charitatis eſt omnis homo, noſtræ opis indigens, fidelis & infidelis, amicus & inimicus, dives & pauper: uno verbo: *proximus.* In parabola explicat Chriſtus Luc. X. 29. ſeqq. dum narrat, quomodo Samaritanus vel Judæum in via ſemimortuum miſericordi affectu viderit, ſepoſitis negociis propriis adierit, lotis vino vulneribus, & oleo infuſo lenitis, juverit, in jumentum, ipſe pedes concomitans, ſuſceperit, in diverſorium deduxerit, medicis & chirurgis curandum dederit, expenſas ſolverit, & pro eodem fidejuſſerit; i. e. proximum ſeſe miſero præſtiterit, vel ipſo Legisperito fatente. Origenes homil. XIV. in Luc. & in cap. XIII. Rom. & Chryſoſtomus in Matth. homil. XLII. op. Imperf. per proximum intelligunt Chriſtum, qui ſalutis noſtræ gratia venerit: Quæ explicatio qualemcunque bonum ſenſum admittit, quatenus in Chriſto præfiguratum eſt, quomodo proximus quis alteri ſit, nempe eum in neceſſitate quocunq; modo juvando; ſed ſtrictior imo alienior, eſt hæc proximi ſignificatio; Is in genere proximus eſt, qui intervenit alterius indigentiæ, eique ſuccurrit, juvando, & ſublevando eum, ſicut Samaritanus Judæum, non obſtante religionis, & affectuum diverſitate. Matth. V. 43. idem caſtigat Phariſæos, tradentes proximum ſcil. amicum eſſe diligendum, ſed inimicum odio habendum; Nam & hunc Chriſtus vult diligi, non verbo tantum, ſed & affectu, & effectu; Id enim requirere imaginem Dei, erga impios etiam benefici, reſtaurandam & declarandam in filiis Dei adoptivis. Æquum eſt, ut filius genuinus inſiſtat veſtigiis ſui parentis, adeoque etiam Dei Patris, hoc fit, cum perfecte diligit, non ore tantum, ſed & corde, & opere, nec amicos tantum, ſed & inimicos, qui nos oderunt, conviciantur, lædunt, & perſequuntur. Confer Exod. XXIII. 4. 5. Lev. XIX. 18. Prov. XXVI. 21. 1. Joh. III. 18. Opponit hæc Chriſtus non modo Phariſæorum corruptelis, (3) Objectum.

ſed

ſed & publicanorum & malorum hominum mori, qui diligere ſolent etiam ipſo opere, ſed amicos, & à quibus ſperant ſimilia vel plura. Nulla hiſce hominibus gratia debetur, quia mercenariam habent charitatem, non in gratiam Dei, & ſalutis proximi unicè intentam. Qui autem Deo aſſimilari vult, & debet, is mutuum dat, non ut publicani illi divites, ſortem recepturi, interdum cum fœnore, & hanc ab amicis, & divitibus, & gratis; ſed ut Deus ſolet, non recepturus vel ſortem, vel uſuram, utpote ab inimicis nihil reddere ſolitis, vel à pauperibus, reddere non valentibus. Dicas, ita damnum rerum mearum facio: reſpondet Chriſtus: merces veſtra erit copioſa apud Deum in cœlis. Prov. XIX. 17. Promiſit enim Deus benefactoribus gratuitis æternum præmium, etſi oppido pauci ſint, qui ea propter ſua erogent pauperibus. Sed nec *oſtentationis* gratia facienda ſunt opera, quoad ſubſtantiam actuum licet bona.

(4) **Finis.** §. 25. *Finis* eſt gloria Dei, & utilitas proximi. *Iſtius*, quippe cujus hoc præceptum eſt: quique ſibi imputat, quæ ſuis præſtantur. Matth. XXV. 40. 45. mihi quod illis, vel feciſtis, vel non, ait Chriſtus. *Hujus*, quod ex Matth. V. 43. paulo ante oſtenſum eſt. Vapulabant igitur *ambitioſi*, Matth. VI. 1. Eleemoſynam pauperibus erogare eſt quidem bonum factum, ſed non benè, coram Deo, ſi eo fine, ut coram mundo, tanquam in theatro, videare, fit; Hæc tria hypocriſis, ambitio, & ſuperbia commaculant omne opus bonum. Hoc fine prohibita eſt *φιλαυτία*, qualis erat Phariſæorum & Scribarum, prærogativam in honore & doctrina ſibi attribuentium: Matth. XXIII. 5. ſeqq.

Digitized by Google

Art. VII. Sect. III. n. 2.

De

POSTERIORE DECALOGI TABULA.

Argumentum:

P*Receptum primum.* 1. *Secundum.* 2. *Tertium.* 3. 4. 5. *Quartum.* 6. *Quintum*: 7. *Et in eo imperata.* 8. *Comminationes & promiſſiones.* 9. *Exempla, Mendacium.* 10. *Et Veracium.* 11. *Sextum.* 12. *Gradus virtutum & vitiorum.* 13. *Imperfectio virtutum.* 14. *nihil merentur.* 15.

§. I.

PRimum ſecundæ Tabulæ Præceptum ita ſonat: *honora Parentes.* Nota (1.) *Terminos*, quorum ſunt duo, parentes, & parentum honor. Iſti ſunt vel *Naturales*, qui liberos genuerunt, vel immediatè, vel mediatè, pater & mater κατ' ἐξοχὴν dicti. Matth. III. 9. IV. 21. vel *Legales*; qui ſunt *Doctores*: Videtur equidem Chriſtus Matth. XXIII. 9. prohibere, ne quem Doctorem vocemus Patrem; Sed abſolutè non prohibet, verum ſecundum quid, nempe, ſenſu Phariſæorum accepto per abuſum vocabulo: Sunt *Magiſtratus*, qui vel ſummi, vel inferiores: Summus erat Imperator, inferiores erant Præſides Provinciarum, Chiliarchæ, Centuriones. Matth. VIII. 9. ſeqq. *Nutritii.* qualis erat Joſephus, Chriſti parens putatitius, & nutritius. Luc. II. 48. *Domeſtici*, ſeu Patresfamilias. Matth. XIII. 27. 52. XX. 11. &c. His correlata ſua reſpondent, *liberi*, qui vel naturales, ut Johannes & Jacobus Zebedæi; vel legales, ut diſcipuli, ſubditi, alumni, ſervi & ancillæ. Alter terminus eſt: *honora*. Eſt autem honor non ſolum externorum verborum, & geſtuum, ſed etiam cordis, & operum, quæ in gratiam Præcepta. I.

parentum præſtantur. Luc. I. 3. Theophilus vocatur κράτιςος *optimus*, qui titulus Magiſtratibus competit. Act. XXIII. 26. Math. VIII. 9. Servus Centurionis, vocante & imperante hero ſuo; promptus comparet, & exequitur imperata. Matth. XV. 4. ſeqq. Chriſtus jubet illa alias in Corban conjecta munera transferri in uſum parentum, vi legis divinæ de honorandis parentibus. (2.) *Fundamentum* eſt auctoritas à Deo parentibus, & qui ipſorum loco ſunt, vel nomine cenſentur, collata. Matth. VIII. 9. ſeqq. Centurio eam ſubindicat, argumentans â minori ad majus; ſi ſibi à ſervis pareatur, homini divinitus auctorato, multo magis morbum Chriſto eſſe obediturum, qui Deus ipſe, rex regum, & dominus dominantium eſſet. Luc. XXII. 25. Chriſtus ipſe Magiſtratui adjudicat auctoritatem regnandi, & titulum Evergetarum adverſus ambitionem diſcipulorum ſuorum. Joh. XIX. 10. Agnoſcit idem, Pilato, Provinciæ præſidi, datam eſſe divinitus poteſtatem de ſua vita, vel nece judicandi. (3.) *Agenda, vel omittenda.* Habent & parentes & liberi, & magiſtratus & ſubditi, quod ex officio agant. *Parentum* eſt, liberos ſuos curare, ut bene ipſis ſit quoad animas & corpora. Matth. VII. 11. Chriſtus inde argumentum ſumit pro confirmanda Patris cœleſtis beneficentia, quod vel terreni & peccaminoſi alias parentes inter homines ſoleant dona bona dare liberis ſuis, ea decenter rogantibus. *Liberorum* viciſſim eſt parentibus benefacere, ſi qua in re ope ipſorum indigeant. Matth. XV. 4. ſeqq. caſtigat Chriſtus Phariſæorum doctrinam, qua liberi jubebantur potius in Gazophylacium ſua munera, quam ſubſidium egentium parentum, conferre; Debebant igitur liberi vi legis divinæ parentibus de ſuis facultatibus ſubvenire. *Magiſtratui* competit judicium in rebus controverſis, juſtè tamen, & circumſpecte exercendum. Joh. XVIII. 34. Hujus ſui officii Chriſtus ipſum commonefacit, cum ait; à temetipſo hoc dicis? an alii dixerunt tibi de me? q. d. inſimulas me interrogando affectati regni, cum tamen de me nihil tibi conſtet, neque etiam aliunde rei certitudinem habeas; interroga igitur eos, qui me apud te detulerunt, ut delata probent. *Liberorum, ſubditorum &c.* eſt obedire:

paren-

Digitized by Google

parentibus, Magiſtratibus, &c. honore, tributis, beneficiis: Matth. XVII. 24. ſeqq. exactores Capernaitæ petunt, vel potius quærunt ex reverentia & modeſtia ex Petro, annon Magiſter ipſorum tributum, Romanis de ſingulis capitibus pendi ſolitum, nempe didrachmam, ſive duos denarios, ſolvere ſoleat? Petrus monet ea de re Chriſtum; Chriſtus docet, non quidem obligatum ſe, Dei Filium, tale quid pendere, velle tamen dare in hoc exinanitionis ſtatu, ne cui ſcandalum daret, ſed oſtenderet, ſe ut hominem eſſe ſub magiſtratu; quare & ſtaterem, ex piſce exemptum, pro ſe, & Petro, qui domum Capernaumi habebat, in qua & Chriſtus divertere ſolebat, juſſit exactoribus exhiberi. *Obedientia in oneribus.* Matth. XXII. 21. Marc. XII. 17. Luc. XX. 25. Chriſtus interrogatus à Phariſæorum & Herodianorum emiſſariis: An ſibi Judæis. i. e. populo Dei ſancto & libero, liceret dare cenſum Cæſari, alienigenæ, & Ethnico? reſpondit Jeſus, quod ſic, eo quod eſſent ſubditi Cæſaris, docente id denario, Cæſaris effigie notato. Obedientia igitur hæc præſtanda eſt etiam in iis, quæ nobis videntur eſſe injuſta moleſta. Nam Matth. V. 31. jubet Chriſtus ſuos diſcipulos ſubire onera publica, per vim & injuriam à Magiſtratu & ejusdem miniſtris impoſita, & plura potius ferre, quam contra niti, & ſeditiones movere. Utitur voce ἀγγαρεύειν, quod ſignificat ad faciendum iter per vim abripere. Solebant Perſarum curſores proximos quosque ſive homines ſive jumenta eo adigere. Neque opponenda eſt vis privata publicæ. Nam Matth. XXVI. 52. Luc. XXII. 51. cum Petrus gladium ſtrinxiſſet adverſus cohortem Pilati, & ſummos quosdam Sacerdotes, & Seniores populi; miniſtroque Pontificis auriculam amputaſſet, prohibitus eſt à Chriſto, reddita ratione, quod gladio periturus ſit, quisquis gladio etiam adverſus talem Magiſtratum tyrannicum privato auſu uſus fuerit. Neque ingratitudo deterreat aliquem ab officio charitatis. Secundum officii ſui annum Chriſtus in patria ſua auſpicabatur; Et licet conterranei ipſum de rupe præcipitare allaboraſſent, attamen ſub finem anni rediit eodem, & docuit in Synagoga,

Digitized by Google

quamvis & hac vice indigne fuerit exceptus; nec enim volebant in ipſum credere. (4.) *Obiicis*: Chriſtus tamen in nuptiis Canæis matrem ſuam minus honorifice tractavit. Joh. II. 4. ℞. Juſtinus Martyr, vel quisquis auctor eſt q. & ℞. 136. Οὐ πρὸς ἐπίπληξιν εἴρηται τῇ μητρὶ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, ἀλλὰ πρὸς ἔνδειξιν τοῦ μὴ ἡμᾶς, φησὶν, εἶναι τοὺς ἀναδεδεγμένους τοῦ ἐν τῷ γάμῳ ἀναλισκομένου οἴνου τὴν φροντίδα, ὅμως ἐκ πολλῆς ἀγάπης, εἰ θέλεις, ἵνα μὴ λείψῃ αὐτοῖς οἶνος, εἰπὲ τοῖς ὑπηρέταις, ἵνα ποιήσωσιν ἃ λέγω αὐτοῖς, καὶ βλέψεις, ὅτι οὐ μὴ λείψει αὐτοῖς οἶνος: Ὅπερ καὶ γέγονεν, οὐκ ἂν οὖν λέξει τὴν μητέρα ἐπέπληξεν, ἣν τοῖς ἔργοις ἐτίμα. *Non ad matris objurgationem dictum eſt à Salvatore; ſed ad illud oſtendendum: Non nos, inquit, delecti ſumus quibus conſumtum in nuptiis vinum curæ eſſet. Ex ſingulari tamen charitate, ſi vis, ne eos vinum deficiat, miniſtris dicito, ut quæ dixero faciant: & videbis non defore illis vinum; id quod & factum eſt. Non igitur verbis matrem increpuit, quam operibus cohoneſtavit.* Confirmat ex Luc. II. 51. *Quod vero*, inquiens, *nullo modo Chriſtus contumelioſè aut inobedienter quidquam adverſus parentes egerit, ex eo apparet, quod Lucas Evangeliſta de eo teſtatur, Hieroſolymis eum cum ipſis deſcendiſſe, & ſubditum illis fuiſſe.*

Præceptum. II. §. 2. Secundum præceptum eſt; *Ne occidas*. Matth. V. ℣. 21. In quibus verbis notandum eſt I. partim interdictum: ne occidas; Eſt enim peccatum; peccavi, ait Judas Iſchkarioht, quod ſanguinem innoxium prodidi: Matth. XXVII. 4. Quanto magis peccaverit, qui fudit? partim præceptum, ſerves in vita, utrumque corde, ore, & opere. Non eſt occidendum (1.) *Corde*, per odium, invidiam, & alios malignos affectus erga proximum, ſive ſit amicus, ſive inimicus noſter. Matth. V. 43. ſeqq. Chriſtus jubet diligi, adeoque odio non haberi, non ſolum proximum, ſeu amicum, ſed etiam inimicum, quales inter ſeſe erant Judæi & Samaritani. Luc. 9. 29. ſeqq. Peccant igitur, qui iniquè ſuccenſent fratri. Matth. X. 22. ἐπιχαιρέκακοι, qui ex odio erga proximum adverſa ipſius fortuna delectantur, ſicut Judæi inſultantes Chriſto, in cruce pendenti. Matth. XXVII. 42. 47. 48. Bene contra agunt συγχαίροντες; Qui una gaudent, ſi quid proximo bene acciderit. Luc. I. 58. XV. 6. Sicut gaviſi ſunt cognati & vicini

cum

cum Eliſabetha, nato filio. Et vicini cum paſtore, ove inventa: & muliere, reperto denario: Item concordes; Quam virtutem Chriſtus diſcipulis commendat. Joh. XIV. 27. Item miſericordes; Tales nos Chriſtus eſſe juſſit, cum dixit, ſitis miſericordes, ſicut Pater veſter in cœlis miſericors eſt. Luc. VI. 36. Propoſito præmio. Matth. V. 7. (2.) *Ore & aliis ſignis.* Ore fit maledictio, quæ omittenda; contra autem benedicendum eſt etiam hoſtibus. Matth. V. 44. Abſtinendum eſt à temerariis iudiciis, ut ſunt hypocritarum, qui ſibi clementes ſunt in ſuis vitiis caſtigandis, in aliis, minus licet delinquentibus, rigidiſſimi, & iniquiſſimi, cum cogitare deberent, æquum eſſe, ut in alios quoque ſtatuant, quod ſibi optant, & prius ſeſe corrigant, quam alios levius peccantes. Matth. VII. 1. ſeqq. Luc. VI. 37. ſeqq. Ab omni hoſtili geſtu. Matth. V. 22. Was Racha heiſt / iſt ſonſt geſagt / daß es deute allerley Zeichen / ſo man beweiſt aus Zorn gegen den Nechſten / als wann einer Maul und Augen von ihm wendet / oder frölich iſt / und in ſeine Fauſt lacht / wenn es ihm übelgehet / oder ſich ſonſt ſo erzeigt / daß er ihm wohl gönne / daß er gar verdorben wäre. ita Luther. t. IV. Wit. p. 29. &c. confer. Hier. ad l. c. Neque murmurandum eſt ex invidia erga proximum, quod fecit frater natu major ob receptum à patre filium minorem. Luc. XV. 28. 29. ſimilis Phariſæis murmurantibus ob receptos à Chriſto peccatores. ℣. 2. Neque illudendum eſt proximo, quod iterum Phariſæorum peccatum erat. Luc. XVI. 14. *Virtus oppoſita* eſt φιλανθρωπία in ſermone & geſtu: proximum ſalutando, benigne reſpiciendo, & tractando, quales virtutes & Chriſtus ipſe exercuit. Luc. IV. 22. Matth. XI. 29. & diſcipulis ſuis imperavit. Matth. X. 12. æmulis Angelorum futuris: Nam & Angelus amice ſalutabat Mariam. Luc. I. 28. (3.) *Opere ipſo*; Cum adverſus ſemet; ut Judas Iſchkarioht ſe ipſe interfecit: Matth. XXVII. 5. tum adverſus proximum; ut Petrus, qui ſtricto gladio in cohortem Judæo-Romanam irruit. Math. XXVI. 5. Joh. XVIII. 11. Nam cum Petrus non exſpectato Magiſtri reſponſo, & mandato, gladium exeruiſſet, & ex hoſtibus Malcho auriculam amputaſſet, Chriſtus indignè factum tulit, utpote vindictam privatam, & calumniis adverſa-

riorum, tanquam ſicarios ſecum haberet, obnoxiam ; eaque propter juſſit gladium in vaginam recondere, quandoquidem gladio periturus ſit ex vindicta , quiſquis privato auſu eo fuerit uſus etiam adverſus abutentem ſua poteſtate Magiſtratum. Patet hinc, *privatam vindictam* nullo modo eſſe licitam, ſive immediatè , ſive mediatè , etiam per magiſtratum, ſi ex vindictæ inordinata cupiditate ejus vindictam imploramus. Phariſæi equidem cenſebant etiam privatis licere ſemet ulciſci, ſi modum non excederent , ſed Chriſtus Matth. V. 38. ſeqq. docet privatis, ut erant Apoſtoli, turbæ &c. auditores, non eſſe licitum, quod Magiſtratui eſſet licitum & imperatum, nempe injurias ulciſci, juxta Levit. XIX. 18. Prov. XXV. 29. Thren. III. 29. Quid ſi autem Magiſtratus officium non fecerit, an tum licet privato ſeſe ulciſci, ſaltem odio adverſus hominem infeſto ? ℞. Nec hoc licet ; Ne reſiſtatis malo, ſed animum ad manſuetudinem componite. Etiam tum, cum Magiſtratus ſuum officium facit, ne vindictam ideo ſolum quæratis, ut proximo noceatur , vel exerceatis , ut ægrè ipſi fiat, veſtræ autem amarulentiæ ſatis fiat. Igitur, ſi quis *alapas* alicui inflixerit , i. e. corpus quocunque modo læſerit ; vel *ſpoliaverit*, ſive viliori ſive pretioſiori veſte, ſive neceſſaria, ſive minus neceſſaria tunica, i. e. bonis tuis damnum fecerit ; vel te *angariaverit*, i. e. publica tributa, exactiones , onera impoſuerit ; vel *contenderit judicio*, i. e. ſub ſpecie juris injuriam tibi fecerit ; nihilominus privatam vindictam ne exerceas: adeò, ut ſi declinare non poſſis modo legitimo, patienter feras etiam novas injurias & ignominias , ut Chriſtus fecit, poſtquam querela ſua coram legitimo judice nihil profeciſſet. Joh. XVIII. 23, Cum Samaritani Chriſto petenti, & Hieroſolymas tranſeunti, denegarent hoſpitium & tranſitum, diſcipuli duo, qui in monte cum ipſo fuerant, & Eliam Zeloten viderant, Jacobus & Johannes, ad illius exemplum volunt ignem è cœlo dimitti in capita Samaritanorum, ſed à Chriſto prohibentur, ratione addita, quod χαρίσματα Spiritus accepiſſent non ad perdendos homines, ſed ſalvandos ; Sicut nec ipſe veniſſet homines perditurus, ſed ſalvaturus. Luc. IX. 51. ſeqq.

Potius

Digitized by Google

Potius proximo ſua delicta ſunt condonanda. Matth. VI. 14. remitti Chriſtus vult peccata proximo, repetens quintam petitionem orationis dominicæ, quod ſciret, difficiles nos eſſe in remittenda culpa & pœna, faciles contra in roganda ex Deo venia pro noſtris delictis; At fruſtra, niſi proximo ſua erga nos remiſerimus: Nam ubi non eſt reconciliatio, ibi non eſt fides, ubi non eſt fides, ibi nulla exauditio. Matth. XVIII. 21. ſeqq. hoc ipſum Chriſtus ex profeſſo docet, etiam parabola addita de rege, qui rationes ducebat cum ſervis ſuis: Propoſuerat Petrus, ex præcedente Chriſti concione juſſus fratri ſuo reconciliari, quæſtionem, quoties delictorum commiſſorum venia danda eſſet fratri? an ſufficeret ſepties? Prov. XXIV. 16. Reſpondit Chriſtus, negando; ſeptuagies enim ſepties, qui numerus excreſcit ad 490. certus autem ponitur pro incerto. Nempe docet Chriſtus, veniam non eſſe numerandam, ſed proximo ignoſcendum eſſe, quotiescunque peccaverit; id niſi fiat, eventurum, quod ſervo immiſericordi erga conſervum, quem rex juſſerit in carcerem conjici, quod conſervo minus debitum remittere noluerit, poſtquam Deus ipſi grandius remiſiſſet, nempe decem millia talentorum, h. e. 600000. coronatorum. Luc. XVII. 3. 4. *Juſta judicia.* Luc. XI. 42. Cum Phariſæi in externis ſolum ſuper erogatis operibus eſſent occupati, reprehendebantur à Chriſto, quod ipſi, qui pars erant Magiſtratus politici, negligerent judicia facere in foro juſta, & debita. Repetit admonitionem. Diſſeruerat de ſcandalo cavendo ad diſcipulos, quos metuebat, ne illuſione Phariſaica, c. XVI. 15. offenderentur; cum doceret, quid fieri deberet, ſi quis fratrum in nos peccando ſcandalum nobis dediſſet, nempe, peccantem eſſe redarguendum, & ſi pœnituerit ipſum, delicta condonanda: idque non ſemel tantum, ſed vel ſepties de die, ſi ſepties frater peccaverit, & venerit injurias deprecaturus. Hæc vero non eo extendenda ſunt, quaſi neque Magiſtratui politico, aut ejus miniſtris, & militibus quemquam occidere liceret; aut injuſtum eſſet, litem alicui coram Magiſtratu conteſtari, quam ſententiam Fabro Stapulenſi & Eraſmo tribuit Bodius; Per calumniam autem Lutheranis.

ranis. vide Sixt. Senenſ. lib. VI. annot. 27. Habebat enim Pilatus poteſtatem divinitus acceptam crucifigendi; etſi ea ſua poteſtate abuſus fuerit. Joh. XIX. 11. Ejus gladio perit, qui gladium temere ſumpſerit. Matth. XXVI. 52. Oportet autem crimina ea eſſe moralia, quorum gratia gladio animadvertendum eſt in ſontes; animadverſio competit Magiſtratui politico, non autem miniſterio Eccleſiaſtico, Matth. XII. 30. Zizania, i. e. hæretici non ſunt evellendi, puta vi externa, eos interficiendo; Cumque Jacobus & Joannes ignem è cœlo depoſcerent adverſus Samaritanos, prohibuit id Chriſtus, ratione reddita, quod non eſſent filii Spiritus homicidæ. Luc. IX. 54. *Dicas:* atqui Chriſtus juſſit ſuos diſcipulos emere gladios. Matth. XXIV. 52. ℞. Chryſoſt. homil. 85. in Matth. *ut facilius crederent, quia traderetur, propterea dixit eis, emite gladios, non, ut percutiant, animans; Sed, ut pradictionem ante oculos poneret.* Pergis: Chriſtus juſſit amputari manus & pedes, erui oculos &c. & Origenes ſeſe propterea caſtravit. ℞. figurate illa vis eſt intelligenda, non proprie, ſecus pugnaret ſecum Spiritus ſanctus, alicubi prohibens, quod hic juſſiſſet. Regula Origenis lib. IV. Περ. ἀρχ. c. 2. & ex hoc Augu-
III. ſtini obſervanda eſt. Ex lib. III. de doctr. Chriſt. c. 16. *Si præceptiva locutio eſt, aut flagitium, aut facinus vetans, aut utilitatem, aut*
(1.) *beneficentiam jubens; non eſt figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem aut beneficentiam vetare, figurata eſt.* Inſtas: cum nemine litigandum eſſe: Matth. V. 40. ℞. de affectu litigioſo loquitur, non vero de moderato juris actu. Milites Johannes vi quidem injuſta interdixit, ſed non militia, adeoque nec omni cæde. Luc. III. 11. 12. *Debuiſſet alias reſpondere, arma abjicite, militiam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite neminem. Sed quia ſciebat, eos, cum hoc militando facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros Legis, & non ultores injuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores, reſpondet eis, neminem concuſſeritis.* ita Auguſtinus lib. XX. contra Fauſtum Manichæum. cap. 74. (II.) Pœna. Homicidis deberi pœnam patet ex verbis Chriſti. Matth. XXIII. 35. ubi ſanguis, id eſt, reatus ſanguinis innoxii, ſed fuſi, & aliarum inju-

Digitized by Google

injuriarum Prophetis, illatarum prædicitur venturus eſſe ſuper propheticidas. Quod ipſum innuunt Judæi, cum clamant: Sanguis ejus ſit ſuper nos, & ſuper noſtros liberos; i. e. pœna, ſi quæ futura eſt, nos maneat. Species talis pœnæ erat interitus Judæ Iſchkariohr, proditoris. (III.) *Præmia.* Chriſtus Matth. V. 5. beatos prædicat manſuetos, & promittit ipſis poſſeſſionem terræ: Nec non ℣. 7. miſericordes, eo quod & ipſi miſericordiam ſint conſecuturi: præterea pacificos ℣. 9. quoniam filii Dei vocandi ſint. Tandem ℣. 10. & 11. & patientes propter Deum perſecutiones, ſeſe non ulciſcendo; eo quod cœlorum regnum ipſis ſit deſtinatum, in quo ampliſſima præmia conſecuturi ſint.

§. 3. Tertium præceptum eſt: *Non mœchaberis.* Matth. V. 27. In hoc quoque præcepto obſerva (1.) *Vetita*, nempe *cordis* quoque libidinoſa cogitata & deſideria. Nam & in corde deſideriis erga alienam uxorem adulterium committitur. Matth. V. 28. Ex corde hominis exeunt adulteria & ſcortationes. c. XV. 19. vide Juſtin. Martyr. Apol. II. fol. m. 48. Tertul. de pœnit. c. 3. Origen. tom. XII. in Matth. f. m. 272. Hilarii, Hieronymi, Auguſtini comm. ad Matth. loc. cit. Hunc lib. IV. adv. Julian. p. 425. Et in Joh. p. m. 144. (2.) *Oris, & quivis externus geſtus*, qui libidinis ſignum, vel incentivum eſt, & organum. Matth. V. 28. Chriſtus ait, ἀκόλαςον ὄψιν, uti Chryſoſtomus vocat, oculum, qui alienam uxorem libidinosè intuetur, cooperari ad adulterium: *Qui mulierem ad concupiſcendum viderit, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Si fortuiti occurſus iis, qui obiter mulierculam inſpexerunt, tantum pariunt periculi, quanto majus fuerit, quum de induſtria congrediuntur, quum dedita opera mulieres in ebrietate & convivio, omni laſcivo geſtu, ſaltatione, cantu impudico, ad libidinem effrenes juvenes invitantes ſpectantur? Quid dicent, aut quid cauſabuntur illi, qui tot mala ex his ſpectaculis collegerunt? Nonne, ad voluptatem ſe, ac ad excitandam concupiſcentiam ſpectare? Itaque inexcuſabilis laſcivia pœnas apud juſtum Dei judicium quandoque dabunt.* ita Baſilius in ſermone de ebrietate & luxu t. 1. opp. f. m. 496. C. D. Tales geſtus formaſſe tradunt Herodiadis filiam, cum coram Herode vitrico & convivis ſaltaret. Matth. XIV. 6. Chryſoſt.

ſoſt. vocat *ἀσέλγειαν τῆς ὀρχησαμένης βασιλίσσης, indecentem laſciviam ſaltantis puellæ regiæ.* item *ἀσχημοσύνην indecorum :* *ὄρχησιν παράνομον illegitimam ſaltationem.* (3.) *Operis* ipſius, quod faciunt ſcortatores & ſcortatrices, quæ per *πορνείαν* ſuum corpus quaſi divendunt ad libidinem. Matth. XXI. 32. Qualis videtur fuiſſe illa Samaritana, quæ cum Chriſto collocuta eſt. Joh. IV. 18. 29. Adulteri & adulteræ : Qualis fuit illa in adulterio deprehenſa mulier Joh. VIII. 3. 4. Eſtque duplex adulterium, aliud ſpirituale, quale commiſerant Judæi Matth. XII. 39. XVI. 4. Aliud *carnale* ; & hoc interdum etiam eſt *inceſtuoſum*, quale admiſit Herodes cum Herodiade fratris, an adhuc ſuperſtitis ? & *ἐντίκτω* uxore. Matth. XIV. 4. interdum *ſubtile*, cum vinculo nondum ſoluto, ſaltem de jure divino, aliam quis duxit uxorem, vel hæc nubit marito. Matth. V. 32. XIX. 1. ſeq. Marc. X. 1. ſeqq. *Pœna* eſt temporale Joh. VIII. 5. & æternum exitium, Si enim beati ſunt, qui corde puri ſunt, & Deum videbunt ; Matth. V. 8. igitur damnabuntur, nec Deum videbunt, qui corde, ore, opere impuri ſunt. Nec *obſtat*, quod Chriſtus adulteram noluerit condemnare. Joh. VIII. 11. Non enim id ideo factum, quaſi non eſſet damnabilis, ſed quia ipſius officii non erat, pœnas civiles dictitare.

§. 4. II. *Imperata* eſt puritas & caſtitas (1.) *Cordis*, liberi à libidinoſis & ſpurcis cogitatis, & deſideriis. Matth. V. 8. (2.) *Oris*, & geſtuum honeſtorum & pudicorum. (3.) *Operis* ipſius, cum quis abſtinet ab amplexu libidinoſo vetitarum perſonarum. Tales ſunt, qui ſe caſtrant propter regnum cœlorum Matth. XIX. 12. abſtinentes vel maxime ab impuris actibus : *οἱ δὲ ἀρετὴν τοῖς πάθεσι πολεμήσαντες ; qui propter virtutis honeſtatem cupiditatibus reſiſtunt :* explicante Chryſoſtomo. *Præmium* caſtitatis ſinceræ eſt viſio Dei beatifica. Matth. V. 8. Illuſtre *exemplum* eſt Maria Deipara, & ipſius filius Jeſus Chriſtus. Matth. I. 20. & 23.

§. 5. Duplex autem eſt *caſtitas*, alia ſingularis, ſeu Heroica, quam non omnis capere poteſt : utpote pro ſingulari arbitrio Dei conceſſa quibusdam. Matth. XIX. 12. vid. Aug. lib. 5. cont. Julian. c. 7. Theodoret. lib. V. hæret. fab. num. 24.

Alia

Digitized by Google

Alia vero communis, & hæc eſt vel virginalis, vel conjugalis. *Conjugium* divinitus eſt inſtitutum. Deus enim, ut creavit maſculum & fœminam, ita unam eſſe voluit eosdem carnem per matrimonium: ut adeo Deus conjungat maritum & uxorem, ſive ſponſum & ſponſam. Matth. XIX. 4. ſeqq. Idem colligitur ex Joh. II. 1. ſeqq. ubi Chriſtus nuptias Canæ factas ſua præſentia honorat: *Quod Dominus invitatus venerit ad nuptias, etiam excepta myſtica ſignificatione confirmare voluit, quod ipſe fecerit nuptias. Futuri enim erant, de quibus dixit Apoſtolus, prohibentes nubere, & dicentes, quod malum eſſent nuptiæ, & quod diabolus eas feciſſet, cum idem Dominus dicat in Evangelio, interrogatus: utrum liceat homini dimittere uxorem ſuam ex qualibet cauſa? non licere excepta cauſa fornicationis.* ita Aug. tract. IX. in Joh. p. 96. & lib. II. de nupt. & concup. c. 3. p. m. 136. *Oſtendit & hominum conditorem, & conjugum copulatorem Deum adverſus Manichæos, qui utrumque horum negant.* Confer. cap. 34. & 35. lib. 1. cont. 2. epp. Pelagg. ubi probat, nuptias etiam in N. T. non eſſe repudiandas, etiamſi mediantibus illis, quod contra Pelagianos ipſe aſſerebat, peccatum originale propagetur. *Materia* conjugii ſunt duæ tantum, non plures ſimul, perſonæ. Tot enim Deus perſonas in conjugio voluit eſſe, quot creavit, & in prima inſtitutione copulavit, actu exemplari; duas autem, non plures, copulavit. Ex quo fundamento Chriſtus diſputat, contra temeraria Judæorum divortia: per hæc enim fiebat, ut unus maritus plures ſimul haberet uxores, aliam de facto, quam ſuperinducebat; aliam de jure, quam, extra caſum adulterii, dato libello repudii dimittebat: id quod contra inſtitutionem divinam eſt. Matth. XIX. 4. ſeqq. Dixi autem, *non plures ſimul*; Nam ſucceſſivè licuiſſe plures habere, patet ex Matth. XXII. 24. Quorſum nonnulli referunt Joſephum, putatitium Chriſti parentem; Statuit enim Gregorius Nyſſenus Orat. 2. de reſurrect. Joſephum iſtum ante Mariam Deiparam ſibi deſponſatam habuiſſe aliam uxorem, ex qua Jacobum minorem, Joſen, Judam & Simonem fratres Chriſti dictos, ſuſceperit. Quam ſententiam ſequuntur Chryſoſt. Theophylactus &c. apud M. Ant. de Dom. l. 2. Hier. Eccl. c. 1. n. 43. Ineptæ ad matrimonium contrahendum inter ſeſe ſunt perſonæ con-

ſanguineæ, quales erant Herodes & Herodias, Philippi fratris uxor. Matth. XIV. 4. An ex eodem loco ſequatur, illicitas eſſe nuptias ſecundas? ait Hier. ad l. c. inquiens: *Dicendo autem, maſculum & fœminam, oſtendit, ſecunda vitanda conjugia. Non enim ait, maſculum & fœminas, quod ex priorum repudio quærebatur: ſed maſculum & fœminam: ut unius conjugis conſortia necterentur.* Sed N. C. fœminas non licet ducere ſimul, ergo nec ſucceſſive. *Forma* eſt unio animorum & corporum, ſunt enim maritus & uxor una caro. ℣. 5. 6. *Præmium nuptiarum è duabus unam carnem fieri.* ait Hieron. ad l. c. Innuitur per domiductionem Matth. I. 18. Ei opponitur *divortium*, quod non eſt licitum, niſi in caſu adulterii. Hoc enim ipſum vinculum rumpitur, & perſona ſaltem læſa jus habet aliam ducendi conjugem, vel alii viro nubendi. Matth. XIX. 9. Peccarunt igitur Judæi, extra caſum adulterii uxores ſuas repudiantes. Ex profeſſo ibi Chriſtus de eadem materia diſputat. Cum enim urgeret Phariſæos, quod olim improbaſſet temeraria ſua divortia Jeſus, de novo iſtam quæſtionem, & impudenter quidem, proponunt, tentantes *Syllogiſmo* quodam *cornuto*, ut ait Hier. l. c. num quid ex reſponſione ipſius adverſus ipſum captare poſſent. Interrogant enim: Licetne homini divortium facere cum uxore ſua, qualibet ex cauſſa? Sperabant enim, ſi negativè reſponderet, Moſi contradicturum; ſin affirmativè, ſibi eſſe: neutrum fecit. Nam quærit viciſſim, quid Moſes ipſis præcepiſſet hac de re? innuens, ſeſe Moſen non ſpernere; Regerunt illi: permiſit libellum repudii ſcribere (Scribas nempe legis Doctores) & uxorem dimittere: Excipit Chriſtus, antiquiorem eſſe legem, eamque divinitus latam, & in Moſe deſcriptam, nempe primævam matrimonii inſtitutionem: Annon, ait, legiſtis, qui Moſen perpetuo jactatis, quid ſcripſerit; nempe, quod is, qui hominem ab initio creavit, crearit maſculum & fœminam, ex coſta viri deſumptam, ſexu diſcrimen faciente; Tantamque utriusque voluerit eſſe conjunctionem, ut homo præ conjuge dimittat vel conjunctiſſimos ſibi parentes, utpote ex quibus animam & corpus acceperit, & adhæreat arctiſſimè uxori quoad corporis.

Digitized by Google

ris & animi conjunctionem, quippe cum qua una ſit caro: Fore enim duos in carne una: ſi igitur una caro, non pro duobus habendos eſſe: neque ſeparandum ab homine, quod Deus tam arctè copulavit. Sic *Chriſtus primam Dei ſententiam ſecunda oppoſuit, quæ non voluntate Dei, ſed peccantium neceſſitate conceſſa eſt.* Hier. l. c. Regerebant Phariſæi Moſis auctoritatem, qui libellum repudii dediſſet, quare id factum? Reſpondet Chriſtus, diſtinguendum eſſe inter politicam permiſſionem, & divinam approbationem: Eſſe Judæos homines duræ cervicis, i. e. impatientes & ſævos; ne igitur uxoricidia perpetrarent, permiſſum eſſe minus malum, repudium, vel potius regulis ſuis & metis circumſcriptum fuiſſe, ne licentioſius iſta fierent: Cæterum etſi hæc permiſſio in foro ſoli valuerit, non tamen valuiſſe in foro poli, coram Deo, qui maſculum & fœminam, non fœminas, creavit, adeoque voluerit, in matrimonio maritum & unam tantum uxorem ſimul vivere: & vel parentes relinqui, quo ſuæ uxori adhærere quis poſſit: ſecus fieri, ſi quæ repudiata, & alia ſuperinducta fuerit, ibi non duos, ſed tres in una carne vivere. Duo autem in una carne, non plures, ſint: quam Dei inſtitutionem nemo hominum limitare poſſit, ſeparando per libellum repudii, quos ipſe conjunxit: niſi in caſu adulterii. Quippe quod ipſam matrimonii ſubſtantiam rumpit, & evertit. Extra hunc caſum, quisquis dimiſerit uxorem, tribus adulteris anſam dare; ſuo, aliam ducendo, uxoris, alii nubendo; mariti ſuccedanei, hanc ducentis. Poſtquam ad hæc obticuiſſent Phariſæi, diſcipuli privatim Jeſum interrogabant, ut dilucidius explicaret; quod fecit, docendo dimittentem & maritum, & uxorem adulterium, committere. vid. Hieron. ad Matth. XIX. 8. Patet hinc, adulterium eſſe cauſam divortii. Quod merito inde concludit Hilar. Com. h. l. 259. θ. Hier. ad Matth. loc. cit. Solvi hinc poteſt quæſtio: *An per adulterium ita rumpatur conjugale vinculum, ut aliam ducere uxorem liceat, repudiata adhuc vivente?* Evangelici affirmant contra Pontificios. Sicut enim qui dimiſſam, excepto adulterio, ducit, adulterium ipſe committit, & adulterium facit; ita, qui ducit dimiſſam ob adulte-

Digitized by Google

rium, non committit adulterium, neque adulteram facit uxorem, quam ducit. Matth, XIX. 9. In qua ſententia ſunt non patres ſolum nonnulli; ſed etiam Pontificii quidam, & in his Cajetanus, & Catharinus. vid. Sixt. Senenſ. Biblioth. lib. VI. annot. 23. & 24. & 81. *Finis* conjugii eſt procreatio liberorum. Matth. XXII. 24. 30. Marc. XII. 19. 25. Luc. XX. 28. 34. 35. Sadducæi allegant mandatum divinum Deut. XXV. 5. de ſuſcitando fratri ſemine, nec Chriſtus improbat in filiis hujus ſæculi i. e. hominibus hac adhuc in vita degentibus, etſi doceat, impertinenter applicari ad vitam æternam, utpote in qua Angelis immortalibus, nullas contrahentibus nuptias, nec prolem generantibus, ſimiles ſimus futuri. *Oppoſitum* eſt ſterilitas, qua laborabat Eliſabetha. Luc. I. 7. Eaque opprobrii loco habebatur ✝. 25. *Pudor eſt enim fœminis, nuptiarum præmia non habere, quibus hæc ſola eſt cauſa nubendi:* ait Ambroſ. lib. 1. in Luc. Comm. Tales ſunt caſtrati ab utero materno: vel ab hominibus exſecti. Matth. XIX. 12. vid. Montac. part. 11. Orig. n. 68. Analogum eſt defectus virium in ſenectute, unde Zacharias capere non poterat, qui ex uxore vetula, vetulus ipſe, filium ſuſceperit? Luc. I. 18. Atque hoc ipſo tempore nonnullis indecorum videbatur liberis generandis operam dare. Advertit hoc Ambroſius ad verba Lucæ I. 24. 25. quando Eliſabetha prægnans abdidiſſe ſeſe fertur: *Magna*, inquiens, *ſanctis cura eſt verecundiæ, ut plerumq; in ipſis pudor voti ſit, ſicut h. l. animadvertimus ſanctam Elizabeth, quæ utiq; filios habere cupiebat, occultandam ſe menſibus quinque. Quæ cauſa occultationis eſt, niſi pudoris? Eſt enim unicuiq; officio præſcripta ætas: Et quod tempore decet, tempore non decet: æviq; mutatio facti uniuscujusq; mutat ſæpe naturam. Sunt etiam ipſi quædam tempora præſcripta conjugio, quando dare operam liberis ſit decorum. Dum anni vigent, dum ſuſcipiendorum liberorum ſpes eſt, dum generandi uſus eſt in exemplo, copula quoque uſus in ſtudio eſt. At vero ubi matura ævi ſenectus ſucceſſerit, & ætas regendis liberis habilior quam creandis, pudor eſt, legitimi licet coitus indicia geſtare, & gravari aliena ætatis onere, & tumeſcere alvum non ſui temporis fructu. Senes enim ab ipſa concluduntur ætate, & juſto intemperantiæ pudore revocantur, facere opera nuptiarum.* Comm. ad l. c. Luc. *Contraria* conjugii ſunt

ſunt voluptuoſæ libidines, quæ etiam ab ipſis conjugibus poſſunt committi. Matth. XXIV. 38. inter vitia ſæculi referuntur ipſæ nuptiæ, nempe propter adhærentem nubentium ἀταξίαν. Item *adulteria*, & quidquid adulteriis anſam dat, ut eſt repudium, excepto adulterio; & alia, de quibus Origen. in Matth. fol. 365. *Nam præter repudium*, ajens, *alias etiam multas adulterandi cauſas uxori ſuæ vir poteſt præbere, majorem, puta, quam par ſit, ei licentiam concedens quæcunque vult agendi, & cum quibus libitum fuerit amicitiam contrahendi; Nam virorum ſimplicitas uxores ſæpenumero in hujuscemodi peccata inducit: at utrum talibus viris in ejusmodi caſibus ſit, necne, ſui excuſandi locus, id ſuper quæſtionibus à nobis hoc loco propoſitis diligenter à te inveſtigatum declarabis. Is quoque qui uxore abſtinet, efficit ſæpe, ut adulterium committat, cum ejus libidinem non explet, etiamſi majoris ſanctimoniæ, vel caſtitatis ſpecie ductus id faciat: Et is fortaſſe majori reprehenſione dignus eſt, qui, quantum penes ſe eſt, efficit, ut mœchetur, libidinem ejus non explens, quam qui ſine cauſa ſtupri, ſed propter veneficium, vel cædem, aut gravius aliquod facinus, eam repudiavit.* Addi poteſt *Intemperantia*, qua corda gravantur; prohibita à Chriſto. Luc. XXI. 34. Aſpectus libidinoſus. Matth. VI. 28. Dominus enim *adulterum non eum ſolum definit, qui cominus in alienum matrimonium cecidiſſet, verum etiam illum, qui aſpectus concupiſcentia contaminaſſet.* Tertul. de pœn. c. 3. f. 119. B. Oppoſita illa eſt *temperantia*, ſeu ſobrietati, non præciſè illi aſceticæ, vide Sixt. Senen. lib. VI. Bibl. annot. 128. ſed mediocritati in victu & amictu. Referri huc poſſunt *jejunia*, quibus libidini fomes & nutrimentum ſubtrahitur, dum interdum abſtinetur à cibo & potu; Non autem ideo, tanquam cibus & potus per ſe eſſent cauſa peccatorum; Hæc enim ex corde oriuntur. Matth. XV. 2. ſeq. Marc. VI. 2. ſeqq. Sed quod abuſus noceat ut ſanitati, ita caſtitati, & ſobrietati. In hunc finem impingebant Phariſæi, qui ideo jejunabant, ut exhauſtis corporibus ſanctiſſimi hominum viderentur. Matth. VI. 16, Cum potius vel caput ungendum, & facies abluenda ſit inter jejunandum, ne tales, & tanti videamur. ℣. 17. Impingunt & illi, qui opus neceſſarium, vel meritorium inde faciunt. Matth.

IX. 14.

IX. 14. ſeqq. Tales olim Montaniſtæ, & hodie Pontificii, quos Chriſtus refutat, docens, non opus eſſe, ut quis ipſe ſibi crucem figat, ſatis eſſe, ſi ultro venerit, ut futurum erat, perſecutionibus flagrantibus. vide gloſſam marg. Lutheri ad. l. c. Matthæi. Miraculoſum fuit jejunium Chriſti quadrageſimale.

IV. §. 6. Quartum ſecundæ tabulæ præceptum eſt: *Ne furtum facias*. Matth. XIX. 18. Marc. X. 19. In quibus verbis nota I. *Vetita*; nempe furtum, quod duplex, ſpirituale, de quo Joh. X. 8. Et corporale, quod non ſolum craſſum eſt, Matth. VI. 19. 20. Joh. X. 10. Sed etiam ſubtile, ut erat Judæ Iſchkariothi, perfidi adminiſtratoris. Joh. XII. 6. Et injuſti iſtius œconomi, qui deperditis ſibi commiſſis bonis, debitores ſui Domini clam juſſit corrumpere Syngraphas, ut haberet, unde poſthac ipſe veſceretur. Luc. XVI. 3. ſeqq. Id quod injuſte factum erat. ℣. 9. Eſt acceptio omnis ejus, quod tibi non debetur, invito, vel decepto Domino. Luc. XI. 39. Chriſtus invehitur in rapinam Phariſæorum, qua patinæ & vaſa alia intus turgebant; captabant enim oblata ab Auditoribus ſub prætextu longarum orationum: Furtum etiam in politicis eſt, quod tibi non debetur, & tamen tanquam debitum ſumis. Luc. III. 13. ſeqq. Johannes Baptiſta, rogatus à Publicanis, quid ſibi eſſet ex conſcientia agendum, reſpondet, ne plus conſtituto exigatis. Eſt ergo plus exigere, quam conſtitutum, furtum. Similiter reſpondit militibus ℣. 14 ſitis contenti veſtro ſtipendio; E. prædas agere inter provinciales ſaltem, erat furtum: Referri huc poteſt avara *immiſericordia*, cum egeno proximo nihil erogas de tuo, quod fecit dives epulo erga Lazarum. Luc. XVI. 21. Audi Baſilium in illud: deſtruam horrea mea, cum ſcribit: *Nonne ſpoliator es, qui, quæ diſpenſanda accepiſti, propria reputas. Eſt panis famelici, quem tu tenes; Nudi tunica, quam in conclavi conſervas: Diſcalceati calceus, qui apud toe te marceſcit; indigentis argentum, quod poſſides, quocirca injuriam pauperibus facis, quot dare valeres.* Aut pro pecunia ipſum divendis ad necem, quod fecit Judas Iſchkarioht pro 30. argenteis prodens, & divendens Chriſtum ſuum Dominum hoſtibus juratis. Nec ſolum *externum* ſed

etiam

etiam *internum*, nempe cordis, unde furta exeunt. Matth. XV. 19. Marc. VII. 22. II. *Imperata* ſunt *Eleemoſyna* & beneficia alia, ab iis potiſſimum exercendæ, qui injuſtè ditati ſunt. Luc. XI. 41. Chriſtus jubet Phariſæos, per ſacram rapinam divites, erogare eleemoſynas, quo opes iſtæ ſanctificentur. Luc. XVI. 9. Idem jubet fieri amicos per injuſtum Mammona, ut beneficiis affecti, quantum in ſeſe eſt, cooperentur ad æternam ſalutem beneficorum. Confirmat argumento, ſumpto à minori ad majus; quisquis, ajens, in minimo, ut ſunt bona corporalia, fuerit fidelis, idem multo magis in majoribus erit fidelis, adeoque majorum gratiam eſt conſecuturus; vice verſa, quisquis bona temporalia minus recte diſpenſaverit, ineptus erit ad ſpiritualia, quæ cujusque propria ſunt, cum divitiæ ſint alienæ. Et ne quis putet, utrumque poſſe ſimul fieri, ſubjungit parabolam de duobus dominis contrariis, quibus impoſſibile ſit ſimul ſervire. ℣. 13. Ad has ſpectant *convivia charitativa*. Luc. XIV. 12. 13. 14. Chriſtus enim inter convivandum jubet invitari non amicos, fratres, conſanguineos, vicinos, qui in te lauta ſunt, ut poſſint viciſſim invitare; ſed pauperes, claudos, cœcos, mutilis, qui non habent, unde rependant. Huc ſpectat mutui datio benevola. Eſt interdum proximus noſter tenuisquoad facultates; ut indigeat mutuis ſubſidiis, verecundus autem idem, ut potius velit & optet, quampetat quicquam importune, his non tergum obvertamus, ſed faciem, ultro commodantes neceſſaria, quicunque etiam fuerint. Matth. V. 42. Fit etiam interdum, ut, quæ proximus mutuo à nobis accepit, non poſſit reddere, vel certè non totum, obſtante re domi anguſta, in hoc caſu importune urgendus non eſt cum extremo ſuo damno, etſi jure urgeri poſſit, ſed potius mora eſt concedenda, vel ipſum debitum expungendum. Luc. VI. 30. Quæritur: *An liceat uſuram accipere?* videtur quod non, ex verbis Chriſti. Luc. VI. 35. ℟. Loquitur Chriſtus de noſtra Eleemoſynaria, docens, commodandum eſſe proximo egeno, etiamſi nullum inde ſperemus lucrum. Hinc vero N. C. Si proximus dare vellet lucrum, non

Digitized by Google

eſſe a
mines
lucru
XXV
Conſ
ſeq. I
inpe
non
ejece
ſed q
mam
beas
prop
XIII.
Joh.
ſecu
mag
Ben
rare
quit,
mana
Sen
res,
ſtin
quid
Atq
Chr
non
Sicu
lilia
orn
cura
me
nem
glor
Mat

accipiendum. Quod enim v
es, vos etiam ipſis facite. Matth.
um fuit uſitatum, ut colligitu
V. 27. Nec improbat ille fact
ſc. lib. 5. c. 144. n. 13. vid. D
D. Dannh. Deuter. p. 866. V
erſ. cum hom. 38. putat, *merca*
eſſe, eo quod Chriſtus eme
erit. Hoc enim non ideo fe
quia in loco iniquo, iniqua l
in 22. q. 77. Sixt. Sen. Bib
ipſe, vel unde des aliis, labora
pterea conſtituti ſunt, quibus
.14 *Nec obſtat*, quod videatur C
VI. 27. Ne operemini, inquien
ndum quid dictum erat, n
is ſoliciti erant de cibo co
Ferus comm. in h. l. reſpon
pro cibo corporis, immò hoc omnib.
vultus tui veſceris pane tuo; Et D
ducabis; Et Paulus: Qui non la
enſ. lib. VI. annot. 192. Obſerv
qui pigritiam ſectantur, &
nt, ut Dominicus Soto obſe
. denique contra regerat Hyp
ie hoc quoque ſenſu capiend
ſtus ait de non colligendis in
ita colligendos eſſe, ut fiducia
nec illud *obſtat*, quod Matt
n agro, & ℣. 26. aves cœli, c
ntur, & ſuſtententur; His ve
, & diffidentem ſolicitudine
tem opera vocationis. Cur
eſpicias, nempe ſalutem prox
m, & commoda ex benefic
. VI. 1. ſeq. Luc. XIV. 13. Re

Digitized by Google

Phariſæorum, qui non, ut alii, Symbolas ſuas in commune conferebant, diſtribuendas; ſed ipſi diſtribuebant, & diſtributuri per plateas tranſibant, præcedente tuba, ad locum publicum ſeu ſynagogam, imo in ipſis interdum plateis erogabant, eo ſolum fine, ut viderentur. His abjudicat Chriſtus ſuam mercedem coram Deo cordium ſcrutatore: Coram hominibus quidem accipiunt cenſum ſuum, nempe inanem gloriolam, prætereaque nihil. *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextra.* Si tua dextera eleemoſynas erogaverit, & has aliquoties, ne digitis ad ſiniſtram uſque computes, quot quantumque dederis, neque ideo eroget dextera, ut ſiniſtra tantundem, vel plus recipiat, vel ſaltem expetat. Rom. XII. 8. Neque ut ſibi blandiatur ipſe erogans in ſuo beneficio. *Sit Eleemoſyna tua in abſcondito*: i. e. non ideo, ut videaris, ſed ut benefiat proximo, etiam nemine conſcio, ne ipſa tua, ſi poſſibile eſſet, ſiniſtra. Nec inimicos præter eas, ℣. 12. imitans Deum, qui & ipſe inimicis ſuis benefacit. Matth. V. 44. 45. (III) *Minæ & pœna.* Matth. XXIII. 23. Luc. XI. 42. Chriſtus væ denunciat Phariſæis, licet liberalibus in dandis decimis, quod præterirent præceptum de miſericordia erga proximum. ℣. 25. implerent ſua vaſa rapinis & luxu. ℣. 14. deglutirent viduarum domos: Pœnam ipſam ſenſit dives epulo, qui vel micas Lazaro denegarat. Luc. XVI. ℣. 2. Nam delatus eſt in infernum poſt mortem. ℣. 22. Sentient immiſericordes alii in die extremo, quo in ignem æternum relegabuntur, quod denegarint egenis cibum, potum, veſtimenta, & alia vitæ ſubſidia. Matth. XXV. 41. ſeqq. (IV) *Promiſſiones & præmia.* Matth. VI. 4. Chriſtus eos, qui beneficia præſtantes vel ignorantur, vel nullis aliis inter homines afficiuntur, conſolatur oculo Dei omniſcio, quod videat etiam in occultiſſimis angulis præſtita beneficia, nec videat tantum, ſed etiam remuneretur, non quidem in theatro unius vici, urbis, regionis, ſed totius mundi, qui ſtabit coram tribunali Chriſti judicis juſti. Matth. X. 40. ſeqq. Chriſtus dicit, qui recipiunt Apoſtolos, recipere ipſum Chriſtum Apoſtolorum Magiſtrum, & qui hunc, ipſum Patrem cœleſtem, qui Chriſtum miſerit, adeoque & vitam æter-

 nem,

Digitized by Google

nam, qu
ceperit,
tus miſſu
phetæ &
& juſti
vel aqu
ideo qu
mittetu
dinem
invitar
muner
bit illu
Chriſti
rus ben
ire in
rem,
gratia
Domin
runt,
eſt *poſſ*
eſt pro
ta fuer
tor,
ret, q
deniq
Orige
rint,
lib.
prieta
Matth
labor
place

loquar
Quo
colun

quæ eſt, ubi Deus gratioſè eſt
, quem verum eſſe verbi divi
llum cognoverit, illum eſſe rec
& temporalia, & ſpiritualia,
i, ſi qui recipiuntur; Nam
uæ frigidæ potio fuerit, qu
uod Chriſto nomen dederit
ui ſine remuneratione. Luc X
æternam liberalibus erga p
unt ad cœnam gratuitam;
aturum eſſe Deum in die reſu
ſtriſſimè in die extremo. N
us Judex egregie commenda
neficia miſeris præſtita. Ju
regnum Dei, tanquam bene
& avaros, in ignem ætern
Nam *miſericordiam* conſequ
no, in cujus gratiam bene
quique ſibi præſtita imputab
eſſio bonorum propriorum. Na
oprium. Unde colligitur,
rant, fuiſſe ipſorum propria
qui inde aliquid abſtulerat.
uod Clericis liceat propria
ue Chryſoſtomus & Hi
nes & Hilarius, & Baſil
utcumque explicati poſt
I. Bibl. annot. 121. 148.
ex illo Patrisfamilias ad n
XX. 14. 15. Ubi ait: tolle
m; & : annon poteſtatem

7. Quintum ſecundæ
falſum teſtimonium: Matth.
generalius dicitur Matth.
hæ. Ex quibus dictis pate

Digitized by Google

tia cordis, oris, operis: *Cordis*: Nam falſa teſtimonia exeunt ex corde. Matth. XV. 19. In corde eſt odium adverſus hominem, quod per blanda oris verba diſſimulatur; Matth. XXII. 15. 18. In corde eſt vana gloriæ cupido. XXIII. 5. ſeqq. *Oris*, quod diſſentit à corde, ut in hypocritis, vel à veritate, ut in mendaciis & falſiloquiis, ore prolatis, quibus homo polluitur. Matth. XV. 19. Sunt qui alios corripiunt, tanquam peccatores, ut ipſi videantur probi, qui tamen longe gravioribus vitiis laborant, quæ Chriſtus trabibus comparat. Matth. VII. 4. Laudant Deum ore, ſed cor ab ipſo remotiſſimum & alieniſſimum eſt. Matth. XV. 7. 8. Laudant proximum verbis, tanquam eximiè ament ipſum, & tamen corde ipſum extremè oderunt. Matth. XXII. 18. Proferunt ſua commenta, tanquam eſſet verbum Dei, quod faciunt Pſeudo-Chriſti & Pſeudoprophetæ, notati Matth. VII. 15. XXIV. 11. Marc. XIII. 22. Reddunt teſtimonia, ſed falſa, quibus in rei veritate nihil reſpondet. Matth. XXVI. 60. Audent etiam juramentis confirmare, quod mentiuntur, contra interdictum de non pejerando. Matth. V. 33. *Operis*, quod faciunt, qui aliud geſtu ſimulant, quam cogitant, vel res ipſa confirmat. Tales Pſeudoprophetæ, qui ovium pellibus tecti incedunt. Matth. VII. 15. Qui miracula ἐκ δαιμονικῆς φαντασίας, uti loquitur Chryſoſtomus, edunt, ad confirmanda ſua falſa dogmata. c. XXIV. 24. Phariſæi, qui fimbrias ſuas & phylacteria dilatant, tanquam religioſiſſimi legis obſervatores, cujus tamen ſunt conculcatores. Matth. XXIII. 5. Qui ſub prætextu precum viduarum domibus inſidiantur. ℣. 14. Qui mare & aridam circumeunt, ut proſelytos faciant, & ſalvent, quos tamen inferno tradunt, duplo pejores ſeipſis eos reddendo. ℣. 15. Qui eleemoſynas erogant, ut videantur ipſi, non ut proximo benefaciant; Matth. VI. 1. Nam curant præ ſeſe tubis cani. ℣. 2. Qui ſtant in ſynagoga, in biviis, & angulis platearum orantes, iterum ſui gratia, ut videantur: ℣. 5. Qui faciem jejunando deformant, ut conſpicui fiant coram hominibus. ℣. 16. Qui Prophetarum monumenta exornant, tanquam abhorrentes à cæde, & tamen proximi vitæ inſidiantur.

dicitur regnum cœlorum: Aſſociabuntur illis Pſeudopropheτæ, & quos hi ſeduxerunt; Sunt enim iſti & hi inſtar cœcorum, quorum alter alterum ducit, donec uterque in foveam incidat; Et plantarum, quæ â Deo eradicantur. ℣. 13. 14. Hypocritæ, qui ſunt inſtar janitorum infidelium, qui nec ipſi intrant domum, nec intrare alios permittunt. Matth. XXIII. 13. Quare Chriſtus in hoc vitium merito invehitur. Matth. VII. 24. ſeqq. Sunt homines, qui verbum quidem Dei audiunt, credunt, loquuntur, ſed in opere ipſo non exprimunt: aut ſi exprimunt, externum ſolum eſt, cor abeſt: aut electitium eſt, ſine Dei mandato. Tales ſimiles ſunt ſtructoribus ædium, quæ in arena ſitæ nullum habent ſolidum fundamentum, cui innitantur adverſus vim tentationum, ſive leves ſint, inſtar imbrium, ſive graviores, inſtar torrentium, & procellarum: Tunc enim labuntur periculoſiſſime, & ſcandaloſiſſime ejusmodi hypocritæ, qui pridem ſplendida palatia & acropoles videbantur. Luc. VIII. 13. Et hunc lapſum conſequitur jactura gratiæ divinæ, dum hic vivunt, & æterna damnatio.

§. 10. (IV) *Exempla* utriuſque hinc veritatis, inde falſitatis. *Mendaces* erant teſtes, qui contra Chriſtum inſurgebant, ſuismet contradictionibus convicti falſitatis. Matth. XXVI. 60. Et qui ipſos ſubornarant, Synedrii aſſeſſores. ℣. 59. Mendaces Phariſæorum & Herodis miniſtri, qui ſeſe prædicabant immunes ab iniquitate, rapacitate, libidine; quibus tamen vitiis intus æſtuabant. Luc. XVIII. 11. Matth. XXIII. 14. ſeqq. Hic loci Chriſtus iſtam Phariſeorum & Scribarum hypocriſin ex profeſſo caſtigat. Neque enim ſolum hypocritas eosdem vocat, ſed & deſcribit, ut cœlum intraturis clauſerint, falſa ſua doctrina, neque ipſi tamen intrarint: ut longiorum ſuarum precum prætextu, vel viduarum domos abſorpſerint, ℣. 14. ut mare & aridam proſelyti faciendi gratia peragrarint, quem tamen factum duplo peiorem ſemetipſis reddiderint; ℣. 15. ut religioni ſibi non duxerint jurare imo pejerare per templum, & altare, non autem per theſauros, ſibi ſcil. conducentes; ℣. 16. ſeqq. ut decimarint mentham, anethum, cyminum, res leviores, neglectis interea

terea g
do, m
præſta
contra
terius
ut iſta
parat
oſſibu
ſeſe fe
interi
Tand
juſto
majo
deter
rente

thana
48. I
teſtin
35. E
conf
nium
tem
& ſe
conv

concu
conc
ſicut
& ſt
hom
V.2
tian
ille

hor

gravioribus legis præceptis de
miſericordia erga miſeros exe
anda, ſimiles ſcil. iis, qui
a deglutiunt; ℣. 23. 24. Ut
s mundarint, interius vero rep
a vaſa munda evaderent. ℣.
ſepulchris magnificè exteri
us & ſqualore repletis: ſic e
rre opere, geſtu, ore, veſtimen
us vero ſqualeres pravis affect
lem & hoc in ipſis reprehen
rum ſepulchra ſplendide exc
rum crudelitatem, cum tam
iores extiterint, malorum
s Chriſtum & Apoſtolos ad

§. 11. *Veraces* autem, & in
el; Neque enim in vero ho
In *verbis* Johannes, qui & i
nonium habuit ejusdem ab
t Hæmorrhouſa, quæ omne
eſſa eſt. Marc. V. 32. Et uxo
Chriſto perhibuit. Matth.
excelluit Chriſtus ipſe, verac
tiendo; Adeo, ut nullius n
inci.

§. 12. Sextum tabulæ ſ
piſcas. Innuitur Marc. IV.
upiſcentiarum, quibus ſen
eæ ampliſſimæ diffuſæ ſunt,
dium diteſcendi; Sed etian
inordinatè concupiſcit; e.
Vitam proximi, quem qu
ex diabolo eſſe Chriſtus aſſe
omicida ab initio, indeſinen

§. 13. Virtutum inter ſeſe g
n unum altero gravius eſt, &

Digitized by Google

aliis erunt graviores, quod exemplo Chorazinorum, Bethſaidanorum, Capernaitarum ex una, & ex altera parte Tyriorum & Sidoniorum docet Chriſtus, dum ait, graviores iſtos daturos eſſe pœnas præ his, quod gravius ſit ipſorum peccatum infidelitatis & impœnitentiæ præ horum; Matth. XI. 21. Virtutum quoque alia major eſt alia; Charitate alia ardentior eſt, ut eſt debitoris erga creditorem, qui plura iſti debita remiſerat. Luc. VI. 42. Virtutes judicii, miſericordiæ, & fidei præſtantiores & majores ſunt decimatione. Matth. XXIII. 23. Quare & præmia erunt inæqualia; Servus enim, cui plus concreditum erat, quique concreditum fideliſſimè adminiſtraverat, præficitur decem civitatibus. Luc. XIX. 17. Alter quinque civitatibus. ℣. 19. Demus igitur operam, ut in virtutis ſtudio majora ſubinde incrementa capiamus, ſicut palmes in vite, quam Deus, velut agricola, purgat, ut plures ferat fructus. Joh. XV. 2.

§. 14. Debemus quidem *perfecti* eſſe in ſtudio pietatis, ſicut Deus perfectus eſt. Matth. V. 48. Perfectione non quidem eſſentiali, vide Athanaſ. orat. IV. cont. Arian. fol. m. 471. t. 1. opp. morali tamen; Sed tam non poſſumus eſſe, quam non potuit cœcus, juſſus licet, ad Chriſtum ipſe venire. Joh. IX. 7. Labi omnes poſſumus, quotquot oramus Deum: ne nos inducas in tentationem. Matth. VI. 13. Id quod obſervavit & urſit Auguſtinus lib. de nat. & grat. cont. Pelag. c. 53 quod homo non poſſit ſeſe tutum præſtare à tentationibus: *Si adeſt poſſibilitas, ut quid orant? Aut à quo malo ſe liberari orant, niſi maximè de corpore mortis hujus? Unde non liberat, niſi gratia Dei per Jeſum Chriſtum, Dominum noſtrum. Non utiq; de ſubſtantia corporis, quæ bona eſt, ſed de vitiis carnalibus, unde non liberatur homo ſine gratia Salvatoris.* Et contr. Jul. Pelag. lib. V. c. 3. p. m. 451. *Quid eſt autem, quod quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem: niſi ut non tradamur concupiſcentiis noſtris. Unusquisque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.* Neque tantum poſſumus labi, ſed etiam quotidie actu ipſo labimur, ut perinde oporteat orare: dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Quod idem Auguſtinus de nat & grat. p. 23. urget, dicens: *Non fruſtra etiam juſtos in oratione dicere: Di-*

mitte no
minumq
subdidiſſ
veſter p
incenſu
infertur
ſubinde
concil
ceptic
oration
non pr
pro al
quemq
noſtra
thema
nis, u
ut hu
orant
dicit d
Nec
gent
ſtat.
II. 2
min
Dicis
fuit
perſ
ſuſc
pro
var
par
Sp
pal
& a
nur
licet

nobis debita noſtra, ſicut & nos dim
q; Chriſtum cum eandem orationem
iſſe: Si enim dimiſeritis peccata
peccata veſtra. Per hoc enim quo
um, quod ante Deum in altari cordis
ur, etiamſi non hic vivatur ſine pec
e venia, quod ſubinde ignorantia
ilium Milevitanum II. cap. 7.
onibus Pelagianorum: *Plac*
ne dominica, ideo dicere ſanctos:
o ſe ipſis hoc dicant, quia non eſt
iis, qui ſunt in ſuo populo peccat
q; ſanctorum; Dimitte mihi debit
, ut hoc pro aliis potius, quam pro
ſit. Et cap. 8. *Placuit, ut, qui*
ubi dicimus; Dimitte nobis debita
militer, non veraciter, hoc dicatur
em, & non hominibus, ſed ipſi D
dimitti velle, & corde, dicit, quæ ſ
excipere poſſumus B. virgi
ia, & intempeſtivitate, ex L
Idem hoc ſymbolis & par
2. habetur ritus purificatio
es noſſent reliquias ſupereſſe
: Maria tamen ſine peccato
ſanctus. Luc. I. 35. Hebr. VI
na fuerit ſanctus, noſtrum t
epit perſolvenda; Maria igit
nobis Deus fecit peccatum,
, & offerre holocauſtum, p
olumbarum pro expiando ſu
ſum exſpectantes dormitan
ites, in quibus ſunt ſuperflu
putandi falce legis, & crucis
tract. LXXX. in Joh. p. 546.
itq; mundandi: neq; enim niſi mu

Digitized by Google

ſent; *& tamen omnem, qui fert fructum, purgat agricola, ut fructuum plus afferat: Fert fructum, quia mundus eſt, atque ut plus afferat, purgatur adhuc. Quis enim eſt in hac vita ſic mundus, ut non ſit magis magisque mundandus? Ubi, ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt: Si autem confeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, qui dimittet nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.* Hæc vero nos non deterreant, quo minus operam demus perfectioni conſequendæ. Bene Gregor. Nyſſ. de vit. Moſis t. 1. opp. f. 169. C. monet, & docet: *Quas ob res ſi nullis vitæ perfectio terminis continetur, ſi virtutis id ipſum terminus eſt, quod interminata ſit, impoſſibile omninò eſt, ita perfectionem hanc aut re conſequi, aut verbis aſſequi, ut ad altiora ullus aſcenſus relinquatur. Quomodo igitur ad finem quæſitum quispiam perventurus eſt, cum finis nullus inveniatur? Non tamen, quoniam quod quæritur exitum non habet, idcirco præceptum illud Domini negligendum, quo dicitur: Perfecti eſtote, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Nam etſi totum conſequi nequeas, tamen in rebus omnibus, quæ natura bona ſunt, non parvum eſt lucrum (niſi deſipias) vel partem earum aliquam conſequi. Omne igitur ſtudium, omnem curam, diligentiam denique omnem adhibeamus, ne ab ea perfectione decidamus, ad quam pervenire poſſibile ſit: tantumque ipſius poſſideamus, quantum capere poſſumus. Ita enim ſe habere, ut ad ulteriora ſemper in virtute ac bono velis aſcendere, id ipſum forſan humanæ naturæ perfectio eſt.*

§. 15. Sed nec *merentur* quicquam noſtra bona opera. Luc. XVII. 7. Poſtquam Chriſtus diſſeruiſſet de officiis virtutum præſtandis, & docuiſſet, per fidem ea præſtari poſſe, ſubjungit informationem de merito iſtorum operum. Proponit enim parabolam ſervi, qui à mane uſque ad veſperam laboraſſet, & tamen, ubi ſub veſperam domum veniſſet, non ſtatim admitteretur ad menſam, ſed cogeretur prius ſuccinctis lumbis Domino ſuo inſervire ad menſam, & tum demum ipſe quoque cibum capere; Perinde & homines, ſi præſtiterint Deo à primo vitæ momento uſque ad veſperam vitæ, quidquid in viribus fuerat ſuis, nihilominus nihil penes Deum mereri, cum inutiles ſint etiam in iis, quæ pro virili præſtiterunt, utpote vel debitum, vel imperfectum. ℣. 8. 9. 10. Ignatius Martyr in epiſt.

ad Ma
enim hab
fundami
tu primu
cepta ſu
eſt exim
tius eſto
cob, ter

vanda
Sicut
in pa
ſuo ;
bat n
& ſan
ad a
dorm
ſunt
tuali
filiæ
quis
anim
Utra
ſeu i
Joha
ves e
tron
in ſu
Spirit
tuus
mor
Luc
bun
VIII
riens

agneſ. p. 60. n. 14. *Novi quod*
abetu in vobis ipſis, & magis cum la
mini ſicut ſcriptum eſt : Juſtus acc
ius peccata tua, ut juſtificeris. Et
ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſun
mum, abominabile eſt apud Deum
o mihi peccatori. Ob hoc magni
ram & cinerem ſe ipſos forſan cora
§. 16. *Terminus* regni grat
a (I) *Onomatologia*; dicitur
captivi dimittuntur. Matth
triam remittuntur. c. XIV.
Alio nomine dicitur *Somnus*
mortua. Matth. IX. 24. Sicu
ctorum alii. Matth. XXVII.
liquam ψυχοπαννυχίαν, ſed q
ientium, & potentiam Dei
excitari. (II) *Diviſio.* Eſt a
s, alia æterna. *Corporalis* eſt
Jairi, Lazari, Juvenis Nainiti
per carnificem, clandeſtinas i
am efflat. Matth. X. 21. XX
que eſt vel pœnitentium, ſeu p
mpiorum. Pie obiit Lazarus
nnes Baptiſta, utpote confeſſo
pulo ; Nam in infernum dela
m alter, qui cum Chriſto cru
s peccatis. Joh. VIII. 21. 24.
alis eſt ejus, qui incredulitati &
gratiæ divinæ. Talis erat n
s ſedebant. Math. IV. 16. L
XV. 24. 32. Æterna, quam
in inferno, pii autem &
51. 52. Mortem ſcil. æternam
Marc. IX. 44. Non guſtabunt

Digitized by Google

bum Chriſti amplectuntur. Nobis h. l. quæſtio eſt de morte corporali ſolum, non ſpirituali, nec æterna.

§. 17. (III) Πραγματολογία: *Principium* mortis eſt diabolus, ἀνθρωποκτόνος ab initio. Joh. VIII. 44. Is enim eſt, qui peccatum, & per peccatum mortem introduxit. *Diabolicæ quippe fraudis & invidiæ opus fuiſſe prævaricationem illam in Adam, & quæ per eam mors irruit, cum ipſa rei natura docebit, tum etiam ſapientiſſimi Salomonis effatum iſtiusmodi: Deus mortem non fecit: Invidia autem diaboli mors introivit in mundum.* ita Cyril. ad l. c. f. 561. Dei tamen providentia etiam, etſi alio modo, concurrit. Deus enim eſt, qui ἀπολύει dimittit ſervos ſuos in pace. Luc. II. 29. *Vide juſtum velut corporeæ carcere molis incluſum velle diſſolvi, ut incipiat eſſe cum Chriſto. Diſſolvi enim, & cum Chriſto eſſe, multo melius eſt. Sed qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Hieruſalem, exſpectet Chriſtum Dominum, accipiat in manibus Verbum Dei, complectatur velut quibusdam ſuæ fidei brachiis operibus ſuis. Tunc dimittetur, ut non videat mortem, quia viderit vitam.* ita Ambroſ. ad loc. cit. fol. 440. Adeoque tempus conſtituit, quo quisque moriatur. Joh. XI. 9. 10. Chriſtus ait, duodecim eſſe horas diei, quibus homines ambulent, non morituri, niſi adfuerit tempus divinitus deſtinatum. *Poteris etiam ſic interpretari hoc, numquid duodecim ſunt horæ diei? ſcilicet, dies ego ſum & lux. Sicut igitur lux diei non deficiet, niſi prius conſtitutum tempus impleverit: ita non eſt in contingentibus, ut meum lumen à Judæis tollatur & obſcuretur, priusquam ad convenientem ac debitum humanitatis modum devenerit.* ita Cyr. f. 678. C. Neque tamen fatale hoc tempus eſt; Nam Deus deſtinaturus horam mortis reſpicit prius ad hominum mores, voluntates, actiones, quam terminum figat. Luc. XIII. 3. *Subjectum* ſunt omnes homines peccatis obnoxii. vide art. V. §. 17. Sunt qui excipiunt Moſen, negantes, eum mortuum eſſe, & probaturientes id ex apparitione ejus in monte. Math. XVII. 3. In qua ſententia fuerunt Hilarius can. in Matth. XX. verba ſunt hæc: *Dominus, aſſumptis Petro, & Jacobo, & Joanne, apparuit cum gloria ſua habitu in monte comitantibus, & hos quidem eoſdem Prophetas duos prævenientes adventum ejus intelligimus, quos Apocal. Joannes ab Antichriſto perimendos eſſe dicit, licet varia vel de Enoch, vel de Jeremia plurimorum extiterint opi-*

Digitized by Google

niones,
mus ver
ſenſus n
qui ad
licam v
tis, &
ta, ut
de C
deficie
capit,
ad tr
ſio eſt
ai: Sc
ſed g
cujus
depre
niqu
non ſ
ſes a
quod
men
ris ſ
ut q
hui
eſſe
app
qu
cor
mu
Bil
For
do
vit
tu
di
ni

s, quòd alterum eorum ſicut Heliam
veritatis fidem, quam Dominus tribu
noſtri opinione corrumpere, neque
ſponſionem fidei veniſſe conſpectis ſu
veritatem non neceſſe ſit opinari:
ſepulchri Moſi diligenter adverter
t Moſes potuerit jam mortuus vider
ain & Abel lib. c. 2. Non legim
ens mortuus eſt. Deus enim nequ
, unde & addidit Scriptura, quia
anslationem magis quam ad interit
t quadam animæ & corporis. M
criptura, non ſecundum verbum:
ratia munus expreſſum, qui transl
nemo novit ſepulturam. Quis en
ehendere, quem ſecum eſſe Dei filiu
e & Helias ſimul eſt à quibuſdam
ſepultus, neq; mortuus legitur; vivit
utem mortuus quidem legitur, ſed
d facta ſunt omnia, per verbum igitu
tum eſt. Non ergo tanquam rela
olutione, ſed tanquam verbi cæleſti
raiectem magis caro ejus, quam hu
c ſententiæ Deuteron. ult.
dicitur Moſes; reſurrexe
areret. Eadem traditio e
m nec iſte mortuus fuiſſe
tra plures alias graviſſimo
s homil. LXVI. in Matth.
I. annotat. 93. vide dicta ſup
ma conſiſtit in diſſolutione
et vox ἀπολύειν. Luc. II. 29. Fin
m. Joh. V. 24. apud alios in m
lem guſtaturi ſunt. Unde ſin
rios, & πῦ, poſt mortem eſſe, ſal
in inferno. Qui crediderit, ſa

Digitized by Google

condemnabitur. Marc. XVI. 16. Sicut in hac vita quisquis crediderit, non eſt judicatus, i. e. damnatus; quisquis vero non crediderit, jam judicatus, i. e. condemnatus eſt. Joh. III. 17. Sic Lazarus delatus eſt in ſinum Abrahæ. Luc. XVI. 22. Qui & Paradiſus dicitur, latroni converſo mox poſt mortem aſſignatus. Luc. XXIII. 43. Dives autem epulo in infernum deſcendit. Luc. XVI. 23. Auguſt. de anim. & ejus orig. lib. II. cap. 4. p. m. 572. *Rectiſſime & valde ſalubriter credit, judicari animas, cum de corporibus exierint, antequam veniant ad illud judicium, quo eas oporteat jam redditis corporibus judicari, atq; in ipſa, qua hic vixerunt, carne torqueri, ſive gloriari, hoc ita ne tandem ipſe neſciebas? Quis adverſus Evangelium tanta obſtinatione mentis obſurduit, ut in illo paupere, qui poſt mortem oblatus eſt in ſinum Abrahæ, & in illo divite, cujus infernus cruciatus exponitur, iſta non audiat, vel audita non credat?* Neque ſpes ſupereſt pœnitentiæ & veniæ; Juſtin. Martyr. f. 332. n. 10. Exceptiones & objectiones adverſariorum diluimus in examine de ſtatu animarum poſt mortem. Vapulat μετεμψύχωσις; Nam per hanc animæ non ſtatim in locum ſupplicii, vel præmii deferuntur: vide Origen. in Matth. fol. m. 304. C. *In his quidem per Eliam non mihi videtur anima ſignificari, ne forte in alienam ab Eccleſia Dei de migratione è corpore in corpus ſententiam, neque ab Apoſtolis traditam, neque uſpiam in ſcripturis prolatam incidam: Huic enim adverſatur, quod ſcriptum eſt, caduca ea eſſe, quæ videntur, & conſummatum iri ſeculum hocce.* Superſtes eſt *anima* poſt mortem, utpote *immortalis.* Neque enim hanc perinde ut corpus perdere poſſunt homines. Matth. X. 28. Abrahamus, Iſaacus & Jacobus poſt mortem ſuam vivebant quoad animas ſuas. Matth. XXII. 32. Marc. XII. 26. 27. Luc. XX. 37. 38. *Ad æternitatem animarum probandam de Moyſe ponit exemplum: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob: ſtatimq; infert: Non eſt mortuorum Deus ſed viventium: Ut cum probaverit, animas permanere poſt mortem: neq; poterat fieri, ut eorum eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterent: conſequenter introduceretur & corporum reſurrectio quæ cum animabus bona malave geſſerunt.* Hier. ad Matth. l. c. Qui vitam ſuam corporalem profundit pro Deo ſuo, ſervabit id ad æternam vitam, in quam defertur anima. Joh. XII. 25. *Corpora* ſeu

cada-

cadaver [illegible] vera inferuntur *ſepulchris* : quod
nitici, [illegible] i, cujus cadaver efferebatur extra
Luc. V [illegible] VII. & Lazari, quod re ipſa i
ſolent [illegible] t enim corpora, computreſcere
tanden [illegible] m pulveremque redigi, unic
quipp [illegible] pe quod à peccato adeoque & à
Act. I [illegible] II. 27. 31. *Lugendi* ſunt mortui
videar [illegible] ntur ; qua de cauſſa ejulantes
Jairi [illegible] e jecit Chriſtus. Matth. IX. 15. M
Τῦτο δ [illegible] δὲ εἶπε, δεικνὺς, ὅτι εὔκολον αὐτῷ, τ
δεικνὺ… [illegible] , μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον ; ὐ γὰρ
λοιπὸν [illegible] ν γεγενῆσθαι : Ἐπειδὴ γὰρ καὶ αὐτ
ἑτέρω [illegible] ν σώμασι παρασκευάζει τὺς μαθη-
τελευ [illegible] τήν. Καὶ γὰρ αὐτῦ παραγενομένυ
Hoc d [illegible] *dixit, declarans, facile ſibi eſſe mor*
timer [illegible] *e, docens : Neq; enim mortem ipſam*
dere. [illegible] *Cum enim ipſe quoque moritu*
ad fid [illegible] *duciam praeparat diſcipulos, ac aequo*
enim [illegible] *ille jam adveniſſet, non alius*
Chr [illegible] yſoſt. ad l. c. Matth. Conſentit
Noli [illegible] *vituperare Chriſti beneficium, vici*
depoſ [illegible] *fuiſſet, rurſus illud cum majori gl*
gnan [illegible] *ſpem praebendo. Haec ſi fidelis e*
Gent [illegible] *li perſuadebis te credere ? Cur ver*
xor deceſſit, qui mortuus eſt, jam d
convertendum noſſet, praeripuiſſ
verò juſtus eſt, qui ob
poſſidet

Digitized by Google

Art. VII. Sect. IV.

De

NOVISSIMIS.

Argumentum.

R*Eſurrectio mortuorum explicatur, quoad ſuas cauſſas.* 1. *Subiectum, & finem.* 2. *Judicium extremum, quoad tempus.* 3. *Futuritionem.* 4. *Antecedentia.* 5. *Agenda vel omittenda.* 6. *Proceſſum.* 7. *Conſummatio ſeculi.* 8. *Salvatio, quoad onomatologiam.* 9. *Pragmatologiam.* 10. *Eſt opus Trinitatis.* 11. *Organa, quæ ex parte Dei?* 12. *Noſtri?* 13. *Rationis judicium.* 14. *Objectum.* 15. *Electi.* 16. *Forma.* 17. *Tempus.* 18. *Certitudo.* 19. *Damnatio deſcribitur.* 20. *Ejus cauſſa diabolus & homo.* 21. *Peccata alia proxima.* 22. *Alia remota, contra tabulam decalogi priorem.* 23 *Et poſteriorem.* 24. *Adjuncta.* 25

§. I.

INter noviſſima primum locum occupat *Reſurrectio* mortuorum ſolennis, cui analogæ ſunt particulares nonnullæ, tempore Chriſti factæ, quas propterea iſti conjungemus. *Vox* ipſa occurrit Matth. XXII. 23. 31. Marc. XII. 18. Luc. XX. 27. *Res* ipſa autem probatur ex ſcripturis. Chriſtus enim in controverſia cum Sadducæis, reſurrectionem negantibus, provocat ad ſcripturas, tanquam principium cognitionis & probationis, & ignorantiam harum ſcripturarum facit cauſſam erroris Sadducæi. Matth. XXII. 29. Marc. XII. 24. Probat autem per conſequentiam ex verbis Dei, quæ deſcripſit Moſes Exod. III. 6. Ubi Deus inquit: Ego ſum Deus Abrahami, Iſaaci & Jacobi; Hinc infert: patriarchas iſtos vivere, conſequenter reſurrecturos eſſe; Cum Deus non ſit Deus mortuorum, qui in morte manent, ſed viventium, qui per potentiam Dei, qua reſurrecturi ſunt, vivunt. De nervo

Digitized by Google

hujus ... is argumenti diſputavimus in e
pag. 1 ... 139. ſeqq. Moſaicæ ſcripturæ
ſtus, ... quando Joh. V. 28. & 29.
cap. ... XII. 2. Multi, qui dormiunt
voce ... em ejus, nempe Filii homin
Moſ ... ſes, ex mortuis reſuſcitatus, &
latus ... s, apparuerunt in monte Tha
cinia ... a Moſis & Prophetarum Jeſu
eſſe. ... Quod autem Moſes in pro
tera ... cogit, & Patres ſtatuunt. vi
Mat ... th. Auctorem de mirabil. ſcr
Th ... omam, in 3. q. 45. qui aliud
nenſ ... ſ. lib. VI. Bibl. annot. 74. & 1
ſoſt ... omo in mentem venerit, cum
qui ... gratiam Evangelii præceſſeru
rum ... nil fuiſſe revelatum, vide Six
Sic ... ut autem ſcriptura ſacra eſt pr
lius ... *Dei eſt principium rei.* Ipſe enim
cier ... iter, quia homines per ipſum
gun ... t; Joh. XI. 15. Et propterea
poſ ... ſt mortem; quod victuri ſin
Sp ... cimina aliquot dedit, in filia
Na ... initico. Luc. VII. 14. Laz
Sar ... ctis multis Matth. XXVII.
vid ... e dicta ſup. Artic. IV. Sect. 1.
cto ... itas. Dan. XII. 2. Joh. V.
dæ ... s, qui eam Meſſiæ potentiam
pet ... t autem ei poteſtas hæc & p
div ... nam, ſed etiam humanam na
cep ... t poteſtatem judicii faciendi
VI. ... ſect. 3. §. 11. & 14. *Medium*
Au ... ient enim, qui mortui dorm
V. ... 5. *Sicut* verbo dicto filiam
ſti ... it. Marc. V. 41.
§. 2. *Subjectum* reſurrection
eri ... omnis homo mortuus. Na

Digitized by Google

monumentis ſunt, dicuntur audituri eſſe vocem Filii Dei, & reſurrecturi, quos ℣. 29. diſtinguit in duas claſſes; quarum prior ſalvabitur, poſterior condemnabitur. Ille ipſe homo, qui pridem vixerat, ſecundum corpus proprium. Nam illi ipſi reſurgent, qui pridem in vita vel bene vel male egerunt, adeoque poſt reſurrectionem in judicio extremo accipient vel præmia, vel pœnas & ſupplicia, vi gratiæ & juſtitiæ divinæ. Ea ipſa puella, quæ Jairi filia erat; & juvenis Nainiticus, qui filius erat matris ſuæ, & Lazarus Chriſti amicus, & frater Mariæ & Marthæ, revocati ſunt in vitam. Idem innuitur in diſputatione Chriſti cum Sadducæis, de muliere, quæ ſeptem viris nupſerat; Quærebatur enim, cujusnam futura illa eſſet in reſurrectione mortuorum? Reſpondebatur: nullius, cum reſuſcitati neque ducturi ſint uxores, neque uxores nupturæ maritis: Illi ipſi igitur viri, qui mariti fuerant, & uxor eadem redituri erant in vitam. Matth. XXII. 30. Bene Hieron. ad l. c. *Si in reſurrectione non nubent, neq; nubentur: reſurgent ergo corpora, quæ poſſunt nubere, & nubi. Nemo quippe dicit de lapide, & arbore, & his rebus, quæ non habent membra genitalia, quod non nubant, neq; nubantur: ſed de his, qui, cum poſſunt nubere, tamen alia ratione non nubunt.* Obſerva in his Hieronymi verbis vocem *corpus*, tanquam ſubjectum *quo* reſurrectionis: Etſi enim animatus homo reſurrecturus ſit, non tamen reſurget quoad animam, quippe quæ immortalis eſt, & poſt mortem in locum vel ſupplicii, ut epulonis divitis, vel præmii, ut Lazari, & latronis converſi transfertur. Probatur ex verbis Danielis XII. 2. allegatis Joh. V. 28. ubi reſurrecturi dicuntur, qui in ſepulchris ſunt; animæ autem non ſunt in ſepulchris, ſed corpora; Hæc igitur, non illa, reſurgent. Abſurdus igitur eſt Sandius ad Matth. XXII. 31. 32. cum ſtatuit, Chriſtum Matth. l. c. vocaſſe animas mortuas; Nam expreſſe dicit, Abrahamum, Iſaacum & Jacobum, i. e. (explicante Sandio) animas, non eſſe mortuos, ſed vivos. Secus ac Sadducæi ſtatuebant: Sed nec *allegoricè*, vel *metaphoricè*, ut ipſe opinatur, mortuæ poſſunt dici, quatenus *dormiant, & quieſcant ab omnibus operibus uſq; ad diem judicij, in loco animabus deputato:* & reſurgere, *quod ex*

Digitized by Google

...nno iſto reſuſcitabuntur
...ullis ſcripturis proba...
...n pulvere terræ, Dan. ...
...uæ pulvis & cinis fact...
...undum corpus, ſecund...
...uerat; Joh. XI. 2. 14. ...
...ib. V. n. XIX. fol. 293. ...
...nquit, *iis, quæ cernuntur, fide...*
Chriſtus enim ipſe dixit: Qui ...
& procedent, qui bona fecerunt ...
fecerunt in reſurrectionem judicii ...
...no dixerit compos mentis: corpo...
...ibi probat, eundem homine...
...urrecturum eſſe. Conſeque...
...urſus unientur. Luc. VIII. 55. ...
...ellam, quam Chriſtus ex mor...
...dius erit judicium extremum, ...
...vel æterna mors. Joh. V. 25. C...
...urrectionem mortuorum, & ex...
...mortuos ideo reſuſcitatum iri, ...
℣. 29 autem diſtinguit inter reſu...
...urrectionem ad judicium, puta ...
...cuntur filii reſurrectionis, Luc. X...
...mundum ſortiantur. ℣. 35. quorum...
κατ' ἐξοχὴν reſurrectio dicitur.

Judicium extremum, & eius (1) Tempus.

§. 3. Facta reſurrectione ...*mum.* Hujus obſerva (1) *Tempus*, quo...
velandus eſt Filius hominis. Luc...
Matth. XXIV. 36. Marc. XIII. 32. hor...
Joh. V. 28. Incerta tamen ea eſt nobis, ...
diem, menſem, & annum. Luc. XII. 38. ...
gilantiam perpetuam ſuos ſervos adhorta...
ab incerto temporis puncto, quo ſponſus v...
an tertia noctis vigilia, quibus vigiles noc...
vel frequentius, ſolent indormire & ſterte...
...men poterimus probabiliter, tempus inſtar...

ſigniter corruptis. c. XVII. 26. ſeqq. Eodem fine de noviſſimis generalius loquebatur, ut vigilantes redderet ſuos, addiditque, de præciſo futuri diei extremi, & conſummationis ſeculi momento ſive diei, ſive anni, ſive cujuſcunque alius certi temporis, mediæ noctis, gallicinii, an diluculi, non conſtare vel Angelis, vel filio etiam Dei ſecundum naturam humanam æſtimato, ſed ſoli Patri. Idque dixit adverſus diſcipulos, & alios curioſos, qui præciſum momentum judicii extremi, & conſummationis ſæculi ſcire deſiderabant: Huc referri poteſt, quod Chriſtus diſcipulis, interrogantibus: Domine, num in tempore hoc reſtituis regnum Iſraël? reſpondit: non eſt veſtrum noſſe tempora, & articulos temporum, quos pater in ſua ipſius conſtituit poteſtate. Act. I. 6. 7.

(2) Futuritio.

§. 4. (2.) *Futuritionem.* Hanc Chriſtus aliquoties aſſeruit, & probavit. Matth. XII. 36. Cum Phariſæi neque miraculis Chriſti, neque efficaciſſima apologia moti abſtinerent à blaſphemiis, remittit ille ipſos ad extremum judicium, ubi rationem ſint reddituri vel otioſi verbi. Luc. XII. 36. ſeqq. dicit Chriſtus, ſeſe, ſponſum Eccleſiæ triumphantis, reverſurum eſſe ab iſtis nuptiis, & viſitaturum eſſe ſervos, quo modo ipſum exſpectaverint. Luc. XVI. 1. ſeqq. poſtquam Chriſtus animadvertiſſet, Phariſæos abuſuros eſſe parabola de filio prodigo benigne recepto, & abſoluto, ſubjungit parabolam de diſpenſatore iniquo, qua docere voluit, caute verſandum eſſe in officio, quandoquidem dies futurus ſit, quo omnes ad reddendas rationes ſint evocandi. c. XVII. 24. ſeqq. Poſtquam diſcipulos præmonuiſſet de Pſeudo-Meſſiis futuris, & cavendis, ſubjungit rationem, cur iſti verus Meſſias non ſint futuri, nec pro eo agnoſcendi, ſumptam ab adventu ſuo ad judicium extremum, quod ſublatus in cœlum non rediturus ſit in terram, ut in ea corporali & politico more converſetur, & regnet, ſed ut judicium habeat extremum. Matth. XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. Chriſtus futuritionem noviſſimorum tam eſſe certam ait, ut prius cœlum & terra ſint præteritura, quam ullus de dictis iſtis apex.

§. 5. (3.) *Ante*
rædicit, eadem, quæ
ræceſſerunt, præceſſur
aſtum, ſecuritatem, ava
nſigni gradu. c. XVII.
it, raram inventurum e
Marc. XIII. 24. Luc. XX.
onſummationem ſeculi &
Hactenus dixerat, de ſig-
ceſſuris, quibus expletis,
tura prædicit, quæ diem e
dem ſenſu, quaſi poſt exc
diate ſigna, & poſt ſigna die
ſtatim unum vel alterum futu
exſpectandum eſſe illum ultim
lantia; dum incertum eſt, qua
gna autem iſta futura ſunt part
& reliquis ſtellis, quandoquide
rabuntur, vel etiam de cœlo cad
plementum incognito, verè tame
ſolita futura eſt anxietas in animi
fluctuumque mugitu; Ex his eni
imminere extremum mundo judiciu
derint etiam cœlorum virtutes var
tibus meteoris comoveri. Appa
aliquod filii hominis ſignum, unde
eſſe, qui ſingulis reddat pro merito
vebit apud omnes terræ tribus, ut
An & Elias in propria anima, vel c
diem extremum præceſſuri ſint? diſpu
Orig. tom. XIII. in Matth. ſ. m. 304. ſe

(4) Agenda & Omittenda

§. 6. (4) *Agenda vel omittenda,*
præparatio. De hac ſæpius, & graviter
inde. Luc. XII. 35. ſeqq. præcingamu
tia, accendamus lucernas fidei & ve
ctemus Domini adventum patienter & vig

pulſanti oſtium admiſſione, ſequela, & obedientia. c. XIII. 24. Luctemur intrare per portam ſalutis, Chriſtum, vera fide apprehendendum, & retinendum, dum adhuc ea patet: Ubi enim tempore judicii extremi clauſa ea fuerit, fruſtra requirent procraſtinatores infideles, & impœnitentes, Judæis ſimiles, intrare: Nam ignorabantur à Patrefamilias, & in infernum malefici relegabuntur, Luc. XVI. 9. vult Chriſtus, ut nobis per iniquum Mammona faciamus amicos, ad futurum judicium. c. XVII. 23. caveri vult Pſeudochriſtos, qui venturi ſint, i. e. in agnita veritate eſſe perſeverandum. ✝. 31. manendùm eſſe cuique in ſua vocatione, dimiſſa cura rerum terrenarum nimia: Quare quisquis in tecto fuerit i. e. in eminenti gradu conſtitutus, ne is deſcendat, relicta ſua vocatione, ad inferiora ex avaritia; Et qui in agro Domini excolendo conſtitutus eſt, ut Eccleſiæ miniſtris, ne is reſpiciat poſt tergum ex cura rerum terrenarum, ne eveniat ipſi, quod uxori Loth, quæ deſiderio relictorum ſuorum reſpiciens, in ſtatuam ſalis converſa eſt: ✝. 32. Conſtantes ſimus in profitenda veritate. Quisquis enim hac abnegata ſtuduerit vitam ſervare ſuam, perdet eam in inferno; vice verſa, quisquis profitendo veritatem vita temporali mulctatus fuerit à perſecutoribus, ſervabit eam in æternum, Deo ipſo reſuſcitante & ſalvante. ✝. 33. Abſtinendum denique ab illicito conſortio conjugali, ✝. 34. & civili, quale eſt inter conjuges, vel conſervas, quarum altera repudianda ſit, altera accipienda ✝. 35. Fides imprimis requiritur c. XVIII. 8. dicit Chriſtus, ſeſe, ubi ad judicium venerit, fidem requiſiturum eſſe. Matth. XXII. 12. Nuptiali veſti comparatur, cujus defectus reum facit inferni. Matth. XXIV. 32. Marc. XIII. 28. ſeq. Luc. XXI. 28. 29. jubet Chriſtus, ſignis diei & Judicii extremi apparentibus, ſuſpici, & attolli à ſuis fidelibus capita, quod ſolent, liberationem & liberatorem ſuum deſiderantes; reddita cauſſa, quod redemptio ipſorum appropinquet. Iſta autem ſigna ſuavi parabola comparat foliis ficuum ſub initium æſtatis propullulantibus, quæ ut ſignum ſunt æſtatis, ita ſigna iſta fore piorum liberationis & felicitatis æternæ. Matth. XXIV. 37. ſeq. Marc. XIII. 33. ſeq.

uc. XXI. 34. ſeqq. ex
gendis circa diem no
rapula, & ebrietate, &
es ſecuri redduntur, qu
xtremum, adeoque ipſe
t ſupervenit laqueus ſup
erram. Simile quid fa
empore diei extremo futu
uiſſe homines, utpote vo
Veneri operam dantes, in e
n arcam, non reſpicientes a
mnes tollendi ſunt; perinde
alii hominis, ut homines ſ
Omnia peſſumibunt. Sicut a
unt, alii ſalvati ſunt, ita in no
ore ſeparationem ſubitaneam,
enim inter cooperarios aſſumptu
am, alium præteritum iri; al
alium damnatum iri. Cautela i
Opus eſſe, ut effugiamus immi
cum honore ante tribunal Chriſti
certum non ſit, quo præciſè te
Nimirum imitemur bonum patrem
Per totam noctem, ſi ſciret, ventu
mum perfodiat; quare & nos vigile
eſſe judicem tempore iniquo, fac
quam prudentes ſervi, qui Domino r
nem reddituri, & bene ea reddita p
ne ſecuris, ebriis & iniquis nobis obtin
de Domini adventu obtigit; ſupervem
diſſecuitque nebulonem, & partem ipſi
fuit, ubi eſt ſtridor dentium, & plor
quod præparatio conſiſtat in metu numin
brietate, αὐταρκίᾳ, caſtitate, vigilantia, p
eſt ſtare paratum, & vigilare Matth. XX
ſicut Dominus fieri vult. ℣. 46. Alia para

Matth. XXV. 1. ſeqq. Sumpta à ritu nuptiali Hebræorum, apud quos ſponſus abducturus ſponſam adventabat cum ſuis paranymphis, cui ſponſæ ſociæ virgines, eæque lampadibus inſtructæ, obviam ibant, inducebantque prius in ſponſi domum, quam ipſa in domum ſponſi deduceretur. Sic decet ſalvandos obviam ire anxia exſpectatione, & cum lampadibus fidei oleo repletis, & bonis operibus ſplendentibus, Chriſto ſuo ſponſo, ut cum ipſo intrent gaudium cœleſte. Simile quid dixerat Luc. XII. 35. ſeqq. Non igitur ſufficit, placere velle judici, quod faciebant fatuæ virgines. Nam oleo deſtitutæ fidei propriæ, fruſtra fuerunt: ſed oportet re ipſa fide viva præditum eſſe.

§. 7. (5.) *Proceſſus in ipſo judicio habendo.* Matth. XVI. 27. dicitur Chriſtus retributurus eſſe cuique hominum *juxta facta ipſius*; nempe perſeverantibus inter tribulationes in fide, ſpe, & confeſſione Chriſti, opes, & vitam & gloriam æternam; Deſciſcentibus vero mortem, & ignominiam æternam. XXII. 12. Rex ingreſſurus eſt in die extremo cœnaculum, ubi diſcumbunt invitati ad convivium filii nuptiale, viſurus, qui induti ſint veſte nuptiali. Ubi enim deprehenderit, qui juſtitia Chriſti vera fide apprehenſa indutus non fuerit, hunc obmuteſcentem tradet miniſtris ſuis, Angelis, qui manus pedesque ipſum ligent, & abjiciant in tenebras exteriores. i. e. infernales: ℣. 13. Matth. XXIV. 40. 45. ſeqq. Chriſtus prædicit, quosdam, quibus dies extremus & judicium ſuperventura ſunt, aſſumptum iri in gloriam, tanquam fideles ſervos, quosdam relictum in inferno excruciandos; Iſti ſtabunt coram filio hominis. Luc. XXI. 36. Sciendum enim, quod Dominus quemque hominum in certo quodam officio locarit, dederitque, quod interea ageret, donec ipſe reverteretur. Marc. XIII. 34. Eodem tempore cum Eccleſia militante comparatum erit ſicut cum 10. virginibus, quarum quinque: utpote oleum fidei in cordium lampadibus habentes, intrant cum ſponſo thalamum, quinque autem oleo iſto deſtitutæ excluduntur. Matth. XXV. 1. ſeqq. Hypocritarum ſplendor evaneſcet, veluti extinctæ lampadis. Matth. XXV. 8. Eorumq;

Proceſſus in judicio.

Vuuu preces

Preces pro æterna ſalu
ſtra apud ſponſum, err
novi vos, ſcil. pro me.
Reliqua huc ſpectantia
p. 590. ſeqq. An Niniviti
ſint futuri judices? v. 4
poteſtate, ſed comparationis ex
gina auſtri populum Judæorum
incredulum.

§. 8. Judicium ex

Conſummatio ſeculi. I. *Conſummatio ſeculi*, cuju
Noachicum, & exitium Per
Chriſtus, expoſiturus ſigna
mentionem facit diluvii, qu
ſubmerſit, & exuſtionis Sodom
vitiis graſſantibus, conflagrar
eſt excidium. Hieroſolymitanu
mundi adeo conjunxit, ut fere
mundi interitum, quæ Hieroſol
ſerent utrobique de eodem interi
Marc. XIII. 5. ſeqq. Luc. XXI. 8.
IV. 29. Theophyl. ad l. c. (2.) *Fur*
ſive cœlum & terra præteribunt,
eſt Grotius ſubtilis, qui in modo
XXIV. 35. Marc. XIII. 31. Luc. XXI
& terram eſſe tranſitura, puta quo
autem verba ſua, quibus noviſſima p
turi ſint, qui putaverint, non fore iſt
xiſſet. Matth. XXVIII. 20. Chriſtus p
ſtentiam uſque ad conſummationem ſec
ſimul patet (3.) *Modus* conſummation
dus quoad ſubſtantiam periturus ſit, ſec
Chriſti non interibunt.

Salvatio. §. 9. (II) *Salvatio* Electorum ſive
demnatio infidelium, ſeu reproborum.
Onomatol (1.) *Onomatologia*; Varia eſt ſignificatio voc

tio. Sumitur vel pro ſalute, ſeu ſalvatione corporali, quo ſenſu dixerunt diſcipuli & clamarunt: *Κύριε σῶσον*, *Domine ſalva* nos, cum in periculo mortis verſarentur, tempeſtate maris jactati: Matth. VIII. 25. Vel pro ſalute ſeu ſalvatione ſpirituali; quæ fit vel in regno gratiæ, vel in regno gloriæ; & præſto eſt, vel in ſpe, vel in re; vel ſecundum primitias, vel ſecundum plenam meſſem. Fides ſalvat, impetrando remiſſionem peccatorum, primitias æternæ ſalutis, & tandem ipſam ejus plenam fruitionem. Matth. IX. 22. Luc. VIII. 12. Chriſtus hanc, & iſtam, & illam nobis meruit, & acquiſivit, dictus inde noſter *σωτὴρ*, *Salvator*; Matth. I. 21. XVIII. 11. Luc. II. 11. Joh. IV. 42. Et *κέρας σωτηρίας*, *cornu ſalutis*. Luc. I. 69. Nobis h. l. quæſtio eſt potiſſimum de ſalute in regno gloriæ, ita tamen, ut non excludamus ſalutem in regno gratiæ, quippe quæ à parte rei eadem eſt cum ſalute in regno gloriæ exſpectanda, & ex iisdem cauſſis promanat. Dicitur alio nomine *vita*, *κατ' ἐξοχὴν*, propter præſtantiam ſuam. Matth. XVIII. 8. æterna vita. c. XIX. 16. XXV. 40. ut ſalvetur, qui talem vitam ingreditur, vel habet, vel hæreditate accipit; Luc. X. 17. 30. Joh. III. 15. *Regnum*. Matth. XXV. 34. Regnum cœlorum. Matth. V. 20. XXI. 31. Regnum Dei. c. XIX. 24. quo nomine etiam regnum gratiæ dicitur, c. XII. 28. Regnum Patris. c. XIII. 43. XXVI. 29. Regnum Chriſti. Luc. XXIII. 42. Joh. XVIII. 36. Salvantur, qui hoc regnum adeunt, accipiunt, tanquam hæreditatem cernunt, in eo epulis accumbunt. Luc. XIII. 29. XIV. 15. *Paradiſus*, in quo die ipſo mortis ſuæ erat latro converſus. Luc. XXIII. 43. Actus ex parte Dei dicitur aſſumptio. Matth. XXIV. 40. 41.

§. 10. (II) *Πραγματολογία*. Salus hæc abſolvitur (2) Pragmat.
duobus *actibus*, unus eſt privativus, alter poſitivus; *Privativus*, quo liberamur ab omni malo; Matth. VI. 13. *Poſitivus* vero, quo fruimur omni bono in æterna beatitudine. Joh. III. 16. Uterque actus inſinuatur, cum Chriſtus credentibus in ſeſe promittit, quod perituri non ſint, ſed habituri vitam æternam. Talem ſalutem *dari*, non ſinit nos dubitare iterata pluries mentio ejus, facta in Hiſtoria Evangelica, & promiſſio-

 nes

nes ab
ſideri
ros re

ium
rent
Mar
æter
mur
dia
Qu
ut
Id
riæ
Fili
tu
æt
or
ad
vi
Ip
P
b
q
ſe
no
ci
ne
r
d

ab ipſo Deo, & Sal
eria piorum & fideli
reddit de ſua ipſoru
§. 11. Debemu
ter, & veraciter op
atth. XIX. 16. Marc.
erno nos ſalvare con
undum conditum, Mat
a ſalutis ordinavit, ſuo
uæ & offert, & confert
Petro cognitionem Ch
em conſummabit etiam be
e traductis. Opus igitur ill
ii, Hic enim eſt ille ſerpen
s, quem qui vera fide intue
ernam. Joh. III. 14. 15. Ejus
e fidei comederit, tutus eſt
lit æternam. Joh. VI. 27. ſeqq
tam æternam promittit, quiſq
ſe eſt, qui perſeverantiam in fi
etro Luc. XXII. 32. quod contra
at Auguſt. lib. de corrept. & gra
uiens, *ad liberum arbitrium hominis,*
d contra eam defendis, pertinere dicis,
on perſeveret, non Deo donante, ſi perſever
erite: quid moliturus es contra verba d
e deficiat fides tua. Ipſe eſt reſurrectio
us ſit, quiſquis in ipſum crediderit
at vitam æternam omnibus, qui ſalva
vibus ſuis. Joh. X. 28. pro quibus vi
eratæ à peccatis & horum pœnis ætern
pſe tanquam ſummus Pontifex intercedr
VII. 24. In precibus ſuis pro Ap
redituris ad Patrem cœleſtem fuſis vult,
illi, quos pater per æternam prædeſtin
t, ut videant ſuam gloriam ab æterno ſibi

eamque ex amore patris æterno. Filii igitur meritum intuitus eſt pater, cum ab æterno credentes ad vitam æternam elegit, & in tempore convertit, ſervavit, & ſalvavit. c. XX. 31. per nomen Chriſti ex mortuis reſuſcitati, & filii Dei unigeniti dicimur habere vitam æternam, credendo in ipſius nomen. Ipſe eſt via, per quam in cœlum itur; veritas, cujus verbo credendum; & vita, quæ in nobis vivit, & nos in ipſo. Joh. XIV. 6. vide dicta ſup. Artic. VI. Sect. 5. §. 49. p. 534. ſeqq. Patebit apertiſſimè in die & judicio extremo, in quo ſedebit Judex, qui ſuis fidelibus regnum cœleſte tradat; ut §. 7. præced. deſcripſimus. Neque *Spiritus Sanctus* eſt excludendus: Ille enim media ſalutis diſpenſat, offert, & explicat, ut ſalvari poſſimus. Aqua & Spiritu quisquis regenitus fuerit, intrabit regnum cœlorum. Joh. III. 5.

§. 12. Patet hinc, quæ ſint *organa* ſalutis ex parte Dei; nempe ordinariè verbum & ſacramenta. *Verbum*, & quidem *Evangelij* æternam ſalutem nobis non ſolum revelat, ſed etiam offert, & confert, ſi vera fide recipiatur. Joh. V. 24. Chriſtus aſſeveranter teſtatur: quisquis verbum meum audierit, & crediderit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, nec venit in judicium, ſed de morte tranſivit in vitam. Exemplo ſit Petrus, quem Chriſtus Matth. XVI. 17. beatum ideo prædicat, quod veram verbi Evangelici notitiam habuiſſet. Unde Joh. VI. 63. verba, quæ Chriſtus loquebatur, dicuntur vita. *Sacramenta* eandem vim habent. *Baptiſmus* enim ſalvat. Marc. XVI. 16. Sacra quoque cœna inſervit remiſſioni peccatorum; Matth. XXVI. 28. Ineptit Origenes ad Luc. XXIV. homil. cum ex Matth. III. 11. colligere vult, ignem quendam fore purgatorem eorum, qui ſalvandi ſunt poſt mortem: *Stabit*, ajens, *in igneo flumine Dominus Jeſus juxta flammeam rompheam, & quemcunque poſt exitum vitæ hujus, qui ad Paradiſum tranſire deſiderat, & purgatione indiget, hoc eum amne baptizet, & ad cupita transmittat: eum verò, qui non habet ſignum priorum baptiſmatum, lavacro igneo non baptizet. Oportet enim prius aliquem baptizari aqua & Spiritu: ut, cum ad igneum fluvium venerit, oſtendat ſe, & aqua & Spiritus lavacra ſervaſſe, & tunc merentur etiam ignis accipere Baptiſmum in* Organa.

Chriſt
Con
ad O
epri
bea
Joël
ſtol
rat.

riſto Jeſu. Repetit
nſer. Nyſſen. orat. C
Origen. lib. IV. con
tit, inquam, & cum i
amus meliorem Petro
ëlis explicat de Spiritu
los *effuſo* Act. II. 17.
t. Act. I. 5.

Fides. De
Ma
tur
de
ſur
Jo
vi
n
P
2
æ
ſt
e
ſi

§. 13. Organum ex
ei. Joh. VI. 29. Et manu
atth. XI. 12. promiſſionib
m Chriſti ſibi applicat; Q
ns enim dicitur videre per
m, edere & bibere per appli
h. VI. 35. ſeqq. Beata, quæ
rgini. Luc. I. 45. Omnes, qu
bis traditum, credunt, hab
er eam ipſam fidem. ℣. 36. Nec
4. vide Ignat. Epiſt. ad Tral. n.
terna, ut cognoſcant Patrem,
um, verum Deum. *Nobis quid*
ſt autem vita æterna, ut cognoſcam Te un
ſti Jeſum Chriſtum. *Cognitio Dei prom*
a. *Fratres modo credimus, non videmu*
idere quod credimus. ita Auguſt. tract.
lem ſententiam & Clem. Alex. lib.
Quatenus ergo fieri poteſt in hoc mundo, quem
cavit, qui couſque ſervatur dum ceſſaverit,
irmus. *Fides enim eſt doctrinæ perfectio.* E
ilium habet vitam æternam. Si ergo qui credid
am, quid reliqui eſt ultra vitæ æternæ poſſeſ
x ſe perfecta & plena eſt, nihil deeſt. *Sin aut*
ſt undiquaque perfecta: Neq; fides eſt in ulla re
uam ex hoc loco exceſſerint, expectat eos qui cred
iſcrimine hic arrham acceperint. Fides auten
Propria. im virgines prudentes de oleo fidei ſuæ

rant quicquam fatuis. Matth. XXV. 9 Ut propria erat fides Hæmorrhouſæ, qua ſalvata eſt. Matth. IX. 22. Marc. V. 34. Luc. VIII. 48. Et Samaritani, per quam à lepra non corporis ſolum, ſed & animæ liberatus eſt. Luc. XVII. 19. Et cæci. Luc. XVIII. 42. Barthimæi. Marc. X. 52. Fides *ſimplex*, quæ promiſſionibus divinis ſine hæſitatione, fiducia infantili adhæreſcit. Matth. XIX. 14. Marc. X. 15. Luc. XVIII. 16. 17. ita ut credat, etiamſi non videat i. e. ratione, vel ſenſibus objectum comprehendat. Joh. XX. 29. *Fides ſola*, excluſis noſtris operibus, tanquam cauſſis ſalutis etiam adeundæ. Ubicunque enim fidei, tanquam ſalvificæ, mentio fit, ſolius mentio fit, non operum; & merito; Nam ſubjectum ſalutis ſunt peccatores, nullis bonis operibus vita æterna digni. Joh. XII. 47. Chriſtus aſſerit, quisquis audito ſuo ipſius verbo crediderit in ipſum, non condemnatum eum iri; quandoquidem non veniſſet, ut mundum condemnaret, ſed ut per ipſum ſalutem haberet. Matth. XXI. 31. Meretrices & publicani dicuntur præceſſuri eſſe in regnum Dei incredulos hypocritas, Phariſæos, & Legisperitos, quod iſti ad concionem Johannis crediderint, & pœnitentiam egerint: ℣. 32. Joh. XVII. 3: vita æterna dicitur impetrari per fidem, quæ apprehendat verum Deum ſolum, & ab ipſo miſſum Jeſum Chriſtum in ſuo officio. Luc. XXIII. 43. Latroni in ſeſe credenti promittit Chriſtus vitam æternam poſt mortem adeundam. Joh. XX, 31. Johannes exponit fidem Evangelicæ ſuæ hiſtoriæ proximum & ultimum; Iſtum dicit eſſe fidem in Jeſum, tanquam Meſſiam, & filium Dei; hunc vero vitam æternam, quam habituri ſint credentes in nomen Jeſu. Auguſt. de prædeſt. & grat. p. m. 638. c. 10. urget vocem miſericordiam conſequi Matth. V. 7. *& miſericordiam* (ait Deus Exod. XXXIII. 19.) *Praſtabo, cui miſericors fuero: ut à Deo accipi manifeſtum ſit & ipſa miſericordiæ opera, quæ cum videmur impendere, Dei miſericordiam promeremur. Sic enim in Evangelio dicit: Beati miſericordes, quoniam ipſis miſerebitur Deus. Quod niſi ſic intellexiſſet Apoſtolus, nunquam pro bonis gratiæ diſputationi ſuæ hoc teſtimonium curaſſet inſerere.* Idem ex. Matth. XX. 8.

Simplex.

Sola.

XX.
qui
nobi
ſtru
futu
ob
red
ru
ad
Si
R
er
perſeverans. di

X. 8. deducit Ferus
uiens, *hec parabola*, &
obis datur. Omnes en
ruata, imo ne ipſæ quiden
uturam gloriam. Quod ſi al
b aliud eſſe debitum, quam
eddis; Si igitur Dei gratiam
um mentionem fac. vide Six
d Matth. XXI. 9. Sed n
ic enim Hilar. can. 27. in Ma
Reſpondent, inquit, *non poſſe ſe*
mere oleum ſit neceſſe, & alienis
um. Fides *perſeverans.* Nam
eſt. ait Hieron. ad l. c. & Augu
p. 787. *Quis in æternam vitam pote*
Quandoquidem qui perſeveraverit uſque
uæ, niſi æterna? Cum vero in Or
Sanctificetur nomen tuum: quid aliud a
ficetur in nobis: Quod cum jam per lav
Quare quotidie à fidelibus poſcitur, niſi u
Perſeveretur à nobis? Nam & B. Cyp
niens quippe eandem orationem; Dicim
men tuum. Non quod optemus Deo,
ſtris, ſed quod petamus à Deo, ut nom
Cæterum à quo Deus ſanctificatur; qui ip
dixit, ſancti eſtote quoniam & ego ſan
rogamus, ut qui in Baptiſmo ſanctificati ſum
mus, perſeveremus. Ecce glorioſiſſimus Marty
bis quotidie fideles Chriſti petunt, ut perſeveren
& c. 9. p. 796. D. *Hi verè veniunt ad Chriſt*
modo ipſe dicit: Omne quod dat mihi Pater, a
venit ad me, non ejiciam foràs. Et paulo poſt:
tas ejus, qui miſit me, Patris, ut omne quod dedit m
Ab illo ergo datur etiam perſeverantia in bono uſque
datur, niſi eis, qui non peribunt, quoniam qui non

Luc. XVII. 33. vitam æternam Chriſtus promittit illis, qui ipſius cauſſa temporalem amittunt; ut adeo vitam ſuam in æternum ſervet, qui naturalem in regno gratiæ poſthabuerit amori Dei, & veritatis. Joh. XII. 25. In domum cœleſtium nuptiarum intrant virgines, quarum oleum fidei non defecerat. Matth. XXV. 10.

§. 14. *Ratio* humana hæc non capere poteſt, quod ex ſola Dei gratia, & merito Meſſiæ, per fidem apprehenſo, & non ex juſtitia & merito operum, detur vita æterna. Judæi & operarii reliqui iſtud filii hominis beneficium agnoſcere nolunt, confiſi ſuis operibus, quæ putabant divina, efficacia, & meritoria eſſe vitæ æternæ. Joh. VI. 28. ſed Chriſtus ℣. 29. ab operibus ipſos amandat ad fidem in ſeſe, quæ ſit illud Dei opus, quo vitam æternam oporteat amplecti: non confidendo ſuis meritis, ſed unicè merito Chriſti, ſalvatoris divinitus ordinati. Regerebant quidem Judæi, ſi ita ſit, opus eſſe, ut aliquo miraculo comprobetur, & illuſtriori quidem, quam quale Moſes fecerat in deſerto, qui aliquot myriades hominum totos 40. annos in deſerto pane cœleſti cibaverit, cum Jeſus 5000. ſolum ſemel ſaturaverit: præſtare igitur per iſtum, quam per hunc, velle ſalvari: Sed ℟. Chriſtus, negando, Moſen dediſſe panem; Deus enim dederat. Exod. XVI. 4. aut panem iſtum eſſe vivificum; mortuos enim eſſe comedentes; ſeſe vero, à Deo patre datum, eſſe verum, non ex nubibus, ſed è cœlo delapſum, panem, qui mundo vitam det, non modo conſervet; neque aliquot ſolum millibus, ſed toti mundo. His tamen Judæi non emolliti, ſed potius indurati ſunt; Nam ℣. 34 ironicè & ſarcaſticè quærunt talem panem, ne opus amplius habeant duro manuum labore; ſed Chriſtus his non obſtantibus, pergit in explicando pane vivifico; dicens, ſemet eum eſſe, qui non è terra morticina, ſed è cœlo eſſet, indeque ad nosmet veniſſe ſe, ut vitam & aliis daret, nec paucis, ſed, quantum in ſeſe, omnibus, ut per fidem ſaturati ceſſent eſurire & ſitire auxilium, gratiam Dei, ſolatia, juſtitiam, & vitam æternam. Joh. VIII. Cum Judæi objeciſſent ℣. 52. Abrahamum, Moſen, Prophetas reliquos eſſe mortuos, ut falſi convincerent Chriſti ℣. 51. dictum, qui ſuum ipſius ſermonem

Myſterium eſt.

…varit, non moritur…
…brahamum non ſuo …
…iſſe enim oculis fidei di…
… his ſuis meritis erectu…
…xantlaſſe, gaviſumque e…
…15. Regerebant Judæi, …
…amus diu ante mort…
…hriſtus diſtinguit inter di…
…ta ipſum vidiſſe, non hac; …
…uod abdicato Moſe cum ſu…
…ibſtitueret Jeſus; Nam inte…
…am poſſideam? Sed mox co…
…lvari, quandoquidem ne qu…
…imus, ne dum ut dilexiſſet ipſ…
…on perinde, ut iſtum, videret, …
…iligere Deum & proximum ame…
…are teneatur, ſi velit per legem…
…Matth. XIX. 16. ſeqq. Marc. X. 17…
…hriſtus dixiſſet Matth. XIX. 14. …
…7. regnum cœlorum non eſſe ni…
…implici fide, qualis ſit infantum, …
…uvenis, qui interrogat, quid facien…
…ſſet? reſpondebat Jeſus, mandata …
…uæ in decalogo, ejusque etiam tabu…
…ur; Regerebat juvenis, ea vero ſeſe …
…Replicat Jeſus, unum adhuc deeſſe, …
…iſtributionem bonorum, & ſui ſeque…
…vero juvenem in extremam conjiciebа…
…xat: Chriſtus vero eo ipſo ipſum docen…
…ed fide ſimplici accipi regnum cœlorum. …
…at., ſeſe remuneraturum eſſe bona op…
…5. ſeqq. Sed ex merito, quod probat ſubje…
…ariis; quippe quorum primis, plura efflag…
…edit quam poſtremis. c. XX. 1. ſeqq.

Objectum. §. 15. *Objectum* ſalvandum ſunt hom…
…iqui, non omnes; neque multi, ſed pauci. …

uſque ad ℣ 30. ex profeſſo de hac quæſtione diſputat, quot, & qui ſint ſalvandi. Erat quidam tentator, qui Chriſto in Peræa, ad Bethabaram manenti, proponeret quæſtionem: Domine, an pauci ſunt, qui ſalutem conſequuntur? Jeſus, qui inſidioſius & curioſius hoc quæri animadvertebat, reſpondit quidem, ſed non prorſus directè. Reſpondit autem, non adeo obviam eſſe ſalutis portam, ut quocunque modo liceat intrare; ſed luctandum eſſe pia ſolicitudine, velut amat fieri, cum porta eſt anguſta, per quam intrandum; multos fore, qui allaboraverint, ut intrent in regnum cœlorum, ſed fruſtranea opera, tempore opportuno neglecto. Illuſtrabat ſimili, ſumpto à Patrefamilias, qui januas claudit, poſtquam fruſtra hoſpites expectaſſet, ut non intromittat procraſtinatores, etſi deinde pulſaverint, & introrſum recipi petierint, dicendo, non novi vos, unde veneritis. Perinde comparatum fore cum Judæis, contemptoribus temporis gratioſi. Quando enim in die extremo venerint ad judicem vivorum mortuorumque, & petierint recipi in cœlum, fruſtra id petituros eſſe, tempore gratiæ elapſo; Dicent illi quidem, ex ea ſeſe gente eſſe, cui Meſſias deſtinatus, & inter quos familiariſſimè quondam verſatus ſit; ſed reſponſum accipient; Non novi vos incredulos, & impœnitentes olim, unde ſitis, ut miſerear veſtri, quare recedite à me maledicti. His verbis innuere voluit ſalvator, non omnes, ſed paucos, fore ſalvandos. Matth. XIX. 30. XX. 16. docet primos fore poſtremos, & poſtremos primos; Per primos intelligens Judæos, quibus primum oblata ſunt ſalutis media, ſed quia repudiarunt, facti ſunt poſtremi, à ſalute excluſi: Vice verſa, quia gentiles receperunt iſta, facti ſunt ex noviſſimis primi in regno gratiæ & gloriæ. c. XXII. 14. recitatæ de nuptiis regiis parabolæ ſubjicitur epiphonema: multi ſunt vocati, ſcil. ad nuptias perſonales perfruendas, pauci vero electi, propterea quod deſtituti ſint veſte nuptiali, quæ eſt fides, apprehendens meritum Chriſti & juſtitiam ipſius. Matth. XXIV. 40. 41. unus tantum & una dicuntur in die extremo aſſumendi in gratiam, altero & altera excluſis. c. XXV. 17. fatuæ virgines quinque excluduntur. Alii enim oves, alii hædi, alii ad dextram, alii ad ſiniſtram, alii damnandi, alii ſalvandi. ℣. 32. ſeqq.

§. 16. Ex dic
iè dicitur. Alia con
gnum gratiæ, ſcil. ann
elegit Chriſtus. Luc. V
ro adeundum. Joh XI
ctionem Auguſt. d. co
autem ſunt ad regnandum
Judas, ad opus cui congrueba
uti in malis, ut & per ejus opu
rat, opus venerabile compleretur
duodecim elegi, & unus ex vobi
electos per miſericordiam, illum
nendum regnum ſuum, illum ad e
reſpectu h. l. quæſtio eſt. *Ele*
qui elegit ſalvandos. Marc. X
vocem paſtoris audiunt, & aud
cepta fide præeuntem ſequuntur
nam ingrediuntur. Joh. X. 26. ſ
fantes, apprehendunt promiſſion
Dei, & reſurrectionis glorioſæ, ac
Hoſpites qui in veſte nuptiali com
fidem ſuam conſtanter ad finem uſq
bant. Matth. XXV. 34. ſeqq. *Funda*
in quo electi ſunt benedicti. Act. III.
naſius Orat. III. adverſ. Arian: f. 446. u
dem eo fine, ut obtineat præexiſtenti
tamen, ut dicat, quæ huc quoque fa
gans, *igitur elegiſſet nos antequam fieremus,*
uno jam antea præfiguratis delineatique fuiſſemi
prius quam homines crearemur, nos deſignaſſet
filius ante ævum fundatus fuiſſet ſuſcepta noſtri p
do, ut Apoſtolus ait, hæredes participesve præde
Dominus ante ævum fundatus fuiſſet, ut ipſe jam
ut omnem pro nobis, quæ ejus non erat, judicij ha
nem reciperet, ut ita jam nos in illo filij redderem
æterna tempora acciperemus, nondum conditi, niſi

gratiæq; repoſita fuiſſent, quæ ad nos pervenirent? Adeoq; in judicio, cum unusquisq; pro ordine ſuo meritiq; quod æquum eſt, recepturus eſt, dicit: Agite benedicti Patris mei, pro hæreditate veſtra poſſidete regnum vobis præparatum à primis mundi fundamentis. Quomodo igitur, aut in quo, antequam naſceremur, id præparatum eſſet, niſi in Domino ante ævum in hoc ipſum fundati? Quo nos quaſi ſuper eum ædificati, ut lapides coaptati, participes redderemur ejus, quæ ab illo derivatur, vita & gratia. Ipſe cœlum; ſeu liber eſt, in quo nomina electorum ſcripta ſunt. Luc. X. 20. *Finis* eſt æterna ſalvatio. Nam occupant hæreditatem regni ab æterno præparati. Matth. XXV. 34. *Adjuncta* ſunt, & electionis quidem certitudo; Nam impoſſibile eſt electos finaliter ſeduci; Electorum vero gaudium; Nam gaudendum eſt, ſi cujus nomen in cœlo ſcriptum fuerit: *Nota* electorum ſunt: dilectio verbi divini. Joh. VIII. 47. Studium pietatis. Matth. V. 3. ſeqq. Beati enim ſunt, qui agenda ſciunt, & agunt. Matth. VII. Joh. XIII. 17. Fideles ſcil. ſervi. Servorum Dei alii ſunt generales, omnes nimirum homines, quotquot volunt ſalvari, & præſcriptum habent à Deo officium; alii ſpeciales, nempe Eccleſiæ miniſtri. De iſtis agit Chriſtus Luc. XII. 35. ſeqq. 42. De his ℣. 42. utriſque promittit æternam beatitudinem, iſtis; ſi præcinctis lumbis & facibus accenſis patienter & alacriter exſpectent excipiantque Dominum ſuum Jeſum à nuptiis ad judicium reverſurum: His, ſi familiam Eccleſiaſticam fideliter & prudenter curaverint. Joh. XII. 26. Diacono ſuo ſequaci promittit gloriam cœleſtem, qualem ipſe poſt mortem ſuam & ſepulturam habiturus ſit. conf. Matth. XXV. 21. ſeqq. Tales ſunt *pauperes Spiritu*, propter Deum omnia ſua relinquentes. Matth. V. 3. confer. cap. XIX. 28. Marc. X. 29. Luc. XVIII. 29. An divites ſalvabiles? difficulter. Matth. XIX. 23: *Quia difficulter divitiæ contemnuntur; non dixit: Impoſſibile eſt intrare divites in regnum Cœlorum, ſed difficile. Ubi difficile ponitur: non impoſſibilitas prætenditur, ſed raritas demonſtratur.* Hieron. h. l. vid. Juſtin. Mart f. 326. q. & R. Saltem affectu, vel humilitate, non confidentes in ſuis operibus: *Ne quis putaret paupertatem, quæ nonnunquam neceſſitate portatur, à Domino prædicari, adjunxit, Spiritu: ut humilitatem intelligeres, non penuriam.* ita Hieron ad l. c. & Gregor. Nyſſ. Orat I. de octo

 bea-

beatit
piam
Hæc
dat
bus
Lugen
tia ir
in l.
prom
cata v
mnoſ
qui
hoſt
ſitien
Signi
in cœ
des
cordi
XIX
ven
in
ditu
pro
anir
cu
ſur
viv
ne
nu
qu
la
di

ltud. t. 1. opp. f. 766. I
Spiritus nominare volun
eſt illa ipſa virtus, qu
Matth. XVIII. 3.
ſeſe. Luc. XIV
entes, nempe ſua d
inflictas. Nollem eni
c. f. 256. dum inquit :
mittit : Non orbitates, aut con
vetera flentibus, & criminu
oſis hæc ſedula in cœlo conſola
i calamitatibus preſſi nec
ctibus ex privata vindicta ſ
entes juſtitiam nempe fidei,
nificans extenſam in Dei doctrin
cœlo ſatietatis expleri. ita Hilar.
qui proximi miſeriam ſe
dibus miſericordiæ munera prapa
X. 21. Marc. X. 21. Luc. XV
ndere, quæ habebat, & dare
cœlis theſauro. Matth. XXV
ur illis, qui Chriſto in mem
Nyſſeni de pauperibus a
oſeſſo de hoc loco. *Mundi cord*
mi nitorem, & vitæ puritatem habea
s ac hypocritæ, qui introrſum t.
nt. *Pacifici*; in id intenti; ut al
ant : *Pacificorum beatitudo adoption*
nt : Parens enim omnium Deus uni
cupationem familiæ ejus licebit, niſi o
bus poſſimus offendi, fraterna invicem u
ius ad h.l. fol. 256. *Miſeri* propter D
plicent, & odio ſunt, & perſecuti
ſeqq. *Iſtæ calamitates ſalis inſtar*
, *Deo grata*, veluti igne. Marc. IX.
ſalutis anguſtam. Luc. XIII. 24.

Digitized by Google

Matth. XXIV. 43. Marc. XIII. 34. 35. Luc. XXI. 36. *Fideles* in officio ſuo adminiſtrando. l. c.

§. 17. *Qualitas* æternæ beatitudinis non quidem æſtimanda eſt ex rebus mundanis; Matth. XXII. 29. 30. Marc. XII. 24. 25. Luc. XX. 34. Chriſtus fontem erroris Sadducæorum, reſurrectionem mortuorum negantium, aperit, quod ſit ignorantia ſcripturæ, & virtutis divinæ, inde fieri, quod terrena cogitent de æterna vita, quaſi generatio liberorum, matrimonia, voluptates carnales &c. in ea futura ſint, quæ tamen non ſint futura, quoniam beatis Angelis ſimiles ſint futuri, adeoque ἄτεκνοι; Attamen divina ſapientia ſub figuris rerum terrenarum eandem nobis hinc inde declaravit: Quidquid inter homines honorificum, jucundum, utile, deſiderabile, &c. cenſetur, ei felicitas iſta comparatur: *Regno*, quod hæreditate accipient beati. Matth. XXV. 34. cui præficientur. Luc. XIX. 19. in quo lucebunt inſtar ſolis. Matth. XIII. 43. *Honori*, à Patre Chriſti deferendo. Joh. XII. 26. qualis defertur ſervo, cui Dominus ad menſam ſervit. Luc. XII. 37. *Manſionibus* in domo Dei. Joh. XIV. 2. In quibus divertent; ficut viatores à via laſſi, Chriſto præparante locum. Joh. XIV. 4. *Vitæ*, qua nihil in hac vita jucundius eſt. Matth. XXV. 46, Luc. XXII. 16. 18. *Quare autem dixi, vita, quia nondum eſt vita? Si vita eſſet iſta, non diceret Dominus cuidam: Si vis venire ad vitam; ſerva mandata. Non enim ait illi; ſi vis venire ad vitam æternam: Non addit æternam, ſed tamen dixit vitam. Non vita nominanda eſt, quia non eſt vera vita, niſi quæ eſt æterna vita.* ait Auguſt. tract. XXII. in Joh. p. 255. *Viſioni*, qua ſerenam propitii Dei, & reconciliati patris faciem intuebimur. Matth. V 8. Nec non gloriam Filii, & vitam. Joh. XIV. 19, XVII. 24. *Irriguis paſcuis*, quæ oves Chriſti ſequaces habituræ ſunt. Joh X. 9. 11. *Paradiſo*, qui fuit hortus quondam amœniſſimus; Luc. XXIII. 43. θαυμαςὸς τῷ κάλλει *admirabilis pulchritudine*, uti vocat Baſilius tract. de paradiſo; Confer. Chryſoſt. hom. XIII. in Geneſ. *Nuptiis*, quæ ſumma lætitia celebrantur. Matth. XXV. 1. ſeqq. *convivio*; Nam epulis accumbent beati cum Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo. Luc. XIII. 29. Matth. VIII. 11. vide Greg. Nyſ. de opif. hom. c. 18. *Saturitati*; Nam ſatiabuntur eſurientes & ſitientes. Matth. V. 6.

Sinui

Digitized by Google

Sinui p
V. 4.
Matth
21. *H*
& uſu
ſaluti
dum
porta
verit
fruſtr
bens
fidei
porc
dunt
intro
pœni
iis re
huc
V. 3.
28. 2
voce
pron
ſunt
dem
quar
puer
ediſ
(1)
ſun
pr
tu
Lu
pl

ns.

atio.

ui parentis, in quo ſolatiu
4. *Mercedi*, qualem poſt ex
atth. V. 12. *Gaudio*, quod i
Hereditati, quam filii ade
§. 18. *Tempus* adeundæ
uſurpandum eſt. Luc. XIII
utis adipiſcendæ ſolicitè eſ
m enim adhuc tempus eſt gr
tam Chriſtum intremus in
it iſtud tempus, fruſtra eſ
ſtra eſt, cum clauſit paterfam
as. Matth. XXV. 9. Virgines
ei & charitatis deſtitutas ad i
e gratiæ de mediis ſalutis fui
atur fores poſt ſponſum & vi
omitti petentes fruſtra fuerint
nitentiæ in die extremo non fo
relictum, qui ex hac vita infidel
§. 19. *Fideles certi* ſunt de iſta
c in hac vita ſtudent, regnum cœ
3. ſeqq. cujus certitudinis fundat
29. Nam Chriſtus diſputat de ov
cem audiunt ab ipſo agnitæ, & pr
omittit vitam æternam, ut non ſ
t in manu ipſius, unde nemo ipſa
m Pater, qui filio easdem dedit, ma
am ut de manu ipſius, quæ omnipo
erint. Optime Clemens Alex. lib. 1.
ſſerit, verba recitavimus §. 13. præced.
§. 20. Saluti opponitur *damnat*
deſcriptiones in Evangeliſtis variæ occu
t in proprias, & tropicas; Nam ſpirit
prie loquitur, ſed etiam ſub variis figuri
deſcribit, & depingit. Appellat, eſſe
c. XVI. 23. Quibus addicentur ſervi im
is & carcere digni; Luc. XII. 47. 58. *Igni*

Digitized by Google

gabuntur & conjicientur. Matth. XVIII. 8. XXV. 41. *Gehenna* ignis Marc. IX. 43. *Mors* erit, ſed ſine morte, ſeu fine. Matth. X. 28. Comparatur cruciatus *Vermi*, qui mordet & rodit indeſinenter. Marc. IX. 46. *Fami & ſiti*, quæ miſeros excruciat. *Luctui*, *fletui*, qui ſuccedet riſui ipſorum. Luc. VI. 25. *Stridori dentium*, qualis eſſe ſolet vel indignantium aliis & invidentium; vel frigentium in locis ſubterraneis, & humidis; Matth. XXII. 13. XXIV. 51. *Tenebris* exterioribus, quales in talibus carceribus ſolent eſſe, fletus præ dolore, & ſtridor præ frigore & indignatione. Matth. VIII. 12. Luc. XIII. 28. ſeqq. vel tempore nocturno, cum quis ſub frigidiuſculo dio degit, excluſus ab ædibus nuptialibus. *Exhæredationi*, cum quis partem non habet cum Chriſto. Joh. XIII. 8.

§. 21. (2) *Cauſſæ* miſeriæ hujus diverſimodè ſeſe habent. Nam aliter concurrit Deus, nempe veluti juſtus judex, qui impios æterno igni addicet & torquebit. Matth. XXV. 41. Vigore verbi ſui, ſecundum quod ſententia pronunciabitur. Joh. XII. 48. Aliter *diabolus*, qui ſicut eſt mendacii pater, & homicida ab initio, ſic quoque præcipuè in cauſſa eſt, cur homines condemnentur. Joh. VIII. 44. Aliter *homines*, qui diabolo ſeſe permittunt ſeducendos. Hominum enim peccata ſunt, in quibus moriuntur. Joh. VIII. 21. Ipſi ſpernunt, & petulanter rejiciunt verbum Dei ſibi prædicatum. Joh. XII. 50. Ut non ſine cauſſa ille nuptiali veſte deſtitutus obmutuerit. Matth. XXII. 12. gnarus ſcil. ſe in culpa eſſe iſtius defectus. Atque horum *multi* ſunt. Matth. VII. 13, *Conſidera, quam ſignanter de utraq; via locutus ſit. Per latam multi ambulant: Anguſtam pauci inveniunt. Latam non quærimus, nec inventione opus eſt: ſponte ſe offert, & errantium via eſt: Anguſtam vero nec omnes inveniunt: nec qui invenerint ſtatim ingrediuntur per eam. Siquidem multi inventa veritatis via, capti ſæculi voluptatibus, de medio itinere revertuntur.* ita Hieron. ad h. l. Multi ſunt vocati, ſed pauci electi. Matth. XXII. 14. Cauſſæ.

§. 22. Poſſunt autem cauſſæ damnationis revocari ad duas claſſes, quarum prior eſt proximarum, poſterior remotarum. *Proxima* eſt incredulitas, & contemptus mediorum ſalutis. Joh. VIII. 21. Cum Judæi nollent in Chriſtum credere, Proximæ.

Digitized by Google

comm [illegible] riminabatur ille iſtis quo
nemp [illegible] mpe in vitam æternam ,
comm [illegible] mminationem. ℣. 26. in
credu [illegible] edulitatis : & cap. XII. 4
toriu [illegible] rium comminatur iis , c
ei ip [illegible] ipſi , juxta quod ſententia
Deſt [illegible] eſtitutus per incredulitatem
Matt [illegible] atth. XXII. 12. Qui enim no
XVI [illegible] VI. 16. Sicut vice verſa ſalvab
dulit [illegible] litate verſantur contemptores
vini [illegible] ni , quales erant fratres divitis
cruc [illegible] uciatuum loco. Luc. XVI. 28.
regn [illegible] gnum cœlorum denegat Chriſ
æter [illegible] ernæ hæreditatis abjudicat Chr
cran [illegible] amenta admiſerit. Joh. XIII. 8.
§. 23. *Remota* ſunt omnis
cata Qu [illegible] uæ diſtribui poſſunt juxta ſerie
a, I. De [illegible] ecalogi. Aliquæ enim impingu
craſſ [illegible] aſſior, & ſubtilior. *Divitiis* quiſ
clud [illegible] ditur à regno cœlorum. Luc. VI
tem [illegible] n , utpote ſuis divitiis agglutinatu
gnu [illegible] um cœlorum. Matth. XIX. 23. M
24. 2 [illegible] 25. Ut proinde Chriſtus haud imm
curi [illegible] ris hujus vitæ , quales etiam talium
trer [illegible] mo damnentur. Luc. XXI. 34. Si
carr [illegible] nalibus ſeſe dederit. ℣. 25. Qui ſu
Ma [illegible] atth. VIII. 3. Luc. XVIII. 14. *Impœnit*
qui [illegible] ibus exſcindendis admota eſt ſecur.
cor [illegible] um, quos lapis decidens opprimit.
deb [illegible] bitorum , qui tandem in carcerem co
rar [illegible] di , niſi extremo quadrante reddito. i.
58 [illegible] XIII. 24. Confer. Matth. XXII. 7.
X [illegible] XI. 34. *Apoſtata* ſunt inſtar palmitum
ar [illegible] ſcentium , & in ignem conjiciendorum
loſ [illegible] , qui ex intempeſtivo vitæ mundanæ ar
tu [illegible] nt. Luc. XVII. 33. Joh. XII. 25. Luc. X
v [illegible] bi divini ſunt inſtar ſalis infatuati , pec

plateis. Luc. XIV. 34. & Zizaniorum, aliquando in ignem conjiciendorum. Matth. XIII. 30. Nam minimus. i. e. nullus in regno cœlorum erit, quisquis prava dogmata crediderit ipſe, vel alios docuerit. Matth. V. 19.

§. 24. In II. *tabulam.* Orco addicentur negligentes in ſuo officio: Diſſecabuntur enim ſervi ſecuri, tyranni, luxurioſi, comminante Chriſto Luc. XII. 46. ſeqq. Ejicientur in tenebras exteriores, ubi fletus & ſtridor dentium eſt. Luc. XIX. 24. Matth. XXV. 30. Iracundi addicuntur Gehennæ infernali. Matth. V. 22. Servus erga conſervum ſuum immiſericors tortoribus traditur in carcere cruciandus. Matth. XVIII. 34. Dives epulo, Lazari non miſertus, in flammis infernalibus pœnas delicti dedit. Luc. XVI. 23. In has relegabuntur omnes illi, qui Chriſto in ſuis membris non benefecerunt. Matth. XXV. 41. 42. Quanto magis illi damnabuntur, qui Prophetas, Apoſtolos, alios pios interfecerunt. Matth XXIII. 33. Chriſtum rejiciunt, uti ædificatores lapidem angularem, ab hoc ipſo conterendi. Matth. XXI. 44. Luc. XX. 18. Hypocritæ ſunt inſtar virginum quinque fatuarum, quæ quidem videbantur Sponſum exſpectare, ſed oleo fidei deſtitutæ, ab ædibus nuptialibus excluſæ ſunt. Matth. XXIV. 51. Tales erant Phariſæi terque quaterque hypocritæ, quibus propterea væ denunciavit Chriſtus. Matth. XXIII. 13. ſeqq. Talis Judas proditor, qui menſæ accumbebat cum Domino ſuo, tanquam amicus cum amico, quem tamen proditum ibat. Matth. XXVI. 21. ſeqq. **In Tabul. II.**

§. 25. (3) *Affectiones.* Quæ ſunt: *Æternitas.* Luc. XII. 59. manſurus dicitur œconomus, in carcerem à Domino irreconciliato conjectus, donec ultimum teruncium ſolverit. c. XVI. 26. dicitur eſſe inſuperabilis hiatus inter cœlum & infernum; quominus Lazarus vel guttulam extremo digiti hærentem afferat diviti quondam epuloni reficiendo. Matth. XXII. 13. Rex jubet ligari manus pedesque hominis, qui ſine veſte nuptiali comparuerat ad convivium nuptiale: Sicut enim, qui manibus pedibusque ligatus eſt, non poteſt evadere, vel ſemet ipſe extricare, ita nec damnati in inferno. c. XXV. 46. vocatur ſupplicium æternum; **Affectiones: ut æternitas.**

s. ℣.41.i
fore c
erat i
dum
ipſis
daico
ſcriba
as. pulen
nuitu
lius
reden
tanta
in M
venit
Hinc i
hibiti
neatu
tanqu
ſilenti
propr
ad ſc
obtent
fraud
pectar
peccat
exige
Cat.
πᾶν
τὴν
ἐκ

41. ignis æternus; (2) *Inæqualitas.*
condemnatio ſcribarum & P
inhumanitas erga viduas ab o
ipſarum domos abſorbebar
ſcil. fundebat, ℣. 15. dicun
co facti, duplo plus reddi fil
bæ; ratio, quod Gentiliſmo &
ent. (3) *Horribilitas.* Matth.
tur, cum Chriſtus de Juda Iſ
ſaltem ipſi (bene enim ill
emptionis generis humani)
tam fore pœnarum æternaru
Matth. l.c. myſticè interpre
it nobiſcum, quod pœnæ au
illa, inquiens, *ſunt veritatis in*
tio, & regni cœleſtis obſervatio,
ur ambitio, ut longa orationis d
quam à theſauro repoſita opulen
tio perſeveret. Et ideo accipian
rij peccati, & reatum alienæ ig
ſcopum ferit Chryſoſtomus
ntu multum orandi, pleraque à m
dato populo, rapinis graves Deo
are aliud deberent, niſi ſeverius
atores fertur. Quippe cum eos n
ere: quarum inopiæ conſulere ip
Et Heſychius f. 305: Πᾶς
τιμωρείας ἄξιος. Ὁ δὲ μὴ μόν
ἀρετὴν, διὰ τὸ ἐξαπατᾶν τοὺς ὁ
Quisquis peccat, & in peccato pe
tem non ſolum peccat, ſed etiam
incruſtans ſuas, fucum
ſcilicet ac
pœn

Digitized by Google

Art. VII. Sect. V.

De

ECCLESIA.

Argumentum.

E*Ccleſiæ nomina & deſcriptiones.* 1. *Auctor.* 2. *Membra.* 3. *Forma.* 4. *Finis* 5. *Affectiones, ut ſunt unitas.* 6. *Sanctitas.* 7. *Morum, ejus exempla erga tabulam priorem.* 8. *Et poſteriorem.* 9. *Chariſmatum.* 10. *Cujus ſpecies juxta tabulam priorem.* 11. *Et poſteriorem.* 12. *Locorum.* 13 *Temporum.* 14. *Catholiciſmus.* 15. *Notæ.* 16. *Contraria.* 17. *Deficibilitas.* 18. *Reliquiæ.* 19.

§. I.

Eccleſiæ, (1.) Nomina & deſcriptiones.

CÆtus, enumerata hactenus dogmata audiens & credens, vocatur *Eccleſia*: quæ vox occurrit Matth. XVIII. 17. Varia alia *nomina* habet apud Evangeliſtas. Dicitur *Sponſa.* Joh. III. 29. Cujus ſponſus eſt Chriſtus, iſtius gratia homo factus, ut per fidem ſibi eam copularet in regno gratiæ, & deduceret aliquando in regnum gloriæ. Confer. Matth. XXV. 1. ſeqq. *Vinea.* Luc. XIII. 6. 7. Quæ ficubus hinc inde conſita eſt, ipſo Chriſto exiſtente colono, foſſore, & vinitore: Sed & vite, cui fideles, veluti palmites inſiti ſunt. Matth. XX. 1. ſeqq. XXI. Marc. XII. 1. ſeq. Luc. XX. 9. Joh. XV. 2. ſeqq. *Ovile.* Joh. X. 1. in quo janua Chriſtus eſt, per cujus verbum, Sacramenta, meritum in Eccleſiam intratur, janitore Spiritu Sancto. Fideles ſunt agni & oves in hoc ovili. Joh. XXI. 15. ſeqq. *Filia Sion.* Matth. XXI. 5. ex Jeſ. LXII. 11. cives cœleſtis Hieruſalem. *Ædes*, ſeu domus. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Mentio fit ædificantium, ædes ſcilicet, nempe Eccleſiam, cujus lapis angularis Chriſtus eſt, ab ædifi-

Digitized by Google

cantib
gratiæ
ad qu
11. X
quæq
XV. i
men v
tantem
via ar
ditur
Zizan
regnu
XVII
Chriſ
Præva
or.
vinea
& ſtu
nem,
ſepen
ſpirit
fodit
cipitu
dicati
rum a
ædifi
inſtit
tes r
i. e. r
cole
gula
ribu
me
Lu
Ma
7.

tibus reprobatus: *Reg*
tiæ. *Regnum cœlorum*, in q
quod omnes omnino ho
XXV. 1. ſeqq. *Samaritide*
æque ſuos concives ad M
. in Joh. vocat *formam Ecc*
n verbi divini ſpargitur.
tem & triumphantem: Iſti ac
arcta per portam anguſt.
ur in *viſibilem, & in inviſibile*
ania in oculos incurrunt:
rum cordis, quod cum po
II. 20. In *topicam & catholicam*
riſto, fundata, ut portæ infe
valituræ. Matth. XVI. 18.
§. 2. *Auctor* Eccleſiæ De
æ Luc. XIII. 6. qui plantavit vi
ſtudio, per verbi prædicatione
n, quod imprimis factum apud Is
em ei circundedit per tutelam a
ituales, tum corporales. Pſalm.
it in ea lacum torcularem, quo m
tur; i. e. dedit ipſi doctrinam leg
tionem, tum realem per crucem
ab impuro diſcernitur, vetus
ficavit turrim, i. e. miniſterium ſa
tuit, quod vigilaret in vinea Dom
raptores, vaſtatores, beſtias; deni
miniſtris Eccleſiæ commiſit, qui exc
rent. Confer. Luc. XX. 13. ſeqq. De
rem Chriſtum ab ædificantibus Ju
s fœde reprobatum, conſtituit cap
rum Eccleſiæ Chriſtianæ. Matth. XX
XX. 17. Deus eſt, qui nuptias fac
th. XXII. 2. vid. Hier. h. l. Sed & Flius e
tà Patre ſuo miſſus eſt ad hortulanos ſe

in quo committuntur converſi ex Judæis & gentilibus. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. *Miniſterium* ille eo fine inſtituit, ut per verbum & Sacramenta Eccleſiam colligerent. Matth. XXVIII. 19. 20. Operarii illi ſunt, quos Paterfamilias in agrum, vel vineam ablegat; ut eam excolant. Matth. XX. 1. ſeqq. vide Artic. II. ſect. 5. §. 1. *Organa* ſunt: verbum, utpote ſemen in agrum Eccleſiæ conjectum. Matth. XIII. 23. Per quod purgantur diſcipuli Chriſti, ut ſint mundi. Joh. XV. 3. & ſacramenta; Nam per baptiſmum fiunt diſcipuli Chriſti. Matth. XXVIII. 19. Hæc & iſtud ſi bene ſeſe habent, Eccleſia erit, etiam ſub corrupto miniſterio, quod contra Donatiſtas deducit Auguſtinus lib. II. cont. Epiſt. Parmen. c. 4. & 8. & 11. & 12. Ex Matth. XXIII. 2. ſeqq. X. 4. Miniſterium Organa.

§. 3. *Membra* Eccleſiæ ex Judæis & Gentilibus colliguntur. Ex iſtis quidem prius, ex his autem poſterius. Matth. X. 5. ſeqq. XV. 24. XXVIII. 19. Act. I. 8. Comparantur iſti aſinæ, propter onera legis; hi vero pullo rudi, nondum jugo aſſueto: Matth. XXI. 2. ſeqq. vide Hieron. comm. ad h. l. Et Aug. tract. XXXI. in Johan. utrique parietibus in lapide angulari, Chriſto, coëuntibus. Matth. XXI. 42. Ovibus, in eodem ovili coadunandis. Joh. X. 16. Iſti liberis, hi canibus. Matth. XV. 26. 27. Alia ſunt interna, alia externa; *Interna* ſunt ſoli fideles, & inter hos præſtantiſſimi, electi. Joh. VIII. 31. ſeqq. Luc. XIV. 33. Illi pro genuinis Chriſti diſcipulis habentur, qui de ſpirituali ſemine Abrahami ſunt, manentes in verbo & Sacramentis. Joh. X. 3. Oves Chriſti ſunt, qui vocem ipſius audiunt, credendo, & obſequendo. In oves & agnos, i. e. robuſtiores & infirmiores fide dividit eos Chriſtus. Joh. XXI. 15. 16. Matth. XVI. 18. Petri ſunt, veluti vivi lapides in petra Chriſto. vide Origen. in Matth. XII. f. 275. Ubi docet, omnes Chriſtianos eſſe Petros. Hoſpites illi ſunt, qui vocati veniunt, veſtibus nuptialibus induti. Matth. XXII. 10. 11. Veniunt autem alii lentius, alii promptius. Matth. IX. 18. Marc. V. 22. Luc. VIII. 42. ſeqq. Promptior adeſt Hæmorrhouſa, quam Jairus Archiſynagogus, qui tamen Capernaumi verbum Chriſti hactenus copioſè audire, & miracula ſpectare (3) Materia.

potuerat,

Digitized by Google

potue [illegible] t uerat, præ illa alienigena. Palmites illi ſunt, qui Chriſto per
veram [illegible] am fidem inſeruntur. Joh. XV. 2. ſeqq. Infantibus ſimiles per
ſimpli [illegible] plicitatem credendi. Luc. X. 21. ſeqq. Piſces ſunt, ſed ſani.
Mattl [illegible] tth. XIII. 48. Triticum ſunt, quod in horrea ſua Deus re-
condi [illegible] ndi vult. Matth. III. 12. XIII. 30. Virgines prudentes, quæ
oleun [illegible] um in lampadibus ſervabunt. Matth XXV. 1. Subditi illi
ſunt, [illegible] t, ad quos venit regnum Dei, intus nimirum, ut ſplendor
ejus & [illegible] s & pompa in oculos non incurrat, ſicut regni mundani, ut
dici p [illegible] i poſſit, ecce hic eſt, vel illic; Luc. XVII. 20. Tales & ſi-
miles [illegible] es Deus omnes quidem vult eſſe; Nam omnes vocat ad
nupt [illegible] ptias perſonales; Sed non omnes veniunt. Matth. XXII.
3. X [illegible] XXVIII. 19. Qui tamen veniunt, quantulicunque etiam
ſint, [illegible] t, vel duo tantum, aut tres, ſufficiunt tamen in quorum
medi [illegible] dio ſit Chriſtus, i. e. ad Eccleſiam. Matth. XVIII. 20. Ex-
terna [illegible] a ſunt mali, & hypocritæ. Qui quidem in externo cœtu
Eccle [illegible] cleſiæ verſantur, ſed non ſunt de Eccleſia. Eccleſia eſt in-
ſtar [illegible] r areæ, in qua & triticum & paleæ ſunt. Matth. III. 12.
Matt [illegible] tth XIII. 48. Regnum cœlorum ſimile eſt ſagenæ, qua
etiam [illegible] am putres piſces capiuntur: *Poſtquam audierunt Petrus & An-*
dreas [illegible] *as, Jacobus & Johannes filij Zebedæi: Sequimini me, & faciam vos*
piſcat [illegible] *atores hominum: Contexuerunt ſibi ex veteri & novo teſtamento ſa-*
genam [illegible] *am evangelicorum dogmatum: & miſerunt eam in mare hujus ſæculi,*
quæ [illegible] *usq; hodie in medio fluctibus tenditur, capiens de ſalſis & amaris gur-*
gitibus [illegible] *us quicquid inciderit: i. e. & bonos homines & malos, & optimos*
piſces [illegible] *es & peſſimos. Cum autem venerit conſummatio & finis mundi: ut*
ipſe i [illegible] *infra manifeſtius diſſerit: Tunc ſagena extrahetur ad littus: tunc ve-*
rum [illegible] *ſecernendorum piſcium ſignum demonſtrabitur: & quaſi in quodam*
quiet [illegible] *tiſſimo portu boni mittentur in vaſa cæleſtium manſionum: malos*
autc [illegible] *m torrendos & exſiccandos gehennæ flamma ſuſcipiet.* ita Hieron.
h. l [illegible] Agro, in quo etiam Zizania creſcunt. Matth. XIII. 25.
ſeq [illegible] q. Nuptiali convivio, in quo inter hoſpites ſedit etiam ille,
qui [illegible] veſte nuptiali indutus non erat. Matth. XXII. 11. ſeqq.
Vi [illegible] ginibus, quibus admiſtæ erant etiam quinque fatuæ,
ſui [illegible] & ipſæ lampadibus, etſi oleo deſtitutis, inſtructæ, & ſpon-
ſur [illegible] exſpectantes. Matth. XXV. 1. ſeqq. In talibus & ſimilibus
di [illegible] is explicandis & vindicandis multus eſt Auguſtinus hinc
inde

Digitized by Google

inde in libris contra Donatiſtas, qui eam Eccleſiam pro vera agnoſcere nolebant, cui in externa ſocietate admiſti eſſent mali. vide lib. 1. adverſ. Parmen. c. 3. Et lib. III. c. 4.

§. 4. *Forma* Eccleſiæ, qua talis, non conſiſtit in externa pompa, & ſplendore, qualis eſſe ſolet regnorum hujus mundi; de quibus dici poteſt: Ecce hic ſunt; ſed in vera fide, timore religioſo, & charitate ſancta cordis, adeoque intus hoc regnum eſt. Luc. XVII. 20. Conſidera enim, quis Luc. VIII. 2. ſeqq. fuerit Chriſti comitatus? aliquot etiam fœminæ, ſed quædam earum ſpiritibus quoque immundis vexatæ; paucæ illuſtres; ut erat Chuſæ uxor præfecti; Erant quidem, qui ſibi à Chriſto regnum ſplendidum in mundo imaginarentur, quo fine ingens vis hominum Luc. XIV. 26. ſeqq. eum ſequebatur ex Peræa in Judæam, ſed ut hanc opinionem ipſis eriperet, diſſerere cœpit de iniqua ſuorum diſcipulorum ſorte, quam non omnes humeri ferre poſſint; Præ amore Magiſtri relinquenda eſſe omnia hujus mundi etiam dilectiſſima & pretioſiſſima quæque, ſuſcipiendam crucem, & veſtigiis magiſtri præeuntis inſiſtendum. Forma

§. 5. *Finis* Eccleſiæ eſt æterna ſalus. Nam triticum colligitur in horrea cœleſtia. Matth. III. 12. XIII. 30. 43. Piſces boni colligentur in vaſa, rejectis putribus. ℣. 48. Virgines prudentes intrant domum nuptialem æternorum gaudiorum. Matth. XXV. 10. Finis.

§. 6. *Affectiones* ſunt (1.) *Unitas*: quâ Eccleſia eſt indiviſa in ſeſe, ſimilis palmitibus, uni viti inſitis. Joh. XV. 1. ſeqq. Qui non eſt contra nos, pro nobis eſt, ait Chriſtus diſcipulis ſuis Marc. IX. 40. Verba Chriſti ſunt Spiritus & vita, per quæ nos in ipſo, & ipſe in nobis vivit. Joh. III. 63. *Maneamus autem in illo, cum ſumus membra ejus: manet autem ipſe in nobis, cum ſumus templum ejus. Ut autem ſimus membra ejus, unitas nos compaginat: ut compaginet unitas, quæ facit niſi charitas? Et charitas Dei unde? Apoſtolum interroga, Charitas, inquit, Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. Ergo Spiritus eſt qui vivificat: Spiritus enim facit viva membra, nec viva membra Spiritus facit, niſi quæ in corpore quod vegetat, ipſe Spiritus invenerit: Nam Spiritus qui eſt in te, ô homo, quo conſtas ut homo ſis, nunquid vivificat membrum, quod ſeparatum invenerit à* Affectiones. (1.) Unitas.

carne
membr
tua, q.
tatem
ſtianu
non eſ
ejus.
hum
pro
inter
huju
tem a
quier
Deoq;
dilect
ſanct
itaq;
Chriſ
ſi no
non
Matt
cum
trem
à pu
cuiq
in m
here
virt
V.3
bus
geli
roſ
enis
reg
vel
run

ra tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non vivificat, niſi
embra, quæ ſunt in carne tua; unum ſi tollas, jam non vivificatur ex anima
e, quia unitati corporis tui non copulatur. Hæc dicuntur, ut amemus uni-
tem, & timeamus ſeparationem: nihil ſic enim debet formidare Chri-
nus, quam ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti,
n eſt membrum ejus; ſi non eſt membrum ejus, non vegetatur Spiritu
ejus. ita Auguſt. tract. XXVII. Joh. p. 285. Opus hoc eſt non
humanarum virium, ſed divinarum. Nam Chriſtus rogavit
pro diſcipulis ſuis apud Deum ſuum Patrem, ut eſſent unum
inter ſe, ſicut ipſe & Pater eſſent. Joh. XVII. 11. Meminit
hujus dicti Ignatius in epiſtola ad Epheſios, ubi laudat unita-
tem & concordiam Presbyterii Epheſini inter ſe: *Qui ſunt, in-*
quiens, ſigillatim omnes unus chorus fiant, ut conſoni per concordiam,
Deoq; conjuncti per unitatem, unum ſitis concordia animorum Deo Patri, &
dilecto filio ejus Jeſu Chriſto Domino noſtro. Da enim ipſis, inquit, Pater
ſancte, ut ſicut ego & tu unum ſumus, & ipſi in nobis unum ſint. Unde
itaq; vobis eſt, per inculpatam unitatem conjunctos Deo, imitatores eſſe
Chriſti, cujus & membra eſtis. p. 217. ſeqq. Diviſa autem eſt ab aliis
non loco, mente tamen, ſicut triticum diviſum eſt à paleis,
in loco quidem; Nam in eadem area ſunt; eſſentia tamen;
Matth. III. 12. Piſces boni à putribus; Matth. XIII. 48. triti-
cum à Zizania. ℣. 28. Diviſio perfecta reſervata eſt judicio ex-
tremo, quo Angeli ſeparabunt paleas à tritico, piſces bonos
à putribus, triticum à Zizaniis, oves à capris. Et decentem
cuique locum aſſignabunt. Matth XXV. 32. Dum vero adhuc
in militante Eccleſia degimus, cogimur quidem interdum inter
heterodoxos, & malos verſari loco, doctrina tamen, & animi
virtutibus diviſi ſumus. Matth. IX. 16. Marc. II. 18. 19. Luc.
V. 36. Inſtituit Chriſtus comparationem, & docet, traditioni-
bus Phariſaicis, erroneis & ſuperſtitioſis, adjungere velle Evan-
gelicam veritatem, periode eſſe, ac ſi quis veteri panno & lace-
roſo vellet aſſuere de panno recente particulam; ſcinditur
enim hæc ab iſta; ut ſciſſura major evadat, nec panniculi iſti
regere poſſint corpus; Aut ſi quis in utribus veteribus & cariofis
vellet condere vinum recens, ut enim hoc fervet, & utres diſ-
rumpit, ut pereatur: Sic Evangelium recens homini viſum, ſi à

ſuper ex-

Digitized by Google

ſuperſtitioſis & nondum purgatis hominibs intra animum fæculentum recipitur, ferri non poteſt, unde ipſi id ſpernunt, rejiciunt, &, quantum in ſeſe eſt, perdunt, ipſi ſimul pereuntes. Accidebat diſcipulis Johannis, quod bibentibus vinum. Vetus vinum melius eſt, non tamen fortius; quare libentius bibunt bibones; recens autem eſt acrius, generoſius tamen, & penetrantius: Ita antiqui ritus & cæremoniæ placent ſua ſpecie religionis; Evangelium vero diſplicet, quia condemnat omnem juſtitiam humanam, quare una conſiſtere, vel placere nequeunt. Matth. XVI. 9. jubet Chriſtus ſuos diſcipulos ſibi cavere à fermento Pharifæorum. Joh. X. 58. Oves Chriſti peregrinum, furem, & latronem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, utpote cujus vocem non agnoſcunt pro vera & ſalutari. Joh. XV. 19. XVII. 16. XVIII. 36. Chriſtus ſuos diſcipulos & fideles evocavit, & ſelegit de mundo, ut de iſto amplius non eſſent. Matth. XVIII. 17. Excommunicandus eſt homo ſcandaloſus, & impœnitens. Nec obſtat, quod diſcipuli Chriſti inter ſeſe tulerint Thomam incredulum Joh. XX. 25. 26. Nam infirmus ille erat, quales tolerandi ſunt, donec reſtituantur. ✝. 28.

§. 7. (2 *Sanctitas.* Sanctam eſſe Eccleſiam Chriſti, patet Sanctitas.
ex ſanctitate ipſius Chriſti, capitis, qui conceptus ex Spiritu ſancto (1)
Matth. I. 18. 20. ſanctificatus eſt ab eodem Spiritu jam in utero Morum.
materno, ut præter ſanctitatem ſuæ Deitatis etiam hinc ſanctus dictus ſit. Luc. I. 35. Sanctificatus ad officium ſanctiſſimum obeundum. Matth. III. 16. Luc. IV. 18. Sanctus Dei. Marc. I. 25. Hic vitis eſt, unde ſuccum ſanctitatis etiam palmites; Caput, unde membra ſanctos motus attrahunt; Sanctum eſt verbum, quod rogavit ſuum patrem ſanctum, ut per illud diſcipuli ſui ſerventur. Joh. XVII, 11. Sanctus baptiſmus, quo abluimur à peccatis. Matth. III. 6. 11. Nam aquæ junctus eſt Spiritus ſanctus. Joh. III. 5. Cujus beneficio baptizati etiam ſpirituales reddimur ✝. 6. Sancti ſunt fructus, nempe pœnitentiæ. Regeniti enim à peccatis abſtinent, & ſanctimoniæ ſtudent: Ut adeo ex dictis appareat ſanctitas doctrinæ ſalvificæ; Quiſquis enim crediderit, nempe diſcipulis Chriſti, is ſalvabitur: Math. XXVIII. 20. Marc. XVI. 16. ſanctificæ. Joh. XVII. 11. Quod

Patre[illegible] tres Chriſtianæ Eccleſiæ graviter & frequenter vexerunt con-
tra [illegible] Gentiles & Judæos, Chriſtianiſmi hoſtes. De quo alibi.
Solat[illegible]. Matth. XI. 28. ſeqq. Sanctitas cultus in verbo &
Sacr[illegible]cramentis; Sanctitas morum & præceptorum, de quibus
ſupra[illegible]pra in ſtatu renovationis prolixe actum; Ex exemplorum,
quor[illegible]orum nonnulla ſubjungamus.

Juxta Tab. I.

§. 8. Extant *Exempla ſanctimoniæ* per univerſam hiſto-
riam [illegible]m Evangelicam, quæ revocari poſſunt ad tabulam Decalogi
vel p[illegible]l priorem, vel poſteriorem. *Priorem*, ut *fides in Chriſtum*,
qua [illegible]a valuit Syrophœniſſa adeo, ut aliquoties licet repulſa,
tand[illegible]dem tamen gratiam impetrarit. Matth XV. 21. ſeqq.
O mi[illegible]*ntra rerum converſio: Iſraël quondam filius, nos canes. Pro diver-*
ſitate[illegible]*te fidei, ordo nominum commutatur. De illis poſtea dicitur: Circum-*
deder[illegible]*erunt me canes multi. Et videte canes: videte malos operarios: videte*
conciſ[illegible]*ciſionem. Nos audimus cum Syrophœniſſa & muliere, quæ ſanguine fluxe-*
rat: Magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et: Filia, fides tua te ſalvam
fecit.[illegible] Hier. ad l.c. Maria, lavans Jeſum pretioſiſſimo nardi li-
quo[illegible]ore, inſuper habitis Cleri minis. Joh. XII. 3. ſeqq. Latro
in cr[illegible]cruce. Luc. XXIII. 42. 43. Centurio & milites cruci adſtan-
tes.[illegible]s. Matth. XXVII. 54. *Obedientia*. Luc. XVII. 14. Ablegantur
lepr[illegible]roſi pridem purgati, ad ſacerdotes Hieroſolymitanos, quod
& f[illegible]faciebant. Etſi 10. milliaribus inde diſtantes. Johannes
com[illegible]mmendatam ſibi matrem Chriſti recipit. Joh. XIX. 27. *Re-*
verem[illegible]*entia*. Centurio indignum ſeſe cenſet, ſub cujus tectum iret
Chr[illegible]riſtus. Matth. VIII. 8. Peccatrix præ humilitate non ſuſti-
net [illegible] in conſpectum Chriſti prodire, ſed à tergo, lachryma-
tur[illegible], & lachrymis madefacit & lavat ejus pedes, & tergit ca-
pilli[illegible]lis. Luc. VII. 38. Geminum exemplum eſt Mariæ, Lazari ſo-
rori[illegible]ris. Joh XII. 3. Poſtquam enim Chriſtus urbecula Ephraim
reli[illegible]cta a Bethaniam rediiſſet, & à Simone pridem leproſo convi-
vio [illegible] eſſet exceptus, Maria Lazari ſoror, (non autem illa peccatrix
Lu[illegible]c. VII. 37. aut Magdalena, unde 7. dæmonia ejecerat. Matth.
XX[illegible]VIII. 1. Marc. XVI. 1. Luc. XXIV. 10. Joh. XX. 1. Sed)
rel[illegible]igioſa illa, & integra, adeſt cum alabaſtro, ex pretioſiore
ma[illegible]rmore confecta, & repleta nardo præſtantiſſimi liquoris, ex
fra[illegible]rantiſſimis & delicatiſſimis herbis expreſſi, & aromatibus

conchi-

Digitized by Google

conditi, qualis ſolet naſci juxta Babyloniam, oppidum Opis, unde piſtica, q. d. opiſtica ſolebat dici; Hoc liquore inunxit pedes Chriſti, qui ſingularis honor ſolebat hoſpitibus exhiberi ab itinere advenientibus, & menſæ accumbentibus; aqua quidem alias lavabantur, aut certè vulgari unguento tingebantur, ſed illa Jeſum, quem Meſſiam credebat, pretioſiſſimo nardi liquore, & pedes quidem, deinde etiam, vaſe nonnihil confracto, ut largius efflueret liquor, caput inunxit, unctosque pedes vel capillis ſuis nonnihil exterſit: quod à tanta fœmina profectum ſingulare erat reverentiæ & amoris argumentum. Syrophœniſſa non detrectat eſſe catella, quæ ſub menſa Domini micas legat. Matth. XV. 27. Vulgo traditur Chriſto ſtatuam Cæſareæ eſſe erectam ab Hæmorrhouſa. Baron. an. XXXI. n. 75. Quod tamen ita narratur ab Euſebio, ut fidem meritò ſuſpendamus. vide Epiſcop. contr. Wading. p. 207. D. Dannh. Chriſteid. p. 801. Samaritanus, à lepra liberatus, ad pedes Chriſti ſeſe proſternit, & gratias pro accepto beneficio agit. Luc. XVII. 16. Mulieres religioſæ conſpecto Chriſto, ex mortuis reſuſcitato, in genua procumbunt, & Dominum venerantur. Matth. XXVIII. 9. Et quid mulierculas dico? Ipſi Magi ex Oriente, quanti viri! adgeniculantur pedibus pueruli Jeſu, in ſpreta Bethlehemo degenti. Matth. II. 11. maxime omnium laudandi & mirandi ſunt Nicodemus & Joſephus Arimatheus, qui corpus Chriſti vita defunctum, execrabile Judæis viſum, de cruce exemerunt, & in honorifico ſepulchro condiderunt. Matth. XXVII. 58. ſeqq. Marc. XV. 43. Luc. XXIII. 50. Joh. XIX. 38. ſeqq. *Laudes:* Has Deo cecinit virgo ſanctiſſima Maria. Luc. I. 47. ſeqq. Zacharias ℣. 68. ſeqq. Mulier pridem corpus contracta, Luc. XIII. 13. poſtea à Chriſto erecta & curata, Deum glorificabat, tanquam ſummum auctorem bonorum. Luc. XVII. 15. Samaritanus quidam, liberatus lepra, revertitur, Deo laudes, Chriſto gratias, perſolvens, quo ipſo ſuam declarabat fidem ſalvificam. ℣. 19. Luc. XVIII. 43. Poſtquam Chriſtus cæco viſum reſtituiſſet, glorificat iſte Deum, & populus cum ipſo. Matth XXI. 9. ſeqq. Marc. XI. 9. Luc. XIX. 37. Joh. XII. 13.

um Jeſus Chriſtus, ſuper aſina & pullo vectus alternatim, Hie-
ſolymam veluti Rex regiam ſuam ingrederetur, excitat Spiri-
s ſanctus comitatum antecedentium, & ſubſequentium diſci-
lorum, & turbæ hinc Bethanienſis, inde Hieroſolymitanæ,
ſublata voce Deo laudes canerent juxta Pſalm. CXVIII. (quæ
lebant alias cani in ſolenni Scenopegiorum feſto,) dicentes,
ſianna, Hoſianna filio David, qui eſt Meſſias; *Benedictus, qui ve-*
, Rex in nomine Domini Patris noſtri David, Hoſianna in altiſſimis, Pax
cælo, & gloria in altiſſimis; Huc pertinet glorificatio Dei Luc.
XIII. 47. quam fecit Centurio, deprædicans Jeſum vita defun-
ctum, quod fuerit homo juſtus, & filius Dei. c. XXIV. 53. Apo-
oli & reliqui fideles erant in templo ſemper, laudantes & bene-
centes Deum pro opere redemptionis completo, in Scripturis
omiſſo; &c. Hoc illi faciebant publicé, in medio ſpeluncæ
ronum: Ipſe Chriſtus Marc. XIV. 26. Hymnum cum ſuis
ſcipulis cecinit poſt comeſtionem agni paſchalis, & inſtitu-
nem celebrationemque Euchariſtiæ: erat autem iſte hymnus
ncinnatus, juxta Hebræos, ex Pſalmis Davidicis, inter CXII.
CXIX. intermediis, quos vocabant Halleluja magnum, de-
ntari, vel dici ſolitum à Judæis in memoriam liberationis
Ægypto, & deductionis in terram Canaan. Huc pertinent
loquia pia, quale erat Eliſabethæ cum Maria; & antehac
abrielis cum hac ipſa. Luc. I. 56. *Preces* Luc. XVIII. 38. ſeqq.
ſtquam cæcus juxta viam Hierichuntis ſedens Jeſum præter-
audiviſſet, è veſtigio miſſis eleemoſynis unum Jeſum implo-
t, adeo efficaciter, ut Jeſus non ſolum ſtaret, ſed & viſum
i reſtitueret. Actor. I. 14. Apoſtoli, &, quæ cum ipſis erant,
lieres, & mater Domini, perſeverabant unanimiter in obſe-
tione pro Spiritu ſancto mittendo, & deprecatione cala-
atum imminentium. *Gaudium* ſanctum: quale erat Marthæ
Mariæ adventante Chriſto. Joh. XI. 28. 29. diſcipulorum,
riſto ex mortuis reſuſcitato. Joh. XX. 20. & reliquorum fi-
lium, eodem in cœlis ſublimato. Luc. XXIV. 52. Colo-
nem his omnibus imponit *conſtantia* in fide erga Deum. Ta-
erat diſcipulorum Chriſti, qui perſeverarant apud ſuum il-
magiſtrum etſi afflictiſſimum. Luc. XXII. 28. Imò, etiamſi
Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus in patibulum, ſeu crucem ignominioſiſſimè eſſet actus, & exſpiraret in contumelioſo ligno, nihilominus etiam mulieres ex Galilæa ſecutæ, & hactenus ipſius miniſtræ, pedem ab ipſo non referebant, ſed vel crucis ſupplicio intererant. Matth. XXVII. 55. 56. Marc. XV. 40. 41. Luc. XX.III. 49. & poſtquam ſepultus eſſet, ſepulchrumq; cuſtodibus infeſtaretur, attamen ipſæ venerunt ſummo mane, corpus uncturæ: etiam aliquoties hinc inde commeant, reſurrectionem ipſius denunciantes. Quibus annumerandus eſt Johannes, item Joſephus Arimathæus, & Nicodemus, Phariſæus hic, iſte Synedrii aſſeſſor. Hi enim omnibus, reliquis dilapſis diſcipulis, prodeunt, Jeſu corpus, involutum linteis & delibutum aromatibus, ſepeliunt. Matth. XXVII. 57. ſeqq. Marc. XV. 42. ſeqq. Luc. XXIII. 50. ſeqq. Joh. XIX. 38. ſeqq. Confer. dicta ſup. Artic. II. ſect. 4. §. 2. 10. VII. Sect. 2. n. 1.

§. 9. Ad poſteriorem pertinet (1) *reverentia & obedientia erga parentes.* Eminet exemplum Chriſti, adhuc pueri, qui Nazaretham deſcendit, & ſubditus fuit parentibus ſuis. Luc. II. 51. Idem moriturus matrem Johannis tutelæ commendavit, qui & recepit ipſam, ut filius parentem. (2) *Patrocinium proximi*, quale Chriſto præſtiterat Joſephus Arimathæus, Synedrii aſſeſſor; Neque enim conſpiravit cum reliquis; imò cum mortuus eſſet, adiit Pilatum, & corpus ſibi dari oravit, & exoravit. Luc. XXIII. 50. ſeqq. Cum ad mortem duceretur Chriſtus, erant ex populo, & mulieribus plures ipſum deplorantes. Luc. XXIII. 27. (3) *Caſtimonia*, qualis fuit Mariæ virginis, viri neſciæ. Luc. I. 27. (4). *Liberalitas & beneficentia* erga proximum. Tales fuerunt Lazarus, Martha & Maria, Chriſti hoſpites, non curato, quod Judæi receptatoribus ipſius comminati fuerant. Luc. X. 38. ſeqq. Tales & aliæ, ex Galilæa, mulieres fuerant, quippe quæ ex more gentis Chriſto Magiſtro de ſuis facultatibus aliquid ſubminiſtrarant. (5) *Veracitas.* Joannes Baptiſta veram confeſſus eſt confeſſionem. Nathaneel verus erat Iſraëlita, & ſincerus; De quibus & ſimilibus virtutibus, etiam quoad exempla quædam, egimus ſupra Artic. VII. Sect. 3. n. 2. p. 665. ſeqq. Tab. B.

Digitized by Google

(2) Chariſmatū.

ra Chriſ
dentib
ipſorum
fluxit.
Nam h
I. 41. 6
& Ma
Magis
Matth
gelor
Ut no
nec pu
mulare
exerci
erun
cœli
divi
ram
quil
Pen
dam
tur
nor
Ma
ut
Bil
ſtu
lis
C
Jo
ſc

§. 10. *Sanctitas chariſmatum.* Sunt hæc opera illa, majo-
hriſti, quà miniſtri, operibus. Joh. XIV. 12. Signa, quæ cre-
ibus promiſſa erant. Marc. XVI. 17. 20. *Principium* tamen
rum erat Chriſtus, è cujus plenitudine hæc quoque gratia
c. Luc. I. 15. & Chriſti Spiritus, Spiritus nempe ſanctus.
n hic eſt, qui recondita & futura hominibus revelat. Luc.
. 67. II. 25. Interdum per Angelos, ut Zachariæ. Luc. I. 11.
ariæ virgini. v. 26. Interdum per ſtellas, qualis fuit, quæ
gis in Oriente nativitatem Regis Meſſiani denunciavit.
ch. II. 2. Aut alium aliquem ſplendorem, qualis erat An-
rum, paſtoribus apparentium, Luc. II. 9. Quare hoc p
non ambigerent de majeſtate pueri, quem erant in præſepio viſuri,
tarent, quod in ſola natura hominis eſſet editus, cui ſuperne militia fa-
rentur occurſus, Angeli nunciant ortum Domini, Paſtores ſunt cœleſti
citus claritate circundati. Leo I. homil. I. nadi, è nubibus
r npentis in Chriſtum, uti nonnulli explicant ſciſſionem
i. Matth. III. 16. Marc. I. 10. Luc. III. 21. ſplendoris
ini, quo Chriſtus clarificatus eſt in monte Thabor co-
n diſcipulis. Matth. XVII. 2. linguarum ignearum,
ibus ſe conſpiciendum præbuit Spiritus ſanctus in feſto
ntecoſtes. Matth. III. 11. Act. II. 3. Idem Deus excitat quoſ-
m, & hoc ipſo vocat, ad officium immediate, qualis vide-
r fuiſſe vocatio Johannis Baptiſtæ Luc. III. 2. *Subjectum* ſunt
n fideles ſolum Marc. XVI. 17. 20. etſi præcipue, & in his
aria virgo κεχαριτωμένη, ſingulari ea gratia divinitus affecta,
filium Dei conciperet. Luc. I. 28. vide Sixt. Senenſ. lib. VI.
bl. annot. 153. Sed etiam infideles & hypocritæ, quos Chri-
is pro ſuis nunquam agnovit. Matth. VII. 23. *Finis* principa-
eſt gloria Dei. Hoc enim fine Chriſtus miraculum in nuptiis
anæis fecit. Joh. II. 11. Minus principalis eſt utilitas homi-
m, quos per hæc extraordinaria ad fidem vult perducere.
h. II. 11. incredulos vero redarguere. In hanc ſententiam
ipſit Baſilius ... Περιληφθέντα ... θαύματα, ... ὑπο...
θεῖν; ... τὸν ... ... ἀποδέδωκε ... ...
...ἄσθαι. ... ... πάντα, τοῦτο ... ...
... ἔλεγχοι; *Præcipua miracula intentum ad ſe conver-*
tentia

tentia, & incredulitatem abigunt, & ratiocinationem inobedientiſſimam inclinat, adeo ut, quos lingua prædicando non inflectebat, illos oculi redarguerent teſtificando. Subſcribens Clementi Diat. VIII. 1. qui ait, *miracula non eſſe* εἰς τὴν τῶν ἐνεργούντων ὠφέλειαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀπιστούντων συγκατάθεσιν. Ἵνα, οὓς οὐκ ἔπεισεν ὁ λόγος, τούτους ἡ τῶν σημείων δυσωπήσῃ δύναμις *ad utilitatem facta operantium, ſed ad fidem incredulorum, ut quibus non perſuaſit verbum, eos converterent ſigna.* *Tempus* quoque ſuum habet Deus, quo ejuſmodi chariſmata exercet, vel diſtribuit. In nuptiis Canæ Galilææ celebratis Chriſtus non ſtatim miraculum operatus eſt. Joh. II. 4. Effuſio Spiritus Sancti viſibilis reſervabatur tempori poſt aſcenſionem Chriſti. Matth. III. 11. Joh. VII. 39. Objicis: Atqui multi Spiritu ſancto etiam ante Chriſti aſcenſionem fuerunt præditi, de quibus paulo poſt. ℞. Auguſt. tract. XXXII in Joh. p. 317. *Modus quidam futurus erat donationis hujus, qui omnino antea non apparuerat: de ipſo hic dicitur; Nuſquam enim legimus antea congregatos homines accepto Spiritu ſancto, linguis omnium gentium locutos fuiſſe. Poſt reſurrectionem autem ſuam, primum quando apparuit diſcipulis ſuis, dixit illis; Accipite Spiritum ſanctum: de hoc ergo dictum eſt: non erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus.* Judæi petunt ſignum à Chriſto, ſed differuntur in Chriſti reſurrectionem. Joh. II. 18. 19. Miraculis auſpicari voluit Chriſtus Eccleſiæ plantationem: eaque deſinere, Eccleſia plantata: *Multa Dominus viſibilia miracula fecit, unde ipſa fides, velut quibusdam primordiis lacteſcentibus, germinaret, & ut ſuum robur ex illa teneritudine coaleſceret.* ita Aug. de peccat. mer. & remiſſ. lib. II. 23.

§. 11. *Species* ſunt variæ. Eſt donum *Prophetiæ*, quod Species.
in nonnullis eluxit. In Johanne Baptiſta adhuc embryone. Nam ſaltu vaticinatus eſt de Meſſia. Luc. I. 41. In matre ipſius Eliſabetha; Nam illa Spiritu Sancto plena agnovit Mariam Domini matrem, & reliqua. ℣. 41. ſeqq. Maria virgine; Nam & ipſa de futuris vaticinata eſt. ℣. 48. Epiph. hæreſ. LXXVIII. ſ. m. 504. *Propheteſſa itaq; ait, etiam eſt Maria. Ingreſſus enim eſt, inquit, ad Propheteſſam, & in utero concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus, cito ſpolia, confeſtim deprædare, & cætera. Significat autem hic ingreſſum Gabrielis ad Mariam, quando exivit, ut bonum*

 nuncium

muncium
ex ſemin
ens ill-
oracul
Meſſia
rentib
no Ha
no M
ſpect
diate
vide
uſqu
Non
App.
quod
Dom
Joh
vent
Ce
IX.
mi
ne
X.
M
aq
rel
Vid
pri
po
ita

…tum et afferet, quod generatura ſit Filium Dei Salvatorem mundi, non … ſemine viri, ſed per Spiritum Sanctum. Zacharias Johannis pa…
…s illuſtris Propheta extitit. ℣. 67. Talis & Simeon, qui ex
…culo didicerat, non moriturum ſeſe, niſi conſpecto prius
…ſſia in carne. Luc. II. 26. Idem futuros Meſſiæ eventus pa…
…ribus prædixit. ℣. 34. ſeqq. Nec excludenda eſt ab hoc do…
…Hanna, illa templaris *ἀσκητικὴ*. ℣. 38. Quippeque de Domi…
Meſſia, loquebatur, etiam publicè in templo, ad omnes ex…
…ſtantes eum & credentes. Neque peccavit illa, ita imme…
…te illuminata, Propheti ſſa in legem Pauli 1. Cor. XIV. 34.
…e Dn. D. Waltheri harmon. h. l. *Objicies*, atqui Prophetæ
…ue tantum ad Johannem fuere. Matth. XI. 13. 14. Hier. h. l.
quod poſt Johannem excludat Prophetas: Legimus enim in actibus
…p. & Agabum prophetaſſe: Et quatuor virgines filias Philippi: Sed
…od Lex & Propheta quos ſcriptos legimus quicquid prophetarunt, de
…rimo vaticinatiſunt. Quando ergo dicitur: omnes Prophetæ & Lex uſq; ad
…Johannem prophetarunt; Chriſti tempus oſtenditur: ut quem illi dicerent eſſe
…turum, Johannes veniſſe oſtenderet. Donum *fidei Heroicæ*, qualis erat
…centurionis. Matth. VIII. 10. Mulieris Hæmorrhouſæ. Matth.
…. 22. matris Syrophœniſſæ. Matth. XV. 27. 28. Aliorum, qui
…miraculis claruerunt, quales erant diſcipuli Chriſti, Apoſtoli
…empe, & LXX. Matth. X. 8. Marc. VI. 7. XVI. 17. Luc.
…. 17 Et omnes, fide miraculoſa inſtructi. Matth. XXI. 21.
Marc. XI. 22. ſeqq. Huc referri poteſt factum Petri, qui ſuper
…quis ambulavit. Matth. XIV. 29. Et *ἀσφάλεια* Apoſtolorum,
…liquorumque fidelium, Chriſto exaltato. Luc. XXIV. 53.
…ades virtutem? Nondum Spiritus, & ſpiritualiter virtute. Qui enim
…ante imbelles erant, nunc inter medios Pontifices virum, & nihil in eis tem-
…rale, ſed contemtis omnibus in templo ſemper Deum laudant & benedicunt.
…ex Theophyl. ad Luc. XXIV. ℣. ult. f. 547.

§. 12. Donum heroicæ *continentiæ & caſtitatis*. Joannes
…aptiſta vili habitu indutus, & cibo potuque parco uſus eſt,
…luti aliquis Nazaræus, à vino & ſicera, ſeu potu quocunq; dulci
…forti, abſtinens. Luc. I. 15. *Hic erat habitus Prophetarum, ut*
…ando populum ad pœnitentiam provocabant, induerentur cilicio. Unde &
…ſ. cap. XX. præcipitur, ut auſſerat ſaccum de lumbis ſuis, & nudus in-
cedat

cedat. Nequaquam enim eſſe tempus pœnitentiæ, ſed captivitatis. ita Hieronymus apud Montac. Orig. p. 368. Sunt Eunuchi, qui propter regnum cœlorum dono caſtitatis inſtructi ſunt, & à fœminis abſtinent. Matth. XIX. 11. 12. Illuſtre exemplum eſt Maria virgo, ut putatur, perpetua: An edito voto? Sic putant ad Luc. I. 34. Sed nulla cogit neceſſitas. Multo magis incertum eſt, in nuptiis Canæis ſponſum fuiſſe Joannem Evangeliſtam, ſponſam vero Mariam Magdalenam, & Chriſtum eo fine ad nuptiale convivium veniſſe, ut impediret conſummationem. Nugæ hæ ſunt, e lacunis Hæreticorum hauſtæ. A quibus non procul abſunt, quæ tradit Epiph. hæreſ. LXXVIII. f. 502. de Jacobo, & filiis Zebedæi: *Jacobus frater Domini, qui, ubi annos vixit nonaginta ſex, virgo exiſtens mortuus eſt, in cujus caput ferrum non aſcendit, qui balneo non utebatur, qui animatis non participabat, qui unam tunicam non iterum induit, qui veſte attrita linea ſola utebatur, quemadmodum & in Evangelio habetur, fugiebat adoleſcens, & dimiſit linteum, quo erat amictus. Joannes enim, & Jacobus, atq; Jacobus, hi tres hanc vitæ converſationem habuerunt, duo quidem filÿ Zebedæi, & filius Joſeph Jacobus, frater autem Domini, propter convictum, propter coeducationem, propterea quod fratris loco ipſum habuit, propter eam quam habebat ſolum Joſeph erga Mariam ingenuitatem, ex eo quod ipſa legitimè illi attributa erat. Huic Jacobo ſoli licebat ſemel in anno ingredi ad Sancta Sanctorum, eo quod Nazaræus ipſe eſſet, & ſacerdotio amictus.* Id certum, quod heroica illa caſtitas ſit ſingulare Dei donum. Matth XIX. 11. Optimè igitur Hieronymus. ad h. l. *Nullus eorum conſequitur regna cœlorum: niſi qui ſe caſtraverit propter Chriſtum. Unde infert: Qui poteſt capere, capiat. Ut unusquisque conſideret vires ſuas, utrum poſſet virginalia & pudicitiæ implere præcepta. Per ſe enim caſtitas blanda eſt: Et quemlibet ad ſe alliciens. Sed conſideranda ſunt vires: ut qui poteſt capere, capiat. Quaſi hortantis vox Domini eſt: & milites ſuos ad pudicitiæ præmium concitantis. Qui poteſt capere capiat: qui poteſt pugnare pugnet, ſuperet, ac triumphet.* fol. 28. An *votum paupertatis* perpetuæ voverint diſcipuli? Matth. XIX. 27. Sic putat Ambroſius Catharinus adverſus Cajetanum, memorante Sixto Senenſi lib. VI. annot. 86. Male. Deſeruerant quidem omnia, ſed ſine voto, quale Monachorum electitium eſt.

Aaaaa 2 Nam

Nam ne[illegible] … redierunt … Marian[illegible] … rant fil[illegible] … pe tem[illegible] … appella[illegible] … Judæis … XXI. … rentib[illegible] … dem … habu[illegible] … frequ[illegible] … XXV … mod … neq … Gar[illegible] … rir, …

Sanctitas locorum.

[illegible] neque legitur tale, neque convenit cum piſcaturis, ad quam [illegible]erunt Joh. XXI. 2. neque cum illius Johannis, ut quæ [illegible]iam recepit. Joh. XIX. 27.

§. 13. Chriſtiani nullas quidem hoc tempore extruere- [illegible] ſibi ædes ſacras, ſacris tamen Judæorum utebantur, tem- [illegible]emplo, & Synagogis. Templum Chriſtus ſuam domum [illegible]ellavit, deſtinatam precibus fundendis, ſed profanatam à [illegible]æis, quod indigniſſimè ille ædituum dominus ferebat. Matth. [illegible]I. 13. Luc. XIX. 46. In templo oblatus eſt puer JEſus à pa- [illegible]ibus ſuis, cum Maria mater purificaretur. Luc. II. 22. In eo- [illegible] aliquoties ipſe Chriſtus conciones ſacras, & colloquia [illegible]uit, vide dicta Artic. II. Sect. 2. §. 20. Ipſa urbs, in qua [illegible]quentius degebat, Hieruſalem, dicebatur ſancta. Matth. [illegible]V. 53. Neque tamen putandum, quaſi in N. T. locis ejus- [illegible]di alligati ſimus. Venit enim tempus, nempe N. T. quo- [illegible]que in monte Moria, i. e. Hieroſolymis, neque in monte [illegible]rizim, qui Samaritanis ſacroſanctus erat, adorandum fue- [illegible], ſed in Spiritu & veritate ubique locorum. Joh. IV. 21.

Temporum.

& … me … Pa … pr. … Ch … V … op … Q … d … n … d …

§. 14. *Tempora* quoque obſervabant, nempe Sabbatha- [illegible] Feſta. *Sabbatha* non quidem ſuperſtitione Judaica, ita ta- [illegible]en, ut ſcandalum non darent: Neque minus *Feſta*, nempe [illegible]aſchatis, Pentecoſtes, & Scenopegiorum. vide præmiſſa ſu- [illegible]x. artic. II. ſect. II. §. 21. Quæritur: An Kalendas Januarias [illegible]hriſtus ſua nativitate conſecrarit? ait Baronius annal. I. [illegible]erba ſunt hæc: *Qui in hunc mundum, venit, ut diſſolvat [illegible]pera diaboli, ipſas calendas Januarias, præ ceteris anni diebus, gentili- [illegible]um ſuperſtitionibus pollutas fuſo ſanguine conſecravit: ſibiq; ipſas primitias [illegible]ſuporis, diaboli tyrannide occupatas, primum ſui ſanguinis vindicavit. [illegible]noſt myſteriorum Symbolicis quibuſdam verbis olim involverat Eſaias, cum [illegible]ceret: delectabitur infans ab ubere ſuper foramine aſpidis.* Hoc *foramen* [illegible]pidis Bulengerus, Baronii adverſus exceptiones Caſaubo- [illegible]anas hyperaſpiſtes, explicat de Kalendis Januariis; quaſi [illegible]xiſſet Propheta: *Diem primum anni ineuntis nefaſtum ſanguine [illegible]puriſſimo expiabat infans. Ut enim è foramine aſpis, ita ex hoc anni [illegible]ſtrio omnes veterum profani ritus exibant.* Sed Montacutius [illegible]rigin. part. 2. §. 131. *Novam, inauditam, & portentoſam* eam

alle-

Digitized by Google

allegoriam vocat: & meritò quidem. Quæ enim analogia inter foramen aſpidis, & initium anni? Dicendum etiam aliquid eſſet de ſanctitate *reliquiarum*, ſi quæ fuiſſet; Sed nullam ejus, & harum mentionem deprehendimus in hiſtoria Evangelica; Etſi ſatis rerum fuerit, quod ſequioribus ſeculis & temporibus dedicatum eſt. Joſephus, Jeſu Chriſti pater putatitius, & Mariæ ſponſus in vivis ſuperfuiſſe non amplius videtur ſub finem miniſterii Chriſti, & mortem ipſius; Neque enim amplius ejus mentio fit, neq; Johanni Evangeliſtæ & Apoſtolo commendanda fuiſſet Maria Chriſti mater, ſi ſponſus ille ipſius ſuperfuiſſet: Joh. XIX. 26. ſeqq. Supererant quoque veſtimenta Chriſti, per quæ etiam miracula contigiſſe, Pontificii contendunt; Neque tamen legimus, eadem à militibus fuiſſe redempta; aut crucis, aut reliquorum paſſionis inſtrumentorum fuiſſe habitam rationem. Valeant igitur narrationes, & traditiones Apocryphæ de cura piorum reliquiis iſtis impenſa, cujus aliquid tetigimus ſupra in hiſtoria Chriſti. Artic. VI. Sect. 2. §. 43. Sect. 6. n. 32. &c.

Catholiciſmus. (1) doctrinæ.

§. 15. *Catholiciſmus* Eccleſiæ Chriſtianæ etiam hujus temporis competit. Eſt autem (1) *doctrinæ*. Luc. III. 23. ſeqq. texitur genealogia Chriſti uſque ad Adamum, juxta nonnullos ideo, ut conſtaret, fidem de Meſſia excurrere per omnia ſecula uſque ad Adamum, cui prima de Meſſia promiſſio facta eſt. Matth. XIII. 32. verbum Evangelii confertur grano ſynapi, quod creſcendo ampliſſimè ſeſe diffundit: ✝. 33. fermento, quod totam maſſam perreptat. confer Luc. XIII. 18. ſeqq. Explicatius idem dicitur à Chriſto Joh. VIII. 56. Dum mentionem facit Abrahami, ſicut diem ille Chriſti viderit, vera nimirum fide, & gaviſus eo fuerit, tanquam ſuo quoque ſalvatore. Joh. V. 46. Chriſtus remittit Judæos antagoniſtas ad Moſen, qui de ſe teſtatus ſit. Unde patet Catholiciſmus (2) *Temporum*, quod fundamentum fidei Chriſtianæ & ſalvificæ idem fuerit omnium temporum. Scilicet fides illa eſt invicta adverſus etiam inferorum portas petra. Matth. XVI. 18. Cum à parte ante, tum à parte poſt. Nam Matth. XXVIII. 20. Chriſtus promittit ſuis diſcipulis aſſiſtentiam uſque ad ſeculi conſummationem.

(2.) Temporum.

(3) Locorum.

...ionem. (3) *Locorum.* Nondum equidem reipsa per orbem
...tata erat Ecclesia Christi: Erat tamen ea Ecclesia, quæ di-
...nda erat. Mundus enim est ager, qui semine verbi divini
...ſerendus erat. Matth. XIII. 38. quem occupaturum erat
...api, latissimè diffusum, nempe prædicatio Evangelica.
...ue futurum erat stante adhuc Hierosolyma. Matth. XXIV.
Marc. XIII. 10. Ursit hunc Catholicismum Augustinus ad-
...ſus Donatistas lib. 1. c. 2. adverſ. Parmen. p. 19. *& autem*
...ens, ſe Christo dare cor ſuum, Christo ergo credunt dicens: quod per to-
...mundum & filij regni creſcant, & filij maligni: non Donato, dicenti;
...d per totum mundum filij maligni tantummodo creverunt, filii autem
...i uſq; ad ſolam Africam diminuti ſint. Idem lib. II. contr. lit.
...til. c. 13. apprehendit verba Christi Luc. XXIV. 47. quomo-
prædicanda fuerit pœnitentia & remiſſio peccatorum inter
...nes gentes, initio facto ab Hierosolymis: *dicunt autem, in-*
...iens, per verba Dei novimus, ubi ſit plantatus Paradiſus, ſic per verba
...hriſti, ubi ſit Eccleſia, didicimus: Per omnes, inquit, gentes incipiens ab
...ieruſalem. Hæc ille. Historia Evangelica docet, quod Judææ
...uidem potissimum exorta fuerit lux Evangelica, ita tamen,
...t radii ipsius collustrarint etiam vicinam Samariam Joh.
...V. 39. Idumæam, Phœniciamque; Marc. III. 8. circum-
...ectasque alias Judææ regiones. VI. 55. Luc. IV. 37. ut est
...yria. Matth. IV. 24. Latius extendere possemus fines Chri-
...tianiſmi, ſi vera eſſent, quæ vulgo traduntur de miraculis, in
Ægypto factis, cum puer Jeſus eo fugiſſet; de literis Agbari
...d Jeſum, & hujus ad iſtum; Sic enim Meſopotamia quoque
Christo nomen dediſſet: De rege Perſarum, ut pictorem mi-
...erit, qui Jeſum pingeret, apud Niceph. lib. II. c. 7. Sed quia
...æ traditiones incerta fide nituntur, ineptas judicamus ad
...antam rem probandam. Sufficit nobis, in Orientem uſque,
...bi Magi degebant, radios lucis Christianæ fuiſſe exporrectos.
Neque enim dubium, cum in Perſiam ſuam, & Orientem illi
...ediſſent, quin famam de nato Meſſia ſecum eo tulerint. Ve-
...erunt aliquando etiam Græci, qui Jeſum videre cupiebant.
...oh. XII. 20. ſeqq. Tempore Christi patientis & morientis, &
...ſurgentis, aderant in feſto Paſchatos Judæi & proſelyti ſine
...ubio ex omni terrarum angulo, qui famam de miraculoſa

Christi

Digitized by Google

Chriſti morte, & reſurrectione coram audiverunt, & inter ſuos hinc inde diſſeminarunt. (4) *Hominum.* Eccleſia Chriſti recipit & Judæos & gentiles converſos. Innuit hoc Jeſus Chriſtus Matth. XV. 21. Cum Judæa, & Phariſæis tingentibus relictis, in fines gentium, Tyri & Sidonis, conceſſit, veluti antitypus Eliæ 1. Reg. XVIII. 19. Ut edito ibi miraculo vocationem gentium dedicaret. Simile quid præceſſerat in ſtella, quæ Magis in Oriente, pridem Ethnicis, apparuerat, eoſque Hieroſolymam uſq; exciverat: *Stella ortus primum à Magis intellectus indicat, mox gentes in Chriſto credituras, & homines profeſſionis, longe à ſcientia divina cognitionis averſe, lumen, quod ſtatim in ortu ejus extitit, cognituros.* Hilar. comm. in Matth. p. 251. Idem obſervavit in migratione Jeſuli, facta ex Judæa in Ægyptum. Matth. II. 14. *Parante autem Herode parvuli necem, Joſeph per angelum monetur, ut eum in Ægyptum transferat: Ægyptum idolis plenam, & omnigenum Deum monſtra venerantem. Jam poſt Judæorum inſectationem, & in extinguendo eo prophana plebis aſſenſum, Chriſtus ad gentes inaniſſimis religionibus deditas tranſit: & Judaicam relinquens ignorantiam ſeculo colendus inſeritur, Bethlehem, id eſt Judaa, martyrum ſanguine redundantes.* f. 251. (4) Hominum.

§. 16. *Nota* Eccleſiæ. Sunt (1) *Verbum Dei*, quod profitetur illa, & credit. Joh. VII. 46. Emiſſarii Phariſæorum Chriſtum agnoſcunt pro vero Doctore ex doctrinæ ſanctitate, & efficacia. Joh. VIII. 31. Chriſtus eos pro genuinis ſuis diſcipulis agnoſcit, qui in ſermone ipſius manſerint: Et eos ſolum pro genuinis Abrahami liberis, qui Abrahami fide in Meſſiam, & pietate ſunt inſtructi. ℣. 39. & 56. Pari ratione, eum eſſe Dei filium, quisquis verbum ipſius audiverit. Et Dei filium non eſſe, qui verbum ipſius non audiverit. ℣. 47. Confirmat Joh. X. 27. ubi docet, quæ ſint ipſius oves, nempe, qui vocem ipſius audiverint. Confer auctorem operis imperf. ad Matth. XXIV. 15. allegante locum Sixto Senenſ. Bibl. lib. VI. annot. 104. Et Centur. Magdeb. I. lib. 1. c. 4. f. m. 129. Ubi plura loca ex ſcripturis coacervantur. (2) *Sacramenta*: quæ ſunt: Baptiſmus, quo verè filii Abrahami conſtituebantur baptizati à Johanne Matth. III. 9. Et filii Dei, & hæredes regni cœleſtis; Joh. III. 5. Diſcipuli Chriſti illi ſunt, qui baptizantur, & quatenus baptizantur. Matth. XXVIII. 19. Euchariſtia, quæ Nota (1) Dei verbum. (2) Sacramenta.

datur

datur
rum j
19. 2
notat
34.
VIII.

(5) Virtutes.

Notæ non ſunt.
(1) Nomen Eccleſiæ.
(2) Antiquitas.
(3) Duratio.
(4) Amplitudo.
(5) Succeſſio.
(6) Conſpiratio.
(7) Unio.
(8) Sanctitas doctrinæ.

tur diſcipulis Chriſti, & dare ipſi vel accipere etiam inpoſte- ... ri jubentur, & memoria recolere ſuum Jeſum; Luc. XXII. 20. (5) *Virtutes*, & in his præcipue dilectio, eam ſuorum diſcipulorum conſtituit Chriſtus. Hinc enim ... Abrahami filii ex operibus Abrahami cognoſcuntur. Joh. ... II. 39.

§. 17. Notæ igitur non ſunt (1) *Nomen Eccleſiæ*; Nam Judæi ſeſe vocarunt filios Abrahami, neque tamen erant ... ra Eccleſia. Joh. VIII. 33. 39. (2) *Antiquitas*; Nam & diabo- ... s eſt homicida ab initio, i. e. antiquiſſimus; Joh. VIII. 44. ... Samaritani gloriabantur de antiquitate Eccleſiæ ſuæ, à Ja- ... bo uſque Patriarcha repetitæ. Joh. IV. 12. 20. (3) *Duratio*. ... udæi Joh. VIII. 33. jactant, nullius unquam ſervos ſeſe ... iſſe. (4) *Amplitudo*. Phariſæi mare & aridam circumibant, ... t facerent proſelytos, & tamen factos duplo ſe pejores, & fi- ... os Gehennæ, eos reddebant. Matth. XXIII. 15. Contra Chri- ... i fideles ſpreti, & pauci erant, nec extra Judæam diffuſi. Joh. VII. 49. Luc. XII. 32. Matth. X. 5. (5) *Succeſſio*. In Cathedra Moſis ſedebant Phariſæi, & eatenus audiendi erant; Matth. XXIII. 2. Cavendi alias, quando fermentum ſuum propone- ... bant. Matth. XVI. 6. Caiphas ſucceſſionem ſuam referebat ad Aaronem, & tamen erat Pſeudo-Propheta, qui Jeſum Naza- ... renum negabat eſſe Meſſiam; Nec valet exceptio Bellarm. lib. IV. de not. Eccleſ. c. 8. Sacerdotium Aaronicum fuiſſe tempo- ... rale; Etſi enim temporale fuerit, habuit tamen ſucceſſionem, uſque ad corruptos ſacerdotes ſeu Pontifices. (6) *Conſpiratio ... in doctrina cum Eccleſia antiqua*. Conſpirabant & Phariſæi & Sad- ... ducæi cum antiquis in doctrina, & tamen repudiabantur, & ... refutabantur à Chriſto. Matth. V. 20. ſeqq. (7) *Unio membro- ... rum inter ſe & cum capite*. Caput Eccleſiæ Judaicæ erat Hannas, ... itemCaiphas, cum quo conſpirabat Synedrium in cædem Chri- ... ſti. Matth. XXVII. 1. & cum ipſis totus populus, exceptis pau- ... ciſſimis, ℣. 20. ſeqq. Quidam quidem pro pio ipſum habue- ... rant, ſed erant alii, qui contradicerent. Joh. VII. 12. (8) ... *Sanctitas doctrinæ*, quæ quidem talis ſolummodo videtur; San- ... ctiſſima videbatur doctrina Phariſæorum de operibus ſuper-

ero-

Digitized by Google

erogationis: & tamen erat cultus Dei fruſtraneus. Matth. XV. 9. Non omnes, qui dicunt, Domine, Domine, intrabunt in regnum cœlorum. Matth. VII. 21. 22. (9) *Efficacia doctrinæ.* Judæi enim faciebant proſelytos. Math. XXIII. 15. (10) *Sanctitas vitæ.* Nam Phariſæi ad ſpeciem ſanctiſſime vivebant. Luc. XVIII. 11. dicti inde hypocritæ, ſepulchra dealbata &c. (11) *Gloria miraculorum.* Nam & illorum nonnulli damnabuntur, qui in nomine Jeſu dæmonia ejecerunt. Matth. VII. 22. etiam Pſeudo-Chriſti, & Pſeudo-Meſſiæ edent ſigna & portenta. c. XXIV. 24. (12) *Lumen Propheticum.* Nam Caiphas vaticinatus eſt, etſi falſæ Eccleſiæ addictus. Joh. XI. 51. In die extremo quidam repudiabuntur, qui prophetati fuerunt in nomine Chriſti. Matth. VII. 22. (13) *Confeſſio adverſariorum.* Nam Chriſtus laudavit œconomum infidelem, & filios hujus mundi. Luc. XVI. 8. (14) *Infelix exitus adverſariorum.* Chriſtus enim calamitates ſuis præcipuè prædixit; ut ipſe, & qui ipſius erant, tales perpeſſi ſunt. Matth. X. 16. ſeqq. XIV. 10. XXVI. 4. (15) *Felicitas temporalis.* Diſcipulis enim Chriſti prædicitur fletus & ejulatus, mundo vero gaudium. Luc. VI. 25. Joh. XVI. 20.

(9) Efficacia. (10) Sanctitas vitæ. (11) Gloriam miraculorum. (12) Lumen Propheticum. (13) Confeſſio adverſar. (14) Infelix exitus adverſariorum. (15) Felicitas temporalis.

§. 18. Eccleſia viſibilis *deficere* poteſt. Matth. XXI. 43. Chriſtus comminatur Judæis, penes quos hactenus Eccleſia vera fuerat, repudiato lapide angulari, Chriſto, ab ipſis ablatum iri regnum, ſcil. gratiæ, & datum iri alii genti, digniores pœnitentiæ fructus facturæ. Luc. XXIII. 13. capita Eccleſiæ, & reip. Judaicæ, una cum populo univerſo ſuper Jeſum, Meſſiam verum, clamant, tolle, tolle, crucifige, crucifige. Nec eſt, quod excipias: deficibilem fuiſſe Eccleſiam Judaicam, non autem Chriſtianam; Nam & hanc deficere poſſe, clare evincit illud Chriſti de temporibus diem extremum proximè antegreſſuris, putas ne, quærit, Filium hominis, ubi ad judicium venerit, fidem eſſe inter homines inventurum? ubi eſt publica verbi prædicatio, & Sacramentorum adminiſtratio, ibi fides eſt, & facile invenitur; Neque enim unquam vacua iſta redeunt, quin fructificent. Luc. XVIII. 8. Bene Hilarius ad Matth. VIII. 24. de ſomno Chriſti annotat fol. 269. *Eccleſia, intra quas*

Deficibilitas.

verbum I [illegible] m Dei non vigilaverit, naufraga ſunt: non quod Chriſtus in ſomnum
relaxetur [illegible] etur, ſed quod ſomno noſtro conſopitur in nobis.
[illegible] §. 19. Deficiente Eccleſia viſibili, nihilominus ſanctæ

Reliquiæ.

reliquiæ [illegible] ſuperſunt, quæ quidem latent, interdum vero etiam
emican [illegible] cant. Sub falſa Eccleſia Judaica latitabant Zacharias,
Eliſabe [illegible] betha, Hanna, Simeon, Nathanael &c. expectantes ad-
ventur [illegible] um Meſſiæ. Luc. I. 5. 27. II. 25. 36. Joh. I. 47. Diſſipata
Chriſt [illegible] iſti Eccleſia, attamen nonnulli ſuperfuerunt. Apparuerunt
tales i [illegible] s in eductione Chriſti ad ſupplicium; Nam multa turba,
& mu [illegible] ulieres, eductum ſequebantur, & ex pia commiſeratione
fleban [illegible] ant. Luc. XXIII. 27. ſeqq. Apparuere etiam in ipſa crucifi-
xione [illegible] ne. Nam cruci Chriſti patientis adſtabant mater ipſius Maria,
Mariæ [illegible] ria Cleophæ, fratris Joſephi, uxor, Maria Magdalena, Jo-
hann [illegible] nes Apoſtolus, & plures aliæ religioſæ animæ. Joh. XIX. 25.
Cum [illegible] m Chriſtus exſpiraſſet, & nemo amplius è Chriſti diſcipulis
ſuper [illegible] eſſe videretur, prodeunt hactenus occulti confeſſores,
Joſe [illegible] ephus Arimathæus Senator, vir beneficus & juſtus erga pro-
ximi [illegible] um; Item Nicodemus, ille Phariſæus, qui noctu ad Chri-
ſtum [illegible] m venerat diſcendi gratia; & corpus Chriſti à Pilato impe-
erat [illegible] tum, aromatibus conditum, ſindone mundiſſima involu-
tum [illegible] m, reponunt in ſepulchro novo, in petra exciſo, idque ſpe-
ſtat [illegible] antibus mulieribus illis ſupra laudatis. Matth. XXVII. 58.
ſeq [illegible] qq. Marc. XV. 43. ſeqq. Luc. XXIII. 50. ſeqq. Joh. XIX. 38.
ſeq [illegible] qq. Cum Chriſtus in quodam Galileæ monte ſeſe manifeſta-
ret [illegible] e, aderant plus quam 500. fratres, qui hactenus hinc inde deli-
tu [illegible] erant, ſervati à Deo in meliora tempora. Matth. XXVIII. 16.
I. [illegible] Cor. XV. 6. Nimirum verum eſt, quod Luc. I. 50. Maria
di [illegible] cit; Miſericordiam Dei durare in generationes & generatio-
ne [illegible] s. Chriſtus Eccleſiæ ſuæ promiſit Matth. XVI. 18. portæ infe-
ro [illegible] rum adverſus Eccleſiam (nempe electorum Matth. XXIV. 24)
no [illegible] n prævalebunt, *quod uſq; ad conſummationem ſeculi non defectu-*
ru [illegible] m ſit triticum, ſignificat Dominus, inquiens: Propter electos autem, quos
el [illegible] git Pater, decurtabuntur dies illi. ita auctor qq. & r. ad orthod. n. 22.
D [illegible] Sed videamus, quid veteres de præmiſſis quibuſdam ſenſerint.
ſt [illegible] ximus de notis Eccleſiæ, quæ veræ ſint, quæ falſæ; Non id no-
[illegible] m figmentum eſt; ſed Auguſtini, inter Patres de Eccleſia meri-
tiſſimi

tiſſimi, ſententia eſt: En Tibi unum, vel alterū pro multis locum, libro de unitate Eccleſiæ, p.m.664. qui ſic habet: *Ego ipſam Eccleſiam inquiro, ubi ſit, quæ audiendo verba Chriſti & faciendo ædificat ſuper petram, & audiendo & faciendo tolerat eos, qui audiendo & non faciendo ædificant ſuper arenam; Ubi ſit triticum, quod inter zizania creſcit uſq; ad meſſem, non quid fecerint, vel faciant ipſa zizania. Ubi ſit proxima Chriſti in medio filiarum malarum ſicut lilium in medio ſpinarum, non quid fecerint vel faciant ipſa ſpina; Ubi ſint piſces boni, qui donec ad littus perveniant, tolerant piſces malos pariter irretitos, non quid fecerint vel faciant ipſi piſces mali. Omiſſis ergo iſtis morarum tendiculis, oſtendat Eccleſiam vel in ſola Africa perditis tot gentibus retinendam, vel ex Africa in omnibus gentibus reparandam atque adimplendam, & ſic oſtendat, ut non dicat, verum eſt, quia hoc ego dico, aut quia hoc dixit ille collega meus, aut illi collegæ mei, aut illi epiſcopi, vel clerici, vel laici noſtri, aut ideo verum eſt, quia illa & illa mirabilia fecit Donatus, vel Pontius, vel quilibet alius, aut quia homines ad memorias mortuorum noſtrorum orant & exaudiuntur, aut quia illa & illa ibi contingunt, aut quia ille frater noſter, aut illa ſoror noſtra, tale viſum vigilans vidit, vel tale viſum dormiens ſomniavit. Removeantur iſta vel figmenta mendacium hominum, vel portenta fallacium ſpirituum: aut enim non ſunt vera quæ dicuntur, aut ſi hæreticorum aliqua mira facta ſunt, magis cavere debemus: quod, cum dixiſſet Dominus, quoſdam futuros eſſe fallaces, qui nonnulla ſigna faciendo, etiam electos, ſi fieri poſſet, fallerent, adjecit, vehementer commendans, & ait, ecce prædixi vobis. Unde & Apoſtolus admonens, Spiritus autem manifeſte dicit, quia in noviſſimis temporibus recedent quidam à fide, intendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum. Porrò ſi aliquis in hæreticorum memoriis orans exauditur, non pro merito loci, ſed pro merito deſiderij ſui recipit ſive malum ſive bonum.* & paulo poſt. f. 666. *Utrum ipſi Eccleſiam teneant, non niſi divinarum ſcripturarum canonicis libris oſtendant, quia nec nos propterea dicimus, nobis credere oportere, quod in Eccleſia Chriſti ſumus, quia ipſam, quam tenemus, commendavit Milevitanus Optatus, vel Mediolanenſis Ambroſius, vel alij innumerabiles noſtræ communionis Epiſcopi, aut quia noſtrorum collegarum conciliis ipſa prædicata eſt, aut quia per totum orbem in locis ſanctis, quæ frequentat noſtra communio, tanta mirabilia vel exauditionum vel ſanitatum fiunt, ita ut latentia per tot annos corpora martyrum, quod poſſunt à multis interrogantes audire, Ambroſio fuerint revelata, & ad ipſa corpora cæcus multorum annorum civitati Mediolanenſi notiſſimus oculos lumenque receperit: aut quia ille ſomnium vidit, & ille*

ſpiritu a[illegible]
parte D[illegible]
in catho[illegible]
Ipſe Do[illegible]
dum m[illegible]
pati ar[illegible]
rum co[illegible]
tanto a[illegible]
in nom[illegible]
pienti[illegible]
ipſe te[illegible]
docum[illegible]
& pr[illegible]
Don[illegible]
& Po[illegible]
prob[illegible]
do?[illegible]
tiam[illegible]
ptur[illegible]
tivè[illegible]
teſt[illegible]
At[illegible]
Ev[illegible]
23.[illegible]

[illegible] tu aſſumptus audiret, ſive ne ...

[illegible] e Donati: Quæcunq; talia in catholica ſunt, ideo ſunt approbanda, quia catholica ſunt: non ideo ipſa manifeſtatur catholica, quia hæc in ea ſunt. Dominus Jeſus cum reſurrexiſſet à mortuis, & diſcipulorum oculis videndum manibusque tangendum corpus ſuum afferret, ne quid tamen fallaciæ ſe arbitrarentur, magis eos teſtimoniis legis, & Prophetarum, & Pſalmorum confirmandos eſſe indicavit, oſtendens, ea de ſe impleta, quæ fuerant ante prædicta. Sic & Eccleſiam ſuam commendavit, dicens, prædicari in omnes gentes pœnitentiam & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hieruſalem, hoc in lege, & Prophetis & Pſalmis eſſe ſcriptum teſtatus eſt, hoc ejus ore commendatum tenemus. Hæc ſunt cauſæ noſtræ documenta, hæc fundamenta, hæc firmamenta.

Præcedentibus verbis, ante omnia quæſtionem, ſeu ſtatum controverſiæ inter Donatiſtas & Auguſtinum, qui fuerit, nempe ille ipſe, qui eſt hodie inter nos Pontificios, de vera Eccleſia, ubi illa ſit, & ex quibus notis agnoſcatur, & obtinet? Ego ipſam Eccleſiam requiro, ubi ſit? In Africa ſolum, an in toto mundo? Utrum ipſi (Donatiſtæ, an noſtri) Eccleſiam teneant? obſerva porro ſententiam Auguſtini cum poſitivè, tum negativè propoſitam; poſitivè, dum ex Scripturis cognoſcendam aſſerit eſſe veram Eccleſiam: Ut illa ſit vera Eccleſia, & audiendo verba Chriſti, & faciendo, ædificat ſuper petram; &c. Et porro; Utrum ſi Eccleſiam teneant, non niſi divinarum ſcripturarum canonicis libris oſtendant. Negativè; Removet enim ab hoc notificandi officio, Epiſcopos, Clericos, Laicos, i. e. teſtimonium hominum; Mirabilia, quæ fiunt; Martyrum ſuffragia; Somnia &c. atque ita in ſolis ſacris literis acquieſcit; Probat ſuam ſententiam ex ſcriptis Evangeliſtarum & Apoſtolorum; Illorum: Nam allegat ex Matth. XXIV. 3. ſeqq. præmonitionem Chriſti, ne patiantur ſeſe ſeduci à Pſeudoprophetarum, & Pſeudo-Chriſtorum miraculis; Ex Luc. XXIV. 44. Act. I. 8. prædicationem Evangelii, in toto orbe faciendam, juxta prædictionem legis, Prophetarum, & Pſalmorum ſcriptam; Hæc ſunt, addit tandem, cauſæ noſtræ documenta, hæc fundamenta, hæc firmamenta; nempe quod penes nos, Catholicos, ſit vera Eccleſia, non penes vos Donatiſtas; Contraria erat Donatiſtarum ſententia, nempe, penes ſeſe eſſe Eccleſiam veram; Et contrariæ probationes, nempe ex miraculis, martyribus &c. deſumptæ, ſed qui propterea apud Auguſtinum vapulabant. De defectu Eccleſiæ Matth. XXI. 43. Chriſtum loqui, ſententia Chryſoſtomi eſt, in catena fol. 189. Tolletur (ita ille inquit) à Judæis regnum Dei, [illegible] ... Denique & de reliquiis ... Donatiſtas, qui negabant, in Eccleſia Dei vera bonos malos, & hos illis permixtos eſſe: Cum tantum in illum populum & acerba dicta ſint divinis eloquiis ... ipſi in ſuis literis commemoraverunt, ut quaſi nullus illic remanſiſſe videretur bonus, non ſolum ubi fuerunt iidem ipſi Prophetæ ſancti, verum etiam ex ipſo populo ... tempus ipſe Dominus in ſua carne advenit laudabiles reperit, ſicut fuerunt Zacharias & Eliſabeth, & ſicut Joannes filius eorum, ſicut Simeon ſenex, & Anna vidua.

Digitized by Google

Art. VIII. Sect. VI.

De

FORMA EXTERNA.

Argumentum:

Fuit aliqua forma externa. 1. *Sed ſimpliciſſima.* 2. *Conſiſtens in Miniſterio.* 3. *Et ejus officio cum verbi.* 4. *promptum illud docendo.* 5. *redarguendo.* 6. *Claves exercendo.* 7. *Tum Sacramentorum, nempe baptiſmi & Euchariſtiæ.* 8. *Locus quis, & Tempus.* 9. *Et in Auditoria.* 10. *Ceremoniis.* 11. *Similibus hodiernis.* 12. *In Miniſterij ſegregatione.* 13. *Vocatione & ordinatione.* 14. *Adminiſtratione.* 15. *Populi collectione.* 16. *Privata informatione.* 17. *Diſcipina exercitio.* 18. *Sacramentorum adminiſtratione.* 19. 20. *Salariis.* 21. *Habitu.* 22.

§. I.

EXplicata doctrina, quæ in primitiva hac Eccleſia ſonuit, & recepta erat, conſequens eſt, ut de *forma* quoque ejus *externa* pauca quædam adjungamus. *Pauca* dico; Nam prolixius jam de ea diximus in præmiſſis, ex occaſione Miniſterii verbi, & ſacramentorum, quod ſupra expoſuimus, & ea occaſione etiam formam externam, cum de miniſterio Johannis, Chriſti, Johannitarum, Apoſtolorum, LXX diſcipulorum, & Miniſterio in genere egimus. Nunc prolixius dicta in compendio dabimus, ut in conſpectu ſit forma illa.

§. 2. *Simpliciſſima* autem fuit forma, ſicut amat fieri in rerum initiis, ſive miniſterium Johannis, ſive Chriſti reſpicias. Erat ſimpliciſſima.
Nempe regnum Dei non venit, *μετὰ παρατηρήσεως*, ea pompa, ut obſervari poſſit. Luc. XVII. 20. *Ordinata* tamen fuit, quam diſtribuere poſſumus, ſecundum Miniſterium, & auditorium.

§. 3. *Erat certum quoddam Miniſterium divinitus excitatum, & Miniſterium*

conſtitut … ſtitutum, per quod Deus Eccleſiam ſui ubique voluit. Initium fa-
ctum … m eſt in Johanne Baptiſta. Cum enim triginta annos natus eſ-
ſet, & … & hactenus intra privatos ædium paternarum parietes la-
tuiſſet … tet, factum eſt anno imperii Tiberiani decimo quinto, Præ-
ſide J … Judææ Pontio Pilato, Herode Tetrarcha Galilææ, Philip-
po Itu … Ituræa, & Trachonitidis, Lyſania denique Abilenæ, Hanna
& Ca … Caipha ſummis Sacerdotibus, ut Dei immediato mandato
& im … impulſu Johannes ille in deſerto officium novi Teſtamenti
publi … licum concionando & baptizando auſpicaretur. Matth.
III. 1 … 1. Marc. I. 1. ſeqq. Luc. III. 1. ſeqq. Facta hoc modo præ-
parat … ratione, & ſtrata Meſſiæ via prodiit *Jeſus Nazarenus*, poſt-
quam … am à Johanne baptizatus in Jordane, & Spiritu Sancto, in
colu … lumba ſuper ipſum conſpecto, dedicatus & conſecratus eſſet.
Ma … atth. III. 13. ſeqq. Uterque & Johannes nimirum, & Chri-
ſtus … s, *diſcipulos* ſibi adjunxere in privata ſchola informandos, &
dein … inde ad docendum alios, & baptizandum emittendos.
Ma … atth. IV. 18. Joh. IV. 1. 2. Legimus. Matth. X. 5. ſeq. & Luc.
X. 1 … 1. ſeqq. quomodo Jeſus primum XII. deinde LXX. diſcipu-
los … s ablegarit in Judæam, prædicaturos Evangelium, & prædi-
cat … tum miraculis confirmaturos, quod & fecerint, & his factis
ad … d Dominum redierint, referentes, quid effeciſſent. Luc. X. 17.
Pr … æcipuo autem tempore eos ſecum habebat Jeſus, & per uni-
ver … ſam Judæam cum ipſis meabat ſive omnibus ſive quibuſdam,
ſic … cut & Johannes ſuos habebat. Horum diſcipulorum opera
ut … tebantur etiam in aliis negociis, e. g. in legationibus. Nam
Jo … hannes ſuos diſcipulos miſit ad Chriſtum, quæſitum: An
eſſ … et Meſſias? Diſcipuli Chriſti ſolebant loculos habere,
in … quibus collata condebantur, emere panem. Joh. IV. 8.
co … nſtituere locum ſacris ritibus idoneum, ut cœna-
cu … lum paſchale. Matth. XXVI. 17. adducere Chriſto ju-
m … enta. XXI. 1. ſeqq. Alii alia negocia expedire. Qua de cauſſa
ſu … mmus Pontifex Jeſum interrogavit etiam de *diſcipulis* ſuis, in-
m … ens, ſocietatem aliquam inter ipſum, & diſcipulos initam, &
ha … ctenus exercitam. Joh. XVIII. 19.

§. 4. *Officium* Johannis & Chriſti, & utriuſque diſcipu-
lo … um, erat, prædicare verbum, & adminiſtrare ſacramenta,

Officium verbi.

quod

Digitized by Google

quà privatim, qua publicè proponere credenda, ſperanda, & facienda. Privatim informabant ſuos diſcipulos è reliquis delectos. Hac de informatione teſtantur exempla: *Johannes* Joh. I. 36. digito ſuo oſtendit Jeſum Nazarenum, tanquam Meſſiam. Cumque nimia admiratione ipſum pro Meſſia haberent, amolitus eſt à ſe illam ipſe opinionem, & docuit, errare ipſos in perſona; Jeſum Nazarenum eſſe illum Meſſiam, non ſe. Frequentior erat *Chriſtus* in ſuis diſcipulis privatim docendis, corripiendis, admonendis, corrigendis, conſolandis. Propoſito aliquo myſterio, eoque verbis vel propriis, vel parabolicis, cum illi non caperent, & declarationem peterent, fecit eam ipſe promptè, & quomodo illud intelligendum eſſet, fideliter expoſuit. Matth. XIII. 10. ſeqq. Si quo in articulo errabant, corripiebat eos, ut Petrum, qui articulum de paſſione, & cruce, & morte Chriſti negatum ibat. Matth XVI. 22. Jacobum & Johannem, qui primatum in regno Chriſti ambibant. Marc. X. 35. Luc. X. 54. ſeqq. Dehortabatur à falſa doctrina, ut erat fermentum Phariſæorum Matth. XVI. 6. & confirmabat in vera. ℣. 17. Revelabat futura. ℣. 21. Lites dirimebat. Matth. XVIII. 1. Ad quæſita reſpondebat. ℣. 21. ſolatio erigebat, ut erant verba, quæ dixit mittendis in Judæam. Matth. X. 19. ſeqq.

§. 5. *Si qui alij erant, qui adirent, & informari cuperent, eoſdem admittebant, & docebant, imo occaſionem ipſi quærebant ipſos informandi.* Joh. III. 1. ſeqq. Nicodemus quidam ex Phariſæis noctu adiit Chriſtum, & informari petiit, & impetravit; Nam de ſublimiſſimo regenerationis myſterio ipſum fideliſſime informavit. Cum Johannes diſcipulos ſuos ad Jeſum miſiſſet, quæſitum: An eſſet Meſſias? informati illi ſunt à Chriſto, quod is ipſe eſſet, vi dictorum Propheticorum & complementi. Matth. XI. 2. ſeqq. Luc. VII. 22. Jeſus ultro quæſivit occaſionem docendi Samaritanam, ad puteum ſibi præſentem. Joh. IV. 10. Hoc fine diſcipulos XII. & LXX. ablegavit in Judæam, ut Evangelium ultro aliis offerrent. Matth. X. & Luc. X. Promptitudo in docendo.

§. 6. *Tentantes, & contradicentes, & cavillantes redarguebant.* Elenchus. Matth. XV. 1. ſeqq. adſunt Scribæ & Phariſæi, & cum Jeſu diſputant de obſervantia traditionum humanarum, & redarguuntur

giunt

Chriſt

Luc.

prop

Conf

iam

qui n

Clavium uſus. *pœnis*

dixit

pec

ita

Joh

Et Sacramentorum. bap

nes

om

ca

iam

ba

bu

Locus. M

ve

ca

cu

he

…itur graviter. Joh. VIII. 13. ſeqq. de perſona & officio …riſti actis diſputatio ſuſcipitur inter Chriſtum & Judæos. …c. X. 25. ſeqq. inſurgit ſcriba, & captioſam ipſi quæſtionem …ponit, quam Chriſtus per ipſum ſcribam dextre reſolvit. …nfer. Matth. XXII. 35. ſeqq. Eodem Elencho feriebant et… …n corruptos mores, quod fecit Johannes, invectus in eos, …a non faciebant dignos pœnitentiæ fructus. Matth. III, 7. ſeqq.

§. 7. *Confitentes ſua peccata abſolvebant à peccatis, tremebundis, & tentatos bono animo eſſe jubebant.* Paralytico ſibi objecto …xit Jeſus Matth. IX. 2. Confide fili, remiſſa ſunt tua tibi …ccata. Iisdem verbis abſolvit mulierem peccatricem; Et … *anxias* conſcientias *erigebant ſolatiis.* Confer. Matth. XI. 28. …h. XVI. 33.

§. 8. *Catechumenis* adminiſtrabant baptiſmum, & poſt …ptiſmum Euchariſtiam. Iſtum enim adminiſtravit Johan…es Baptiſta publicè, cum ad Jordanem ad ipſum confluerent …nnis generis homines, ſeque ordini divino confitendo pec…ta ſubjicerent. Matth. III. 6. ſeqq. Joh. III. 22. Chriſtus et…m baptizavit, nempe per diſcipulos ſuos, quos ſecum habe…at. Iisdem ſacram quoque Euchariſtiam ipſe inſtituit, & præ…uit, & aliis præbendam præcepit.

§. 9. *Locus* nullus certus erat, ubi perpetuo convenirent Miniſtri & Auditores, ad audiendum hi, iſti ad prædicandum verbum, vel adminiſtranda Sacramenta, & ubicunque occaſio dabatur, faciebant illi officium. Generalis quidem locus certus erat, nempe terra Canaan, quam inhabitabant; Ad …os enim, velut amiſſas, domus Iſraelis oves miſſus erat ſummus animarum paſtor, Jeſus Chriſtus. Matth. XV. 24. Sicut etiam eo venit, nempe in ſua propria. Joh. I. 11. Diviſa erat regio in Tetrarchias, nempe Judæam, quam tenebat Pilatus. Galilæam, quam Herodes; Ituream, quam Philippus; & Abilenen, quam Lyſanias gubernabat. Luc. III. 1. In his re…ionibus degebant Johannes Baptiſta, Chriſtus, Apoſtoli, diſcipuli, reliqui, & officium faciebant in urbibus, oppidis, caſtellis, pagis, deſertis, montibus, ruri, ipſis etiam aquis; Jam è nave docebat Chriſtus; Confer Matth. IX. 35. Luc. IX. 6.

Matth.

Digitized by Google

Matth. XIII. 2. XIV. 13. XV. 29. Frequentius tamen docebat in
templo, & ſynagogis, tanquam locis publicis, vide Joh. VII. 14.
Matth. XIII. 54. Luc. IV. 20. Sed nec *Tempus* ſemper certum Tempus.
erat. Solebat quidem Chriſtus tempore potiſſimum feſtorum
ſolennium conciones ſolennes habere. Joh. VII. 27. &c. At-
tamen, ut iſta non ſemper erant, ita nec ſemper Chriſtus in iis ſo-
lum officio fungebatur, ſed quoties occaſio ferret, & ipſe ſe-
cundum ſuam divinam ſapientiam & voluntatem illo fungi
vellet.

§. 10. *Auditorium* quoque nondum ita erat collectum, Auditorium.
ut ſeparatim coiret in cœtum, diſtinctum à Judaicis cœti-
bus, qualequid hodie fit; Sed diſperſum erat per terram
Canaan, & permixtum Judæis, donec Chriſtus reſurrexiſſet,
& cœlum conſcendiſſet Tum demum enim ſeparatos conven-
tus agitare, & habere cœperunt Chriſto addicti. Audita fa-
ma de Johanne in eremo prædicante, & baptizante, ritu hacte-
nus inſolito; deque inuſitata ipſius vivendi ratione in victu &
amictu, populus his veluti campanis convocatus ſturnatim ad
ipſum confluxit, conciones audivit, baptiſmum ſuſcepit; ad ſua
tamen ſine dubio rediit, patres & matres ad familiam, publicani
ad telones, milites ad excubias, & vigilias; Exceptis diſcipu-
lis nonnullis, qui in ſchola ſancti Magiſtri perpetuo informa-
rentur. Matth. III. 1. Simile quid factum eſt ab Auditoribus
Chriſti. Prodeunte illo in publicum, & Johanne ipſum bapti-
zante, & pro Meſſia declarante, accedente ipſiuſmet viva con-
cione, & miraculis, & diſcipulis, fama, & admiratione, & cu-
rioſitate impulſus populus ad ipſum aggregabatur, auditurus
conciones, viſurus miracula, fruiturus ipſe beneficiis qua ani-
mi, qua corporis. Exempla legas in ſingulis fere capitibus
Evangelicæ Hiſtoricæ. Auſpicium publici ſui officii fecerat
Jeſus in Galilea, prædicando, & miracula perpetrando, cum fa-
ma ipſius ſonare inciperet in univerſam etiam Syriam uſque,
nedum reliquam Galilæam, Decapolin, Judeam, ut con-
currerent ad ipſum catervatim, alios quoque ſecum addu-
cerent, morbis variis affectos, ut ab ipſo curarentur. Matth.
IV. 23. Horum gratia montem conſcendit, & concionem pro-
lixam ad præſentes diſcipulos, & populum habuit, qua iſtos ſui

Cccc c officii;

officii; hos de cavendis falſis Phariſæorum doctrinis commonefecit. Matth. V. 1. Finita triduana illa concione, & populo ipſum, de monte deſcendentem ſequente, edidit miraculum, & concionem eo facto confirmavit Matth. VIII. 2. ſeqq. & nonnulla alia hoc ipſo in capite addidit, quæ apud Evangeliſtam legas. *Domeſticas* etiam fuiſſe Eccleſias patet ex Joh. IV. 53.

Cœremoniæ.

§. 11. *Cœremoniarum* fixarum, niſi quod baptiſmus & Euchariſtia erant, nihil adhuc temporis erat inſtitutum. Nondum enim erat ſepulta ſynagoga, quare Chriſtus & Apoſtoli iſtius cæremoniis adhuc utebantur, & alios eo ablegabant. Chriſtus fuit circumciſus, & Deo in templo oblatus; Maria ipſius mater purificationem ſubiit, oblatis offerendis; Adiit Chriſtus feſta & loca publica, more aliorum Judæorum; Remittebat leproſum à ſeſe curatum ad ſacerdotes, ut exploraretur ab ipſis. Matth. VIII. 4. Summa, nihil fecit, vel omiſit cœremoniarum Judaicarum, divinitus inſtitutarum, cujus gratia ſcandalum Judæis præbuiſſet, vel materiam ipſum accuſandi. Venerat enim legem etiam cœremonialem adimplere. Matth. V. 17. Abſtinebat quidē ſeſe à nonnullis publicè tum & vulgo receptis ritibus; ſed illi non erant divinitus inſtituti, vel imperati, verum traditione introducti, præter, aut contra legem divinam. e. g. modus jejunandi, eleemoſynas dandi, decimandi, &c.

Parallelismus inter veterem & hodiernam formam.

§. 12. Negandum tamen non eſt, quædam à Johanne, Chriſto, & utriuſque diſcipulis fidelibusque, dicta, vel facta eſſe, ex quibus Eccleſia Chriſtiana, quæ ſecuta eſt, materiam, & anſam ſumpſit, cœremonias ſuas ſobrias cogitandi, inſtituendi, & [illegible]rpandi. Vix erit ritus in Eccleſia Catholica, veteri præſertim, univerſaliter receptus, cujus non veſtigia aliqua, vel analogiam, vel ſymbolum aliquod in Johannis, aut Chriſti miniſterio deprehendas.

(1) In Miniſterii ſegregatione.

§. 13. Oſtendemus aſſertum in quibuſdam ſaltem exemplis. (1). *Ad miniſterium ſacrum ſeliguntur, & evocantur, & ſeſeparantur nonnulli viri ex reliquo hominum cœtu, & huic officio, miſſis aliis, deſtinantur.* Idem factum eſt tempore Johannis Baptiſtæ, Chriſti. Johannem Deus ipſe per Prophetas olim deſignavit Matth. III. 3. Et ſuo tempore inſignem reddidit prædicatorem

Digitized by Google

torem pœnitentiæ. Luc. III. 2. ſeqq. Ipſe deinde alios quoque ſibi adſcivit, quos diſcipulos vocavit κατ᾽ ἐξοχὴν. Quod ſuperius oſtenſum. Chriſtus quoque divinitus miſſus docere cœpit in templo, & ſynagogis. Luc. IV. 15. ſeqq. Et ipſe ſibi quoque junxit diſcipulos, quos ab officio piſcatorio eatenus abſtraxit; Nam vocatione facta reliquerunt & patrem, & navem cum retibus, & Chriſtum ſecuti ſunt Magiſtrum, ipſi miniſtri verbi futuri. Matth. IV. 18. Hos ipſe informavit in capitibus fidei; Sicut & Johannes ſuos.

§. 14. II. *Vocati hodie ordinantur, & emittuntur ad certos homines docendos & ſalvandos.* Simile quid fecit Chriſtus. Nam Matth. X. 1. & 5. legimus, quod diſcipulos, hactenus privatim & publicè informatos, donaverit donis miniſterio ipſorum neceſſariis, nempe poteſtate etiam in dæmonas, & juſſerit exercere ſuum officium, eoque ipſo ablegarit ad Iſraëlitas, neque, hoc quidem tempore, ad ullos alios, ne Samaritanos quidem; innuens, non eſſe in cujuſvis arbitrio, prædicare, quando, vel quibus velit, ſed tum, & iis, quibus vocatio divina vult. Luc. X. 1. Ἀνέδειξεν, oſtendit, & ſeparavit adhibitis dubio procul cæremoniis quibuſdam, LXX. diſcipulos ad officium Eccleſiaſticum. (2) Vocatione & ordinatione.

§. 15. III. *Ordinati & miſſi hodie prædicant verbum Dei ſecundum mandatum & formam in ſcripturis expreſſam;* Simile quid fecerunt miſſi à Chriſto diſcipuli LXX. Luc. X. 17. referunt, quod & dæmones ſibi fuerint ſubditi, adeoq; ipſi officium ſuum fecerint eo modo; quo Dominus juſſerat, nempe adeundo domos, pacem precando, miracula patrando. Tale quid fecerunt etiam XII. Nam Marc. XVI. 20. refertur, quod juxta mandatum & inſtitutum Domini ſui exiverint, &, quod ipſe voluerat, prædicarint omnibus in locis, Deo per miracula ipſis cooperante. (3) Officii adminiſtratione.

§. 16. IV. *Miniſtro verbi præſente populus confluit in locum, ubi eſt, imprimis ſigno aliquo dato, & audit, quæ ille ſedens in Cathedra, ſive ſtans in loco ſancto concionatur, textu aliquo, prælecto.* Ita Chriſtus accepto Jeſaiæ libro prælegit textum exinde, & lectum explicuit in ſynagoga Nazarethana, reliquis auſcultantibus. Luc. IV. 16. ſeqq. (4) Populi collectione.

16.) ſeqq. in ſolenni feſto ſurgebat in templo, & ſtabat, clamans, & evocans ad ſeſe omnes ſitientes: quam ipſum concionem populus audivit, & judicavit. Joh. VII. 37. 42. Aliquando ſedit in nave, & populus ad litus ſtabat, audiens prædicantem. Sed etiam *privatim adeuntes, & doceri volentes, requirere, & informare hodie; olim Chriſtum perinde fecit.* Nam diſcipulos vel omnes, vel ſingulos, ſeſe adeuntes, & informari cupientes, cupide docuit, quæ non intelligebant. Matth. XIII. 10. *Peccata confitentes hodie abſolvunt;* Olim etiam. Nam Johanni confitebantur ſua peccata. Matth. III. 6. Chriſtus abſolvebat paralyticum. Matth. IX. 2.

(5) Privata informatione.

§. 17. V. *Miniſtri verbi domos etiam privatas hodie adeunt, & in iis ſive errantes, ſive ſcandaloſos reprehendunt, aut informant, aut ægrotos viſitant, & conſolantur.* Didicerunt hoc ex Chriſto. Luc. X. 38. & ſeq. Adit domum Lazari, & in ea de rebus divinis verba facit, Maria ipſi auſcultante. In ædibus Phariſæi, cum pranderet, reprehendit ipſorum hypocriſin. Luc. XI. 39. ſeqq. Alio tempore caſtigavit eorundem falſam de Sabbato ſanctificatione opinionem. Luc. XIV. 1. ſeqq. Apud Zachæum alio fine divertit, nempe ut pœnitentem lucraretur. Luc. XIX. 5. ſeqq. Cum ſocrus Petri febre correpta decumberet, venit Jeſus in domum generi, & ægram curavit. Matth. VIII. 14. 15. *Inſtituunt hodie etiam viſitationes integrarum Eccleſiarum, ut explorent, an verbum olim prædicatum & receptum ſervarint, an vitam iſtam congruam duxerint? Si quæ deprehenderint ſcandala, tollunt, & averruncant.* Simile quid feciſſe Chriſtus legitur. Chriſtus Evangelii prædicationem in Galilæa auſpicatus eſt, edito etiam miraculo. Joh. II. 1. ſeqq. Deinde Galilæa relicta Hieroſolymam aſcendit, reformationem templi curaturus. Joh. II. 13. ſeq. Inde venit in Judæam. Joh. III. 22. Hinc rediit in Galilæam per Samariam. Joh. IV. 4. Et quidem Canam. ℣. 46. Ex hoc tempore ſolennius officio ſuo fungi cœpit, docens in ſcholis Galilæorum. Luc. IV. 14. 15. ſeqq. Nazarethæ primum, deinde Capernaumi. Matth. IV. 12. 13. ſeqq. Marc. I. 14. ſeqq. Ubi & diſcipulos quoſdam adſciſcebat, miracula multa patrabat, Evangelium longè latèque prædicabat. Matth. IV. 23. ſeqq. Rediit hinc Hieroſolymam.

Joh.

Digitized by Google

Joh. V. 1. ſeqq. & Judæis occaſionem ſuppeditantibus, inſignem concionem habuit. ℣. 17. ſeqq. Inde iterum ſeceſſit in Galilæam, & XII. diſcipulos adſcivit. Matth. XII. 9. Marc. III. 13. quos informavit. Matth. V. 1. ſeqq. Rediit & Capernaum. Matth. VIII. 5. ſeqq. Luc. VII. 1. è terra Gergeſenorum. Matth. IX. 1. ſeqq. Rediit etiam in Patriam Nazaretham. Matth. XIII. 54. Marc. VI. 1. Quo tempore *generalem viſitationem* (ut cum Chemnitio cap. LXXI. harm. loquar.) inſtituit, *circumiens civitates omnes, ac vicos.* Matth. IX. 35. Simile quid poſtea quoque aliquoties fecit. Matth. XI. 1. Docuit in civitatibus iis, & locis, ubi paulo ante diſcipuli à ſeſe emiſſi docuerant, viſurus quo profectu illi prædicaſſent, & auditores audiviſſent. Luc. X. 1. LXX. emittit ante faciem ſuam, ſcil. ipſe ſucceſſurus illis, & viſurus, quæ ante in Apoſtolis. (6)

§. 18. VI. *Scandaloſos, & reſipiſcere nolentes miniſtri Eccleſiæ ſemel iterumq́ monent, vel dehortantur à peccatis, tandem excommunicant, nec niſi reſipiſcentes recipiunt.* Hunc proceſſum docuit Chriſtus Matth. XVIII. 15. ſeqq. cum jubet pertinacem tandem deferri ad Eccleſiam, &, ſi eam audire noluerit, excommunicari, & haberi tanquam impœnitentem publicanum, aut Ethnicum infidelem. Symbolum erat ejectio ementium & vendentium ex templo, quod fecerant ſpeluncam latronum. Exempla legas apud Matth. III. 7. de Joanne Baptiſta, qui Phariſæis impœnitentibus extremum exitium comminatus eſt. Et Luc. VII. 38. ubi ſiſtitur mulier peccatrix, quæ peccata ſua flet, humum ſeſe proſternit, & ita veniam admiſſorum humillime precatur, quam & impetrat, unde *diſciplinam Eccleſiaſticam* facile deduxeris. (7)

Disciplinæ exercitio.

§. 19. VII. *Miniſtri hodie oblatos infantes, vel adultos, & hos prius informatos, baptizant aqua vulgari.* Ritus hic obſervatus eſt à Johanne Baptiſta, & Chriſto. Iſte enim prius prædicavit, deinde baptiſmum adminiſtravit aqua Jordanica. Matth. III. 16. ſeqq. Hic juſſit diſcipulos ſuos, prædicare Evangelium omni creaturæ, & miniſtrare baptiſmum in nomine Patris, Filii, & Spiritus ſancti. Matth. XXVIII. 19. (8)

Sacramentorum adminiſtratione, ut Baptiſmi.

§. 20. VIII. *Baptizatis & probe diſpoſitis præbetur Euchariſtia in ſpecie panis & vini, etiam in ædibus privatis.* Sic etiam Chriſtus

Euchariſtiæ.

Ccccc 3 in

in privatis ædibus non ſolum inſtituit Euchariſtiam, ſed etiam præbuit ſuis diſcipulis, ſub ſpecie panis corpus, & ſub ſpecie vini ſanguinem ſuum.

(9) Salariis.

§. 21. IX. *Miniſtris verbi hodie dantur ſua ſalaria, & alia, tanquam vitæ ſubſidia, & præmia laboris.* Similia Chriſto & Apoſtolis data ſunt. Erant enim mulieres religioſæ, quæ de ſuis facultatibus ſubſidia vitæ Chriſto & Apoſtolis præbebant. Idq; non eſt arbitrii noſtri, ſed debiti. Dignus enim eſt operarius ſua mercede. Luc. X. 7. *Bona Eccleſiaſtica hodie committuntur quæſtoribus diſpenſanda.* Erat quoque inter Apoſtolos Chriſti, cui cura iſta erat commiſſa, nempe Judæ Iſchariotæ. Emebatur inde panis, unde viverent. Matth. XVI. 7. Joh. IV. 8.

(10) Habitu.

§. 22. X. *Miniſtri quidam habent peculiaria veſtimenta, juxta quæ ab aliis diſcernuntur.* Johannes quoque Baptiſta habuit peculiare genus veſtimenti, cujus quidem ſpecies hodie nos non obligat, morale tamen manſit, nempe decens, & honeſtus, habitus. Chriſto quoque tunica erat inconſutilis, reliquis veſtimentis ſuperinjecta. Joh. XIX. 23. Duo hic extrema probè cavenda ſunt: ſuperſtitio Pontificiorum, & ἀταξία Quakerorum, & aliorum Enthuſiaſtarum; Iſti laborant κακοζηλίᾳ veſtimenti Johannæi, dum cilicium inde faciunt, quale Monachi ſui & Eremitæ geſtant, habitum pœnitentiæ; Sic enim Maldonatus, vel quicunque denique ſub ipſius nomine (vide Thuan. l. LXXVIII. hiſt. Caſaubonum in epiſt. ad Frontonem Ducæum de Apol. Jeſ. p. 26. Richardum Montacutium Orig. part. II. §. 56.) comment. ad Luc. III. 4. f. 70. D. *Habitum ſemper pœnitentiæ fuiſſe [illegible]. Poſtea in Eccleſia tanquam arma, ut ait Hieronymus, pœnitentiæ [illegible]. Iſti quid ſit non intelligunt. Sponſionem enim fecerim, neminem [illegible], neq; Lutheranum, neq; Calvinianum, ex quo à Domino illuminati [illegible] cilicio uſum fuiſſe. Multi certe & graves auctores Joannis cilicium [illegible], Damaſcenus & Athanaſius ratioq; ipſa perſuadet. Conveniebat enim, [illegible] pœnitentiam prædicabat, pro veſte pœnitentiæ uteretur.* Hæc ille. [illegible] cens, bonum coram Deo opus eſſe, & ſanctitatis argumen[tum] cilicium geſtare, ſicut Johannes geſtavit; Neque Evange[lii] eſſe præcones pœnitentiæ, utpote deſtitutos ciliciis: Ad [illegible] inem additur: *Lutherani & Calviniſtæ hoſtes Cilicii.* Modeſtius Jeſuita?

Jeſuita ! non ſunt Lutherani hoſtes cilicii, ſed ſuperſtitionis & hypocriſis Papiſticæ, cujus ſymbolum eſt cilicium Monaſticum, & Eremitanum; Geſtarit Johannes cilicium, (quod tamen nondum probatum; Erat ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, *indumentum ex villis cameli*, quale non ſola cilicia ſunt; etiam ſcutulatæ undulatæque veſtes inde conficiuntur; viliores quoque, & mediæ inter preciſiores, & cilicium) non tamen illud geſtavit, ut alii æmularentur, utpote non conſtituti in eo, quo ipſe, officio, prodromi Meſſiæ, qui venienti viam inſolito quoque habitu præpararet; certe nullibi locorum legitur tale genus veſtimenti auditoribus non dicam imperaſſe, ſed vel ſuaſiſſe, aut commendaſſe, minime omnium ſub opinione cultus, meriti, neceſſitatis, aut ſingularis ſanctitatis, quod Monachi & Eremitæ faciunt, ſimiæ infelices. Longe alio fine patres cenſent habitum ex camelinis pilis ipſum geſtaſſe: *Non ſolum oratione ac verbo, verum etiam veſtis habitu ac vita ſecta dolebat præcurſor: loquens ſimul, & faciens perfectiſſima; & ſingulari, quo utebatur, veſtitus genere viam ſalutis demonſtrans. Indumentum enim ex pilis cameli contextum habuit: eo ipſo ſubindicans, medium ſe eſſe vetus inter & novum teſtamentum, & duos inter populos, mundi alterius, alterius immundi. Judæos & Gentiles dico. Camelus etenim & mundum eſt & immundum animal: mundum, quatenus ruminat, immundum, quatenus fiſſam ungulam non habet.* ita Chryſoſtomus caten. f. 26. Sic & Severus: *Camelus & ruminat, ut mundum animal, & fiſſam non habet ungulam, in quo ad immunda deficit: Symbolum id fuit: Joannem gentilibus æque ac Judæis pœnitentiam prædicare.* Sic & Nicetas fol. 67. *Tum Zona, tum victus Joannis ænigmaticè ſignificabat obliquitatem, & inſ. uctuoſitatem ejus, qui tunc erat, populi, ſive quod medium eſſet inter teſtamentum vetus, & vocationem gentium, hactenus non purgatarum. Camelus enim, quà ruminat, purus eſt, quà vero biſulcam non habet ungulam, impurus.* Hæc non cadunt in Monachos, multo minus in Eremicolas, utpote quod illi non ſint præcones, nedum gentilium & Judæorum. Sed nec Antitypus Eliæ, uti Johannes fuit, ille ἀθλητὴς εὐσεβείας ὢν, καὶ τῆς οἰκουμένης στεφανίτης, καὶ φιλόσοφος τῆς τῶν οὐρανῶν ἀξίας φιλοσοφίας, *pietatis athleta, totius orbis triumphator, ac cœlo digne philoſophia philoſophus*, laudante Chryſoſtomo. In alterum extremum impingunt

Tremulii

Tremuli, ex Anglia nuper egreſſi. Hi enim ut leviter quidem [illegible] habitum ſingularem miniſterii, dum ſugillant tunicas talares, quas [illegible] Eccleſiæ geſtant, comparantes ipſos Pharisæis, qui in talibus incedebant, & propterea a Chriſto reprehenſi fuerint. Matth. XXIII. 5. Marc. XII. 38. Quibus venerandum Miniſterium Hamburgenſe im Quacker-Greuel p. 283. n. III. merito opposuit hunc aphoriſmum: Die Evangeliſchen Prediger können lange Kleider mit gutem Gewiſſen / ohne Verlegung ihres Ampts und Chriſtenthumbs / tragen. Et rationes p. 283. Es treiben die Quacker ihre Jeckerey mit den Worten Chriſti / da Er geſagt von den Phariſeern / ſie giengen einher in langen Kleidern / gleich ob die lange Kleider an ſich ſelbſten verbotten wären / oder aber den Geiſtlichen übel anſtünden. Es ſolten aber dieſe Spötter wiſſen / daß ein langes Kleid tragen / niemand entheiligen oder in Verachtung ſetzen könne. Der Hohepriester Aaron nebenſt den Prieſtern und Leviten haben lange Kleider getragen / wie denn Aaron unten am Saum deß ſeidenen Rockes Granatäpffel und güldene Schellen getragen / Exod. 28. v. 14. Sprach beneben klärlich / es habe Moſes ſeinem Bruder Aaron einen langen Rock angeleget / c. 45. v. 9. Der Hohepriester Simon legte einen langen Rock an / Syr. 50. v. 12. Die Iſraeliter haben uns gemein lange Röcke getragen / 1. Sam. 15. v. 27. und David einen / von welchem Samuel einen Zippel abgeriſſen / Saul trug einen Rock / Zippel abgeſchnitten. 1. Sam. 24. v. 12. Der Engel im Grabe Chriſti hatte ein lang weiß Kleid an / Marc. 16. v. 5. Chriſtus ſelber hat lange Kleider getragen / ſein Rock war ungenähet von oben an gewircket durch und durch / darüber die Römiſchen Kriegsknechte das Loß geworffen / Joh. 19. v. 23. Et p. ad objectionem p. 287. Wenn aber Chriſtus ſagt von den Phariſeern / daß ſie lange Kleider tragen / Marc. 12. v. 38. ſtraffte er nicht die Kleider vor ſich ſelber / ſondern die Heucheley und Hoffarth / welche ſie mit dieſen Kleidern trieben. Es hatte GOtt befohlen im alten Teſtament / daß die Iſraeliter ſolten Läplein machen an den Fittichen ihrer Kleider / und gelbe Schnüre auff die Läplein / daber ſie ſolten der Gebott GOttes ſich erinnern / Num. 15. v. 38. Sie ſolten ein Denckmahl ſeyn für ihren Augen / Deut. 6. v. 8. Das mißbrauchten die Phariſeer: je heiliger einer unter ihnen ſeyn wolte / je gröſſere Denckzedel machte er an die Säume ſeiner Kleider / damit er das Anſehen hat: als ob er das Geſetz des HErrn eifrig liebete. Es war aber lauter Heucheley / ſie thaten ſolches nur zum euſſerlichen Schein / darumb ſtraffte Chriſtus und ſagte: Sie thun alle ihre Wercke / daß ſie von den Leuten geſehen werden / ſie machen ihre Denckzedel breit / und die Säume an ihren Kleidern groß / Matth. 23. v. 5. 6. Wie ſchicket ſich dieſes daß lange Kleid eines Evangeliſchen Predigers / welches er Ampts halber nach alter Gewonheit in der Chriſtlichen Kirchen träget / da mancher wünſchet / er möchte deß beſchwerlichen Kleides überhoben ſeyn / welches er doch Ehren- und Ampts halber nicht entbehren kan. Eorundem Goſodam hypocriſin caſtigant iſ qui ante, in templis aſſerendis, quæ Turbones iſti destructum eunt, ſub ipſi protextu, quod corda noſtra debeant eſſe templa: Unſere Hertzen ſind Tempel GOttes / darumb wir der euſſerlichen Tempel und Kirchen nicht nöthig haben.

Art. IX. Sect. VII.

De

SCANDALIS.

Argumentum.

D*Ari ſcandala.* 1. *Eorum onomatologia.* 2. *Pragmatologia, & in hac cauſſæ efficientes.* 3. *Subjecta.* 4. *Species doctrinæ.* 5. *Cultus.* 6. *Morum.* 7. *Contra tabulam decalogi priorem.* 8. *Et poſteriorem, qualia ſunt: cæcus amor parentum erga liberos,* 9. *Odia, invidia &c.* 10. *Avaritia.* 11. *Perfidia, mendacia &c.* 12. *Remedia, verbalia doctrinæ, legitima.* 13. *Illegitima.* 14. *Cultus,* 15. *Morum,* 16. *Realia.* 17. *Ultimum.* 18.

§. I.

DEberet equidem Eccleſia, & ſingulaejus membra omnibus placere, nec ullis ſive fidei, ſive morum, ſive cultus ſcandalis eſſe obnoxia, ſed tale quid non fit. Ea enim eſt humani ingenii ſive malitia, ſive infirmitas, & Diaboli nequitia, & redemptionis noſtræ qualitas, ut *neceſſe* ſit ſcandala venire. Matth. XVIII. 7. Luc. XVII. 1. ſeqq. *Ideo vero neceſſe ait, venire ſcandala: quia ad ſacramentum reddendæ nobis æternitatis omnis in eo paſſionis humilitas eſſet explenda. Superius autem in abſcindendis manu vel pede, propinquitatum contineri nomina expoſuimus: atque ideò cognationem generis Iſraelitæ relinquendam, veluti quadam membrorum reciſione, ſignificat, quia per eum mundo ſcandala comparentur.* ait Hil. ad l.c. Matth. f. 300. Neque ſperandum eſt ante mundi interitum, quod defutura ſint ſcandala; Nam Zizania relinquantur uſque ad meſſem diei extremæ. Matth. XIII. 30. *Propterea dicit: ſinite Zizania quoque creſcere uſq; ad meſſem, h. e. uſq; ad conſummationem, quando definent omnia, & locus non erit pœnitentiæ.* ita Chryſoſt. caten. ad Matth. l.c. fol. 192.

Scandalorum. (1) Exiſtentia.

§. 2. Ut autem ordine procedamus, notetur I. Ono-

(2) Onomatologia.

matologia: Vox *σκάνδαλον* legitur pluribus ſcripturæ locis, vide Math. XIII. 41. XVI. 23. XVIII. 7. Luc. XVII. 1. Et variè accipitur; Vel enim ſignificat ipſos homines, qui ſcandalum dant, vel dederunt. Matth. XIII. 41. Angeli dicuntur collecturi eſſe omnia ſcandala, quique iniqua operantur; Et conjecturi eos in ignem; quod intelligi debet non niſi de impiis in ignem æternum abjiciendis: *In faſciculos quod dicit colligenda Zizania, diſſert damnandorum per ſcelerum ſpecies digeſtas innuit, nempe in illo ergaſtulo adulteri ſeorſum cruciabuntur, adulatores alibi, ſimilesque ad modum cæteri peccatores diverſis locis puniti, non autem ſimul ſimiliterve.* ita Chryſoſt. caten. fol. 191. Vel ſignificat vitium, quod datur, vel accipitur, atque ita venit. Matth. XVIII. 7. ut væ propterea mundo ſit. Simile deſumptum eſt ab offenſione pedum ad lapidem, vel rupem. Matth. XXI. 44. Luc. XXV. 18. Confer. Matth. IV. 6. Eſt

Et diſtinctio in acceptum.

autem tale ſcandalum aliud datum, aliud acceptum. *Acceptum,* cum cauſſa eſt in recipiente, non in objiciente ſcandalum. Tale erat, quod Petrus accepit ex paſſione Chriſti prædicta. Matth. XVI. 22. *Humilitas paſſionis ſcandalum mundo eſt. In hoc enim maxime ignorantia detinetur humana: quod ſub deformitate crucis, æternæ gloria dominum noluit accipere.* ita Hilar. ad Matth. XVIII. 7. p. 300: Et reliqui diſcipuli ex verbis prophetarum & Chriſti ſui de regno Meſſiæ, quod non poterant conciliare cum morte ejus & reſurrectione. Matth. XVIII. 1. ſeqq: Et totus mundus ex verbo Evangelii per orbem vulgando. Luc. XII. 49. ſeqq. Chriſtus prædicit miſſionem ignis, i. e. prædicationem Evangelii per univerſum orbem vulgandam, magno cum ſuo deſiderio, etſi prius non futura quam morte exantlata: hanc verò prædicationem conſecututas eſſe diſcordias etiam inter conjunctiſſimos in eadem domo degentes parentes, & liberos, ſocrum & nurum; qualis erat in domo Abrahami, in qua Abrahamus, Hagar, & Iſmaël erant

Et datum.

contra duos Saram & Iſaacum. *Datum* vero eſt, cum prin[illegible] cauſſa eſt in objiciente, non recipiente, Tale eſt ambitioſorum, qui parvulis ſcandalo, & propterea digni ſunt æterno exitio. Matth. XVIII. 6. 7. Marc. IX. 42. ſeqq.

42. ſeqq. *Quia crebro teritur in Eccleſiaſticis ſcripturis, ſcandalum: breviter dicamus quid ſignificet. Σκάνδαλον & ſcandalum, nos offendiculum, vel ruinam & impactionem pedis poſſumus dicere. Quando ergo legimus: Quicunq; de minimis iſtis ſcandalizaverit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto factove occaſionem ruinæ cuiq; dederit.* ita Hieron. ad Matth. XV. 12. Dicitur alio nomine *fermentum*, quale erat Phariſæorum & Sadducæorum. Matth. XVI. 6. Non tamen in eo ſenſu, quem putat Origenes comment. ad l. c. tanquam ideo fermentum fuiſſet iſtorum doctrina, quod *literæ*, ſeu literali ſenſui adhæſerint; Sic enim & Chriſti doctrina eſſet fermentum, quoties ſenſum literalem ſectatur; ſed quatenus deſerta ſcriptura requirebant ab ipſo ſigna externa; ut ex præcedentibus videre eſt; i. e. quia falſa doctrina erant imbuti; ut clare ipſe ſe Chriſtus explicat: ℣. 12. Rectius proinde Hieron. ad l. c. Matth. explicat *Qui cavet à fermento Phariſæorum & Sadducæorum, legis ac literæ præcepta non ſervat, traditiones hominum negligit: ut faciat mandatum Dei.* Et Chryſoſt. caten. ad l. c. f. 218. *Pravas porro Phariſæorum traditiones fermentum vocavit, propterea quod quemadmodum fermentum acidum eſt|& vetus, ita & Phariſæorum ac Sadducæorum traditiones vetuſtate languentia jam putres acore animas mordent. Hac igitur allegoria fermenti doctrinæ Phariſaicæ reprehenſionem occultavit.* Comparatur etiam *tenebris*, à quibus Chriſtus ſuis auditoribus cavet. Joh. XII. 35. Sed & *igni*, (quod tamen acceptum ſcandalum attinet) Luc. XII. 49. ſeqq.

§. 3. (II) Πραγματολογία: in qua, probata §. 1. *exiſtentia* vel futuritione ſcandalorum, notanda eſt αἰτιολογία; Habent ſcandala, ut omnes res extra Deum, ſuam originem; & ſcandala quidem, qua talia, ex *diabolo*; tanquam fonte omnis mali. Iſte enim eſt Sathan, adverſarius, qui ſcandalis procuratis & homines facit Sathanas: Matth. XVI. 23. Ejus ſunt portæ inferorum. ℣. 18. per quas Origen. & Hieron. l. c. intelligunt peccata, vel hæreticorum doctrinas. Is hoſtis eſt, qui Zizania ſcandalorum, dormientibus hominibus, diſſeminat. Matth. XIII. 30. Diabolus habet ſua *inſtrumenta*, & media, per quæ ſcandala efficit: Talia ſunt falſi *Doctores*, quos Pſeudoprophetas appellat ipſe Chriſtus Matth. VII. 15. Pſeudo-Chriſtos.

(3) Πραγματολογία. Cauſa principalis.

Matth. XXIV. 24. *Ego [illegible] omnes hæreſiarchas, [illegible]: & ſub nomine Chriſti ea docere, quæ contraria ſunt Chriſto.* Hieron. ad l. c.
Fures & latrones, quia aliam, quam veram, ſalutis viam, excluſo nimirum Chriſto, hominibus oſtendunt. Idque faciunt occultò; *ipſa quippe occultatione condiunt quodammodo neſaria Dollorum ſua venena curioſis, ut ideo ſe exiſtiment aliquid diſcere magnum, quia merentur habere ſecretum, & ſuavius hauriant inſipientiam, quam putant ſcientiam, cujus prohibitam quodammodo furantur audientiam,* ait Auguſtin. tract. XCVII. in Joh. Joh. X. 1. ſeqq. Similes arboribus putridis, ex fructu agnoſcendis. Matth. VII. 16. plantis, à Deo non plantatis. *Fugite præterea maligni nepotes, qui [illegible] pullulant, qui gignunt mortiferum fructum, quem qui guſtarit, continuo moritur, non temporanea hac, verum æterna morte. Hi non ſunt plantatio Patris, ſed maledicta germina. Omnis autem plantatio, inquit Dominus, quam non plantavit Pater meus, radicibus evelletur. Si enim ſurculi fuiſſent Patris, non fuiſſent hoſtes crucis Chriſti; ſed eorum, qui occiderunt Dominum gloriæ,* monet Ignat. epiſt. ad Tral. f. 15. Scandala ſunt, quæ [illegible]nus non ſentiunt ea, quæ Dei, ſed quæ hominum ſunt. Matth. XVI. 23. *Scandalum à Jeſu tunc (Petrus) dictus eſt, quaſi in iis, quæ Dei ſunt minime ſapiens, ſed ea quæ hominum ſunt; quid de iis omnibus dicendum eſt, qui Chriſti doctrinam capeſſere ſe profitentur; ea autem quæ Dei ſunt non ſapiunt, nec ea quæ oculis non videntur, & æterna ſunt, animo intuentur; ſed ſapiunt quæ ſunt hominum, & ea contemplantur, quæ videntur, & temporaria ſunt, niſi ejuſmodi homines longe potius à Jeſu ſcandalum ipſius appellatum iri.* ait Origenes ad l. c. Matth. f. 286. E. Adulteri ſunt, & qui ipſos ſequuntur progenies adulterina. Matth. XII. 39. *At generationem quidem malam dixit illos, propter qualitatem quam à malo contraxerant; malitia autem eſt voluntaria maleficentia: Adulteram autem propterea, quod Pharisæi & Sadducæi relicto, qui tropice appellatur, veritatis ſermone, vel lege à mendacio & lege peccati adulterio polluti ſunt.* Sic idem fol. 267. D. Stulti ædificatores ſunt qui domum ſpiritualem imponunt arenæ ſuorum errorum Matth. VII. 25. *Super arenam (ædificat) quæ fluida eſt, & coagmentari non poteſt, nec in unam copulam redigi: Omnis hæreticorum ſermo ad hoc ædificatur, ut corruat.* ita Hieron. ad l. c. Lupi rapaces, ſed ovinis pellibus tecti. v. 16. quod dictum de omnibus quidem intel-

intelligi poteſt: qui aliud habitu, ac ſermone promittunt, aliud opere demonſtrant. Sed ſpecialiter de hæreticis intelligendum eſt: qui continentia, caſtitate, jejunio, quaſi quadam pietatis ſe veſte circumdare: deinde intrinſecus vero habentes animum venenatum, ſimpliciorum fratrum corda decipiunt. Sic idem ad l. c. Tales erant Phariſæi & Sadducæi, quorum fermentum caveri jubet Chriſtus Matth. XVI. 6. Ex fructibus doctrinæ agnoſcendi. Matth. VII. 16. Huc igitur minime ſpectant orthodoxi doctores, & pii Chriſtiani, qui docent, vel faciunt, quod Deus doceri, & fieri juſſit; Nam ipſi in cauſſa non ſunt, cur homines ſcandalum capiant ex ipſorum doctrina, vel vita. *Medium* enim, quo ſcandalum falſi Doctores præbent, eſt prava ipſorum doctrina, non plantæ, ſed zizanius ſimilis; Ex qua neceſſario ſcandalum naſcitur; ſecus comparatum eſt cum ſana doctrina, & huic annexa ſancta vita; Ex his per ſe non niſi boni fructus, fides nimirum vera, & bona opera ſequuntur. Bona enim arbor, adeoque & bonum ſemen, non poteſt niſi bonos fructus ferre: Sicut mala non niſi malos. Matth. VII. 17. ſeqq. Cooperatur quoque noſtra *caro & ſanguis*, ſecundum ſua corrupta vel inepta principia judicans de rebus divinis. Nazarethani ſcandaloſè Chriſtum repudiabant, quod inter ipſos ſpretè fuerit educatus, & converſatus familiariter. Matth. XIII. 54. ſeqq. Marc. VI. 1. ſeqq. Similes Nathaneeli, qui & ipſe contemptim de Jeſu Nazarethano olim loquebatur, tanquam Nazarethâ non poſſet vir magnus exire. Joh. I. 46. Cognati item & fratres Chriſti, qui offendebantur, quod Jeſus in obſcuro Galilææ angulo, nec in illuſtri Hieroſolyma verſaretur. Joh. VII. 5. ſeqq. Per accidens eſt, quod doctrina orthodoxa fiat ignis, quo conflagret mundus: Luc. XII. 49. ſeq. Sicut & accidentale fuit, quod ex ſpreto Chriſti & diſcipulorum habitu ſcandalum ſumpſerint Judæi, Matth. XIII. 54. ſeqq. Marc. VI. 1. ſeqq.

Instrumentalis.

§. 4. III. *Subjecta* igitur, quæ impingunt, ſunt duorum generum. Alii enim habent cauſſam, cur ſcandalum accipiant; alii nullam. *Nullam* habent, quibus nulla objicitur vel falſa doctrina, vel probroſa vita; Quales erant Judæi, ex doctrina & vita Jeſu Nazareni, & diſcipulorum ſcandalum capientes;

Subjecta in genere.

pientes: *Aliquam habent*, quibus falſa doctrina, cultus, vel vita impia objicitur; Tales ſunt parvuli & infirmi quique, quos aliorum vitia offendunt. Matth. XVIII. 6. *Quæritur hic*: An Joannes Baptiſta dubitarit de Meſſia, cum diſcipulos ablegaret ſuos, quæſitum; Tu es, qui venturus es, an alium expectemus? cujus ſcil. nomen inferis annunciem. Affirmant Hier. lib. 1. comm. in Matth. & hunc ſecutus Beda lib. 2. in Luc. Unde Euſebius Emeſen. homil. etiam deducere vult, quod de deſcenſu Chriſti ad inferos dubitarit Johannes; quem ſequitur Gregor. M. lib. XL. homil. 6. ſed vapulant à Chryſoſtomo, Theophylacto, Euthymio apud Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. annot. 144. & merito; qui enim dubitant de eo, quem non ita diu ante digito exſerto oſtenderat? *Quæritur amplius*: An Maria peccarit Matth. XII. 46. filium ſuum evocando ab officio ſuo? Affirmat Chryſoſtomus, & cum eo Theophylactus; Auctor operis imperfecti eo uſque progreditur, ut dicat, ex inſtinctu diaboli id ipſam feciſſe; notatus propterea ab Montac. part. II. Θεανθ. f. 159. nollem tamen ipſam ab omni infirmitate abſolvere; Nam Chriſtus in iſta vocatione ipſi non parebat, plus parens Deo ſuo patri. Longius petitum eſt, quod Tertul. de carn. Chriſt. c. 7. & Hilar. can. 12. habent, de Synagoga Judaica, quod à matre & fratribus Chriſti hac ratione fuerint adumbrata. *Quæritur amplius*: An Marcus fuerit inter eos, qui ſermone Chriſti Joh. VI. 66. offenſi retroceſſerunt? v. Baron. annot. 33. n. 13. *Tradi ſolitum Marcum* nempe ab Epiph. hæreſ. LI. vide Montac. part. II. Θεανθ. f. 145. n. 47. Ubi Baronium contra Caſaubonum defendit, & Bulengeri παρέργα notat. Id certum eſt, quod proximi quique Chriſto cognati, ut mater, fratres &c. & addicti, & diſcipuli duodecim ſcandalis laborarint.

In ſpecie: an Johannes Baptiſta?

Maria?

Marcus?

§. 5. IV. *Species ſcandalorum* ſunt tres; Aliæ enim ſunt *doctrinæ*: e. g. An Jeſus Nazarenus eſſet verus Meſſias? dubitabant, imo negabant diſcipuli Johannis Baptiſtæ: Joh. III. 25. illi ipſi, ſanctitate ſui magiſtri nimirum tribuentes, moverent controverſiam de purificatione, veluti ſuus magiſter eſſet Meſſias, non autem Jeſus. Judæi enim, ut retunderent

Species (1) Doctrinæ.

rent

rent gloriationem Johannitarum, cum ipſis Chriſti diſcipulos committebant, ſuo magiſtro plus tribuentes, quam Johanni, quem iſti præferebant; Vocant enim κατ᾽ ἐξοχὴν Rabbi Magiſtrum, qui polleat auctoritate docendi, & mentionem quidem faciunt Jeſus Nazareni, ſed ita, ut baptiſmum à Johanne, veluti ſuperiore, & commendatore acceperit: nihilominus ſcholam jam novam aperiat; & per ſuos diſcipulos idiotas baptizet ipſe alios. De eadem quæſtione varie ſtatutum eſt etiam ab aliis. Matth. XVI. 14. vide dicta ſup. Artic. VI. Sect. 4. p. 457. ſeqq. Huc ſpectant diſcipuli Emauntici. Luc. XXIV, 21. Nam Chriſtus eos appellat ſtultos & pigros cordibus credendi ſcripturis. ✝. 25. nempe quod Meſſiam oportuerit pati, & mori, & reſurgere; id quod ipſi non credebant. *Vide autem quomodo parvam omnino de Domino opinionem habebant. Virum enim Prophetam eum nominabant, qualis Elias fuerat, vel Jeſus Nave, vel Moyſes.* ita Theophyl. ad l. c. Luc. f. m. 540. B. & fol. 541. A. *Diximus, quod Chriſtum expectabant vulgares & minus exercitati ſalvatorem & redemtorem à malis, quæ eis imminebant, & à jugo ſervitutis Romanorum, ſperabantq; eum regnaturum, ut regem terrenum: ideo & dicunt: Nos ſperabamus, quod ipſe redemturus eſſet Iſraël, videlicet a gentilibus Romanis, & ipſe neq; injuſtam ſententiam contra ſe latam effugit: Et hodie tertius dies eſt, & mulieres terruerunt nos &c. Has quaſi dubitationes dicunt: & videntur mihi viri in valde ambigua eſſe ſententia, & neq; valde diſcredere, neq; recte credere. Etenim dicendo: ſperabamus, quod redemturus eſſet Iſraël, incredulitatem indicant: quod autem dicunt, eſſe diem tertiam, hominum eſt quippe, recordentur, qui dixerit eis, die tertia reſurgam. Et qui dicit: exterruerunt nos, hoc ſignat, quis incredulitas eorum comminatur. Et omnino ſi conſiderentur ſermones, humani ſunt, & magnam dubitationem habent, & hominum perplexorum, & ignorantium, quid agant propter reſurrectionis miraculum.* Similiter impingebant alii quoque diſcipulorum & diſcipularum, de quibus mox §. 7. Adeoque & in officium Chriſti, & quidem *Propheticum*, ij, qui putabant, indignum eſſe, quod cum hominibus ſcandaloſis verſaretur. Luc. XV. 1. ſeq. Cum Chriſtus recepiſſet publicanos, & infames peccatores Phariſæi propterea offenduntur, tanquam indignum hoc eſſet ipſius perſona & officio Meſſiæ, quod jactaret. Sed Chriſtus triplici parabola

de

de ove, moneta, filio prodigo amiſſis, & quæſitis, & cum gaudio receptis ipſos refutat. Matth. XVI. 22. *Sacerdotale*, dum non eum nolebant. Matth. XVI. 22. *Regium*, quod ſibi politicum imaginabantur, de quo ſupra multa. vide art. II. ſect. 4. §. 11.

(2) Cultus.

§. 6. (2) *Cultus*. Tale erat diſcipulorum Johannis, qui jejuniis more Phariſaico operam dabant. Matth. IX. 15. cogitari poſſet, annon diſcipuli quoque Chriſti fuerint hac labe aſperſi; Quando Matth. XV. 12. Magiſtro ſuo objectant ſcandalum, quod Phariſæi accepiſſent ex ejus de jejuniis ſermone cum ipſis habito?

(3) Morum.

§. 7. (3) *Morum*. Annotavimus ſuperius Apoſtolorum mores nonnullos, impingentes in tabulam decalogi cum priorem, tum poſteriorem, ignorantia, incredulitate, timore, timiditate, ſecuritate, ambitione erga proximum, æmulatione, invidia, vindicta privata. vide Artic. II. ſect. 4. §. 13. Confer ſingulorum diſcipulorum nævos & ſcandala. §. 18. ſeqq. & Johannitarum nævos. §. 2. Addi poſſunt aliæ diſcipulorum, ut molliſſimé dicam, infirmitates. Tales erant, quod noluerint credere, Hieroſolymam, validiſſime ſcil. munitam, everſum iri. Matth. XXIV. 1. Matth. XIII. 1. ſeqq. mœruerint abitum. Joh. XVI. 6. dubitarint de reſurrectione ſui Magiſtri etiam multis argumentis propoſitis. Mulieres parabant aromata, quibus condirent defuncti corpus, ſupponentes, in morte ipſum manſurum, & corruptioni obnoxium eſſe; Hoc enim fine corpora condiuntur, nempe contra fœtorem & corruptionem. Luc. XXIII. 56. XXIV. 1. Marc. XVI. 1. Nec meliores diſcipuli. Luc. XXIV. 9. 11. mulieres nunciant reſurrectionem, ſed nolunt credere illis, ut ne pedem ejus gratia de loco moverent, Petro & Johanne exceptis, quorum ipſe etiam Petrus, viſo loco vacuo potius miratus eſt, quam credidit. Luc. XXIV. 12. Nec Maria Magdalena, quæ primum & ipſa reſurrectionem cogitabat, viſo vacuo corporis ſepulti loco; Joh. XX. 2. 11. rogat que perſonatum Jeſum, quorſum locorum corpus tranſtulit? ℣. 15. Neque diſcipuli, poſtquam iſta Chriſtum videre, volebant fidem adhibere. ℣. 12. Joh. XX. 2. ſeq. Lugebant & flebant, tanquam comploratum eſſet de eo. Joh. XX. 11.

Marc.

Digitized by Google

Marc. XVI. 10. Redeuntibus Emaunticis reliqui diſcipuli Jeſum reſurrexiſſe, ipſisque apparuiſſe credere nolebant. Marc. XVI. 13. Luc. XXIV. 34. Ne Chriſto quidem in medio ipſorum conſiſtenti volebant credere, ut merito ipſorum incredulitatem & cordis duritiem reprehenderet, Marc. XVI. 14. Luc. XXIV. 37. ſeqq. Imo adhuc in monte jamjam aſcenſuro non credebant. Matth. XXVIII. 17. Confer. dicta Art. VI. ſect. 6. §. 19. p. 568. ſeqq. Alii aliæque fidelium. Joh. XI. 21. 32. Maria & Martha videntur dubitaſſe de Chriſti omnipotentia, dicentes, Domine, ſi hic fuiſſes, frater noſter mortuus non fuiſſet. Quaſi vero abſens idem non potuerit mortem prohibere. Eadem Martha fœtere fratrem dicebat. v. 39. innuens, non credere ſe, quod ſuſcitari poſſit; Et curioſior erat in re domeſtica, quam ſacra, adornanda. Luc. X. 40. An B. Maria virgo quoque laborarit incredulitate, quæ veluti pugio per animam ipſius transiverit in crucifixione Filii? ait Origenes (apud Sixt. Senenſ. lib. VI. Bibl. an 138.) homil in Luc. XVII. *Pertranſibit infidelitatis gladius, & ambiguitatis mucrone ferieris, & cogitationes tuæ te in diverſa lacerabunt, cum videris illum, quem Filium Dei audieras, crucifigi, & mori, & ad poſtremum lacrymabiliter conquerentem ac dicentem: Deus meus, Deus: Ut quid me dereliquiſti!* (ita explicat verba prophetiæ Luc. II. 35.) Nec procul recedit Chryſoſt. enar. in Pſ. XIII. *Ipſius*, inquiens, *Mariæ matris animum gladius dubitationis pertranſiit.* Nec Auguſt. quæſt. V. & N. T. 73. *Hoc utiq.*, ajens, *ſignificavit, quia etiam Maria, per quam geſtum eſt myſterium incarnationis ſalvatoris, in morte Domini dubitaret, ita tamen, ut in reſurrectione firmaretur. Quis enim non ambigeret, videns eum, qui ſe Filium Dei dicebat, ita humiliatum, ut uſq. ad mortem deſcenderet.* Nec Theophylactus in comm. ad Luc. II. 35. *Fortaſſis autem*, dicens, *& ſcandalum dicit gladium, quo Maria offenſa fuit.* Conatur quidem Thomas Aquinas 3. q. 27. art. 4. Auguſtinum, & ita reliquos, explicare & excuſare; Sed non ſatisfacit vel ipſi Senenſi: *Hæc*, dicenti, *an ſuperioribus Origenis ac Theophylacti dictis accommodari queant, alii viderint.* p. 618. Conatur & ipſe excuſare Chryſoſtomum lib. V. annot. 104. tanquam verba ipſius referenda ſint *non ad illius ſive dubitationes, ſive incredulitatis genus, quod ſub infidelitatis crimine collocatur, ſed ad quandam heſitationem ex veh. menti*

 admi-

admiratione ac ſtupore naſcentem, quoties præter naturalem & ordinem, inſolita eventuum ſpecies nobis primum occurrunt, tum et in loco Mariam deſcribit ad ſermones angeli ſumma admiratione obſtupefactam. p. 457. Hæc quidem locum habuerint de admiratione Mariæ cum angelo loquentis Luc. I. 34. ſed non in verbis Chryſoſtomi, locum Luc. II. 35. explicantis. Hæc enim integra verba ſunt: *Quando Chriſtus fuit crucifixus, non fuit qui faceret bonum, diſcipuli omnes fugerunt, Joannes nudus recedit, Petrus negat, ipſam Mariæ matris animam gladius dubitationis pertranſiit.* Annumerat Mariam diſcipulis peccantibus. Ergo, ipſam quoque peccaſſe putat. Noſtra ſententia, verba Simeonis non cogunt eum ſenſum, quem Origenes & ſequaces putarunt; quid enim prohibet intelligere de gladio doloris & ſympathias erga filium patientem & morientem? Non decet ſanctis hominibus ſine cogente neceſſitate peccata imputare. Quare aſſentiri nollem eidem Chryſoſtomo homil. XX. in Johannem, Theophylacto, & Euthymio comm. ad Joh. II. 3. Cum Maria Filio ſuo diceret: vinum non habent: putantibus, eam de omnipotentia Filii ſui dubitaſſe; Ex reſponſo enim Chriſti: hora mea nondum venit, videtur potius peccaſſe intempeſtiva ſolicitudine & interpellatione, & πολυπραγμοσύνη; quo nævo etiam Petrus laboravit, volens manus quoque caputque ſibi lavari. Joh. XIII. 9.

Contra tabulam I.

§. 8. Rectius ergo quadrant: exemplum *Zachariæ* ſacerdotis, qui credere noluit, quod Angelus dixerat de Filio ex Eliſabetha vetula ſuſcipiendo; Nam propterea mutus eſt factus, donec Filius naſceretur. Luc. I. 18. ſeqq. *Cognatorum Chriſti*, qui eum propterea detinere volebant, quod crederent, imparem eum eſſe, qui tantis hoſtibus reſiſteret, vel ſubduceret ſeſe. Matth. XII. 46. Marc. III. 21. ſeqq. Ex *proceribus Judæorum* multi in Jeſum credebant, ſed metu prohibente non audebant id palam profiteri, plus æſtimantes gloriam apud homines, quam Deum. Joh. XII. 42. Miniſtri eorum agnoverant quidem divinam in Chriſto virtutem; Joh. VII. 45. attamen ea fidei ſemina ſuffocari ſunt paſſi ſcandalo captivitatis ipſius, exagitationis c. Matth. XXVI. 67. 68. Luc. XXII. 63. ſeqq. *Leproſus* à Chriſto curatus divulgat miraculum, contra interdictum

Chriſti

Chriſti. Marc. I. 45. Luc. V. 15. Alii, nempe novem illi, prorſus ingrati ſunt, ne reverſi quidem ad Jeſum, à quo curati fuerant, ſed manentès apud Sacerdotes, forſan apoſtatæ facti. Luc. XVII. 17. 18. Quo vitio inſigniter laboravit alumnus hactenus Chriſti paſſivus Judas proditor. Pſ. XLI. 10. Joh. XIII. 18. *Cognati Chriſti*, ipſo docente, foris ſtant, nec concioni interſunt, imo turbare concionantem audent. Matth. XII. 46. Marc. III. 31. Luc. VIII. 19. ſeqq.

§. 9. In ſecundam tabulam decalogi impingebant (1) *Cæcus amor parentum erga liberos*, qualis erat matris filiorum Zebedæi. Ut enim hos maximos faceret poſt Chriſtum, interceſſit pro ipſis, petens, quod dare Chriſti non erat, nec regno ipſius congruebat, imo, quod ſcandalum reliquis diſcipulis præbebat. Matth. XX. 20. ſeqq. Marc. X. 35. ſeqq. Perfidia diſcipuli proditoris in Chriſtum Magiſtrum. Matth. XXVI. 47. Marc. XIV. 43. Deteſtatur flagitium Auguſt. ſerm. 117. de Temp. Eccleſia quoque Chriſtiana tempore paſſionis Dominicæ abſtinuit à mutuis oſculis, deteſtans oſculum Judæ proditorium. vide Amalar. de Eccleſ. offic. lib. 1. c. 13. Rupert. Tuit. lib. VII. de div. offic. c. 12. Nec ſatis mirari poſſumus, quid furoris in mentem venerit nonnullis hæreticorum monſtris, quod proditorem iſtum tanquam ſanctum, & promotorem noſtræ ſalutis coluerint. contra quos vide Iren. lib. I. c. ult. Tertul. de præſc. c. 47. Epiph. hæreſ. 38.

Contra tabulam II. & ejus præceptum I.

§. 10. (2) *Odia, invidia, diſcordia, æmulationes, vindicta privata.* Notavimus hæc vitia in Johannitis. ſupra art. II. ſect. 4. §. 2. & Apoſtolis. §. 12. In cognatis Chriſti, quos inter etiam mater. Similia nonnulli notant ad Marc. III. 21. Immane ſcandalum erat *ἀυτοχειρία* Judæ proditoris. Nam ſine dubio longe latèque vulgatum eſt, ſaltem emptione agri ſepulchralis. Matth. XXVII. 3. 4. 5. (II)

§. 11. (3) *Inordinatus amor opum.* Diſcipuli Chriſti reliquerant quidem omnia ſua propter Chriſtum, ſed ſpe majorum opum. Unde Petrus Chriſtum interrogat: quid tandem pro relictis recepturi eſſent? digitum forte intendens in regnum Chriſti mundanum, quod ſibi pollicebatur. Matth. XIX. 27. (III)

Eodem vitio videntur laboraſſe. Matth. XXVI. 8. dum indignantur mulieri quæ nardi liquorem pretioſiſſimum largius in Chriſtum effuderat; Hinc enim prætulerunt pecuniam inde redimendam. Imprimis autem culpanda eſt avaritia Judæ Iſchkarioht, qui pecuniæ comparandæ gratia non dubitavit vel Dominum ſuum prodere inimicis. Joh. XII. 4. 5. Matth. XXVI. 14. ſeq. Marc. XIV. 10.

(V) §. 12. (4) *Perfidia, mendacia, falſa teſtimonia, hypocriſis &c.* Judas Iſchkarioht oblato & fixo oſculo cum ſalutatione honorifica prodidit ſuum meritiſſimum magiſtrum, ſpecie amicitiæ tegens animum infeſtum. Matth. XXVI. 48. ſeq. Marc. XIV. 44. Petrus & reliqui diſcipuli conſtantiam Magiſtro ſuo magnificè promittebant, quam tamen ipſo capto & damnato nihil minus, quam ſervabant, minime omnium Petrus, qui etiam tertia vice abnegavit. Matth. XXVI. 56. collato cum v. 35. Confer dicta art. VI. ſect. 5. n. 25. p. 489. ſeqq. & n. 24. p. 488.

Remedia (1) Doctrinæ vera.

§. 13. *Remedia* contra ſcandala, & quidem 1. *doctrinæ*, ſunt vel perſonalia, vel realia. *Perſonalia*, nempe Doctores fideles & orthodoxi. Poſtquam Phariſæi decalogum Pſeudhermeneiis ſuis corrupiſſent, Chriſtus habita concione à Pſeudhermeneiis ipſum repurgavit. Matth. V. 21. ſeqq. Prodromus ipſius Johannes Baptiſta in hoc quoque viam ipſi ſtravit, convertens multos Iſraëlitarum ad Deum, Dominum ſuum. Luc. I. 16. & patres ſuos priſcos. v. 17. Chriſtus juſſit ſuos auditores & diſcipulos ſibi cavere à falſis Prophetis. Matth. VII. 15. à fermento Phariſæorum, Sadducæorum, Herodianorum. Matth. XVI. 6. à ſeductoribus. Matth. XXIV. 4. Marc. XIII. 5. Idem diſcipulos Johannis ad ſeſe miſſos rectius informavit. Matth. XI. 2. ſeqq. quale quid ſæpius diſcipulis quoque ſuis præſtitit. Petrum etiam Sathanam appellavit, cum de paſſione Meſſiæ vix minus rectè ſentiret. Matth. XVI. 23. *Realia* vero remedia ſunt, *verbum Dei* in ſcripturis contentum, & hujus diligens *ſcrutinium*, & prudens *cautela*, & *fuga* Pſeudo-doctorum & doctrinarum. Cum enim diſcipuli Johannis putarent, ſuum Magiſtrum eſſe Meſſiam, Jeſum non eſſe; allegavit Chriſtus vaticinium Eſaianum, in quo Meſſiæ opera ea tribuuntur, quæ

ipſe

ipſe hactenus præſtitiſſet, unde colligere erat, quod Meſſias eſſet. Matth. XI. 5. Ne gentiles Catechumeni offenderentur in Jeſu Nazareno, tanquam ex contemptu Judæorum verus Meſſias non eſſet, allegavit prædictionem iſtius ſcandali ex Jeſ. LII. 1. Joh. XII. 38. 39. *Cautela* & fuga Pſeudo-prophetarum præſentiſſimum quoque remedium eſt; & fieri poteſt ex fructibus, ex quibus cognoſci illi ſeductores poſſunt. Matth. VII. 16. ſeqq.

§. 14. *Violenta* remedia ſunt illicita. Matth. XIII. 25. ſeqq. cum ſervi vellent zizania hæreſeων & hæreticorum vi evellere, Paterfamilias id prohibuit. *Quapropter zizania vel paleam catholica ſegete nobiſcum copioſiſſime accuſent, ſed nobiſcum ferre patientiſſime non recuſent. Noluit enim dominus ante tempus eradicare zizania, & à frumentorum permixtione ſeparare, ſinite, inquit, utraq; creſcere uſq; ad meſſem.* ita Auguſt. lib. 1. adverſ. Parmen. p. m. 25. Subſcribens Chryſoſtomo homil. XLVII. in Matth. *non prohibet*, dicenti, *Chriſtus concilia hæreticorum diſſipari, ora obſtruere, libertatem loquendi concidere, ſed prohibet interficere & trucidare. Et vide quam mitis ſit; Non enim ſolum prohibet, ſed, cur prohibet, rationem exponit, dicens, parcendum eſſe zizaniis, quoniq; una cum frumento in agro ſunt: quia poſſunt in frumenti ſtatum commutari.* Regerit Sixtus Senenſis lib. VI. Bibl. annot. LX. Auguſtinum retractaſſe ſuam ſententiam epiſt. 48. ad Vincentium; Chryſoſtomum vero prohibere tum demum Hæreticorum cædem, *quando zizania ſine extirpatione tritici extirpari non poſſunt; id eſt, quando hæretici occidi & extingui nequeant, niſi etiam cum eis Catholici extirpentur: ſed cum metus iſte non ſubeſt, & crimen eorum notum eſt & execrabile, nec tales habent defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere: tunc adverſus eos ſeveritas exercenda eſt.* Sed Auguſtinus ſententiam ſuam non retractavit in dicta epiſtola: quippe in qua non docuit, hæreticos eſſe occidendos, ſed docuit, experientia cognitum eſſe, quod edictis Magiſtratus ad veram Eccleſiam poſſint traduci, nempe audientes verbum ſibi prædicatum. Loquitur quidem de periculo expendendo, ſed Eccleſiaſtico, non politico; *Nam & ipſe*, inquiens, *Dominus cum ſervis volentibus zizania colligere, dixit, ſinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem: præmiſit cauſam, dicens, ne forte, cum vultis colligere zizania, eradicetis ſimul & triticum. Ubi ſatis oſtendit, cum metus iſte non ſubeſt, ſed omnino de frumento-*

Falſa.

 mento-

mentorum certa ſtabilitate certa ſecuritas manet: id eſt, quando ita cujuſque crimen notum eſt omnibus, & omnibus execrabile apparet, ut vel nulla prorſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere, non dormiat ſeveritas diſciplinæ, in qua tanto ut efficacior emendatio pravitatis quanto diligentior confirmatio charitatis. lib. III. adv. Parm. p. m. 72. confer pag. 76. ab init. In Chryſoſtomi ſententia committitur paralogiſmus: Nam N. C. Hæretici non ſunt occidendi, quia ſubeſt magnum periculum. E. ſi nullum ſubeſt periculum, ſunt occidendi; Imo, quia ſemper ſubeſt periculum ne in flagranti peccato moriantur. E. nunquam ſunt occidendi. Cum diſcipuli Chriſti ignem de cœlo poſcerent, ut veluti Eliæ Samaritanos hæreticos percellerent, Chriſtus, cujus eſſent Spiritus Filii, admonens, tale quid fieri negavit. Luc. IX. 54.

(2) Cultus.

§. 15. 2. *Cultus.* Eſt abrogatio, facta autoritate eorum, qui præſunt Eccleſiis. Joh. II. 14. cum Chriſtus in templo deprehendiſſet ementes & vendentes, arrepto flagello, omnes ejecit. Eſt informatio ex verbo Dei petita; qualem dedit Chriſtus Samaritidi, hactenus addictæ cultui in monte Garizim erroneo. Joh. IV. 20. ſeqq. Hoc medio Johannis quoque diſcipulos abſtrahere allaboravit à ſuperſtitioſis ſuis jejuniis. Matth. IX. 15. ſeqq.

(3) Morum verbalia.

§. 16. 3. *Morum.* Eſt correptio, facta vel à Deo, vel ab hominibus. A *Deo* vel *verbo*, & quidem vel *immediatè*, ut Chriſtus ſcandaloſos corripuit, eo fine, ut in viam reduceret; Joh. XIII. 7. ſeqq. XXI. 22. Vel *mediatè* per miniſtros. Luc. X. 10. ſeqq. Ab *hominibus*, quibus gradus nonnullos præſcribit Chriſtus Matth. XVIII. 15. Dehortatus quidem fuerat à ſcandalo infirmis præbendo, hoc ipſo tamen correptionem fraternam & correctionem non ſuſtulit, ſed potius ſanxit; modum tamen ejuſdem inſtituendæ præſcripſit. Accidit interdum, ut aliquis quoad eandem fidem & Eccleſiam frater, gravius aliquod peccatum & periculoſum admittat adverſus nos privatos, vel etiam nobis conſciis, ex quo æterna damnatio emergere poſſet. In tali caſu decet, ceſſante offendente, offenſum quærere reconciliationem, quæ fit arguendo & convincendo offendentem de peccato commiſſo; quod ſi agnoſcat delictum & pœniteat, res bene

Digitized by Google

bene ſeſe habet; Nam tibi amicum, & Deo filium lucratus es: Sin non audierit, ne deſere, ſed adhibe aliquot teſtes, quorum præſentia, & auctoritate item tentetur quod ante: Si nec hoc proceſſerit, defer contumacem apud cœtum fidelium, eo fine, ut vel hujus auctoritate corrigatur, vel ſi nec hunc audire voluerit, excommunicetur ex cœtu fidelium, & uſu ſacrorum, niſi quantum ad ipſius converſionem fecerint. Non impune talis contumax feret excommunicationem, quandoquidem preces fidelium conjunctæ ſatis efficaces ſunt coram Deo adverſus talem; Nam & Chriſtus præſens eſt in nomine ſuo collectis.

§. 17. Hæc verbalia remedia ſunt. Dantur vero etiam *realia.* Deus mutum reddidit Zachariam, cum nollet credere ſuæ potentiæ. Luc. I. 20. Luc. XIX. 8. Zacchæus hactenus publicanus, & iniquus, renunciavit huic ſuæ vitioſæ vitæ, & contrariis virtutibus peccata admiſſa penſavit. Hoc remedium aliis quoque injuſtis, nempe Phariſæis, ſuppeditavit Chriſtus Luc. XI. 41. ſeqq. digitum, ut nonnulli volunt, intendens ad Dan. IV. 24. ubi in vulgata hæc leguntur verba: *Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum, forſan agnoſcet delictis tuis.* Locum vero Theophylactus in com. ad l. c. f. 398. ita explicat: *Εἶτα διδάσκει αὐτοὺς, πῶς καθαρίζεται τὸ ἔσω. διὰ τῆς ἐλεημοσύνης, φησίν. ὅρα δὲ πῶς ἀμφότερα τὰ δύο πάθη αὐτῶν θεραπεύει. τὸν φθόνον λέγω, καὶ τὴν ἁρπαγὴν, διὰ τοῦ ὑποβάλλειν τὴν ἐλεημοσύνην. ὁ γὰρ ἐλεῶν ἀληθῶς, οὐχ ἁρπάσει τὰ τοῦ ἐλεουμένου, οὐ φθονήσει τῷ ἐλεουμένῳ. ἐπεὶ τοίνυν δύο τούτων πάθη ὠνείδισεν δι᾽ ἑνὸς φαρμάκου ἀμφότερα θεραπεύει. τῆς ἐλεημοσύνης, ἥτις πρώτη θύρα ἐστὶ τῆς θεοτεύκτου ἀγάπης, ἀγάπης δὲ παρούσης ποῦ πλεονεξία καὶ φθόνος. Deinde docet eos, quomodo purgandum ſit quod internum, per eleemoſynam inquit. Vide autem quomodo duas illarum affectiones ſanet, invidiam dico, & rapinam, per hoc quod ſubjicit eleemoſynam. Nam qui verè miſeretur, neque illi invidebit. Et quia duos morbos eis exprobravit, uno remedio utrumq; ſanat, quæ prima eſt janua deificantis charitatis. Si enim affuerit dilectio, ubi manebit avaritia & invidia?* Idem juſſit ſuos quemque oculos eruere, & manus pedesque abſcindere, abſtinendo à ſpectandis, aut faciendis ſcandalis. Matth. V. 29. XVIII. 8. ſeqq. confer. Hieron ad l. c. Hilar. in Matth. f. 259. qui de remotione

Realia.

motione ſcandaloſorum intelligit: *Quia diverſa*, inquiens, *uni-
cem membra; corpus tamen omnes unum ſumus, abjicere à nobis, vel potius
eruere propinquitates chariſſimorum hominum admonemur, ſi in illis ali-
quid tale cernamus, ne in conſortium de familiaritate veniamus: velut
utilibus & maxime neceſſariis, tanquam oculi & pedes membris carnis,
quam uſque in ſocietatem gehennæ vitioſa propinquitatis teneamur affectu.*
Et Chryſoſt. in Caten. f. m. 73. Ἐκκοπὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐνταῦθα λέ-
γει, οὐ τὴν διὰ ξίφους, ἀλλὰ τὴν διὰ τῆς προαιρέσεως ἀρετῆς. Καὶ ἐπὶ τῶν
τοῦ ὀφθαλμῶν παντελῶς (ὀφθαλμῶν) ἐκκοπὴν, ἀλλὰ τῆς αὐτῶν πονηρίας.
Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσα παραπλήσια τούτοις, ἐκκόπτειν χρή.
Κἂν φίλους πονηροὺς ἔχῃς, καὶ πρὸς ἡδονὰς ἀθεμίτους παραφέροντας,
τὴν ἐκείνων φιλίαν. ἢ ἀγαθὸς ἀνέρχεσαι τοὺς παρά σου παραινέσεων, ἐκκό-
γὰρ οὕτως καὶ τοὺς φίλους πρὸς σωτηρίαν ἄξεις, καὶ σεαυτόν. εἰ δὲ ἐκεῖνοι ἐν
τιθέμενοι. κἂν σεαυτὸν σῶζε. *Effoſſionem oculi docis hoc loco, non ferri
acie & carnificinâ perpetrandam, ſed acri virtutis imperio adverſus ſen-
ſuum licentiam exercendam incruentè. Itaq; non oculi, ſed laſcivia quæ
in eo reſidet excifionem Chriſtus hic præcipit. Quæ lex eadem in uno exem-
plo ſimilibus cunctis dicitur, abſciſſionem noxiorum animæ in univerſum ju-
bens. Habes amicos, exempli cauſa, qui te ad illicitas voluptates pelliciunt,
abſcinde eos & amicitiam renuntia, niſi reducere illos ad meliorem fru-
gem admonitionibus tuis potes. Sic enim & eos ſalvos, & te ipſum feceris
quod optimum eſt. Cæterum ſi audire nolunt, tu certe tibi ipſi utiq; conſule.*

Ultimum.

§. 18. Ultimum remedium erit dies extremus & judi-
cium ultimum, quod *meſſi* comparat Chriſtus Matth. XIII. 30.
41. qua Angeli exibunt; & ſcandala removebunt è regno Chri-
ſti, conjicientque in ignem infernalem. Λέγει πάλιν ἀγγέλους, ὅτε
ἐν τῇ συντελείᾳ τότε συνάξουσι τὰ ζιζάνια, ἤτοι τοὺς αἱρετικούς. ἀλλὰ πῶς;
εἰς δεσμὰς, τουτέστι, δήσαντες αὐτῶν χεῖρας καὶ πόδας, οὐκ ἔτι γὰρ δύνα-
ταί τις ἐργάσασθαι τότε. ἀλλὰ πᾶσα πρακτικὴ δύναμις δεσμεῖται. *Dici-
tur igitur de angelis, quod in conſummatione tunc congregabunt zizania,
hoc eſt, hæreticos. Sed quomodo? in faſciculos, hoc eſt, ligatis eorum
manibus & pedibus, non enim tunc ultra quis operari poterit, ſed
omnis operandi vis ligabitur.* ita Theophylact.
comm. in l. c. Matth:
f. 75.

Art. X. Sect. VIII.

De

PERSECUTIONIBUS ET CALAMITATIBUS ALIIS.

Argumentum:

Perſecutionum connexio & exiſtentia 1. Nomina & deſcriptiones. 2. Cauſſa principalis. 3. Minus principalis. 4. Objectum vel generale, vel ſpeciale. 5. 6. Cauſſa movens. 7. Forma & modus, ut ſunt; affectus cordis: verba oris. 8 Facta operis. 9. Finis. 10. Remedia perſonalia ex Deo & hominibus. 11. Realia ſunt columbina ſinceritas, ſerpentina prudentia, patientia, Apologiæ, fides, preces &c. 12. Calamitates aliæ. 13.

§. I.

PErſecutiones quoque materia ſunt, circa quam ſcandala committuntur. Joh. XVI. 1. Chriſtus eo fine diſcipulis ſuis calamitates prædixit, ne, venientibus illis ex inopinato, ſcandalum acciperent. Prædixit autem ſæpius, & ſymbolis quibuſdam adumbravit. Matth. V. 4. ſeqq. beatos, ut ſunt fideles, ait, eos eſſe, qui lugent, & ✝. 10. ob juſtitiam perſecutiones & odia ſuſtinent. Matth. X. 16. dicit, eam eſſe inter homines ipſorum conditionem, quæ eſt ovium inter lupos; accuſatum ipſos, proditum, traditum, flagellatum, occiſum iri. Luc. XIV. 26. Joh. XII. 24. 25. prolixe docet, quæ conditio futura ſit diſcipulorum ſuorum verè fidelium, nempe duram, ut cogantur etiam dilectiſſimis hujus vitæ renunciare ✝. 33. quæ ſunt parentes, uxor, liberi, fratres, ſorores, propria vita; ſuſcipere in ſeſe

Scandaloſarum perſecutionum connexio & exiſtentia.

crucem variarum calamitatum, cui ferendæ an pares ſint, explorare debeant, ſicut ſtructor ædium prius computat ſumptus, antequam manum operi admoveat; vel Rex prius deliberat, qua ratione occurrat hoſti, cum magna hominum vi imminenti: Comparat igitur piorum vitam cum militia, in qua potentes habemus hoſtes, cum quibus non licet paciſci; ſed [illegible] gerendum eſt bellum, nec ceſſandum, ſi vel parentes noſtros, vel uxorem, liberos, fratres, ſorores, vitam ipſam, & cætera omnia mundana amittamus. Idem omnes ſuos diſcipulos invitat ad ſui ſequelam, quæ ducebat ad paſſionem & mortem. Luc. XIV. 27. Confer Matth. XXIV. 9. Marc. XIII. 9. Luc. XXI. 12. Symbolum hujus conditionis erat tempeſtas marina, qua diſcipuli Chriſti periclitabantur. Matth. VIII. 24. ſeqq. *Eccleſia enim inſtar eſt navis, & plurimis locis ita nuncupata eſt: quæ diverſiſſimi generis & gentis vectore ſuſcepto, ſubjecta eſt omnibus ventorum flatibus & maris motibus. Atq; ita illa & ſeculi & immundorum ſpirituum vexatur incurſibus. Propoſitis etiam periculorum omnium motibus, Chriſti navem, id eſt, Eccleſiam introimus: ſcientes nos mari ventoque jactandos.* Hilar. in Matth. p. 268. Inter ſymbola perſecutionis refertur etiam captivitas Aſſyriaca, qua decem tribus; & Babylonica, qua reliquæ duæ, nempe Benjamitica & Judæa abductæ fuerunt. Digitum intendunt Jerem. XXXI. 15. & Matthæus c. II. 17. iſte, dum refert ploratum Rachelis, id eſt, tribus Benjamin, Ephraim, & Manaſſes; hujus, & iſtius in Aſſyriam; illius in Babyloniam abductarum, vel abducendæ; Matthæus vero intelligit de laniena puerorum Bethlehemiticorum, iſtam miſeriam præfiguratam.

Nomina.

§. 2. *Nomina & deſcriptiones.* Mentio fit odiorum, perſecutionum, contumeliarum Matth. V. 10. ſeqq. X. 22. calicis, quem calamitatibus ſcil. plenum, hauſturi erant diſcipuli Chriſti. Matth. XX. 23. Marc. X. 39. Baptiſmi, nempe ſanguinis, uti vocant, quando aquæ inſtar & fluminis in nos effunduntur tribulationes, l.c. De hoc baptiſmo ita Gregorius Nazianzenus, *ἀλλὰ δὲ καὶ τέταρτον βάπτισμα, τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος, ὃ καὶ αὐτὸς Χριστὸς ἐβαπτίσατο, καὶ πολλῷ τῶν ἄλλων (nam tria genera [illegible]erat in præcedentibus) αἰδεσιμώτερον, ὅσῳ δευτέροις ῥύποις οὐ μολύνεται.*

l. c.

i. e. novi vero & quartum baptiſma, nempe per martyrium & ſanguinem, quo & ipſe Chriſtus baptizatus eſt, & eum reliquis multo venerabiliorem, quatenus ſecundo maculis non fœdatur. Conferuntur perſecutiones etiam *gladio* Matth. X. 34. *Cruci*, quam quis humeris portat. Matth. X. 38.

§. 3. *Principium* hujus miſeriæ eſt *diabolus*, homicida ab ini- Principium.
tio. Joh. VIII. 44. Hujus genimina ſunt hoſtes, Chriſto infeſti, ut erant Phariſæi, quos Chriſtus propterea genimina viperarum appellat Matth. XII. 34. & cædes innocentum eſt ipſius opus. Joh. VIII. 58. ſeqq. Is erat, qui Judæ Iſchkarioht ſuggeſſerat, Jeſum prodere, ut necaretur: *Obſervans diabolus ex quibusdam motibus & operationum ſignis, ad quæ potiſſimum Judæ cor eſſet vitiis proclivium, deprehendit, eum patere inſidiis avaritiæ. Et reperta cupiditatis janua, miſit in mentem ejus, quomodo deſideratam pecuniam acciperet: & per occaſionem lucri, proditor magiſtri & ſalvatoris ſui exiſteret, argentum proprietate commutans, & ſuſcipiens precium ſceleris à Phariſæis atq; Judæis. Has ergo cogitationis occaſio locum tribuit Satanæ: ut in cor ejus introiens, impleret eum peſſima voluntate. Introivit ergo, non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum operationem: quia introire in aliquem, increatæ naturæ eſt ejus, quæ participetur à pluribus. Imparticipabilis ergo diabolus eſt, non creator, ſed creatura ſubſiſtens.* ita Didymus de Spir. Sanct. lib. III. f. 203. a. t. IX. opp. Hieron.

§. 4. *Miniſterialis* & *minus principalis* eſt *mundus*, oppoſitus Miniſterium
ſelectis ex mundo fidelibus, quos odio habet. Joh. XV. 18. Talis mundus ſunt homines; Matth. V. 11. & quidem *omnes*, quotquot vera fide præditi non ſunt, cujuscunque denique ſint conditionis. Matth. X. 22. Quidam ſunt *in eminente dignitate conſtituti*, ut Herodes, qui infantes Bethlehemiticos curavit occidendos: Erat enim Rex: Quique Chriſtum, recens natum Regem Judæorum, perſecutus eſt. Matth. II. 13. 16. Filius quoque ipſius, qui Johannem Baptiſtam decollari juſſit, & ipſi Chriſto illuſit. Matth. XIV. 9. Luc. XXIII. 11. Pontius Pilatus, qui in gratiam Judæorum, & Cæſaris Jeſum morti addixit. Matth. XXVII. 26. Act. IV. 27. Proceres Judæorum utriusque cum politici, tum Eccleſiaſtici ordinis. Hi promoverunt necem Johannis Baptiſtæ. Matth. XVII. 12. 13. Præſertim autem

 Jeſu

Jeſu Chriſti, vide dicta artic. VI. ſect. 5. §. 43. p. 517. ſeqq. Erant quidem Herodes, Pontius Pilatus, Judæorum proceres inter ſeſe diviſi; ſed in perſequendo Chriſto concordes. Matth. IX. 15. X. 17. Luc. XXI. 12. ſeqq. Peſſimi omnium erant Eccleſiaſtici, Phariſæi, & Scribæ, & Sacerdotes reliqui, filii Prophetícidarum veterum, eodem nimirum animo erga Chriſtum, quo iſti erga Prophetas, nempe infeſto. Matth. XXIII. 29. 32. Lupis eos comparat Chriſtus Matth. X. 16. *Lupos Scribas & Phariſæos vocat: qui ſunt Clerici Judæorum.* Habebant ſuos *miniſtros*, quibus utebantur in perſequendis piis; Tales erant Emiſſarii Synedrii Hieroſolymitani, miſſi, ut Jeſum comprehenderent. Joh. VIII. 44. Matth. XXVI. 47. Marc. XIV. 43. Nec mirandum hoc, ſi hoſtium miniſtri piis infeſti ſunt; iſtud vero mirandum & dolendum, quod *Cognati* quoque, & domeſtici ſint inter inſtrumenta perſecutionis & furoris. Matth. XXIV. 9. Marc. XIII. 12. Luc. XXI. 16. Ita diſcipuli Johannis Chriſto erant moleſti. Matth. IX. 15. Marc. II. 16. Luc. V. 33. ſeqq. Cognati ſui etiam Chriſto, & conterranei. Luc. IV. 29.

Objectum.

§. 5. *Objectum.* Sunt fideles & pii; qui propter juſtitiam perſecutiones ſuſtinent. Matth. V. 10. qui opera mundi, eo quod mala ſint, licet honeſtiſſima videantur, damnant, propter incredulitatem iſtius. Joh. VII. 6. ſeqq. XV. 19. ſeqq. *Specialius* loquendo, objectum perſecutionis primarium

Specialiſſima ut Chriſtus.

erat *Chriſtus Jeſus*, ſemen ſcil. mulieris, cujus calcaneo aculeum infigebat ſerpens antiquus; ſignum, cui contradicebatur, lapis angularis, quem ædificantes reprobabant; Dominus & Paterfamilias; quem Beelzebub appellarunt. Matth. X. 25. Id quod ex profeſſo demonſtravimus ſupra in articulo de Chriſto, ubi actum eſt de ipſius paſſione & morte. Iſtum antiqua Eccleſia merito vocavit *μέγαν τὸν μάρτυρα, magnum martyrem*; qui ſcil. bonum teſtimonium teſtatus eſt ſub Pontio Pilato. 1. Tim. VI. 13. Chriſti cauſſa fideles alii odio fuerunt. *Johannes Baptiſta*

Johannes Baptiſta.

primis fuit. Hunc enim, Chriſti prodromum, & veritatis profeſſorem Herodes, Herodias cum filia, & Phariſæi, ipſius doctrina & cultu offenſi, tandem neci tradiderunt. An *Pater ipſius Zacharias ſublatus ſit?* Quæritur: & ſunt, qui aſſir-

Digitized by Google

affirmant, ex Matth. XXIII. 35. nominatim Origenes; verba ipſius hæc ſunt: *Zachariam dicis Patrem Joannis: de quo per ſcripturas quidem canonicas oſtendere non poſſumus, nec quoniam filius fuit Barachiæ, nec quia Scribæ & Phariſæi interfecerunt eum inter templum & altare. Sed venit ad nos quædam traditio talis, quaſi ſit aliquis locus in templo, ubi virginibus quidem conſiſtere licet, & orare Deum: expertæ thorum virilem non permittebantur in eo conſiſtere. Maria autem, poſtquam genuit Salvatorem, ingrediens adorare, ſtetit in eo virginum loco: prohibentibus autem eis, qui noverant jam filium genuiſſe, Zacharias ſtetit, atq; dixit prohibentibus eam, quoniam digna eſt virginum loco, cum ſit adhuc virgo. Ergo quaſi manifeſtiſſime Zachariam adverſus legem agentem & in loco virginum permittentem ſtare mulierem, occiderunt inter templum & altare viri generationis illius.* Hæc ille tr. 25. in Matth. In eadem ſententia fuit Petrus Alex. Epiſcopus & Martyr. in regg. Eccleſiaſt. apud Balſamonem can. 13. Baron. an. 1. §. 53. ſeqq. Montacutius in *harm.* part. 1. p. 259. n. 162. ex ſcholiaſtis msc. citat traditionem cauſſæ, cur ille interfectus fuerit; *Plures, Baptiſtæ patrem extitiſſe arbitrantur. Scribunt enim ſe non ſcripta patrum traditione accepiſſe, fuiſſe quendam locum in templo Hieroſolymitano virginibus aſſignatum; in quo ſtantem aliquando Deiparam poſt partum, iſte non ſemovit; aſſeverans, quod virgo foret, propter quam aſſertionem inter templum & altare interficiebatur:* Et ὁμοψήφους Origeni Baſilium, Nyſſenum, Cyrillum, Theophylactum, alios. Sed placet nobis judicium Hieron. ad l. c. *Quia de ſcripturis non habet autoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Noſtra ſententia, Zacharias, ille Barachiæ filius, eſt ille Zacharias 2. Par. XXIV. 21. qui Joaſi regis juſſu lapidatus eſt in atrio templi. Rectius huc referuntur *infantes Bethlehemitici*, Regis Judæorum gratia interfecti. Matth. II. 16. hiſtoria Tragica deſcribitur, & (collatis antiquitatibus quoque Eccleſiaſticis) talis eſt: Accepto, quod novus Rex Judæorum, hactenus deſideratiſſimus, natus eſſet, neque tamen Magi reverſi, ut promiſerant, eſſent, Herodes omnes Bethlehemiticos pueros, quique de domo Davidis erant, & in his ſuum quoque ex Salome ſuſceptum filium, juſſit congregari Bethlehemum; (Solebant autem & olim Iſaiani convenire quotannis Bethlehemi ad celebrandum peculiare feſtum, 1. Sam. XX. 6. & XVI. 5.) Congregatis immiſit ſuum ſatellitium, quod ad unum omnes occideret,

ut & factum. Et ne in judicium propterea vocari poſſet, Philo refert, eundem etiam Synedrium ſuſtuliſſe; Nec abſtinuiſſe ajunt etiam à Phariſæis quibusdam, Pherone fratris ſorore, & Bagoa Eunucho, quod ſermones de Meſſia ſeruiſſent. vide Joſeph. lib. XVII. Antiqq. Jud. c. 3. Sed revertimur ad infantes. De quibus illuſtre judicium eſt Irenæi lib. III. c. 18. *Propter hoc* (ita loquitur) *& pueros eripiebat, qui erant in Davidis domo, bene fortiti illo tempore naſci, ut eos præmitteret in ſuum regnum: Ipſe infans cum eſſet, infantes hominum martyres parans propter Chriſtum, qui in Bethlem Judæ natus eſt, in civitate David interfectos, ſecundum ſcripturas.* Et Cypriani epiſt. LVI. *Nonne qui juſti occiduntur propter juſtitiam mori nos quoque docuerunt? Chriſti nativitas à martyriis infantum ſtatim cœpit, ut ob nomen ejus à bimatu & infra, qui fuerant, necarentur. Ætas nec dum habilis ad pugnam, idonea tamen extitit ad coronam, ut appareret innocentes eſſe, qui propter Chriſtum necarentur: Infantia innocens ob nomen ejus occiſa eſt.* Et Tertulliani adverſ. Valentin. *Infantes teſtimonium Chriſti ſuo ſanguine litaverunt.* Quot infantum fuerunt? Ego, tacente ſcriptura, & probata antiquitate, non definiverim. Græcorum quidem Calendarium, à Caſtrio laudatum, numerat infantum iſtorum 14000. idque idem ait haberi in miſſa Æthiopum; Sed χαιρέτω; τετιμήμενα γῆ; merito dicimus cum Montacutio: quem de tempore cædis factæ differentem lege p. 142. part. 2. *harm.* n. 151.

Infantes Bethlehemitici.

Specialius in V.T. & N.T.

§. 6. Præter hos fuerunt olim *Prophetæ* & *Juſti* perſecutione exagitati; *Sapientes* quoque, divinitus miſſi, à Judæis vexati; nominatim *Habel*, & *Zacharias*, Barachiæ filius inter Martyres, in ſcripturis V. T. memoratos, ultimus; exprobrante ipſis Chriſto Matth. XXIII. 29. 34. 35. 37. Neque melior conditio *Apoſtolorum* & diſcipulorum Chriſti futura erat. Matth. V. 10. ſeqq. X. 16. ſeqq. XXIV. 9. Marc. XIII. 9. Luc. XXI. 12. ſeqq. Cæcus à Chriſto reſtitutus, & parentes, dum nolunt factum Chriſti calumniari, excommunicabantur. Joh. IX. 22. 34. 35. Lazarum trucidare meditabantur, quod à Chriſto ſuſcitatus eſſet Marc. XI. 18.

Cauſſæ.

§. 7. Ex dictis apparet, quod *cauſſa*, cujus gratia Martyres fiunt, debeat eſſe bona in genere ſive doctrinæ, ſive morum. Matth. V. 10. *Juſtitia* aſſignatur cauſſa calamitatum, diſcipulis Chriſti

Chriſti iminentium. X. 22. XXIV. 9. Marc. XIII. 9. Luc. XXI. 12. Chriſtus dicit, diſcipulos ſuos odio fore propter *ſe*, & ſuum *nomen*, nempe doctrinam, quam recepiſſent ab ipſo, & tradituri eſſent aliis. Expertus eſt ipſe Chriſtus hominum odia & furorem, quod veritatem dixiſſet. Nam Phariſæi, à Chriſto ad ſilentium adacti, conſilium inierunt cum Herodianis politicis, ſcil. eo fine, ut brachio ſeculari contra Jeſum valerent. Matth. XII. 14. Marc. III. 6. Luc. VI. 11. ſeqq. Zachariam nonnulli ajunt ideo interfectum, quod Jeſum dixiſſet cornu ſalutis, in domo Davidis erectum. Sed quia *hæc* ſaltem incerta ſunt, certa ſectemur. Joh. VIII. 57. cum æqualem ſeſe Deo Patri dixiſſet, lapides Judæi tollebant, ipſum iis veluti blaſphemum obruituri. cap. X. 31. ſeqq. Cum templum repurgaſſet, & latrones iſtos profanatores appellaſſet, iterum cogitarunt de eo tollendo. Matth. XXI. 12. Luc. XIX. 45. Marc. XI. 18. recitata parabola de perfidis vinitoribus reaſſumunt illi conſilia cædis. Sicut igitur Chriſtus verus Martyr fuit, quia propter veritatem & juſtitiam patiebatur; ita illi demum ſunt veri Martyres, qui ejuſdem cauſſæ ergo patiuntur. Hieron. ad Matth. V. 10. annotat; *Signanter dicit: propter juſtitiam. Multi enim perſecutionem propter ſua peccata patiuntur, & non ſunt juſti. Simulq́; conſidera; quod octava vera circumciſionis beatitudine martyrio terminatur.* Ex quo fundamento Auguſtinus lib. 1. adverſ. Parmen. c. 7. diſputat, Donatiſtas non eſſe Martyras veros, utpote qui paſſi non eſſent propter veritatem, & ex innocentia, ſed maleficia ſua, edictis & pœnis civilibus obnoxia: *Non ergo ex paſſione certa eſt juſtitia, ſed ex juſtitia paſſio glorioſa eſt: Ideoq́; Dominus, ne quiſquam in hac re nebulas offunderet imperitis, & in ſuorum damnatione meritorum laudem quæreret martyrium, non generaliter ait: Beati, qui perſecutionem patiuntur: ſed addit magnam differentiam, qua vera à ſacrilegio pietas ſecernatur: Ait enim: Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam: Nullo modo autem propter juſtitiam, qui Chriſti Eccleſiam diviſerunt, & cum ea quaſi ſimulata juſtitia conantur ante tempus à palea ſeparari, ac frumenta ejus falſis criminationibus inſectantur, dum ipſi ab ea potius tanquam leviſſima palea, variis rumorum flatibus ſeparati ſunt.* Hoſtes veritatis equidem putant, ſe juſtam cædium cauſſam habere, & Deo gratum præſtare officium, ſi illos, ſcil. ſua opinione hæreticos, & maleficos.

ficos interfecerint; ſed erronea iſta conſcientia eſt, nata ex igno-
rantia veri Dei. Joh. XV. 21. XVI. 3. Alii ex politicis rationibus
moventur, ut Herodes, qui voluit Jeſum tollere, quod ſibi me-
tueret à novello Judæorum Rege. Matth. II. 7. Qui vanus ſive
prætextus, ſibi metus etiam Pontificum & Phariſæorum fuit, vo-
lentium Chriſtum tolli, ne venirent Romani, & vaſtarent regionem.
Joh. XI. 48. Pilati quoque; qui metuit ſibi ab imperatore Ro-
mano, ne offenſam ejus incurreret, ſi Jeſum liberum dimitteret.
Joh. XIX. 12.

Forma & modus, ut ſunt cogitata cordis.

§. 8. *Forma & modus* fuit varius. Diſtinctionis ergo dis-
tribui poteſt in (1) *ſenſa & cogitata cordis*. Corda hoſtium impleta
ſunt odio, adverſus orthodoxos, & pios, ſicut ſerpentes veneno.
Luc. VI. 22. Matth. X. 22. In corde peſſima quæque cogitant &
præſumunt de piis & innocentibus; Matth. IX. 4. Etſi pallient
dulciſſimis verbis. Matth. XXII. 16. ſeqq. In cordibus agitantur
conſilia adverſus pios. Matth. XII. 14. Joh. VII. 19. 20. (2)

Dicta oris.

Dicta oris: ut ſunt *convicia*, diſcipulis prædicta. Matth. V. 11. Luc.
VI. 22. exercita in cœco ſed reſtituto. Joh. IX. 34. Ne quid di-
camus de Chriſto ex Matth. XII. 24. Joh. VIII. 48. ſeqq. *Men-*
dacia; & hæc ſuis diſcipulis prædixit Chriſtus. Matth. V. 11. ex-
perturis, quod ipſe, nempe mendacia, & calumnias. Matth.
XXVI. 60. Marc. XIV. 55. ſeqq. Huc referri poſſunt *examina*
captioſa coram judiciis futura. Matth. X. 17. ſeqq. *Illuſiones* ſar-
caſticæ, quales dictæ ſunt, cum in cruce penderet, & ante Matth.
XXVI. 67. 68. XXVII. 29. 30. 31. 39. 40. ſeqq. *Quæſtiones pe-*
riculoſa, & colloquia. Talia erant pleraque Phariſæorum, & Judæo-
rum aliorum cum Chriſto. Luc. XI. 53. 54. Joh. IX. 10. 15.
Matth. XXVI. 62. ſeqq. XXII. 15. Marc. XII. 12. Luc. XX. 20. ſeqq.
Maledicta & diræ; ne ejus nominis cum benedictione mentio
fieret. Luc. VI. 22.

Facta operis.

§. 9. (3) *Facta operis*. Quorum alia politica, alia Eccleſiaſti-
ca ſunt. *Eccleſiaſtica*, ut eſt excommunicatio, tanquam hominum
impurorum, qui indigni ſint aliorum conſortio. Matth. V. 22.
Joh. IX. 22. XVI. 2. Deletio nominis ex libro juſtorum. Luc.
VI. 22. flagellatio in ſynagogis fieri ſolita. Matth. X. 17. XXIII.
. Marc. XIII. 9. *Politica*, ut ſunt *ignominia*, qualis erat Simonis
Cyrenæi

Cyrenæi, qui coactus eſt portare poſt Jeſum, maleficum ſcil. crucem Matth. XXVII. 32. *Carceres*: in quos tradendi erant diſcipuli Chriſti. Matth. XIII. 9. Luc. XXI. 12. Ad quos referri poſſunt *ligamenta*, qualia Petro prædixit Chriſtus. Joh. XXI. 18. *Exilia*; de civitate enim in civitaté perſequendi erant illi ipſi. Math. XXIII. 34. *Cædes*. Nam Prophetæ & ſapientes occiduntur ab impiis. Matth. XXIII. 34. Cujus ſpecies eſt *lapidatio*, qua blaſphemi alias puniuntur. Joh. VIII. ult. X. 31. 39. Matth. XXIII. 37.

§. 10. *Finis*, & quidem *ultimus*, ex parte *Dei* eſt gloria. Nam morte ſua martyres Deum glorificant. Joh. XXI. 19. Ex parte *hominum* vero eſt utilitas Eccleſiæ, & eorum, qui talia ſuſtinent, & patiuntur. Indigitat hoc Chriſtus Matth. V. 10. ſeq. dum *beatos* prædicat eos, qui ipſius gratia, odia, perſecutiones, convicia, ſuſtinuerint. Repetit Matth. XIX. 28. ſeqq. ubi multiplicem fructum promittit iis, qui terrena pro Deo ſuo reliquerint. Matth. VIII. 39. Vitam reperiet, quiſquis perdiderit, nempe veritatis & Dei gratia. *Intermedius* finis eſt, deſignare genuinos Chriſti diſcipulos. Matth. XVI. 24. occurrere graſſantibus vitiis, eaque reſecare, ſicut inutiles palmites reſecat vinitor, Joh. XV. 2. ut uberiores ferant fructus vites ita purgatæ: Teſtari cum de hoſtium furore, tum de confeſſorum fide & conſtantia. Matth. X. 18. dira perpeſſuri erant diſcipuli Chriſti, ſed quo fine? *εἰς μαρτύριον in teſtimonium* ſcil. cum hoſtibus, oblatam gratiam repudiantibus, & propterea inexcuſabilibus; tum diſcipulis, quod bona fide officium fecerint.

Finis.

§. 11. *Remedia* exſpectanda ſunt *à Deo*. Hic enim apparuit Joſepho, cum Jeſulo ſuo periclitanti, & monuit de periculo per fugam cavendo. Matth. II. 13. Idem miſſo Angelo revocavit ex Ægypto eundem, poſtquam periculum deſiiſſet. Pii ſuam ſalutem & ſolatium debent Chriſti merito. Nam is eſt, qui mundum vicit; Joh. XVI. 33. & dat, ut & pii mundum tandem vincant, ipſo ad judicium venturo. Confer. Jeſ. XLII. 1. ſeqq. cum Matth. XII. 20. *Spiritus ſanctus* aſſiſtit piis ad tribunalia, & ſuggerit conſilia, ſapientiam, verba idonea adverſus hoſtes ſuos Matth. X. 20. tanquam paracletus, & patronus ſuis clientibus, promiſſus. Joh. XVI. 7.

Remedia perſonalia à Deo.

Ab hominibus.

XVI. 7. ſeqq. Excitat Deus etiam *homines*, qui piorum cauſſas agant, interdum ex ipſis hoſtibus. Joh. VII. 46. 50. Miniſtri Synedrii magni optima quæque de Chriſto referunt: Nicodemus quoque unus è Senatoribus damnavit iniquum contra Jeſum proceſſum. Deus eſt lapis prægrandis, quo impii tandem opprimuntur. Luc. XX. 18. Luc. VI. 6. Phariſæi concitabantur quidem in Jeſum, propter ſanatam alicujus manum aridam; ita ut ſecedere aliquantiſper cogeretur; ceterum ibidem locorum ipſi conciliabatur Centurio, cujus ſervum ſanitati reſtituerat. Matth. VIII. 5. Luc. VII. 2. Succenſent iterum Phariſæi Chriſto, quod cum Publicanis familiarius converſaretur; Reprehendebatur quoque à diſcipulis Johannis, quod jejunia negligeret; ſed eo ipſo tempore nactus eſt magnum amicum, nempe Jairum, ſcholæ Theologicæ primatem. Matth. IX. 11. Marc. II. 16. Luc. V. 29. ſeqq. Habent impii ſuam menſuram, qua impleta Deus ad pœnas eos revocat. Matth. XXIII. 32.

Realia.

§. 12. *Realia* ſunt *columbina ſimplicitas, & ſerpentina prudentia.* Matth. X. 16. Talis erat cæci, à Phariſæis examinati; Joh. IX. 11. 15. Nam interrogatus reſpondit, & reſponſo inhæſit; quæſitus ſublimiora, declinavit ỷ. 25. captantes eluſit. ỷ. 27. rationibus convicit. ỷ. 30. ſeqq. Huc pertinet *fuga*; qualem Joſephus, Deo hortante, arripuit. Matth. II. 13. Et Chriſtus ipſe, cum nondum adeſſet tempus patiendi. Joh. IV. 1. Matth. IV. 13. Quales fugæ in hoc proſunt, ut Evangelium longè lateque circumferatur. Jeſus à Nazarethanis ejectus circumivit Judæam, & Galilæam omnem, prædicans ipſe, & emittens ſuos quoque diſcipulos prædicaturos. Matth. IX. 35. Marc. VI. 6. Ad eandem hortatus eſt ſuos quoque diſcipulos. Matth. X. 23. repetiit Matth. XXIV. 16. 17. 18. Marc. XIII. 14. ſeqq. Luc. XXI. 21. ſeqq. Fugæ reſpondet *patientia*, ad quam Chriſtus hortatur ſuos diſcipulos. Matth. X. 22. Cum voluntatem noſtram voluntati divinæ ſubjicimus. Matth. XXVI. 39. ſeqq. Marc. XIV. 36. Luc. XXII. 42. Et patienter peſſima quæque ſuſtinemus, exemplo Chriſti, ita tamen, ut innocentiam noſtram defendamus. Joh. XVIII. 23. Matth. XXVI. 63. 64. Patientiæ igitur non obſtat *apologia & defenſio innocentiæ*, qualem fecit ipſe Chriſtus antea. Joh. XVIII.

Digitized by Google

XVIII. 19. 20. 21. *Fides* præſentiſſimum remedium eſt contra tales tentationes: Luc. XII. 4. ſeqq. fidem noſtram Chriſtus quatuor quaſi fulcris ſuffulcit; negat timendos eſſe homines etiam crudeliſſimos, qui corpus quidem poſſint interficere; animam autem, quæ immortalis ſit, minime; hanc à ſolo Deo poſſe perdi in gehenna; ſed nec corpori ægrè fieri poſſe ab hominibus, citra divinam permiſſionem, quandoquidem ipſius providentia ſeſe extendat in paſſeres & pilos, id eſt, res ſpretas & inutiles; ſi quis autem fidem ſuam coram hominibus confeſſus fuerit, eundem pro ſuo agniturum Dei filium; ſecus abnegaturum eſſe, Dei filium; quiſquis abnegaverit, peccato in Spiritum ſanctum admiſſo, quod irremiſſibile eſt; Denique non curandum eſſe anxiè, quid, ſive Eccleſiaſticis, ſive Politicis dicaſteriis exhibiti, pro ſeſe locuturi ſint, cum ea ipſa hora divinitus ſint edocendi. Repetitur Joh. XVI. 33. ubi Chriſtus fidem ſuis diſcipulis commendat, promiſſa victoria à mundo reportanda. Ex fide naſcuntur *preces*. Sicut enim Chriſtus, aditurus agonem, paſſionem, & mortem, ardentiſſime ad Deum oravit; Matth. XXVI. 36. ſeqq. Marc. XIV. 32. Luc. XXII. 41. ſeqq. Ita juſſit ſuos quoque diſcipulos orare. Nam non modicum ſolatium eſt, habere amicos una orantes. Matth. XXVI. 37. ſeqq. *Spes* vitæ æternæ, & promiſſæ retributionis. Matth. XVI. 25. ſeqq. Marc. VIII. 31. ſeqq. Luc. IX. 22. ſeqq. Poſtquam Chriſtus ſuos diſcipulos hortatus fuiſſet ad crucem divinitus impoſitam patienter, etiam quotidie, ferendam, ſubjicit rationes, quibus reclamantem veterem Adamum repellat, & crucigeros adverſus tentationes corroboret. *Deterretur* homo à cruce ferenda, partim amore vitæ, partim fortunarum, partim dignitatum; tribus iſtis impedimentis opponit Chriſtus remedia; *vitæ*, quod quiſquis vitam ſuam abnegando Deum, & ſauciando per peccata conſcientiam ſervare velit, eam ſit amiſſurus & in regno gratiæ, & in regno gloriæ: *Facultatum*, quod nulla ſit proportio inter opus etiam univerſi mundi, & vitam, nedum æternam, quam non licet ullis opibus recuperare; quandoquidem Chriſti ſanguis, quem iſte præ opibus mundi ſpernit, ſit unum ſufficiens *ἀντίλυτρον*: *Dignitatum*, quod illi, à quibus con-

tumelias patiuntur, ſint degeneres à Deo, indigni, quos quis aſſumet; quisquis autem omnino pudori ſibi ducat, inter hos homines Chriſtum confiteri, & ſequi, ejus fore, ut & Chriſtum aliquando pudeat, quominus inter ſuos numeret, & deprædicet, cum venerit, non amplius in ſpreta exinanitionis forma, cujus nunc delicatulos iſtos pudet, ſed glorioſa ad judicium, cum angelis, quos miniſtros habiturus ſit. Multi equidem ſunt, & erunt, qui iſtum Filii hominis ad judicium adventum ſpernunt, & negant, ſed majoris eſt nobis Chriſti aſſeveratio: *Futurum eſt enim, ut Filius hominis veniat in gloria Patris ſui, cum angelis ſuis:* ſcilicet offendit quoſdam ſpreta forma Filii hominis, ſed conſiderare deberent, iſtum hominis filium eadem, qua pater, majeſtate & gloria pollere. Apparebit hoc in die extremo, cum ſingulis retribuet juxta ſua opera; nempe perſeverantibus confeſſoribus vitam æternam, & gloriam ineffabilem. Prægustum diſcipuli nonnulli adhuc in hac vita habuerunt, & viderunt filium hominis jam in ea gloria, qua olim venturus eſt, nempe in monte Thabor, in quo coram Petro, Johanne, & Jacobo glorificatus eſt. Matth. XVII. 1. ſeqq. Marc. IX. 1. ſeqq. Ne igitur pii offendantur cruce & calamitatibus, Chriſtus Joh. XII. 24. 25. prædixit ſuam & mortem, & ſubſecuturam glorificationem; vitam etiam æternam promiſit conſtantibus confeſſoribus & martyribus, dicens, quisquis vitam ſuam in hoc mundo odio habuerit, id eſt, minus Deo & veritate dilexerit, is ipſam ſervabit ad æternam vitam. ℣. 26. Confirmat ſolatium & promiſſum amplissimo præmio; fore enim talem, ubi ipſe futurus ſit, in gloria Patris æterna. *Sors etiam melior in hac adhuc vita* Chriſtus prædicit diſcipulis ſuis, propter mortem ipſius contriſtatis, gaudium, ſecuturum ex reſurrectione ipſius. Joh. XVI. 20. ſeqq.

Calamitates aliæ.

§. 11. Habent fideles alias quoque urentes calamitates, ut ſunt morbi, quos *μάστιγας flagella* appellat Marcus. V. 34. qualis erat febris ſocrus Petri. Et ipſa etiam mors neceſſariorum; qualem perpeſſus eſt Lazarus, Chriſti amicus, cujus gratia in ſummum dolorem conjectæ ſunt ſorores Martha, & Maria; ſimul Chriſtus ſtatim advolavit ex Peræa, ubi degebat, licet vocatus, ſed biduum perſeveravit, donec amicus moreretur, ſepeliretur, & putere inciperet. Joh. XI. 1. ſeqq. Finis eſt gloria Dei. Nam mors Lazari non erat ad mortem, ſed gloriam Dei, nempe Filii Dei; quo fine eo usque commorabatur alibi, donec moreretur, ſepeliretur, & computreſceret. Joh. XI. 4. Idem teſtatur aditus ad Chriſtum, quem fecit Jairus, filia morte decumbente, non facturus, niſi clades domeſtica urſiſſet. Matth. IX. 18. Marc. V. 22. ſeqq.

Digitized by Google

Art. XI.

De

JUDAISMO.

Sect. I.

De

ECCLESIA, ET EJUS MINISTERIO.

Argumentum.

Dabatur Eccleſia Judaica. 1. Nomine ipſius & deſcriptione. 2. Miniſterium habebat. 3. Vocatum à Deo, & hominibus. 4. Ex tribu Levitica. 5. Diſtributum in Sacerdotes & Levitas. 6. Poteſtas erat vel ordinis. 7. vel jurisdictionis interna & externa. 8. exercita à Pontificibus majoribus & minoribus. 9. Sacerdotibus, Levitis, & Nethinæis. 10. Scribis. 11. Et ſynedrio. 12. Et ſynagogis. 13. Et Archiſynagogis. 14. Veſtitus qualis. 15. Salaria quæ, & unde. 16. Virtutes. 17. Vitia contra tabulam priorem. 18. & poſteriorem. 19. Fata. 20.

§. I.

VTramque paginam in hiſtoria Evangelica facit Eccleſia & Politia Judaica, quare operæ precium erit, aliquid etiam de hac meditari, unde hiſtoria Evangelica aliquam lucem ſibi poſſit fœnerari. Fuiſſe talem aliquam Eccleſiam, patet ex Luc. I. 8. ſeqq. utpote ubi fit mentio partium, quæ Eccleſiam conſtituunt, nempe Miniſterii, quod Zaccharias Sacerdos repræſentabat; Eccleſiæ Judaicæ exiſtentia:

Nomina.

at; Auditorii, quod erat populus præſens; cultus externi, & ci ſacri; Nam mentio fit ſuffimenti à Zacharia oblati; precum, uas fundebat populus; Templi in quo hæc omnia peragebantur. Ex Judæis oritura erat toti humano generi ſalus. Joh. IV. 22.

§. 2. *Nomen* ipſi eſt *Iſraël* Matth. VIII. 10. Derivatum à apite, unde deſcendit, nempe Jacobo, cognomine Iſraël; cujus ant poſteri, ſanguine quidem, ſed paucilliſſimi fide: Dicitur & *omus Iſraël*. Matth. XV. 24. Sicut enim in domo & familia ater & liberi, ita in hac Eccleſia erant *Filij Iſraël*. Matth. XVII. 9. uorum corda ad parentes fideles converſum ibat Joannes Baptiſta. uc. I. 17. Uno nomine dicebantur *Iſraëlitæ*: qualis erat Nathaeel, isque non ſolum nomine, ſed etiam reipſa. Joh. I. 47. Dicuntur etiam *filij regni*, nempe gratiæ, quod olim penes Judæos erat. Matth. VIII. 12. *Filij* abſolutè. Matth. XV. 26. *Oves de omo Iſraël*. Matth. XV. 24. oppoſitæ Cananæis, id eſt, extraeis, ſeu gentibus ab Eccleſia viſibili hactenus excluſis. *Proprium Jeſu*. Joh. I. 11. Ut ſua cuique domus propria eſt. Joh. XIX. 27. ulgatiſſimum nomen erat *Judæi*, derivatum à Juda, quarto acobi filio, cujus tribus potiſſimam partem faciebat Judæoum, tempore Chriſti in Judæa degentium, utpote reverſa olim um Benjamitis ex captivitate Babylonica in patriam Palæſtinam. ciendū autem, quod vox hæc ſumatur interdum ſtrictius pro Tribu Judaica, ſicut ea reliquis contradiſtinguitur; interdum ſtrictiſſimè pro nobilioribus Judæorum. Luc. XXIII. 51. Matth. II. 6. Joh. oh. I. 19. VII. 13. Propter falſam doctrinam & cultum dicta eſt dultera Matth. XII. 39. *Egregie dicit adultera: quia dimiſerat virum: & juxta Ezechielem multis ſe amatoribus copulaverat*: ita Hieron. d l. c. f. 18. Propter neglectum bonorum operum & impœnitentiam *ficui* comparatur Matth. XXI. 19. *Arborem intelligimus Synagogam, & conciliabulum Judæorum, quod juxta viam erat: quia non credebat in iam: venit ad eam, ſtantem ſiliceas & immobilem, & non habentem Evangelij pedes; nihilq́ invenit in ea, niſi folia tantum: promiſſionum ſtrepitum: traditiones Phariſaicas: & jactationem legis: & ornamenta arborum abſq́ ullis fructibus veritatis*. ita idem ad l. c. Paulo poſt omparat *vineæ* divinitus plantatæ, ſepe circumdatæ, torculari, turre munitæ; v. 33. *Homo iſte paterfamilias ipſe eſt, qui habebat*

duos

duos filios : & qui in alia parabola conduxit operarios in vineam ſuam : qui plantavit vineam : de qua & Eſaias pleniſſime per canticum loquitur, ad extremum inferens : Vinea Domini Sabaoth domus Iſraël eſt. Et in Pſalmo : vineam de Ægypto, inquit, tranſtuliſti, ejeciſti gentes, & plantaſti eam : & ſepem circumdedit ei ; vel murum urbis, vel angelorum auxilia : & fodit in ea torcular, aut altare ; aut illa torcularia : quorum & tres Pſalmi titulo prænotantur, octavus, & octogeſimus, & octogeſimus tertius. Et ædificavit turrim, haud dubium quin templum, de quo dicitur per Michæam : Et tu turris nebuloſa filia Sion. Et locavit eam agricolis : quos alibi vinea operarios appellavit : qui conducti fuerant hora prima, tertia, ſexta, nona & undecima. ita Hieron. ad l. c. f. 31. Innuitur ỽ. 42. alia figura, nempe *domus* : Nam mentio fit ædificantium, & lapidem angularem reprobantium.

§. 3. *Miniſterium* hæc Eccleſia habebat. Erant enim *Architecti* iſtius domus, nempe ſummi Pontifices & Phariſæi, quos Christus, ipſis animadvertentibus, ſic appellavit Matth. XXI. 42. 45. *Lapidem ſe Salvator vocat, ædificatores autem, Doctores Judæorum, qui reprobaverunt ipſum, ut inutilem, & rejecerunt.* ita Chryſoſt. caten. ad l. c. f. 259. Erant διδάσκαλοι τοῦ Ἰσραὴλ, *doctores Iſraëlis*, uti Nicodemum appellat Christus Joh. III. 10. Dicti ſunt & *Duces cæcorum*, ſed ipſi interdum cæci ignorantia, falſa doctrina, & pravis affectibus. Matth. XXIII. 16. Miniſterium & ejus nomina.

§. 4. *Vocationem* illi habebant à *Deo*, quoad ſubſtantiam officii, quatenus ſedebant in cathedra Moſis. Matth. XXIII. 2. & 3. Sed *mediatam* ; vocabantur enim ab hominibus, & quidem ab ordine politico & Eccleſiaſtico : *Politico*, nempe à Romanis terræ Dominis : *Sequente anno Druſo Cæſare & C. Norbano Flacco Coſſ. Valerius Gratus Judææ Præſes, adempto ſummo Sacerdotio Annano Pontifici, in locum ejus Iſmaëlem Fabi filium ſubrogavit : quo etiam paulo poſt in ordinem redacto, in Eleazarum Annani Pontificis Filium honorem tranſtulit.* ita Joſeph. lib. XVIII. antiq. c. 3. Quibus jungi poſſunt alia ejuſdem verba ex c. 6. Nam huc quoque faciunt : *Hyrcanus Pontifex, ejus nominis primus, extructa prope templum turri, degebat in ea majorem temporis partem : & quoniam hanc ſtolam habebat in ſuâ cuſtodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus privatum habitum, eo loci illam deponebat : Idem mos fuit etiam ſucceſſoribus poſteris. Herodes au-* Vocatio à Deo & hominibus.

tem

tem regnum adeptus, turrim hanc opportuno loco ſitam, magno ſumtu ædificatam, denominavit ab amico Antonio; & ſtolam ita, ut ibi reperta eſt, detinuit, ratus, eo magis obnoxium ſe habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius ejus & ſucceſſor: cujus regno in provinciam mutato Romani ſimul & Pontificiæ ſtolæ poſſeſſionem nacti ſunt in cella ad hoc ipſum ſtructa repoſitæ, & obſignata ſigillo Pontificum, atq; cuſtodum ſacri ærarij. Præfecto caſtelli accendente ibi lucernam quotidie. Hanc ſeptimo ante feſtum die Præfectus exhibebat Pontifici: purificata indutus ſacrorum tempore, ſequenti die rurſus eam reponebat in cellam, ubi antea condita fuerat. Id fiebat ſingulis annis ter, jejunij tempore. Ex his verbis patet, quod Herodes quoque, nempe magnus ille, jus habuerit, vel certè ſibi uſurparit, conſtituendi miniſterium Judæorum. *Eccleſiaſtici* quoque *ordinis* aliquam in vocando auctoritatem fuiſſe, colligitur ex legatione Hieroſolymitana, facta ad Johannem Baptiſtam, quæſitum: ex cujus auctoritate baptizaret? nulla ſcilicet à Synedrio Hieroſolymitano accepta poteſtate. Joh. I. 19. Similis quæſtio etiam Chriſto eſt propoſita à Judæis. Matth. XXI. 23. Nempe, cum in templo publicè doceret, interrogabant eum Pontifices & Seniores populi: qua poteſtate hoc faceret? & quis ipſi eam dediſſet? quandoquidem à Pontificibus & populi ſenioribus non accepiſſet. Notandum eſt & hoc, quod ἐφημερίαι, ſicut olim à Davide erant ordinatæ 1. Chron. XXV. 3. ſeqq. utcunque adhuc durarint inter ſacerdotes. Nam Luc. I. 5. mentio fit ordinis Abiæ, quæ fuit ſors octava. 1. Chron. XXV. 10. in qua comprehenſus erat Zaccharias Johannis pater.

Ex tribu Levitica.

§. 5. Evocabantur autem è tribu Levitica, & quidem ordinatiè ex familia Aaronica. Luc. I. 5. mentio fit Aaronis, ſicut ex illis fuerit Eliſabetha, Zachariæ Sacerdotis uxor, oriunda; item ἐφημερίας Abiæ, qui & ipſe inter Aaronis poſteros erat, deſcendens ab Eleaſaro 1. Chron. XXV. 10. Factum autem eſt partim dominatu Herodis, & Præſidum Romanorum, partim vitio ipſius ordinis ſacri, ut ordo iſte turbaretur, præſertim in Pontificibus ſummis, ſicut paulo ante Joſephus retulerat.

Diſtributio in Sacerdotes & Levitas; iſtos Surhos.

§. 6. *Diſtributi* erant in Sacerdotes & Levitas. Luc. X. 31. 32. exprimitur utrumque nomen, & diſtinguitur. Mentio enim fit Sacerdotis iter facientis, & Levitæ; Joh. I. 19. eadem nomina legun-

Digitized by Google

leguntur, nempe Sacerdotum & Levitarum, Hieroſolymis miſſorum. Sacerdotes alii erant ſummi, alii intermedii, alii infimi. *Summi* erant Pontifices maximi, qualis Annas, & Caiphas. De jure quidem unicus tantum debuit eſſe, nec plures ſimul, ſicut unus ſummus Sacerdos futurus erat Chriſtus, ſeu Meſſias; Factum autem eſt abuſu ſeculi, ut plures ſimul eſſent, unus quidem regens, alter vacans. Joh. XVIII. 14. 15. *Intermedij* erant capita familiarum, ſeu ordinum, qui dicebantur etiam Pontifices Matth. II. 4. *ἀρχιερεῖς*, Principes Sacerdotum. Matth. XXI. 15. 23. XXVI. 3. Luc. XIX. 47. *Infimi* erant illi reliqui juxta ordines diſtributi, qualis forte Zacharias Luc. I. 5. & alii. Luc. X. 31. qui Hieroſolymam per vices meabant, & remeabant, officium ſuum facturi. Mentio quidem fit etiam Phariſæorum, & Sadducæorum, & Scribarum, ſed iſtud, & illud nomen erant Sectæ, non officii diſtincti: Erant in clero quidam Sadducæi, quidam Phariſæi, de quibus, ut & de Scribis, in ſeqq. dicetur.

Intermedios & ultimos.

§. 7. *Poteſtas* ipſorum, & quidem Sacerdotum, erat vel ordinis, vel juriſdictionis. *Ordinis* in prædicando verbo, & adminiſtrandis Sacramentis. *In verbo prædicando*; Nam prædicaſſe Scribas, conſtat ex Matth. VII. 29. Marc. I. 22. dum collatio inſtituitur inter conciones Chriſti, & Scribarum; Ex Matth. XV. 5. 9. XVI. 12. ubi mentio fit doctrinæ, quam docuerunt Scribæ & Phariſæi & Sadducæi; Ex Matth. XXIII. 2. 3. ubi Scribæ & Phariſæi, in cathedra Moſis ſedentes, dicunt, ſeu docent, agenda. Luc. XI. 52. clavis agnitionis eiſdem tribuitur: ubi autem agnitio, ibi doctrina; quomodo enim credent, ſine prædicante? Docebant autem ſedentes Luc. II. 46. Nempe in cathedra Moſis. Matth. XXIII. 2. Et quidem in templo Luc. II. 16. Joh. VII. 14. *In adminiſtrandis Sacramentis*, quæ fuerunt circumciſio, & agnus paſchalis. Nulla quidem expreſſa mentio fit Sacerdotum, quod iſta Sacramenta celebrarint; ſed hoc ipſo videtur innui, quod antiquum morem ſecuti fuerint. Sacramentis annumerantur *Sacrificia*, & *ſuffitus*, de quibus mentio fit in officio Zachariæ Sacerdotis Luc. I. 9. Serviebant autem Sacerdotes ad altare holocauſtorum, ubi victimæ

Poteſtas vel ordinis;

Vel juriſdictionis: Internæ.

Et externæ.

Penes Pontifices.

fferebantur ; vel thymiamatum , in quo ſuffitus fie-
ant ; Ad hoc ſorte delectus erat Zacharias. Eaque & ſimi-
a præſtabant etiam die Sabbati, ſacris operantes. Matth. XII. 5.

§. 8. *Juriſdictionis* duplex eſt, alia interna, alia externa.
terna eſt poteſtas clavium. Hanc ipſos habuiſſe, colligitur ex
Matth. XXIII. 13. ubi Chriſtus Scribas objurgat, quod regnum
cœlorum claudant coram hominibus; claudere autem eſt co-
um, qui claves habent. Jeſ. XXII. 22. Clavium vim expreſſit
Chriſtus Matth. XVI. 19. quod concernat poteſtatem retinen-
i vel dimittendi peccata Joh. XX. 23. *Externa* poteſtas verſaba-
tur circa externum regimen Eccleſiæ, & diverſa negocia diver-
s competentia concernebat ; Eratque penes aliquos majors
el minor ; Sicut & ætatis reſpectus erat. Joh. VIII. 9.

§. 8. *Summus Pontificis* erat directorium rei Eccleſiaſticæ,
in hac arduorum maxime negotiorum. Hoc præſtabant vel
vocati ab ordine politico, quale quid factum, Magis Hieroſolymam
elatis. Nam Herodes Collegium Pontificum curabat con-
ocari, & interrogari de novo Rege Judæorum. Matth. II. 4.
el compellati ab aliis ; Nam erant qui alios apud Pontifices de-
errent. Matth. XX. 18. Marc. XI. 18. Luc. XXII. 4. Joh.
I. 46. *Vel ſponte ſua moti*, dum ipſi *negocia ſibi faceſſebant*, ut Matth.
XI. 23. cum Jeſum compellant in templo de poteſtate docen-
i, unde eam haberet ? *vel alios ad ſe evocabant*, quale quid fa-
um tempore paſſionis Chriſti, quando reliqui Pontifices, &
cribæ coiverunt in ædibus Pontificalibus, ſine dubio convo-
ati à ſummo & regente Pontifice. Matth. XXVI. 3. Marc.
IV. 53. Luc. XXII. 66. *Vel dimittebant & ablegabant ad alios*, ut ad
ohannem Baptiſtam, quæſitum : qua poteſtate baptizaret ?
oh. I. 19. Ad Chriſtum capiendum. Joh. XII. 32. *Vel ipſi exerce-
ant negocia*, ut in examine cum Chriſto habito videre eſt. Sum-
us enim Pontifex in cathedra ſeu tribunali ſedens reum exa-
inabat de doctrina, & diſcipulis ipſius ; Teſtes evocabat &
udiebat, juramentum reo deferebat, vota aſſeſſorum collige-
at, ſententiam definitivam pronunciabat. Matth. XXVI. 59.
qq. Marc. XIV. 55. Joh. XVIII. 19. ſeqq. Talibus autem
ctionibus intererant etiam mediæ dignitatis Pontifices, quod
colli-

Digitized by Google

colligas interdum ex plurali numero, dum Pontificum fit mentio, adeoque plurium, & capitum familiarum.

§. 9. Reliquorum erat leproſos inſpicere, & dijudicare, & donaria pro opera præſtita accipere; Chriſtus enim remiſit leproſos unum, & plures, ad ſacerdotes Judaicos, ut illis ſeſe ſiſterent, judicandos, puri eſſent à lepra, an non? Matth. VIII. 4. Luc. XVII. 14. Legationes obire, quod fecerunt, qui Hieroſolymis miſſi erant ad Johannem. Joh. I. 19. *Levitarum* erat præparare panes propoſitionis. 1. Paral. X. 32. de quibus loquitur Chriſtus Matth. XII. 4. Marc. II. 26. Luc. VI. 4. Sine dubio de repræſenti. Sunt qui putant etiam *Nethinæorum* officium indigitari Joh. V. 12. dum fit mentio *προβατικῆς*, domus ovium, & *κολυμβήθρας*, loci, ubi oves ſolebant lavari, diſtributi in quinque porticus; Nethinæorum autem erat, ut alia ſerviliora officia præſtare in re ſacra, ita etiam victimas lavare.

Sacerdotes. Levitas, Nethinæos.

§. 10. *Scribarum* officium, quod fuerit, ſeorſim dicendum eſt. *Γραμματεῖς; Literiones* dicuntur à *γράμμα litera*, nempe Scripturæ, cujus obſervatores, & Doctores Matth. VII. ℣. ult. videri volebant. Diſtinguendum autem inter genuinos & adulterinos: Illi erant docti ad regnum cœlorum. Matth. XIII. 52. Et miſſi divinitus. c. XXIII. 34. Hi vero degeneres erant, etſi ſederent in cathedra Moſis. ℣. 2. Et nomen ſcripturæ præ ſe ferrent. Matth. V. 20. ſeqq. & claves jactarent ſibi concreditas. Luc. XI. 52. Matth. XXIII. 13. & proſelytos facerent. ℣. 15. Adhibebantur potiſſimum in quæſtionibus ſcripturam concernentibus, quid legis ſcriptæ eſſet? Matth. II. 4. Inter eos ſunt, quos Herodes curaverat convocari, & interrogari: ubi locorum juxta ſacras ſcripturas Meſſias eſſet naſcendus? Ipſi etiam quæſtiones è ſcriptura aliis movebant & proponebant. Matth. XXII. 36. eſt, qui Chriſto proponit quæſtionem: quodnam ſit præcipuum legis præceptum? Alias multas quæſtiones reſolvendas eidem proponunt Luc. XI. 53. Joh. VIII. 3. Illi ipſi in certamen deſcendebant etiam cum diſcipulis Chriſti. Marc. IX. 14. Interdum ſatis dextre credebant & docebant, ſcripturas ſecuti. Luc. XX. 39. Utinam autem in ſola ſacra ſcriptura manſiſſent; jam vero & traditionibus hominum in-

Scribas.

ulgebant. Matth. XV. 1. 2. Movent Chriſto controverſiam e traditionibus Seniorum, qualis erat lotio manuum ante randium. Et has traditiones ita ſervabant, ut ſuam in illis iſtitiam quærerent. Matth. V. 20. Præterea ipſam Dei legem ſeudhermeniis ſuis corrumpebant, ut Chriſtus neceſſe habuet legem rectius explicare. Matth. V. 21. XVII. 10. 11. Marc. X. 11. ſeqq. Deque aliis fidei capitibus erroneas fovebant ſententias. Matth. IX. 3. ſeqq. *Juriſdictione* jungebantur ordini Sacerdotum. Matth. XXVI. 3. 57. Marc. X. 33. XI. 18. XIV. 1. 3. 53. Luc. XIX. 47. XXII. 2. Et reſidebant Hieroſolymis, nde in alia loca excurrebant, ſuam rem curaturi. Marc. III. 2. VII. 1. vel domi manebant, & poteſtatem exercebant. Marc. XI. 27. Movent Chriſto quæſtionem de poteſtate ſibi conceſſa. *Plures* eorum fuiſſe, colligitur ex Marc. XIV. 53. Luc. V. 7. In *ſcholis* docuiſſe, patet ex Luc. XX. 46. *Longis veſtimentis* ſos ex ỹ. 46.

Synedrium.

§. 11. Ex his, junctis ſenioribus populi, conſtituebatur Synedrium, tanquam ſupremum inter Judæos concilium. jus mentio fit Matth. V. 22. X. 17. XXVI. 59. Marc. XIII. 9. IV. 55. XV. 1. Ex quibus locis apparet (1) *Caput* conſeſſus titiſſe ſummum Pontificem, qui Regens erat; Joh. XI. 49. *Aſſeſſores* fuiſſe viros ordinis non ſolum politici, ut Davidis oſteros, ſed etiam Eccleſiaſtici. Nam etiam Summos acerdotes, ut Synedrium totum, quæſiviſſe falſa teſtimonia contra Jeſum. Matth. XXVI. 59. Marc. XIV. 55. Et raſſe Jeſum, & tradidiſſe Pilato. Marc. XV. 1. (2) *Acta* in ſo fuiſſe negocia majoris momenti, nempe quæ concernerant religionem, & ejus exercitium publicum, vitam & mortem. Innuitur Matth. V. 22. ubi diſtinctio fit inter *κρίσιν judicia*, & *συνέδριον conſeſſum*, & ab iſtis ad hoc, velut ab inferiori ad ſuperius gradatio fit. Sicut à Synedrio ad Gehennam ignis, qui ſupremus gradus judiciorum eſt. Explicatius dicitur Matth. X. 17. uod diſcipuli Chriſti, prædicationis Evangelicæ gratia, ſint hibendi Synedriis, puta iis judiciis, in quibus agi ſolet de rebus ligionis, & iis, qui receptam hactenus fidem violare, & novam, ſam, blaſphemam introducere videntur. Tale quid jam ctum fuerat cum Johanne Baptiſta. Joh. I. 19. Judæi enim Hiero-

ejus Aſſeſſores.

Acta.

Hieroſolymitani, dubio procul in Synedrio collecti, miſerunt inde Sacerdotes & Levitas, interrogaturos Johannem, quis eſſet? Meſſias? an Elias? num Propheta? aut quis tandem? quandoquidem baptiſmum, ritum inſolitum hactenus, adminiſtraret? De Chriſto ſimilis diſputatio inter Pontifices, Scribas, & Phariſæos habita deſcribitur Joh. VII. 45. ſeqq. Alius mentio fit Joh. XI. 47. Ejuſdem X. 57. edictum publicabant adverſus Jeſum, ut proderetur ad captivitatem. Explicatiſſime omnium acta Synedrii expreſſa ſunt in cauſſa Jeſu Chriſti, & quidem noviſſima. Summus Pontifex erat Caiphas in regimine conſtitutus, ad eum congregati fuerant omnes reliqui Pontifices, Scribæ, & Seniores populi, cum Jeſus caperetur, & captivus Synedrio ſiſteretur. Jeſus hic hactenus viſus, & ſuſpectus erat novator, & turbator rei Eccleſiaſticæ, utpote qui novam fidem, novumque cultum, novumque miniſterium introduxiſſet, abolitis, quantum in ſeſe, lege Moſaica, traditionibus veterum, cultu Levitico, templo, totoq; Miniſterio Judaico. De his interrogatus ille eſt, & examinatus à Sum̃o Pontifice, blaſphemiæ poſtulatus, ſuffragiis collectis ad mortem condemnatus, ut nihil ſupereſſet, niſi executio per brachium ſeculare exſpectanda. Etiamſi igitur Judæi ſecundum legem ſuam potuerint reum ad mortem condemnare, non tamen ipſimet poterant condemnationem exequi, utpote quod eſſent ſub Romanis, Provinciæ Dominis. De quo inferius. (3) *Locus*, ubi conſeſſus hic haberi conſueverat, erat aula, ſeu palatium Pontificis. Matth. XXVI. 3. mentio fit illius αὐλῆς *aula*. Sicut etiam ỷ. 58. Marc. XIV. 54. 66. & ita quidem, ut elatior fuerit reliquis locis: Nam Petrus fuit ἐν τῇ αὐλῇ κάτω, *inferius in aula*, cum Jeſus ſuperius examinaretur. Soluto Synedrio quilibet domum ſuam redibat, Joh. VII. 53. Locus

§. 12. *Synagogarum* quoque mentio facienda. Habebant Synagogæ
Judæi ſuas Synagogas, ſic dictas ἀπὸ τοῦ συνάγειν *à congregando*, quia congregabantur in illis docentes & diſcentes. Exſtruebantur illæ interdum à Proſelytis, beneficis, & Mœcenatibus, ut colligere eſt ex Luc. VII. 5. *Finis* erat docere, & diſcere. In ſchola Capernaitana Chriſtus adverſus Judæos diſputationem inſtituit de manducatione ſpirituali. Joh. VI. 59. *Docentium* erant plures. Nam Luc.

II. 46. Jeſus ſedebat in medio Doctorum, quibus auſcultabat, quibusque viciſſim quæſtiones proponebat, id quod in Synagogis fieri ſolebat. Tales Doctores erant Scribæ & Phariſæi. Matth. XXIII. 2. Chriſtus mentionem facit utriusque ordinis, & ℣. 6. addit, quod ambirent *τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς primas ſedes in Synagogis*: Cathedra autem eſt Symbolum docentis, ex qua quædam dici, vel doceri ſolent, ut à Scribis & Phariſæis doctrina Moſaica. ℣. 2. & 3. Inter iſtos Doctores erat ordo quidam. Erant enim quidam ſimplices Synagogi, quidam vero Archi-Synagogi, Præfecti Synagogarum. Talis erat Jairus, *εἷς τῶν Ἀρχισυναγώγων unus ex Archiſynagogis.* Marc. V. 22. Unde ſimul apparet, plures tales præfectos fuiſſe, nempe quia plures erant Synagogæ, ideo etiam erant plures Archiſynagogi, ſinguli ſaltem ſingulis Synagogis præfecti. Erant Synagogæ plures Hieroſolymis, ut colligitur ex Act. VI. 9. Erant & extra Hieroſolymas per reliquas regionis partes diſperſæ. Frequens enim mentio fit ſcholarum, ſcil. Synagogarum Galilææ, in quibus Chriſtus docebat Matth. IV. 23. IX. 35. Talis erat Nazarethana. Matth. XIII. 54. Capernaitica. Marc. I. 21. Et aliæ plures. Nam per totam Galilæam in ſcholis docebat. Marc. I. 39. Quare oportet plures quoque Archi-Synagogos etiam in Galilæa fuiſſe. Iſto fine factum eſt, ut Sacerdotes & Levitæ non omnes habitarent Hieroſolymis, ſed diſperſi eſſent per univerſam Judæam, nimirum ideo, ut ubique terræ Judaicæ populum in ſcholis, ſeu Synagogis docere poſſent.

Et Archi-Synagogos.

§. 12. *Officium* Archiſynagogorum & Synagogorum quod fuerit interrogas. Reſpondemus, regere, & docere. Regimen erat penes Archi-Synagogum. Ejus erat recipere in Synagogam, vel ejicere, qui digni, vel indigni videbantur. Joh. IX. 22. Decreti mentio fit, adverſus eos, qui Chriſtum confiterentur. Ait Suidas, valvis templi id fuiſſe affixum. Cap. XII. 42. XVI. 2. mentio fit *ἀποσυναγώγων, ejectorum ex Synagoga*: quam poteſtatem dubio procul habuit Archi-Synagogus, ſaltem delegatam ſibi à Synedrio magno, ſi non ab univerſa Eccleſia Judaica. Certè Judæi dicuntur in id conſpiraſſe, ut ſchola interdiceretur, quisquis Jeſum pro Meſſia agnoverit. Joh. IX. 22. Phariſæos in ſpecie dicuntur metuiſſe

Quorum poteſtas explicatur.

Digitized by Google

tuiſſe *ἄρχοντες* principes, forſan Synagogarum, ne fierent *ἀποσυνά-γωγοι* exſules ſcholæ. Joh. XII. 42. Sicut Chriſtus factus eſt, ejectus ex ſchola & urbe Nazarethana. Luc. III. 28. 29. Et cœcus pridem, ſed deinde reſtitutus, cum Jeſum Nazarenum confiteretur. Joh. IX. 34. 35. [Tale quid eventurum erat etiam cum Apoſtolis; His enim prædicit Chriſtus Luc. XXI. 12. fore, ut à perſecutoribus tradantur in Synagogas, nempe tanquam locum judicii, flagellandi. Matth. X. 17. XXIII. 34. In his judiciis ſine dubio præſidebant Archi-Synagogi, & proceſſum dirigebant. Reliqui Synagogi habebant poteſtatem legendi & explicandi Moſen & Prophetas. Innuitur Luc. IV. 16. ubi refertur, quod Chriſtus in ſchola Nazarethana die Sabbathi ſurrexerit lecturus, & acceperit volumen Eſaiæ, indeque legerit pericopen, quam & complicato libro explicuerit. Solebant & quæſtiones ſibi invicem proponere, & reſponſiones reddere in Synagogis, convenire ſoliti, docentes, & diſcentes, Miniſterium, & populus, adeoque quivis, cui libebat.

§. 13. *Veſtitus* ipſorum erat compoſitus ad reverentiam, & ad ſpeciem ſanctitatis. Marc. XII. 38. deſcribit Chriſtus Scribas à longioribus veſtimentis. Matth. XXIII. 5. notat Veſtitus. phylacteria ipſorum, quod amplificent ipſa, & margines veſtimentorum, quod æquo majora faciant; ut ab hominibus videantur. Deus equidem ipſe Num. XV. 38. Deut. VI. 8. præcepit Iſraëlitis, ut facerent ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, ut, cum viderint eas, recordarentur omnium mandatorum Domini, nec ſequerentur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes &c. Sed non præceperat dilatationes iſtas, & ampliationes, in oculos ſpectatorum magnificè, & glorioſè incurrentes. Prophetarum villoſum fuiſſe habitum nonnulli colligere volunt ex Matth. VII. 15. dum mentio fit veſtimentorum ex ovinis pellibus factorum, & à Pſeudo-Prophetis geſtari ſolitorum, ad imitationem verorum Prophetarum. Ebr. XI. 38.

§. 14. *Salaria* ipſis deputata fuiſſe, colligitur ex *decimis*. Matth. XXIII. 23. Luc. XVIII. 12. earum mentio fit: Decimæ autem debebantur Sacerdotali ordini ex inſtituto divino. Salaria.

Num.

Num. XVIII. 21. 26. Accedebant *donationes*. Nam ſub prætexte longarum precum abliguriebant domos viduarum, per teſtamenta forſan, aut alias pias fraudes acquiſitarum. Matth. XXIII. 14. Solebant quoque Auditores Doctoribus ſuis inſervire opibus, gratitudinis ergo, ut ſervierunt Chriſto mulieres quædam. Luc. VIII. 3. & aliis, ritu inter Judæos recepto. Imprimis huc ſpectant *ſacrificia*, quorum pars Miniſterio ſacro ex ordinatione divina cedebat. Matth. V. 23. 24. mentio fit doni, quod in ara offerri ſolebat. Talia dona offerebant puerperæ, juxta Lev. XII. 8. Luc. II. 24. par turturum, aut columbulorum; ſi pauperes illæ fuerint; Sin lautioris fortunæ agnum, aut ovem: Primogeniti Exod. XIII. 2. ſeqq. Num. III. 45. ſeqq. Luc. II. 23. redimebantur pecunia; Leproſi quoque mundati offerebant dona. Matth. VIII. 4. Luc. V. 14. collata cum Lev. XIV. 10. 12. Accedebant perſuaſiones Phariſæorum, præſtare ſua bona offerre ſacris, quam in uſum parentum impendere, nempe, ut ipſis deinde bene exinde eſſet, & patinæ diſcique bellariis implerentur. Matth. XV. 5. Marc. VII. 11. Matth. XXIII. 25. Habebant quoque *gazophylacium*, in quod dona immittere ſolebant ingredientes templum Marc. XII. 41. 43. Luc. XXI. 1. Joh. VIII. 20. Cujus adminiſtratio erat penes ordinem Eccleſiaſticum, ut colligitur ex Matth. XXVII. 6. Nec dubium eſt, aliquam ſaltem harum ſymbolarum partem Clero ceſſiſſe. Ad Salaria referri poſſunt etiam *domicilia* & *Urbes*, quæ ipſis inhabitandæ ſunt datæ. Digitus intenditur Luc. I. 39. Ubi mentio fit montanorum Judæ, & indigitatur domicilium Zachariæ ſacerdotis & Eliſabethæ, adeoque dubio procul civitas Hebron, quam Sacerdotibus inhabitandam dederat Joſua. c. XXI. 11.

Virtutes.

§. 15. *Virtutum*, ordini Eccleſiaſtico faciendarum, mentio hic facienda eſſet, ſi quæ ordinis iſtis fuiſſent, vel relatæ exſtarent; Jam vero, paucis exceptis, nullæ iſtius memorantur; nec enim fuerunt aliquæ; Cauſſa erat corrupta doctrina, ex qua, veluti mala radice, non poterant niſi mali fructus enaſci. Matth. VII. 16. ſeqq. Zaccharias Sacerdos inſigniter laudatur Luc. I. 6. Sed rara ille avis erat, qui parem non habuit, niſi Simeonem Luc. II. 25.

Digitized by Google

II. 25. quem ferunt fuiſſe filium Hillelis, & præceptorem Gamalielis. Propius ipſis accedebat Scriba ille, qui reſponſum Chriſti probavit, neque procul aberat à regno Dei, judice ipſomet Chriſto. Marc. XII. 32. ſeqq. Nicodemus quoque huc ſpectat. Nam & ipſum bono animo fuiſſe, patet ex colloquio cum Chriſto Joh. III. 1. ſeqq. Ita facile numerari poſſunt, qui virtutibus nonnullis emicuerunt. Alii videbantur pii, ſed non erant. Matth. XXIII. 27. 28.

§. 16. *Vitiorum* contra ſatis abunde erat, in tabulam decalogi priorem & poſteriorem admiſſorum; Eaque genialia, non perſonalia, fuiſſe, dedimus probatum ex Matth. VII. 16. ſeqq. Quædam impingebant 1. *in tabulam priorem*, ut erat fiducia operum electitiorum, qualis erat iſtius Pharisæi, qui ſua coram Deo opera ſupererogationis jactabat, confidens, illis ſeſe juſtificatum iri; ſicut *vice* verſa publicanus ſerio pœnitens gratia Dei juſtificatus eſt. Luc. XVIII. 11. ſeqq. *Incredulitas*; Nolebant enim in Jeſum credere tanquam verum Meſſiam. Joh. VII. 38. nullus eminentiorum dicitur in Jeſum crediidiſſe, ſed ſolam plebis fecem, adeoque nec ſacerdotes credebant. *Tentationes* huc ſpectant, utpote potiſſimam partem ex incredulo corde profectæ Matth. XII. 38. Scribæ & Phariſæi volunt ex Chriſto videre oſtentum, non acquieſcentes ſcilicet verbo ipſius, & ſcripturis ſacris. Repetunt petitum Matth. XVI. 1. petentes illuſtre ſignum ex cœlo, non contenti eo, quod paulo ante in terra ediderat, pauco cibo multis hominum millibus ſaturatis. *Corruptio vera doctrinæ.* Nam fermento laborabant falſæ doctrinæ. Matth. XVI. 6. Marc. VIII. 15. Corrumpebant ipſam ſcripturam ſacram ſuis Pſeudhermeniis, docente id Chriſto Matth. V. 21. ſeqq. dum repurgat decalogum à Pſeudhermeniis Phariſaicis: & traditionibus, quas ipſi aſſuebant. Matth. XV. 9. In articulos fidei impingebant frequenter, vel ignorantia Matth. XXII. 46. vel negatione, vel alio modo, dicti propterea cœci. Matth. XV. 14. 16. 17. 24. de quibus agendum erit plenius in doctrina & ſcandalis Eccleſiæ Judaicæ. *Corruptio cultus*: Divinum enim cultũ tollebant, & humanitus inventum ſubſtituebant. Matth. XV. 5. Marc. VII. 3. ſeqq. *Blaſphemia*; dum Chriſtum arguebant colluſionis

Vitia contra

1. tabulam.

cum Diabolo, & aliorum ſcelerum. vide Matth. IX. 34. XII. 24. XXVI. 65. XXVII. 12. 41. 42. 43. 63. *Profanatio locorum ſacrorum*; Templum enim, quod Dei domus erat, fecerant ſpeluncam latronum. Matth. XXI. 13. *Precum*, quas prætexebant, ut diteſcerent. Matth. XXIII. 14. *Juramentorum*, tanquam perjurium non eſſet, quod in templo committatur. ℣. 16. *Decimarum*, quas dabant etiam de minimis herbis & oleribus, tanquam opus ſupererogationis, juxta Lyranum, Salmeronem, & Janſenium. vide Menoch. de rep. Hebr. lib. II. c. 4. n. 3.

Contra II.

§. 17. In *tabulam poſteriorem* impingebant neglectu & abuſu officii ſui, qui tamen volebant Rabbi, & Patres aliorum dici. Nam ligabant conſcientiis onera, quæ ferre non poterant. Matth. XXIII. 4. claudebant iiſdem aditum ad vitam æternam, ipſimet non intrantes. ℣. 13. Mare quidem & aridam circumibant, ut facerent Proſelytum, ſed factum reddebant duplo ſe ipſis pejorem. ℣. 15. Odio immani flagrabant erga proximum, eique inſidiabantur verbis, & manus reipſa injiciebant, more Patrum ſuorum Propheticidarum, [illegible], Confer Matth. XII. 14. XXI. 46. XXII. 15. XXIII. 33. XXVII. 20. Et quæ diximus ſupra in perſecutionibus. Probabant libellos repudii, contra inſtitutionem divinam matrimonii, Matth. XIX. 7. ſeqq. Avari erant, & inſidiabantur viduarum domibus, & populi opibus, ad ſeſe ſub prætextu religionis & cultus corradendis. Matth. XXIII. 14. Mendaces erant re, & verbis: Re; Nam erant Hypocritæ, qui aliud extus ſimulabant, aliud corde premebant, vide Matth. XV. 7. XXIII. 5. 13. ſeqq. verbis; Nam calumniis vexabant Chriſtum, tanquam apoſtata, præſtigiator, lutco, ſeditioſus, blaſphemus eſſet, ut §. præced. dictis oſtendimus. Inducebant etiam alios, ut falſa de ipſo & diſcipulis teſtimonia deponerent. Matth. XXVI. 59. ſeqq. XXVIII. 12. 13.

Fata.

§. 18. *Fata.* His vitiis mirum non eſt, quod infelicia ipſorum fata fuerint. Erant quidem coram populo in magna exiſtimatione. Nam ſalutabantur officioſe, & quando in publicum prodibant: honorificis titulis colebantur, dicti Rabbi; In ſcholis, & epulis primas ſedes affectabant. Matth. XXII. 6. 7. Attamen immeritò; Nam aliquoties à Chri-

ſto

Digitized by Google

ſto repulſi ſunt, & manifeſto victi, & convicti erroris, temeritatis, injuſtitiæ, & aliorum vitiorum, ut vel populus id animadverteret, nec Gentiles neſcirent. Dabimus aliquot exempla. Matth. IX. 2. ſeqq. Chriſtum tacitè alicujus blaſphemiæ inſimulant, quod paralytico peccata ſua ex propria auctoritate remiſiſſet; ſed curato paralytico confuſi ſunt coram populo, Deum laudante. Matth. XXII. 15. ſeqq. captare ipſum volunt fallaci quæſtione propoſita ſed ipſi ſuis retibus capiuntur. Sadducæos veluti injecto freno compeſcuit, & confudit, ℣. 34. Simili ratione etiam Phariſæos. ℣. 47. Pilatus ſciebat, quod ex invidia ipſum perſequerentur. Matth. XXVII. 18. Marc. XV. 10. Ager, ex iniquo pretio proditoris emptus, in perpetuam ipſorum ignominiam dictus eſt Hackeldama; ager ſanguinis, nempe perfide proditi, empti, & innocenter fuſi. Matth. XXVII. 7. ſeqq. Reſuſcitato Jeſu in extremas anguſtias redacti ſunt, vulgato rumore, quod milites oblata pecunia corrupiſſent, & ad mentiendum emiſſent. Matth. XXVIII. 12. ſeqq. Eccleſiaſticam & reliquas hiſtorias ſi conſulamus, deprehendemus plura infelicia ordinis iſtius fata.

Ut ſuperius dicta ex antiquitatibus Judaicis illuſtremus, repetamus ea, quæ de Sacerdotibus & Scribis Judæorum ex Thalmudicis Doctoribus congeſſit Joh. Lightfoot. horar. Hebr. ad Matth. II. 4. *Cum conſtaret*, inquiens, *Synedrium è Sacerdotibus, Levitis, atq; Iſraëlitis (ut docet* Maimonides in Sanhedr. c. 2.) *ſub voce* Ἀρχιερέως *hic comprehenduntur duo priores, quotquot ſcilicet è clero erant è Synedrio: & ſub* Scribis populi *omnes iſti è Synedrio, qui non fuerunt de clero.*

Sacerdotes varias ſubierunt diſcriminationes.

I. *Fuerunt è Sacerdotibus qui* כהני עם הארץ *vocarentur, quaſi dicas*, Sacerdotes plebei, *qui nempe, non è plebe quidem eſſent, ſed educatione ſcholaſticâ carerent, atque inter doctos, ac religioni devotos, non numerarentur. Cum enim totum ſemen* Aaronis *eſſet ſacerdotale, & ſacerdotes non tam facti eſſent, quam nati, non mirum, ſi inter eos reperirentur & rudes pauperes. Hinc illa diſtinctio* Hieroſ. Trumoth f. 44. 1. עניי ישראל ועניי כהנים מלקטין Pauperes Iſraëlitæ; & pauperes Sacerdotes colligunt *Et col. 2.* כהן חבר וכהן עם הארץ Sacerdos votarius & Sacerdos plebeius. *Et cautum eſt* שאין תרומה לכהן עם הארץ Ne detur oblatio Sacerdoti plebeio.

Digitized by Google

Redditurq; ratio, quia quicunque oblationem dat Sacerdoti plebeio, idem facit, ac ſi leoni daret, de quo dubitari poteſt an calcaturus ſit pedibus, & comeſturus an non. Ita de Sacerdote plebeio dubitari poteſt, an comeſturus ſit in mundicia. Bab. Sanhedr. fol. 90. 2. *Utcunq; hi indocti & rudes vices tamen ſuas ad altare pro ſorte decretum. Obſtupeſcas, ea legens, quæ de inſcitia ac ruditate vel ipſius Summi Pontificis ſupponuntur*, *Joma cap.* 1.

II. Fuerunt, qui vocarentur כהנים הדיוטות Sacerdotes Idiotæ, *vel privati; qui, quamvis & docti eſſent, & publico munere ad altare fungerentur*, Privati *tamen dicebantur, eo quod inferioris ordinis eſſent Sacerdotes, & non dignioris.*

III. Dignior gradus Sacerdotum fuit quadruplex, præter gradum ſummi Pontificis, atque τοῦ Sagan ejus vicarii. Nam, 1. *erant* Capita Ephemeriarum ראש משמר *numero viginti quatuor.* 2. Capita familiarum *in unaquaque Ephemeria*, ראש בית אב. *De utriſque vide Hieroſ.* Taanith. *f.* 68. 1. 3. ממונים שהיו במקדש Præfecti variis officiis in templo, *de quibus vide* Shekalim *cap.* 5. 4. *Qui Sacerdotes, vel Levitæ quidem [quamvis non ex his ordinibus] cooptati fuerunt in ſummum Synhedrium. Ἀρχιερεῖς ergo hic alibique, ubi de Synedrio agitur, ii ſunt, qui in ſupremum illum Senatum conſcripti fuerunt, de ſtirpe Sacerdotali aut Levitica.*

Ad vocem: Γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, idem ſequentia notavit: סופר Γραμματεὺς *generaliter quemlibet doctum denotat, & opponitur τῷ* בור rudi *vel agreſti* Bab. Beracoth. fol 45. 2. Duo qui ſimul comedunt, gratias agere tenentur ſingulatim כששניהם סופרים Cum ambo ſunt ſcribæ: אבל אחד סופר ואחד בור סופר מברך ובור יוצא At vero ſi unus ſit Scriba & alter rudis, *vel agreſtis*, gratias agat Scriba, atque inde ſatisfit officio rudis, *vel indocti. Sic* סופרי כותיים Scribæ Samaritanorum, Bab. Sotah fol. 31. 2. *id eſt*, docti inter Samaritanos: *nam inter eos non erant traditionarii. Singulariter* סופרים *eos denotat, qui docti quidem eſſent, atque educationis Scholaſticæ, tractando calamo, atque ſcriptioni præcipuè ſeſe addixerunt: quales erant, Notarii publici in Synhedriis, Regiſtrarii in Synagogis, Amanuenſes transſcribendis, legis, Phylacteriis, ſummonitis poſtibus affigendis, contractuum libellis, aut divortii, &c. operam navantes. Atque hoc ſenſu* ספרא & תנא *aliquando opponuntur, quamvis non eſſet* ספרא *qui ſenſu aeque doctus non eſſet:* כפרא *In* Bab. Avodah. Zarah. f. 9. 1. &c. *diſcutitur, [quod lectu non indignum] quomodo diſcrepantia computi toleretur inter* תנא Expoſitorem *cathedra vel pulpitis, &* ספרא Scriptorem *contractuum aut libelli erantve repudii, vel Regiſtrarium, &c. in commerandis annis Templi, Imperii Græcorum, &c. De qua re hac inter alia concluſum eſt:* ספרא בצירא תנא תוספאה: Quod Scriba compendioſè computet, Doctor copioſius: *Lecti loci non pigebit, ubi nec lecti tractatus iſtius, qui* מסכתם ופרים *vocatur, qui Scribæ iſtiuſmodi, de qualibus jam ſermo, dictat, de exſcribendis lege, Phylacteriis, &c. At pro omnibus aliis traditionum Patres Scribæ audiunt [qui quidem erant Seniores Synhedrii] quod ſatis liquet in his atque ejuſmodi locutionibus:* דברי סופרים חביבים מדברי תורה: Verba Scribarum ſunt amabiliora quam verba legis: *id eſt*, Traditiones præſtant legi ſcriptæ: זה מדברי סופרים Hoc eſt è dictis Scribarum, *id eſt*, hoc eſt ex decretis traditionalibus.

Art. XI. Sect. II.

De

DOCTRINA ET CULTU JUDAICO.

Argumentum:

E*Ccleſia Judaica habuit publicam doctrinam, & eam mixtam.* 1. *Principium genuinum erat ſcriptura ſacra,* 2. *Adulterinum vero traditiones,* 3. *Exponuntur ſcripturæ nomina.* 4. *Cauſſæ.* 5. *Affectiones,* 6. *Articuli, & quidem quoad Theologiam.* 7. *Χριστολογίαν.* 8. *Ἀνθρωπολογίαν, & quidem ſtatum hominis inſtitutionis,* 9. *Deſtitutionis.* 10. *Reſtitutionis.* 11. *Renovationis.* 12. *Juxta Tabulam decalogi priorem,* 13 *& poſteriorem.* 14. *& glorificationis.* 15. *In Cultu notantur: Miniſterium, Sacramenta, initiationis.* 16. *Confirmationis, ſeu agnus paſchalis.* 17. *Sacrificia,* 18. *Tempora ſacra.* 19. *Loca.* 20. *Ritus alii.* 21.

§. I.

SIcut Chriſtianiſmus habet ſuam doctrinam & cultum, quo formaliter conſtituitur, ita & Judaiſmus, & hic quidem mixtum. Erant enim in doctrina & in cultu, quædam legitima, quædam illegitima, de utrisque breviter quædam erunt delibanda. Doctrina Judaicæ I. Exiſtentia.

§. 2. *Doctrinæ* fit mentio Matth. XV. 59. XVI. 12. XVII. 10. XXIII. 3. Agnoſcebant ipſi *viam aliquam Domini*, quæ docenda. Math. XXII. 16. Cultus deſcribitur in Hiſtoria Zachariæ Sacerdotis, qui in templo ſacris operabatur Luc. I. 8. ſeqq. Loquor autem de doctrina & cultu ordinario, ficut vulgo erant recepta, adeoque non de extraordinariis revelationibus, & inſpirationibus, quas nonnulli, & nonnullæ, ad externam viſibilem Eccleſiam Judaicam ſpectantes, habuerunt, ut erant Zacharias, Eliſabetha, Maria Deipara, Simeon, Hanna &c. Luc. I. 13. 28. 41. 47. 68. II. 29. 34. 35. ſeqq. Neque etiam loquor de Catechumenis Chriſtianiſmi,

Iiiii 3 multo

multo minus de provectioribus; Hi enim & iſti ad Chriſtianiſmum ſpectabant; nobis vero quæſtio eſt de Judaiſmo.

II. Principium vel genuinum.

§. 3. Quod I. *Doctrinam* publicam attinet, duo principalia membra obſervanda ſunt, nempe principium, & principiatum. (1) *Principium.* Mixtum illud erat. Nam Moſen & Prophetas amplectebantur quidem, ſed ſimul traditiones orales, vel ſcriptas, à majoribus acceptas, vel à ſemetipſis inventas. Moſen & Prophetas ipſos habuiſſe, & in publico quidem uſu, ex multis manifeſtum eſt. In Moſen ſperabant. Joh. V. 45. Ejus teſtimonia allegabant in diſputationibus. Joh. VI. 31. Legem amplectebantur. Joh. VII. 49. 51. Moſis diſcipuli ſumus, gloriantur Joh. IX. 28. Supererat Moſis cathedra, in qua Scribæ & Phariſæi, Doctores publici, ſedebant. Matth. XXIII. 2. ex hac quidquid illi pronunciabant, credendum & faciendum erat, ipſomet Chriſto jubente. ℣. 3. Fratres epulonis divitis, in Eccleſia Judaica viſibili conſtituti, habebant Moſen & Prophetas, quos ex publicis Doctoribus, vel lectione propria, audire poterant, & debebant. Luc. XVI. 29. Iſtos enim libros publicè fuiſſe lectos & in Synagogis explicatos factum Chriſti docet Luc. IV. 16. quippe qui in Synagoga Nazarethana Eſaiæ volumen evolvit, & explicuit. Neque ipſe ſolum evolvebat, ſed etiam Pontifices & Scribæ. Hi enim conſulti ab Herode de Meſſiæ patria, reſpondent ex Micha Propheta. Matth. II. 5. & 6. Sequenti tempore, quoties Moſis fit mentio, vel aliarum ſcripturarum, ut Pſalmorum, quos legem vocant. Joh. XII. 34. in colloquiis & diſputationibus, toties apparet, eos ſcripturam, in qua vita æterna continetur Joh. V. 39. tanquam principium recepiſſe, & quidem tanquam Principium *fidei*, ut hactenus oſtenſum; & *cultus publici*; Nam juxta legem Moſaicam Exod. XIII. 2. Levit. XII. 8. parentes Jeſu Chriſti in templo Hieroſolymitano ſeſe ſiſterunt, primogenitum obtulerunt, & ſacrificium pro purificatione. *Dicas*: Atqui Chriſtus Joh. V. 46. 47. negat, Judæos credidiſſe Moſi, & ipſius ſcriptis. ℞. credebant quidem in theſi, ſed non in hypotheſi; verba quidem recipiebant, ſed mentem ſpernebant.

Vel adulterinum.

§. 4. Dolendum vero, quod præter ſcripturam etiam *traditiones* non ſcriptas, ſaltem in ſcriptura ſacra non, receperint &

ſectati

ſectati fuerint. Traditiones ſunt trium generum, hermeneuticæ, dogmaticæ, & cæremoniales. *Hermeneuticæ* concernebant ſenſum & explicationem ſcripturarum, quam ex traditione veterum amplectebantur, etſi à mente ſcripturarum alienam. Specimen talium traditionum exhibet caput V. Matthæi, tanquam ſola cædes externa à Moſe eſſet vetita, ℣. 21. Sicut & adulterium ſolum externum; ℣. 27. & perjurium adverſus Deum immediatè commiſſum. ℣. 33. De quibus & ſimilibus infra agendum erit ex profeſſo. *Dogmaticæ* vero verſabantur circa dogmata, quæ non acceperant divinitus, ſed humanitus. Matth. XV. 9. *Cæremoniales* vero circa ritus varios, qualis erat ablutio manuum ante prandium, vel cœnam Matth. XV. 2. 3. Marc. VII. 5. vaſorum. ℣. 8. & ſimilia, de quibus infra in cultu erit agendum. Tales traditiones illi verbo Dei addebant, imo præferebant, transgredientes præcepta Dei propter hæc hominum præcepta. Marc. VII. 8. quod non feciſſent, ſi in verbo Dei ſcripto unicè acquieviſſent. *Eccleſia* quoque, & ejus antiquitas & ſucceſſio nimium apud ipſos valebat, tanquam dilectus Dei populus eſſent propter ortum antiquiſſimum ex Abrahamo repetitum. Matth. III. 9. Joh. VIII. 39. 40. Volebant dici Rabbi, qui non poſſint eſſe cœci, id eſt, errare. Joh. IX. 40. 41. & Patres in fide, quæ dignitas ſolius Dei eſt. Math. XXIII. 7. ſeqq. *Miracula* quærebant Marc. VIII. 11. &c. tanquam principia fidei, ſpreta ſcriptura. Matth. XII. 39. Joh. VI. 30. ſeqq.

Scripturæ
(1) Nomen.

§. 5. Ut autem diſtinctè iterum procedamus; Nota (1) *Nomen* & deſcriptiones ſcripturæ. Communi voce libri V. T. dicebantur *lex*. Qua voce indigitantur non ſolum libri Moſaici. Matth. V. 17. XXII. 36. Joh. VIII. 5. Sed etiam Pſalmorum. Joh. XII. 34. & Prophetarum. Matth, V. 18. collato cum ℣. 17. Diſtinctius dicuntur Moſes & Prophetæ ab Abrahamo, patre divitis epulonis. Luc. XVI. 29.

(1) Cauſſæ ut efficiens.

§. 6. Crediderunt Judæi (1) *Scripturam ſacram fuiſſe divinitus inſpiratam.* Joh. IX. 29. gloriantur adverſus Jeſum, quod ſcirent, Deum cum Moſe eſſe locutum, adeoque quæ Moſes ſcripſit eſſe divinitus inſpirata. confer. Matth. XIX. 7. XXII. 24. 31. Huc pertinet, quod Joh. IX. 16. Phariſæi dicunt: Negabant enim

Jeſum

Jeſu[illegible]m Nazarenum eſſe ex Deo, eo quod Sabbatum violaſſet, nem[illegible]pe divinitus inſtitutum per Moſen, qui præceptum ſcripſiſſet. Nec dubium eſt, quin de Prophetis idem crediderint, ſecus fide[illegible]m ſuam illis non adſtrinxiſſent. Joh. VII. 41. 42. Cum diſputare[illegible]ur de Meſſia, an is Jeſus eſſet; negabant id nonnulli, & probab[illegible]rat negativam ex Mich. V. 1. ubi habetur, quod Meſſias futuru[illegible]s eſſet ex domo Davidis, & urbe Bethlehem, non autem ex Gal[illegible]æa, unde Jeſus eſſet.

Materialis.

(2) *Libros canonicos eſſe Moſis & Propheta[illegible] ſcripta.* Quotiescunque enim ſcripturæ mentionem faciunt ipſi [illegible] vel alii ad ipſos, toties Moſis, vel Prophetarum meminerunt, & P[illegible]æter hos nullius alius ſcripti non-Prophetici. Habebant eni[illegible] Moſen & Prophetas. Luc. XVI. 29. quos qui ſolverent apu[illegible] ipſos abominationi erat, ut colligitur ex Matth. V. 17. Adduc[illegible]tur in Evangelica hiſtoria interdum ſpecialia etiam dicta ex libr[illegible]ſtis: Nempe ex Geneſi Matth. XIX. 4. XXIII. 35. Marc. X. [illegible] Exodo. Matth. V. 21. 27. XII. 4. XV. 4. Levitico. Matth. V. [illegible] VIII. 4. Numeris Matth. I. 19. Deuteronomio. Matth. V. 3[illegible]4. XXII. 24. Ex libris hiſtoricis; nempe Samuelis Matth. XII[illegible] Marc. II. 26. Regum & Chronicorum. Matth. XII. 42. Ex [illegible]lmis. Matth. XXI. 9. 16. 42. XXIII. 43. Ex Prophetis, cum [illegible]ajoribus, ut Jeſaia Matth. III. 3. XV. 7. XXI. 13. Marc. VI[illegible] tum minoribus, ut Oſea Matth. IX. 13. XII. 7. Michea Ma[illegible]h. II. 6. Jona. c. XII. 39. 40. Malachia. c. XI. 10. Marc. IX. 11. [illegible] Omnia hæc, & alia præter hæc, ita citantur, ut appareat ex con[illegible]tu, Judæos hos libros pro divinis & canonicis agnoviſſe.

Finalis.

(3) [illegible]men *& effectum ſcripturarum eſſe vitam æternam.* Joh V. 39. Chriſtu[illegible]s perhibet ipſis hanc laudem, quod credant ſeſe in ſcripturis hab[illegible]re vitam æternam.

(3) Affectiones: ut ſunt 1 Integritas.

§. 6. III. *Affectiones.* Quæ ſunt: *Integritas.* Judæi ſcriptu[illegible]am non mutilarunt, aut alio modo, quoad materiam exter[illegible] corruperunt, aut corrumpi ſunt paſſi. Probatur ex ſilentio [illegible] Chriſti. Non enim legimus, Chriſtum, vel diſcipulos, vel ant[illegible] ipſos Johannem Baptiſtam ipſos reprehendiſſe, aut flagitii iſti[illegible] inſimulaſſe: quin potius teſtimonium dediſſe, quod habe[illegible]at adhuc Moſen & Prophetas. Joh. V. 39. Confirmatur ex teſ[illegible]moniis, quæ ex Moſe & Prophetis vel allegabant ipſi, vel alii ex [illegible] libris apud ipſos receptis; Sicut enim hodie adhuc leguntur,

ita

ita tum quoque ſonabant. Collegimus teſtimonia & propoſuimus ſupra in artic. de ſcriptura : *Perfectio*. Hanc hactenus Perfectio.
credebant, quatenus credebant, vitam æternam in illis haberi. Joh. V. 39.

§. 7. (III) *Principiatum* ſunt articuli fidei, ex ſacris literis eliciti, vel aliunde ſuperadditi : Ordinis ergo, ſuperius in Chriſtianiſmo obſervati, diſtribui poſſunt juxta Θεολογίαν, Χριστολογίαν & Ἀνθρωπολογίαν (1) *Theologiam*; In qua quidem crediderunt, *Deum eſſe*, utpote cujus ipſi toties mentionem faciebant, eum exiſtere ſupponentes; Habemus Patrem, Deum, ajunt Judæi Joh. VIII. 41. Sed illum Deum eſſe *tres perſonas*, quæ ſint Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, non omnes ſaltem ſciverunt, & crediderunt. Non hoc dicimus, quod credere non potuerint ex *ſcriptis* V. T. edocti, ſed quod non crediderint, proprio ſuo vitio. Potuiſſent credere ex Pſalm. CX. Matth. XXII. 43. 44. Ubi Dominus Domino Davidis dicit : ſede à dextris meis: En duas perſonas, Patrem, & Filium, quarum una alteri loquitur. Tertiam quoque potuiſſent noſſe, nempe Spiritum Sanctum; hujus enim afflatu David iſtud abſconditum colloquium noverat, & Meſſiam Dominum dixerat. Scripturis acceſſit *explicatio* Johannis, Chriſti, & diſcipulorum utriusque; Deum enim ſuum eſſe Patrem, & ſeipſius Filium, aliquoties Chriſtus aſſeruerat, & probaverat, confer dicta ſup. art. IV. Sect. 1. §. 6. ſeqq. Sed hæc etiam præcipui Judæorum nec ſciebant neque credere volebant. Neque enim poterant conciliare ſecum Davidis filium & Dominum, quod facile potuiſſent, ſi ſciviſſent, & credidiſſent, Deum eſſe Patrem, qui genuerit Filium ex ſua eſſentia, Deum, ſicut ipſe eſt; Simul tamen & hominem factum, aſſumpta ex ſemine Davidis humana eſſentia. Credebant quidem Deum Patrem, ſed *ſuum*; Joh. VIII. 41. nempe creatione; (Nam de regeneratione ne quidem Nicodemus, inter Phariſæos princeps, vel tantillum ſcivit, & credidit) Minime autem credebant, illum Patrem ex ſua ipſius eſſentia genuiſſe Filium; ſecus non adeo abſolutè blaſphemiæ Chriſtum poſtulaſſent, cum ſeſe Dei Filium, & iſtum ſuum Patrem, dixiſſet. Matth. XXVI. 64. 65. Credibile igitur eſt, ipſos etiam de pro-

III. Principiatū. 1. Theologia.

Digitized by Google

cessi one Spiritus ſancti à Patre & Filio, id eſt, charactere perſo-
nali tertiæ perſonæ, nihil, aut parum credidiſſe & ſciviſſe, niſi
quan tum ex concionibus Johannis Baptiſtæ, Chriſti, & Apo-
ſtolo rum didicerant: Quod ipſum tamen noſſe potuiſſent
ex J ſ. XLII. 1. Ubi Deus Pater *ſuum* Spiritum appellat, nempe
à ſeſe procedentem. Ex Jeſ. LXI. 1. ubi mentio fit Spiritus
יְהוָה אֲדֹנָי, atque ita plurium perſonarum, in voce אלהים
nem Patris & Filii. Quæ duo loca allegantur Matth. XII.
18. L uc. IV. 18. De *attributis divinis* forſan plura noverunt; Sicut
& d e *operibus*, nempe creatione & creaturarum rerum *gubernatione*,
ſed h non immoramur.

Χειρολογία. 8. (2.) *Χειρολογίαν.* Meſſiam Luc. III. 15. XII. 34. aliquem
vent um eſſe, extra controverſiam apud ipſos erat poſitum, ſed
in P ona, & in naturis multum erat ignorantiæ apud ipſos, &
erro de quo nonnihil jam dictum eſt, §. præced. & in *Χειρολογίᾳ*
ſuper , quando de Meſſia & ejus officio egimus. *Perſonam*
igno bant, etſi in medio ipſorum verſaretur. Joh. I. 26. *Naturas*
quo , ſaltem divinam, neſciebant Joh. VIII. 14. Matth. XXII. 43.
46. (m tamen noſſe potuiſſent ex nomine; Jeſaias enim VII. 14.
cum pellarat Imanuelem, Deus nobiſcum; Matth. I. 23. David
cum carat ſuum Dominum. Pſ. CX. 1. Matth. XXII. 43. Et appli-
catio m ad Jeſum facere potuiſſent ex miraculis, ut ille cæcus,
quo us eſſet. Joh. XI. 30. ſeqq. Humanam quidem ſciebant
& c bant; Nam agnoſcebant Meſſiam pro filio Davidis
Mar X. 30. XXI. 9. XXII. 42. Marc. XII. 35. Joh. VII. 42. ex
Beth hem Judæ: Matth. II. 6. Joh. VI. 42. adeoque ex ſe, Judæis,
proc ro. Joh. IV. 22. Sed non poterant componere cum divina
natu qui ſimul Deus & homo, ſeu Immanuel eſſet. Matth. XXII.
46. nde conſequitur, de communione duarum naturarum,
& c municatione idiomatum, & officiis, & ſtatibus eos te-
nue vel nullam fidem habuiſſe, quæ quidem publicè emicuiſ-
ſet. Regem fore, ſciebant quidem Joh. XII. 13. Sed *Regnum* ejus
mu num fore, ſibi imaginabantur. Matth. XVIII. 1. XX. 21.
Offici *Propheticum* ex Deut. XVIII. 15. daret, & innotuerat inter
Jud Joh. VI. 14. Sed illud peccatores concerneret, ne-
gab Matth. XI. 19. Luc. VII. 39. Similiter & *Sacerdotale*.

Neſcie-

Neſciebant enim, quorſum morte tenderet Meſſias. Joh. VIII. 14. perſuaſi, Chriſtum ſemper manſurum, id eſt, nunquam moriturum eſſe. Joh. XII. 34. Hoc ipſo evacuabatur Chriſti meritum; non credentibus ipſis, quod meritoria Meſſiæ juſtitia, ſed quod propria, juſtificandi & ſalvandi eſſent. Matth. V. 20. Nec de *ſtatibus* Chriſti ipſis conſtabat. Neque enim capere poterant Joh. XII. 34. qui Meſſias exaltandus ſit, nempe per mortem ad dextram Dei, quem credebant ſemper manſurum; ignorantia omnino vincibili ex Jeſ. LIII. 5. ſeqq. confer Matth. VIII. 17. XXVII. 14. Act. VIII. 32. 1. Pet. II. 24.

§. 9. (5) *Ἀνθρωπολογία.* Vulgo diſtribuitur hic articulus ſecundum quatuor ſtatus hominis, inſtitutionis, deſtitutionis, reſtitutionis, & glorificationis. *Statum inſtitutionis* ipſis ſuppeditavit Moſes Gen. I. 27. allegante Chriſto Matth. XIX. 4. 5. Refert enim Moſes, quod Deus ab initio crearit hominem, & eum quidem maſculum & fœminam, qui forent in una carne; Quod cum ſciret Adamus, etſi prius à nemine informatus, argumento erat, quod imagine Dei colluſtratus eſſet. Sed an myſterium hoc Phariſæi intellexerint, vehementer dubito, ſi cogito, ipſos rationem inſtituri matrimonii neſciviſſe. ỿ. 5. 7. Ἀνθρωπολογία quoad ſtatum inſtitutionis.

§. 10. *Statum deſtitutionis* aliquanto melius noverant. Scientes, eſſe diabolum Matth. IX. 34. XII. 34. Et peccatum Joh. IX. 24. Sed peccatum originale, ſaltem quoad profunditatem ſuam, neſciverunt; Nam neſciebant regenerationem Joh. III. 4. Et ſervitutem peccati. VIII. 33. Et ſibi imaginabantur perfectam impletionem legis, quod non feciſſent, ſi profundam naturæ ſuæ corruptionem ſatis intellexiſſent: Matth. V. 20. Dicebant quidem cœco iſti, à Chriſto reſtituto, quod totus in peccatis natus eſſet. Joh. IX. 34. Sed peculiare quid in ipſo notabant, non commune vitium. Certè peccata etiam actualia, quæ corde, vel ore committuntur, ita extenuabant, ut mortalia eſſe ea negarent. Matth. V. 21. ſeqq. multo magis negaverint, peccatum originale, ut vitioſus habitus eſt, non actus, eſſe mortale. Deſtitutionis.

§. 11. *Status reſtitutionis.* Verſabantur quidem Judæi in Reſtitutionis.

Kkkkk 2 miſero

miſe
ſed
Joh.
Mat
Meſ
ribu
non
ſtatu
23.
dem
clavi
ſedel
bant
Laic
ut ex
Sacra
paſc
tam
opu
ut ſo
des,
cium
cata
tuita
V.2
dis r
jecta
rent
XVI
ſalus
giſtr

Renovatio in genere.

in gen
quoc
hom
oper

ero ſtatu, peccati nempe, & pœnarum, peccato debitarum; ſuam miſeriam non ſatis agnoſcebant, nolentes eſſe cæci. IX. 40. 41. Et ſervi; Joh. VIII. 33. & ægri, & injuſti. ch. IX. 12. Marc. II. 17. Quare de miſericordia Dei, propter iam hominibus propitii, parum idonee ſentiebant, ſuis ope. confiſi. Tales erant, qui Medico, & ſalvatore indigere ſibi videbantur, ut ex dictis alleg. conſtat. *Magiſterium* ab iis ſed bant, quod ſuam vocationem à Deo habent. Matth. XXI. Marc. XI. 28. Joh. III. 2. cujus ſit viam Domini, & recte qui. docere. Matth. XXII. 16. ut auditores intrent in cœlum, ius concreditis, referandum. Matth. XXIII. 13. Hoc fine rat in cathedra Moſis. ℣. 2. Sed monopolium inde facie. tanquam ſibi ea poteſtas, quidvis etiam agentibus, præ competeret; ut ex ℣. 7. conſtat. *Verbum* Dei ſtatuebant, 3. 4. 5. & 6. patet, ſed erroneas opiniones admiſcebant. *enta* quoque docebant, nempe circumciſionem, & agnum lem, ut ex praxi inferius expedienda, conſtat; videntur ex inde, ſicut & ex aliis cæremoniis Matth. XV. 5. XXIII. 14. operatum feciſſe, quod profuerint ſine bono motu cordis, nt operarii ſentire. *Effectus* verbi & ſacramentorum eſt ſi- per hanc *Juſtificatio* hominis. Deo quidem hoc benefi- ribuebant, ita ut nemo hominum propria auctoritate pec- mittere poſſit. Matth. IX. 2. 3. Luc. V. 21. Sed non gra- gratiæ divinæ; verum bonis operibus ſuis. Patet ex Matth. Ubi Chriſtus meliorem juſtitiam à juſtificandis & ſalvan- quirit, quam quæ erat Phariſæorum, nixa, ut exempla ſub- docent, operibus etiam electitiis. Erant, qui interroga- quid faciendo ſalvari poſſint? Marc. X. 17. Luc. X. 25. I. 18. innuentes, ſe credere, quod ex operibus ſit juſtitia & *Regeneratio* ignorabatur à Nicodemo, magno illo in Iſraële Ma- Joh. III. 4. Sicut & ab aliis *manducatio Spiritualis*. Joh. VI. 52. S. 12. *Renovatio* concernit opera bona. Et quidem (1) illud eſt bonum opus, quod Deus præcepit; ſed illi ea ac cenſebant opera bona, quæ ex privata devotione, aut um mandato naſcebantur. Matth. XV. 9. notantur talia dum rejicitur cultus ex mandatis hominum profectus.

Confer

Confer ỳ. 2. 3. Marc. VII. 3. ſeqq. Cæterum neceſſaria eſſe bona opera cenſebant, eo quod in lege præcepta eſſent, Matth. XXIII. 36. Et hactenus bene; male autem, quod neceſſitatem iſtam extenderint etiam ad media uſque; Luc. X. 25. tanquam neceſſaria eſſent ad ſalutem, neceſſitate medii. Eademque ad unguem ſervari ab ineunte ætate. Matth. XIX. imo plus præſtari poſſe, dum decimas dabant ex rebus in lege divina non ordinatis ad decimas. Matth. XXIII. 23. Revera autem legem non ſervabant. Joh. VII. 19. præferentes cæremonialia & electitia opera moralibus & divinitus imperatis. Matth. IX. 13. XII. 7. XV. 5. XXIII. 23.

§. 13. (2) *In ſpecie.* Quædam opera concernunt tabulam decalogi priorem, quædam poſteriorem. *Priorem*, cujus ſumma eſt dilectio Dei ſuper omnia, ex toto corde, tota anima, omnibus viribus, & toto animo. Luc. X. 27. Præcepta ſunt: Fiducia in Deo ponenda, ad quam digitum intendunt, etſi ſarcaſticè, Judæi. Matth. XXVII. 43. Honor Dei, qui non ſolum externus, ſed & internus ſit. Jeſ. XXIX. 13. Matth. XV. 8. Laus Dei, cujus oppoſitum eſt blaſphemia, improbata Matth. IX. 3. Joh. X. 33. XIX. 7. etſi mala applicatione. Juramenta ſancta quidem & licita ſtatuebant, ſed in natura eorum deſcribenda cœcutiebant, arguente Christo. Matth. XXIII. 16. Perinde, ut in doctrina de Sabbatho, quod ſuperſtitioſius ſervabant, putantes ne quidem charitatis opera ſibi, vel aliis præſtanda eſſe, qui tamen in juvandis jumentis ſuis erant operoſi; vide Matth. XII. 2. Marc. III. 4. Luc. VI 7. XIV. 5. — In ſpecie Tabula I.

§. 14. *Poſteriorem* concernit dilectio proximi, ex toto corde præſtanda. Luc. X. 27. Et hoc credebant, edocti ex lege; ſed ſenſum & uſum legis non habebant. Impingebant enim ſtatim in primo præcepto; dum opera cæremonialia, & electitia præferebant præcepto de honorandis parentibus, ſatius docentes, & putantes eſſe, ſi quis munera ſua gazophylacio intulerit, quam alendis parentibus impenderit. Matth. XV. 5. XIX. 19. Sed & in ſecundo, cenſentes, amicos quidem diligendos, ſed inimicos odio habendos eſſe. Matth. V. 43. XIX. 19. unde & vindictam privatam permittebant & probabant. Matth. V. 38. Qui tamen ipſi fatentur, ſibi non integrum eſſe, quenquam interficere — Tabula. II

 cere

cere, … nempe auctoritate propria, quandoquidem jus necis & vitæ
apud … Romanos, tanquam rerum Dominos, reſideret. Joh. XVIII.
31. S… Sed nec Magiſtratus abſoluta eſt poteſtas; Nicodemo aſ-
ferен… nce: lex non permittit inauditum condemnari. Joh. VII. 51.
Nec … reſpicienda eſt in judicio perſona. Matth. XXII. 16. Audie-
rant, … neminem eſſe occidendum. Matth. V. 21. XIX. 18. XXIII. 30.
XXV… II. 6. 25. Joh. VIII. 22. niſi reum, eumque à ſuperiore;
Mat… h. XXI. 41. Adulteria eſſe vetita concedebant quidem:
Mat… h. V. 27. XIX. 18. & punienda eſſe cenſebant Joh. VIII. 5.
Sed … tabant, legi ſatisfieri, ſi quis ab externo ſaltem adulterio
abſti… uerit, quare Chriſtus docere voluit, quod illud etiam in
cord… committatur, & oculis. Matth. V. 27. Alius error erat, quod
licer… rumpere vinculum matrimonii ex aliis quoque, quam
adul… rii, cauſſis, cum tamen non niſi adulterium violet
vinc… lum conjugale. Matth. XIX. 3. ſeqq. Furandum non eſſe,
furt… ſcil. externo, apud ipſos in confeſſo erat. Matth. XIX. 18.
Sed … ligioni ſibi non ducebant, domos viduarum ſub prætextu
long… rum precum ad ſeſe trahere. Matth. XXIII. 14. Mendacia
quo… ue improbabant. Matth. V. 33. & falſa teſtimonia. Matth.
XIX. 18. Et defraudationes. Marc. X. 19. Tum vero verum te-
ſtim… nium ducebant eſſe, ſi duo, vel tres teſtes eſſent. Joh. VIII.
17. … lium, ſi quis ſibi ipſe dixiſſet. v. 13. Statum renovationis
clau… ... *statum*, quam ſomnum eſſe non omnes ſaltem credebant.
Mat… h. IX. 24.

Glorificationis.

§. 15. *Status glorificationis* initium ſumit à reſurrectione
mo… uorum, quam, exceptis Sadducæis, credebant. Matth.
XIV. … 2. Videntur nonnullis etiam μετεμψύχωσιν ſomniaſſe, quod
coll… gere volunt ex Luc. IX. 7. ſeqq. ſed conſequentia non adeo
firm… Ante diem extremum ſperabant fore adventum Eliæ.
Ma… h. XVII. 10. ex male intellecto vaticinio Malachiæ IV. 5.
Da… vitam æternam, & pios in illam ingreſſuros eſſe, ſententia
ipſo… um erat. Matth. XIX. 16. Hactenus doctrina *Eccleſiæ* Judaicæ;
In … cathedra quidem erat Moſis: Matth. XXIII. 2. Sed non
ſen… per in ea ſedebant docentes, utpote ſuis erroribus obnoxii.
Ne… que ſemper Abrahami opera, credendo rectè, & piè vivendo,
pra… ctantes. Joh. VIII. 33. ſeqq.

§. 16.

Digitized by Google

§. 16. Viſibilis erat Eccleſia Judaica, & *cultum* exercebat ſacrum, de quo, utpote ad Judaiſmi formam ſpectante, pauca quædam delibabimus. Occurrit (1) *Miniſterium*, cujus erat rem ſacram publicè tractare; Immolando ſacrificia, incendendo thymiamata, proponere panes propoſitionis, accendere lucernas in candelabro, & orando pro populo; de quo quia Sect. 1. ex profeſſo dictum eſt, non eſt cur repetamus. (2) *Sacramenta*, quæ erant duorum generum: Alia enim erant univoca, alia analoga. Univocorum duo erant, circumciſio & agnus paſchalis: Analogica dicimus ſacrificia, & purificationem. *Circumciſio* erat ſacramentum initiationis. Solebant maſculos octavo poſt partum die circumcidere, & hoc in ſolenni congreſſu; Conveniebant enim in unum vicini & cognati ad ſacrum ritum, gratulaturi, comprecaturi, & ita ſolennitati iſti interfuturi, quod patet ex circumciſione Johannis, deſcripta Luc. I. 58. ſeqq. Et Jesu Chriſti. c. II. 21. Inter circumcidendum nomen imponebant infantibus parentes, & id (niſi aliæ cauſſæ intervenirent) juxta nomina cognatorum. Luc. I. 61. Niſi, dixi, aliæ cauſſæ intervenirent, quale quid factum cum Johanne Baptiſta, & Jesu Chriſto, utpote quorum nomina Angelus ante jam definierat. Luc. I. 13. IX. 31.

Cultus: ut Miniſterium Sacramenta vel Circumciſionis.

§. 17. Alterum Sacramentum erat *Agnus paſchalis*. In quo celebrando obſervanda ſunt (1) *Preparatio*. Abſtinere ſeſe volebant ab omni immunditie Levitica, ne ab edendo agno prohiberentur. Quare nolebant hypocritæ ingredi in prætorium Pilati, veriti, ne polluti ad feſtum celebrandum inepti redderentur. Huc referunt nonnulli, quod Marc. XIV. 13. dicitur, de portante vas figulinum; quaſi eo portata fuerit aqua ad purificationem paſchalem neceſſaria. Peregrini catervatim eo confluebant Joh. VI. 4. 5. Viri & fœminæ religioſiores, aſſumptis etiam ſecum interdũ liberis ſuis adhuc pueris. Luc. II. 41. ſeqq. Ut ſeſe etiam purificarent Joh. XI. 55. ſolebant aliquot dies ante feſtũ quoſdã mittere, qui ſibi hoſpitiũ præpararent, in quo agnum mactarent, & comederent. Matth. XXVI. 17. ſeqq. (2) *Celebratio*. Cum veniſſet dies menſis decimus quartus (excepto quando Sabbathum immediate ſequebatur, tum enim die XV. celebrabant) agnum mactabant, aſſabant, comedebant

Vel agni paſchalis.

Digitized by Google

bant d
Chriſti
tempo
ctionis
vocis a
bantur
duum
ſolenn
Hiero
vatæ,
bravit
Sacrificia. apud p

cauſſis
pore,
tenuit
etiam
offereb
ergo,
dona ſ
tur, d
Deus
quia ſ
inter ſ
Heb. l
dos,
Ad ſa
Sacrif
Luc.
pulli
Purific
puerp
lepro
ſtitio
lotis
rever

matim ſingulæ familiæ, vel plures, & ſocietates, qualis erat & diſcipulorum: panibus azymis veſcebantur toto eo re. Inter comedendum circumferebatur poculum benedi-, & dicebantur bona verba ex Pſalmis; eaque, ſi vim *ἀνακεῖμαι* Joh. XIII. 23. urgemus, convivis ſedentibus gere- Finis erat hymnus Matth. XXVI. 30. *Tempus* erat octi- cujus primus & ultimus dies præ reliquis erant ſancti & Luc. II. 43. Marc. XIV. 12. *Locus* communis erat urbs lyma Luc. II. 42. Proprius vero erant domus etiam pri-ualis ea erat, in qua paſcha Chriſtus cum diſcipulis cele-Marc. XIV. 15. Luc. XXII. 12. (3) *Conſequens*, & quidem egrinos, erat reditus domum verſus. Luc. II. 43.

18. *Analogica* ſacramenta erant: *Sacrificia*. Variis de acrificia offerebant. Puerperæ, abſoluto puerperii tem-ebant ſeſe ſiſtere in templo, & offerre aliæ lautius, aliæ acrificium. Luc. II. 22. ſeqq. Cui ſacrificio intererant riti veri, vel putatitii; ut ex eadem hiſtoria patet. Nam c conſuetum ſacrificium. Leproſi mundati gratitudinis m erga Sacerdotes, inſpectores, & judices, offerebant Matth. VIII. 4. Marc. I. 44. Sacrificia ſale condieban-te Chriſto Marc. IX. 49. Confer. Lev. I. 12. An, quia ctas epulas, velut ad convivium fuerit invitatus? An, pientiæ ſymbolum? Nihil definimus. Verba an fuerint ficandum prolata? quæris: videtur Menochio de rep. II. c. 9. n. 6. quod non. Ratio, quod Zaccharias Sacer-us licet, tamen ſacrificii ſui tempus abſolverit. Luc. I. 23. ficia referri poſſunt collationes in Korban. Matth. XV. 5. iorum alia erant holocauſta Marc. XII. 33. fuſo ſanguine III. 1. victimæ apud tenuiores erant aves, turtures, aut lumbini. Luc. II. 24. Erant ſuffumigationes. Luc. I. 8. 9. *iones*, & illarum quædam divinitus præceptæ, quales erant arum: Luc. II. 22. confer Exod. XIII. 2. Lev. XII. 8. Et orum. Matth. VIII. 4. Lev. XIV. 4. Quædam autem ſuper-, vel hypocriticæ; quales erant Phariſæorum, qui, niſi anibus, cibum non capiebant; quique domum ex foro ſimile quid faciebant; Vaſa quoque ſolicite extergebant.

Marc.

Marc. VII. 3. 4. 8. Confer. Matth. XV. 2. XXIII. 25. Joh. III. 25.

§. 19. *Dies ſacri.* Erant vel Sabbatha, vel feſta. *Diebus Sabbathi* ſolebant abſtinere ab omni labore, ita tamen, ut ad avertendum aliquod ſuum damnum à labore manuum ſibi non abſtinerent. Nam jumenta, in puteum delapſa, ſolebant hiſce diebus inde extrahere. Luc. XIV. 5. Convivia quoque adornabant, & ſe invicem epulis adhibebant. ṽ. 1. Rem ſacram in eisdem faciebant. Matth. XII. 5. Dierum *Feſtorum* præcipui erant, Paſchatis, Pentecoſtes, Scenopegiorum, & Encæniorum. De hoc mentio fit Joh. X. 12. de iſto Joh. VII. 2. Hic erat inſtitutus in memoriam reſtaurati altaris & templi, quod factum ſub Juda Maccabæo. 1. Maccab. IV. 36. 59. Tempora ſacra.

§. 20. *Locus* ſacer erat *templum.* Cujus frequens mentio fit in ſcriptis Evangeliſtarum. Multum quidem in eo mutatum fuerat per Herodem M. ita tamen, ut ſecundi templi ſubſtantia maneret, in quod Dominus ipſe veniret, & gloriam templi ſecundi majorem primi, ſeu Salomonei, templi faceret. Hagg. II. 10. Malach. III. 1. Plurimum temporis interceſſit, donec templum abſolveretur ab iis, qui è captivitate Babylonica reverſi erat: nempe anni XLVI. ut eſt apud Joh. II. 20. Situm erat in loco excelſo, ad quem adſcendendum erat. Luc. XVIII. 10. nempe mons Moria: 2. Par. III. 1. Structura erat magnificentiſſima, ut vel Chriſti diſcipulos in ſui admirationem raperet. Math. XXIV. 1. Marc. XIII. 1. auro illitum. Matth. XXIII. 16. 17. *Conſtabat enim ſtructura, & lapidibus candidis firmiſſimis, magnitudine XXV. cubitorum in longum; octum in altum; latitudine vero cubitorum XII. Habebat vero templum Baſilicæ ſimilitudinem, hinc & inde humilius; media ſui parte excelſum: à multis ſtadiis conſpicuum, maxime ex adverſo habitantibus, aut advenientibus.* ita Joſeph. lib. VI. de bel. Jud. cap. 6. Robuſtum propugnaculum erat: *Templum in modum arcis, propriiq; muri, labore & opere ante alios. Ipſa porticus, quîs templum ambiebatur, egregium propugnaculum.* ita Tacit. lib. V. hiſt. Nempe præruptis rupibus impoſitum, & ex ſectis lapidibus coagmentatum, & in tres partes erat diſtributum; nempe in atrita, ſanctum, & ſanctum ſanctorum, quod Loca ſacra.

LIIII inter-

interj [illegible] jecto velo diſtinguebatur à reliquis conclavibus. Mat
XV.3 [illegible] 38. Idque velum erat ampliſſimum, utpote æquans ſpatium
porta [illegible] interioris, quæ erat cubitorum nonaginta. In atrio
erant [illegible] varia conclavia diſpoſita pro ſacris perſonis, in ſacros
uſus; [illegible] Tale erat porticus Salomonis Joh. X. 23. Gazophy-
laciu [illegible] 7. Marc. XII. 41. Joh. VII. 20. Judæis promiſ-
cuè ([illegible] niſi immundis,) patebat locus; Ibi Chriſtus frequenter
docu [illegible] Joh. X. 21. &c. Judæi orabant, & ſacra peragebant ſua.
In ſa [illegible] cto proſtabat altare. Matth. XXIII. 35. Super quo dona,
& ſa [illegible] rificia offerebantur. Matth. V. 23. XXIII. 20. Luc. I. 11.
Adl [illegible] ipſius erant hinc candelabrum; inde menſa cum pa-
nibu [illegible] propoſitionis. In eodem preces fiebant à Sacerdotibus, &
ſuffi [illegible] s. Dum interea populus foris eſſet, precans. ℣. 10. Inti-
mun [illegible] penetrale, & adytum erat ſanctum ſanctorum, quod ne-
mini [illegible] patebat, niſi ſummo Pontifici. Foriſecus habebat am-
bitu [illegible] ab Herode ſtructum, qui vocabatur atrium gentium,
in q [illegible] l Proſelytis & publicanis patebat aditus; vide Joſeph.
lib. [illegible] antiq. cap. 14. Et de bel. Jud. lib. VI. cap. 6. Sua
pinn [illegible] ala, in quibus ſtetit Chriſtus, Sathana ipſum locante:
Mat [illegible] IV. 5. ajunt, acuminata ea fuiſſe adverſus aves, ne templo
inſid [illegible] erent. Utinam verò ſuo templo caviſſent ab inteſtinis ſcan-
dalis [illegible] & removiſſent craſſam nundinationem ementium & ven-
dent [illegible] & bajulos & cædem innocentibus intentatam; & ſubti-
liora [illegible] dia ſanctulorũ Hypocritarũ advers᷑ Chriſtũ. Math. XXI. 12.

Ritus & cæremoniæ aliæ.

[illegible] s. 21. *Ritus & ceremoniæ aliæ* erant uſitati. Tales erant
orati [illegible] quas præcipuè Sacerdotes in templo peragebant
ut [illegible] ret exemplo Phariſæi Luc. XVIII. 11. Hypocritæ
etia [illegible] in publico faciebant. Matth. VI. 5. Stantes; An calcea-
men [illegible] exutis? Sic putat Maldonatus ad Matth. III. 11. Alias
corp [illegible] ribus etiam ſtratis orabant, ut ille leproſus. Luc. XVII. 16.
Ord [illegible] arie in templo; utpote domo orationis. Matth. XXI. 13.
ex J [illegible] L VI. 7. Sed & domi fecerint, ad fugiendam hypocriſin.
Mat [illegible] VI. 6. Habebant ſua *jejunia*, die hebdoma-
dis ſ [illegible] ando & quinto: eaque tribus de cauſſis, nempe propter
exci [illegible] um templi, propter combuſtam legem, & propter
blaſ [illegible] emiam Rabſacæ, ut eſt in calendario Hebræorum, trans-
lato [illegible] Genebrardo.

Lubet

Digitized by Google

Lubet hactenus dicta ex antiquitatibus Judaicis illuſtrare. Scripturam ſacram ſolebant terſe & curioſe deſcribere, cujus moris illuſtre exemplum præbuiſſe dicitur celebris ille Hillel, dum ſua ipſius manu codicem Biblicum deſcripſit, quem credunt ad ſeros uſque poſteros eſſe tranſmiſſum, ita ut hodierna noſtra exemplaria juxta ipſum fuerint deſcripta & impreſſa. Traditio hæc habetur in libro Juchaſin, ſcripto per Rabbi Abraham Salmanticenſem, citanto Cunæo lib. 1. de rep. Hebr. c. 18. p. 159. *In regno Leon eruerunt librum Arba Veeſrim, qui vocatur Biblia, quem exaravit Rabbi Hillel. Atq; ex ejus fide emendarunt omnia exemplaria. Cæterum ego vidi partem ejus, quæ venalis erat in Africa, eratq; tunc meo ævo ante DCCCC. annos ſcriptus. Ait Kimchi in ſua Grammatica in Paſuk* ילמען תזכרו*, quod Pentateuchum fuit in urbe Toleta.*

Juxta Scripturam ſacram traditiones non ſcriptas eos magni, imo nimii feciſſe, teſtantur illa verba in Hieroſ. Beracoth f. 32. *Amabiliora ſunt verba ſcribarum præ verbis legis.* Quæ ratio? addit: *Nam verba legis ſunt gravia & levia; at verba ſcribarum ſunt omnia levia.* Talis traditio erat religioſa obſervantia Korban; cod Nedarim. cap. XI. f. 4. notata à Chriſto Matth. XV. 5. Marc. VII. 11. explicata à Maimonide in commentario, *quod* (ait Filius devovens ſua bona ad ſacros uſus) *quidquid paravero, ex illo non comedet pater meus quicquam, id eſt, quod utilitatem inde non percipiet:* & R. Niſſim: *quodcunque paro, eſto patri meo veluti ſacra oblatio:* Tantaque habebatur voti obligatio, *ut non potuerit irritum fieri hoc votum.* vide Coccej. Excerpt. Gem. Sanhedr. p. 273.

Catecheſis Judæorum duplex erat, alia pro אזרחים ſeu natis Judæis, alia pro גרים ſeu proſelytis. & quidem גרי תושב *inquilinis*; His enim ſufficiebant præcepta ſeptem Noachica: quæ erant: de judiciis, benedictione ſeu ſanctificatione nominis divini, effuſione ſanguinis, ſcortationibus, idololatria, rapina, & comeſtione membri vivi animalis fugiendis. Hæc præcepta tanti faciebant recentiores ſaltem Judæi, ut R. Lipman ſcriberet: *Dicimus, quod ex toto mundo, qui à Noachi filiis conſtituntur, omnis ille habiturus ſit partem in vita futura, qui VII. hæc præcepta ſervaverit.*

Religioſe Judæos Sacram ſcripturam cuſtodiviſſe, teſta-

LIlll 2 tur

tur d[illegible] omeſticus quidem ipſorum, ſed, hac in parte, idoneus teſtis
Joſep[illegible] hus, laudante Euſebio lib. III. hiſt. Eccleſ. cap. 9.
Δῆλον [illegible] δ' ἔστιν ἔργῳ, πῶς ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν τοῖς γράμμασι. Τοσούτου γὰρ
αἰῶνος [illegible] ἤδη παρῳχηκότος, οὔτε προσθεῖναί τις, οὔτε ἀφελεῖν ἀπ' αὐτῶν, οὔτε
μεταθ[illegible] εἶναι τετόλμηκεν. Πᾶσι δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθὺς ἐκ πρώτης γε-
νέσεως Ι[illegible] [illegible] νομίζειν αὐτὰ Θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ ὑπὲρ
αὐτῶν [illegible] εἰ δέοι, θνήσκειν ἡδέως, id eſt, Ceterum quantum fidei & authorita-
tis noſ[illegible] ſcriptura libris tribuamus, re ipſa ſatis perſpicuum eſt. Nam
tanto [illegible] tam diuturno avi curriculo decurſo, nemo illis vel addere, vel adi-
mere [illegible] vel quicquam demq; in eiſdem commutare auſus eſt. Imo, quod
rata [illegible] [illegible] præcepta decretaq; ſint, pro certo exiſtimare, iisdemq; firmi ad-
hæreſ[illegible] [illegible], & pro illis, ſi opus ſit, vitam libenter profundere non dubita-
runt, [illegible] omnium Judæorum animis ſtatim ab ineunte ætate quaſi inſitum &
innatu[illegible] eſt. Suffragatur Origenes, citante Hieronymo comm.
in ca[illegible] VI. Jeſ. & dicente: *Quod ſi quis dixerit, Hebræos libros à*
Judæ[illegible] *eſſe falſatos: Audiat Origenem; quid in octavo volumine expla-*
nation[illegible] *Jeſaia huic reſpondeat quæſtiunculæ: quod nunquam Dominus*
& Ap[illegible] *li, qui cetera crimina arguunt in Scribis & Phariſæis, de hoc crimi-*
ne, q[illegible] *erat maximum, reticuiſſent. Sin autem dixerint, poſt adventum*
Domin[illegible] *Salvatoris & prædicationem Apoſtolorum, libros Hebræos fuiſſe*
falſato[illegible] *cachinnum tenere non potero: ut Salvator, & Evangeliſtæ, &*
Apoſto[illegible] *teſtimonia protulerint, ut Judæi poſtea falſaturi erant.*

[illegible] [illegible] plum ab Herode M. reſtauratum & exornatum quidem, non autem
prorſu[illegible] [illegible] vum exſtructum fuiſſe, inde patet, quod & materia veteri in reſtau-
rando [illegible] [illegible] ſus fuerit, & Joſephus ipſe dicat, templum bis deſtructum fuiſſe,
ſemel [illegible] Idæis, iterum à Tito, tertium autem hic deſtruxiſſet, ſi altera vice
Herod[illegible] [illegible] ad deſtruxiſſet, ut novum conderet. confer. Hug. Grot. ad Matth.
XXIV [illegible] Ubi habes & elogium templi ſecundi, ex Joſepho allegatum:
ἔργον [illegible] [illegible], ὧν ἴσμεν καὶ ἀκοῇ παρειλήφαμεν, θαυμασιώτατον, κα-
τασκευ[illegible] [illegible] τε ἕνεκα, καὶ μεγέθους, ἔτι τε καὶ θ' ἕκαστον πολυτελείας.

In atri[illegible] [illegible] mulierum, ultra quod mulieribus illicitum erat progredi, contine-
batur [illegible] [illegible] phylacium, deſtinatum Carbonis recipiendis, quarum una inſervie-
bat æd[illegible] [illegible] ſacro ex vaſis, & nummis oblatis, conſervando & exornando,
altera [illegible] [illegible] i ſacro inſtruendo per ſacrificia, libamina, ſalem, ligna, thura, pa-
nes pr[illegible] [illegible] ſitionis, veſtes Sacerdotum: Iſtud erat diſtinctum in tredecim arca-
las, dic[illegible] [illegible] γαζοφυλάκια à Joſeph. lib. V. de bel. c. 14. in quas conjiciebant nu-
ner[illegible] [illegible] Paupercula illa Marc. XII. 41. 42. ſua minuta; Sub earum portica
conſedit Chriſtus. l. c. nempe in atrio mulierum. Joh. VIII.
20. vide Lightf. in Decad. Chorog.
cap 3.

Digitized by Google

Art. XII. Sect. I.

De

STATU JUDÆORUM POLITICO.

Argumentum.

Quoad ſtatum politicum Romani Judæorum erant ſupremi Domini. 1. *Quod probatur ex variis argumentis.* 2. *Intermedii erant Præſides Syriæ, & Procuratores Judææ.* 3. *Reges & Tetrarchæ, quorum explicatur diſtinctio.* 4. *& dignitas.* 5. *Infimi qui.* 6. *Miniſtri Magiſtratuum Romanorum.* 7. *Regum.* 8. *Judaicorum.* 9. *Objectum erant Judæi Palæſtinam inhabitantes, quæ regio diſtribuebatur in partes tres, nempe Judæam.* 10. *Samariam.* 11. *Galilæam, eamque ſuperiorem.* 12. *& inferiorem.* 13. *Explicantur harum regiuncularum urbes, pagi, caſtella, aquæ.* 14. *Deſerta.* 15. *Montes.* 16. *Incolarum numerus & lingua, Proſelyti, & diſtributio.* 17. *Poteſtas magiſtratuum.* 18. *Synedrii.* 19. *Exercitium ejus in judiciis & pœnis.* 20.

§. I.

IN ſtatu Judæorum politico conſiderandus eſt 1. *Magiſtratus*, qui dividi poteſt in ſummum, intermedium, & infimum. Loquimur autem de temporibus Chriſti nati, & denati, & intermediis. *Summus* hoc tempore *Magiſtratus* erant Romani, ſceptro nimirum à Judæis ablato. Cum enim Chriſtus naſceretur, Auguſti, Imperatoris Romani juſſu & auſpiciis, deſcripta eſt etiam Judæa per extraordinarium Legatum P. Sulpitium Quirinium. *Quirinius, unus è Senatoribus Romanis, vir omnibus Magiſtratibus jam perfunctus, & qui per omnes honorum gradus ad conſulatum uſq; provectus fuerat; aliis etiam dignitatum inſignibus conſpicuus, cum paucis militibus in Syriam pervenit, miſſus à Cæſare, cum ut jus redderet populo, tum ut cenſus ageret facultatum.* Δικαιοδότης τῷ ἔθνει ἀπεσταλμένος, καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος, ita Joſephus apud Euſeb. lib. I. hiſt. Status politici 1. Magiſtratus Summus erant Romani, quod probatur.

Eccl [illegible] Eccl. c. 5. f. 18. A. Dicitur *prima*, reſpectu ſecundæ, quæ facta
eſt A [illegible] Archelao relegato, & ditionibus ipſius Præſidi Romano ſub-
jecti [illegible] Diſplicet diſtinctio hæc doctiſſimo alioquin Valeſio in
notis [illegible] ad Euſeb. fol. 10. Et putat, *errorem in textum Lucæ irrepſiſſe*
in Qu [illegible] *rinii nomine, & pro Quirinio reſtituendum eſſe nomen Sentii Saturnini*:
Ego [illegible] vero non putaverim, ne vacillet auctoritas & certitudo
ſcrip [illegible] uræ. Eſto enim, Sentium Saturninum egiſſe cenſum, quod
Tert [illegible] llianus dixerit, egit tamen & Quirinius; hic imperio extra-
ordi [illegible] ario, & ampliore; iſte ordinario. Mallem ego dicere,
Euſe [illegible] ium duas inter ſeſe confudiſſe deſcriptiones Luc. II. 2.
Act [illegible] V. 37. quam Lucam fuiſſe corruptum. Nec abſurdum
erat [illegible] eandem Cyrenium bis mitti ad deſcriptionem faciendam,
ſem [illegible] communem, deinde privatam, nempe Archelai gratia, cu-
jus [illegible] io in aliam, utpote provinciæ, formam redigenda erat.
Bis ig [illegible] *Quirinius à Cæſare in Palæſtinam miſſus eſt, idq; ad eandem rem,*
ſed n [illegible] *ex eadem cauſa. Nam tam antea Chriſto naſcente, quam poſt, Ar-*
chela [illegible] *trarchia abdicato, ad ἀπογραφὴν faciendam miſſus eſt; ſed, ut dixi,*
diver [illegible] *ex cauſa. Prioris ἀπογραφῆς cauſa, ut non tam in Judæa, quam in*
toto [illegible] *Romano, omnes deſcriberentur, ut quot, & quantos delectus ad*
bellu [illegible] *populus Rom. facere poſſet, tam ex provinciis populi Romani, quam ex*
ſociis [illegible] *regibus, & civitatibus, ſciri poſſet. Poſterioris ἀπογραφῆς cauſa intra*
unius [illegible] *chelai patrimonium & Tetrarchiam ſtetit, neq; ad alias provincias*
perti [illegible] *Ideo S. Lucas non contentus eſt dicere αὕτη ἀπογραφὴ ἐγένετο ἡγε-*
μονε [illegible] *τῆς Συρίας Κυρηνίου; Sed quum duas ἀπογραφὰς ſciret fuiſſe, ad-*
didit [illegible] *, ergo quædam fuit δευτέρα; & ſane τῆς δευτέρας meminit idem*
Acto [illegible] V. 37. *Atq; ita diſtinguendam eſſe nemo dubitare poteſt.* ita Scaliger
not [illegible] d Euſeb. f. m. 160. Herodes M. Rex quidem Judææ erat,
ſed [illegible] carius; cum natus eſt Chriſtus, legati quidem Syriæ
era [illegible] Saturninus & Varus, ſed ordinarii; Quirinius vero ex-
trac [illegible] dinarius. Fuit illa, quam Lucas c. II. 2. deſcripſit, deſcriptio
pri [illegible] non ſolum à parte ante, ſed etiam reſpectu ſecundæ ita
act [illegible] deſcriptæ. Negari non poteſt, poſt Archelaum relegatum
Qu [illegible] nium veniſſe in Judæam cum Coponio, & cenſum egiſſe,
ad [illegible] que ſecunda vice, niſi Lucam exauctorare velimus, quia at-
fa [illegible] eſſe cenſum etiam tum, cum Chriſtus naſceretur. Argu-
me [illegible] autē hoc erat ſubjectionis; id quod Judas Galilæus probe
intel-

Digitized by Google

intellexit; de quo apud eundem Euſebium l. 1. c. 5. Joſephus ita refert: *Ea tempeſtate Judas quidam Galilæus ad defectionem incolas excitat, palam exprobrans, quod Romanis tributum pendere ſuſtinerent, & poſt Deum mortales dominos agnoſcerent*, μετ' Θεὸν ὄντων θνητοὺς δεσπότας; Hæc facta ſunt poſt ſecundam deſcriptionem; vide Scalig. not. ad Euſeb. n. MMXVIII. f. 161. Cum Johannes Baptiſta ad officium ſuum auſpicandum prodiret, numerabatur annus Tiberii decimus quintus: Pontio Pilato Præſide Judææ, Herode Tetracha in Galilæa, Philippo ipſius fratre Ituræa & tractus Trachonitidis; Lyſania denique Abilenæ. Luc. III. 1. Quod Evangeliſta non ſine cauſſa notavit, ſed ideo, ut indigitaret, ablato Judæis ſceptro tempora non amplius notari, ut olim, ſalvo Judæorum imperio, à regibus Judæorum, vel Iſraëlitarum, ſed à Romanis rerum Dominis, eorumque vaſallis. Specimen hujus ſuæ poteſtatis ediderant dudum ante Romani in Archelao. Cum enim à Judæis & Samaritanis apud Auguſtum tyrannidis accuſaretur, Romam evocatus, examinatus, condemnatus, & Viennam Galliarum relegatus eſt à Romano Cæſare, referente Joſepho lib. XVII. Antiqq. c. 15.

§. 2. Confirmatur hæc Romanorum poteſtas ex *Præſidibus*, quos Cæſar Romanus in Judæa habebat tempore Chriſti nati, nempe Sentium Saturninum; & denati, nempe Pontium Pilatum; *Ex poteſtate bellandi*, quam habuerunt Romani adverſus Judæos inquietos. Joh. XI. 48. Ex *vectigalibus*, quæ publicanis nomine Romanorum Judæi ſolvebant Matth. XVII. 24. Erant *Publicani* illi, qui ſub certa pecuniæ ſumma à Romanis emerant vectigalia, quorum reditus deinde ipſi capiebant. Conſtitutum autem erat certum vectigal, ultra quod non licebat exigere. Luc. III. 13. Matth. XVII. 24. 27. Ex *numiſmatibus* Romanis, quæ imaginem & inſcriptionem Cæſaris Romani præ ſeſe ferebant. Matth. XXII. 21. & cenſui dando inſerviebant. Deniq; ex *propria confeſſione* Judæorum. Dum ipſimet Judæi clamarunt; Non habemus Regem, niſi Cæſarem. Joh. XIX. 15. Quo fine Synedrium non audebat Jeſum ad ſupplicium rapere, niſi prius à Pilato fuiſſet morti adjudicatus. Joh. XVIII. 31. nobis, ajunt, non licet occidere quenquam: *Dum à patribus, qui illud, non licere* *inter-*

Et confirmatur.

interp
verior
ſin, &
ruiſſe
ante
Con
eſt t
Joh.
eod
nom
Juli
adh
car

Intermedius: ut Præſides Syriæ.

man
Jud
jum
tres
Hie
con
regi
cot
quid
ſibi
Præſ
vete
Hier
Nan
Reg
qua
& r
eſt
(d
cor
era
qui

[illegible] retenuar de feſto Paſchatis & Azymorum dies ſeptem duraturo. Sed ſententia eſt doctorum è recentioribus; qui è libris Thalmudicis, Judæ[illegible] aliis, demonſtrarunt, judiciorum capitalium poteſtate Judæos tum cu[illegible] ademtæ ſibi paulo ante, atq;, ut ipſi Rabbini ſcribunt, annis 40. circa [illegible] excidium templi. ita Caſaub. exerc. XVI. 1. LXXI. pag. 519. [illegible]ra Baronium; Nec Joſephus Arimatheus de cruce auſus [illegible]l ere corpus crucifixi Jeſu, niſi impetrata venia à Præſide; [illegible] IX. 38. Aut Judæi cuſtodire ſepulchrum, niſi acceptis ab militibus. Matth. XXVII. 62. Referri huc poſſunt a urbium, à Cæſaribus Romanis deſumpta. e.g. Cæſarea, Tiberias &c. quale quid factum non erat, cum Judæi rerum potirentur. Romani igitur erant rerum Judai- Domini ſupremi.

§. 3. *Intermedii Magiſtratus* erant, qui proxime poſt Ro- Judæis imperitabant. Tales erant: *Præſides* Provinciæ. ſub Romanorum poteſtatem venire cœpit per Pompe- Mithridatis victorem; Eo enim tempore lite inter fra- [illegible] tendentes, Hyrcanum & Ariſtobulum, compoſita, & [illegible] lyma ſubjugata Joſeph. lib. XIV. c. 8. Hyrcano Judæa a quidem eſt à Romanis, ſed Pontifici, adempto [illegible] mine, & tributo impoſito.] Joſeph. loc. citat. Ex [illegible] ore Hieroſolyma tributaria eſt facta: *Et Hieroſolyma populo Romano fecit ſtipendiaria, urbes vero, quas eorum cives [illegible] gaverant in Cœle Syria, ademptas illas juſſit proprio parere & totam gentem prius elatam rebus proſperis, contraxit intra* [illegible] ita Joſeph. loc. cit. pag. 371. *Omnium malorum cauſa fuere [illegible] tanis Hyrcanus & Ariſtobulus; inter ſe diſſidentes invicem. [illegible] primum libertatem amiſimus, ſubjecti Romanorum imperio: & [illegible] de Syris bello captam reddere ipſis coacti ſumus: & inſuper plus decem millia talentorum brevi tempore à nobis Romani exegerunt: [illegible] um, quo prius Pontificiale genus honeſtabatur, ad plebeios tranſlatum [illegible] mines.* Et ex ipſo Euſeb. lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 6. f. 19. *Reverſi* [illegible] dæis loquitur) *demum Babylonia, optimatum imperio & pau- dominatu deinceps uti cœpere; Rerum enim ſumma penes Pontifices donec Pompejus Proconſul populi Romani eò adveniens, Hieroſolymam armis expugnavit, & ad intimum uſq; ſacrarum progreſſus templum polluit:*

Digitized by Google

pollust: Ariſtobulum vero, qui per avitam ſucceſſionem ad id uſq; tempus Rex ſimul & Sacerdos permanſerat, vinctum cum liberis Romam miſit: & Hyrcano quidem ejus fratri Sacerdotium tradidit, univerſam autem Judæorum gentem exinde Romanis tributariam fecit. £. 19. B. Ex eo igitur tempore Judæa Syriæ Præſides reſpicere cœpit, Æmilium Scaurum, L. Marcum Philippum, Lentulum Marcellinum, Gabinium, Licinium Craſſum, Caſſium Longinum, M. Bibulum, Scipionem, Sextum Julium Cæſarem, Cæcilium Baſſum, Marcum, (Caſaubonus Murcum legit) Sextum Dolabellam, Caſſium, Antonium Triumvirum & legatos (nempe Ventidium Baſſum, Soſium, Quintum Didium) Meſſalam, Varronem, Agrippam, M. Titium, Cajum Sentium Saturninum: Quintilium Varum; P. Sulpitium Quirinium; & Procuratores Judææ; Cum iſto miſſus eſt Coponius, primus Judææ *Procurator*, redacta Archelai ditione in Provinciæ formam; Ei ſucceſſit Ambivius; huic Annius Rufus, huic Valerius Gratus, & huic Pontius Pilatus, Joſeph. lib. XVIII. Antiq. Jud. c. 3. anno principatus Tiberii duodecimo, vide Euſeb. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 9. ſub quo Chriſtus paſſus, mortuus & ſepultus eſt. Quæ, & quanta horum Præſidum, & Procuratorum poteſtas fuerit, ex §. 2. præced. diſci poteſt.

§. 4. *Reges & Tetrarchæ.* Horum & iſtorum in hiſtoria Evangelica ſæpius fit mentio. Regum, nempe Herodis Magni. Matth. II. 1. 3. Archelai. ℣. 22. Herodis Antipæ, Magni filii. Marc. VI. 14. Tetrarcharum, nempe Herodis Matth. XIV. 1. Luc. III. 1. Philippi. l. c Ordinis gratia notetur (1) *Diſtinctio* perſonarum. Herodes Magnus, Antipatri Idumæi filius, Aſcalonita dictus, ex pluribus uxoribus ſex filios ſuſcepit: Ariſtobulum (patrem Herodiadis, & hujus fratris Herodis, quem tertium dixeris, is eſt, qui Jacobum occidit. Act. XII. 2. & avum Agrippæ, cum quo Paulus locutus eſt. Actor. XXVI. 13.) Alexandrum, Antipatrem (quos omnes tres pater occidendos curavit, referente Joſeph. lib. XVI. Antiq. cap. 17. & XVII. c. 9.) Archelaum, Herodem ſecundum (cognomento Antipam) & Philippum (Herodiadis quondam maritum.) Sic videmus, plures fuiſſe Herodes, ſolicitè diſtinguendos, ne con-

Et Ethnarchæ Judæorum, qui diſtinguuntur.

Mmmmm fundan-

fund
tant e
vero
fuiſſe
dam h
interf
ſtum
lauda
hiſtor
Anti l
gulo
dem u
lib. V.

Eorum dignitas.

apud
rit tit
diſcep
titulu
parch
erat
conſti
Per ide
regnum
deficiet
eſt; Qu
ſemper
lucebat
ferunt.
Roman
nere Id
bilis &
tradun
vorum
modum
quod p
ribus ig
rum S

...ratur : *Multi enim propter ignorantiam hiſtoriæ labuntur, dum pu-* ...*oſdem Herodes eſſe.* ita Hieron. lib. I. in Matth. Lyſaniam ...quod attinet, fuerunt quidam, qui putarent, eum quoque ...lium Herodis, ſed ſine fundamento Hiſtorico; Fuit qui- ...ujus nominis filius Ptolemæi, Minæi, reguli Ituræx, ſed ...ctus ab Antonio in gratiam Cleopatræ, anno ante Chri- ...tum 33; quare non poteſt eſſe is, quem Lucas c. III. 1. Quis vero hic fuerit, certo ſciri non poteſt, tacentibus ... vid. Scalig. not. ad Euſeb. f. 164. Caſaub. Exerc. XIII. ...on. n. 3. p. 211. ſeqq. Qui ex Strabone refert, paruiſſe re- ...ri montana Ituræx, Marſyan, Heliopolin, & Chalci- ...em Syriæ, à qua nomen habuit Chalcidene : apud Plin. ...23. Montac. *Exerc.* part. 1. n. 82. p. 354. ſeqq.

5. (1) *Dignitas.* Erat regia, ſtylo facto; Sic enim ...angeliſtas appellantur; Etſi Judæis invidioſior fue- ...s, quando Hyrcanus & Ariſtobulus coram Pompejo ...bant. Joſeph. lib. XIV. c. 5. Nec Auguſtus Regis ...dedit, ſed Ethnarcham appellare maluit, aut To- ..., Archelao; Styloigitur profano ſimul & ſacro ...rarchalis. Auguſti Cæſaris beneficio Herodes M. ...is eſt Judææ Rex. Id urget Euſeb. l. I. c. 6. hiſt. E- ...*ropus, inquiens, tum Herodes primus ex alienigenis Judaica gentis ...ſeret, completa eſſe videbatur Moſis prædictio, quæ ſic habet : Non ...ceps ex Juda, neq; Dux de femore ejus, donec veniat cui ſepoſitum ...etiam expectationem gentium fore confirmat. Quippe ſine effectu ...debat prædictio, quamdiu ſub domeſticis principibus Judæis agere ...ſi quidem à Moyſe initio ducto ad uſq; Auguſti tempora perman- ...cujus principatu primus ex alienigenis Herodes regnum Judææ à ...deptus eſt : Cum, ut à Joſepho quidam traditum eſt, paterno ge- ..., Arabs materno eſſet. Ut autem ſcribit Africanus, non igno- ...ſcriptor, qui de illo accuratius ſcripſerunt, Antipatri filium fuiſſe ...ruit vero Herodem quemdam Aſcalonitam, unum ex numero ſer- ...ti Apollinis, quod Aſcalone eſt, patrem fuiſſe. Antipater, cum ad- ...r à latronibus Idumæis captus fuiſſet, cum iiſdem diutius vixit, eò ...redemtione ipſius pretium ſolvere præ inopia non valeret. Mo- ...eorum innutritus, tandem in notitiam Hyrcani Judæo- ...amicitiamq; pervenit. Hujus filius fuit Herodes, is qui ſerva-*

Servatoris noſtri temporibus vixit. Itaq; cum Judæorum regnum ad hunc Herodem deveniſſet, erat jam quodammodo præ foribus gentium expectatio, prout à Prophetis prædictum fuerat: quippe cum ex eo tempore defeciſſent rectores & duces, qui jam inde ab ipſo Moſe per continuam ſucceſſionem apud eos principatum tenuerant. &c. f.18.C.& f.19.C. *Haud multo poſt Hyrcano, in quem ultimum Sacerdotum progenies erat devoluta, à Parthis intercepto, primus, ut dixi, ex alienigenis Herodes à Senatu & Auguſto Judææ regnum accepit;* Hæc ille, forſan longius progreſſus in exaggeranda Romanorum poteſtate; Nondum enim omnino ablatum erat, ſicut poſtea contigit, ſceptrum, dum Herodes φίλος ϰ̀ σύμμαχος Auguſti appelletur; vide Scalig. not. ad Euſeb. f.165. Herodes vita defunctus regnum reliquit Filiis tribus, Archelao, Herodi Antipæ, & Philippo; Archelao, utpote primogenito, ceſſit duplex portio, Judæa nempe Idumæa & Samaria; Herodi Galilæa, & Philippo Ituræa, cum tractu Trachonitidis, Bataneæ, Gaulonitidis, & Paneadis: Joſeph. lib. XVII. Antiqq. c.10.13. & lib. II. de Bel. Jud. c. 8. Et hoc vult Tacitus lib. V. hiſtor. cum ſcribit: *Gentem coërcitam liberi Herodis tripartito rexere:* Confer Philonem in orat adv. Flac. f. 968. Omnia tamen nutu Cæſaris Auguſti: *Paucis deinde poſt diebus Archelaum non Regem declarat, ſed, dimidia parte ditionis, quæ Herodis fuerat, ei conceſſa, Ethnarcham eum conſtituit, regnum quoq; pollicitus, quamprimum ille ſe tali honore dignum redderet. Alterum dimidium partitus eſt in alios duos Herodis filios, Philippum & Antipam, eum, qui cum Archelao de toto regno contenderat. Huic transjordana regio ceſſit cum Galilæa, & CC. talenta annua. Batanea verò cum Trachonitide, & Auranitis cum parte quadam Zenodori (ut vocant) domus obtigit Philippo, & centum talenta annui reditus; Archelao vero Judæa & Idumæa, præterq; hæc Samaria, cui ex autoritate Cæſaris tributorum quarta pars remiſſa eſt, eò quod cæteris tumultuantibus ſoli quieti manſerant in officio. In ejus ditione comprehendebantur urbes, Stratonis turris, Sebaſte, Joppe, Hieroſolyma.* ita rem narrat Joſeph. lib. XVII. Antiqq. c. 13. p. 475. Quibus acceſſit dictus Lyſanias, qui Abilenæ præfuit. Fuit autem Abilene regio inter Libanum & Anti-Libanum montes ſita, ad diſtinctionem dicta Abilene Lyſaniæ; Fuerunt enim in Syria aliæ hujus nominis urbes & tractus terrarum. Herodi M. competebat poteſtas in Judæos; Nam ita

 Cæſar

Cæla

ultro i

rorum

Temp

annus n

ad al

rodes

quid

apud

alienig

ſeqq.

aucto

tur, r

hæc p

Uſqu

intuli

Macc

nis in

pater

nato

Chriſ

Aſcalo

ad ip

filium

dempt

maore

Pontiſ

cum e

ſtituiſſ

dem a

filium

ſulto

Tetra

ſunt.

tione

Euſe

volebat, & Judæi ipſi manus dabant: *Hebræi tandem ſeſſi, ipſi ac ejus poſteris regnum obtulerunt, jurantes, in fide ipſius ac poſteſe ſe permanſuros.* Verba habentur apud Philonem lib. II. de ; ſubdit: *Regnavit hic primus Herodes tyrannico principatu giinta uno, usque ad præſens tempus, legitimo vero ſex.* Sic regnum rigenas, ſaltem radice tales, nempe Idumæos (Herum ex Idumæo patre Antipatro oriundus erat. Quicumque dixerit, in gratiam Herodis Nicolaus Damaſcenus ſeph. lib. XIV. antiq. Jud. c. 2. Fuit Herodes ἀλλόφυλος Euſeb. lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 6. Hier. ad Matth. XXII. 17. devolvebatur. Duæ hactenus lineæ fuerant, in quibus as ſummi inter Judæos Magiſtratus ordinarie verſabaia, & ducalis, utraque ex Davide deducta; iſta ante, captivitatem Babylonicam Jer. XXII. 30. Ezech. XXI. 26. d Johannem Hyrcanum, qui violentas ſibi ipſe manus nomen habetur apud Lucam. c. III. 24. Succeſſerunt æi, & degenerarunt tandem in Reges, donec à Romadinem redacti, Idumæis iſtis regno cederent. Antiud Hyrcanum Pontificem gratioſus, erat Judææ guber-Joſeph. lib. XIV. c. 14. De quo Antipatro cognati retulerunt ſequentia: *Latrones ſcilicet Idumæos, cum alæſtinæ civitati ſupervenıſſent, ex delubro quodam Apollinis, quod bus muros poſitum erat, Antipatrum Herodis cujuſdam Hierodulí cum reliqua ſacra præda captivum duxiſſe. Cum vero pro reſilij minister templi pretium ſolvere non valeret, Antipater Iduore inſtitutoq́, educatus, poſtmodum Hyrcani ſummi Judæorum amicus effectus eſt. Mox legatus ad Pompejum miſſus ab Hyrcano, gnum, quod Ariſtobulus maxima ex parte occupaverat, liberum read ſummam felicitatem pervenit, curator Palæſtinæ promotus. Tanqui felicitati ejus invidebant, per inſidias interfectus, Herodem ceſſorem reliquit, cui poſtea Antonius & Auguſtus ex Senatuſconrum Judææ adjudicarunt. Hujus Herodis filius fuit Herodes, aliq́, Et hæc quidem Gentilium etiam hiſtoria cum Judaica communia* xec illi apud Euſeb. lib. I. hiſt. c. 7. f. 22. C. Quam *narrationem fabuloſam & commentitiam* cenſet H. Valeſ. not. ad f. 14. nec abnuimus, ut appareat, quid traditionibus

eius-

ejusmodi non ſcriptis tribuendũ ſit. Idem in Cæſaris favorẽ ſeſe inſinuavit fortitudine bellica, & fide, ut Dynaſtam eum Judææ Procuratorem declararet. c. 15. Hac uſus occaſione Antipater, dum Hyrcanus ſegnis erat, Phaſaelem unum ex filiis regionis Hieroſolymitanæ ducem conſtituit; Herodi vero, alteri filiorum, commiſit Galilæam regendam, qui non minus ſuarum rerum ſatagebat, quam pater ſuus. Antipatro veneno ſublato, Herodes ſibi Antonium muneribus ita conciliavit, ut cum fratre Phaſaele Tetrarcham eum conſtitueret, fruſtra obnitentibus Judæis. cap. 23. Imo & regiam dignitatem Romæ obtinuit. c. 26. Inde reverſus Judæam ſibi & in ea Hieroſolymam ſubjugavit, expulſis hoſtibus, & in ordinem redactis æmulis, cæſo etiam ipſo Hyrcano, qui è regio genere unus ſupererat. lib. XV. c. 9. Cumulus acceſſit confirmatio in regno, quam obtinuit à Cæſare. c. 10. Trachonitisquoq;, Batanæa, & Auranitis regiones, quas ibidem Cæſaris beneficio debebat; ut & Vlatham, Paneadem, & quidquid agrorum inter Galilæam & Trachonem ſitum erat; impetravit & fratri ſuo Pheroræ Tetrarchiam. c. 13. *Archelao* Herodis filio primogenito tandem imperium abrogatum eſt à Romanis, quod ab iisdem confirmatum acceperat. Nam parens ipſi geminam portionem reliquerat, attamen acceptare Archelaus noluit, donec ab Auguſto Cæſare confirmaretur, quod & factum eſt; Joſeph. lib. XVII. Antiq. c. 13. tenuitque annos novem, uſque ad annum N. Ch. decimum ſextum, quo accuſatus à ſubditis Romæ Auguſti juſſu regno motus, & in exſilium Viennam Galliæ urbem miſſus eſt, referente Joſeph. lib. XVII. antiqq. c. 15. & lib. II. de bel. Jud. c. 6. & 7. Ex hoc tempore Judæa in provinciæ formam redacta eſt; Manentibus tamen reliquis Tetrarchis cum imperio, ut adeo ægrè tulerit Herodes Antipas, Pilatũ Galilæos quoſdam (utpote ſuos ſubditos) inter ſacrificandum trucidaſſe. Luc. XIII. 1. XXIII. 12. Hic ipſe tamen Antipas, deferente eum Agrippa, à Cajo Caligula, Romano Cæſare, Tetrarchia privatus, in exſilium Lugdunum miſſus, in quo & mortuus eſt. Joſeph. Antiqq. lib. XVIII. c. 9. idquod factum anno N. Ch. quadrageſimo.

Infimi.

XXV
conſi-
Magr
ſuper
Judæ
XXII
nimum
gebat
58. ul
Triu
Synag
ad Sy
De X

Miniſtri (1) Romanorũ.

opera
ſuum
cubab
litum
Præto
deniqu
ubibu
Marc.
quoqu
garios
turio
VIII.

(2) Ethnarchatum.

Nam
quam
Chry
τῶ βα
vel qu
exerc

(3) Judæorum.

§. 6. *Infimi Magiſtratus* erant Judæorum Seniores Matth.
I. 3. 57. 59. &c. ſeu Proceres, ſecundum tria diverſa judicia
derandi. Matth. V. 21. ſeqq. Judæis ſupererant tria judicia,
um, minus, minimum. *Magnum* erat Synedrium, de quo
s dictum eſt; conſtans ex LXXII. viris, penes quos inter
ſumma erat poteſtas in Sacris & civilibus. *Minus* erat
virale, quod ex XXIII. viris ſeu judicibus conſtabat; *Mi-*
erat Triumvirale, quod ex tribus tantum judicibus colli-
Indigitatur hoc Matth. V. ℣. 25. Collato cum Luc. XII.
t mentio ἄρχοντος, & cauſſæ pecuniariæ. ℣. 26. quæ à
rali judicio diſceptabatur. Triumviri vero illi è decem
am conſtituentibus eligebantur, qui de rebus quibusdam
ogam ſpectantibus judicarent; dicti Archiſynagogi.
I. viris vide Cunæ d. rep. lib. I. c. 15.

7. Habebant iſti Magiſtratus ſuos miniſtros, quorum
variis negociis utebantur. *Præſides* Provinciæ habebant
llirium & præſidium militare, quod ad ſubitos caſus ex-
Nam in hiſtoria ſacra fit mentio Centurionum, & mi-
s ſubditorum; qui excubabant in arce Antonia, templo,
Pilati, ad crucem, & ſepulchrum Chriſti, & ubicunq;
ceſſarium, vel juſſum erat, nempe in potioribus etiam
ut erat Capernaum, vide Matth. VIII. 5. XXVII. 54.
V. 39. Luc. VII. 2. XXII. 52. XXIII. 47. Centuriones
os habebant miniſtros & ſervos domeſticos, milites gre-
æ poteſtati ſubjectos, ut habebat, & laudabat ille cen-
i pro ſervo ſuo apud Chriſtum intercedebat. Matth.
ſeqq.

8. *Regibus* quoque ſui *Aulici* præſto erant. Joh. IV. 46.
tio fit *βασιλικοῦ regij*: Hieronymus *Palatinum* vocat, tan-
i verſaretur in palatio Regis, nempe Herodis Antipæ;
omus duas adfert explicationes, vel quod fuerit τοῦ γένους
… regii ſanguinis; [illegible] *prædítus eſſet dignitate, quæ ſic vocaretur.* vide Caſaub.
XII. n. XXIX. p. m. 256.

9. Denique & *Judæorum proceribus* præſto erant ſui mi-
niſtri,

Digitized by Google

niſtri, *ὑπηρέται* dicti. Matth. V. 25. & *πράκτορες* tortores. Matth. XVIII. 34. quos deſcribit Maimonides Sanh. c. 1. ex Deut. XVI. 18. ubi שוטרים dicuntur: *Sunt virgiferi, & flagelliferi, qui ſtant coram judicibus. Proficiſcuntur hi per vicos & plateas, & diverſoria de ponderibus & menſuris curantes, verberantq́; prave agentes: At omne ipſorum opus eſt ex præſcripto judicum*; Erant ergo diſtincti à *πρώτοις primoribus*; Luc. XIX. 47. & *πρεσβυτέροις ſenioribus*. Matth. XXVI. 57. & *judicibus*. Matth. V. 25. *Potentibus*: Matth. XX. 26. Tales miniſtros habebant Pontifices ſummi & Sacerdotes. Joh. XVIII. 3. 12. 18. 22. Nomen alicujus exprimitur, nempe Malchi. ℣. 10.

§. 10. *Objectum* erant ſubditi per Palæſtinam diſtributi. Judæi equidem gloriabantur, ſe nullius unquã hominis ſervos fuiſſe ſeu ſubditos. Joh. VIII. 33. Sed inanis hæc erat gloriatio, quam ipſimet deinde refutarunt coram Pontio Pilato, uti audivimus §. 2. Chriſtus eos in numero ſubditorum habuit, qui Cæſari tributum ſolvere cogerentur. Matth. XXII. 21. Locus generalis, ubi degebant, erat Palæſtina, cujus termini erant ab occidente quidem mare mediterraneum, & in ſpecie Syriacum; ab oriente vero montes ultra Jordanem, verſus Cæleſyriam; à ſeptentrione Libanus & Antilibanus; Denique à meridie Idumæa, & poſt hanc Arabia. Olim erat diviſa in XII. Tribus; ſed illis hinc inde diſperſis, aliter Evangeliſtæ regiones aſſignant; Meminerunt Idumææ, Samariæ, Judeæ, Hieroſolymorum ſeu Tribus Benjamin; Galilææ, regionis Πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ſeu Perææ; & πέραν τῆς θαλάσσης Γαλιλαίας, ſeu Trachonitidis, ſic dictæ à Trachonis montibus; quæ & via maris trans Jordanem dicitur: Decapolis, ἐκ τῶν παραλίων, ſeu ex maritimis verſus Ægyptum; finium Tyri, & Sidonis. confer. Matth. IV. 15. 25. Marc. III. 7. Luc. VI. 17. Joh. VI. 1. Diſtinctius loquendo, in Tetrarchias diſtributa eſt, nempe Archelai, Herodis, Philippi, Lyſaniæ: Quæ complectebantur Judæam, Samariam, & Galilæam, ſuperiorem & inferiorem, adjuncta Idumæa. Judææ metropolis erat Hieruſalem, inclyta templo, arce Antonia, ubi Prætorium Pilati, & palatium Herodis, vide Joſeph. l. XV. Antiq. c. II. & 12. turre Siloah & ſtagno. Joh. IX. 7. vide Lightf. cent. Chor. c. 21. 26. piſcina probatica, &c. Circa eam erant: *Bethania*, diſtans XV. ſtadiis Hieroſolymis; viculus *Bethphage*

II. Ditionata.

juxta

Juxta
cent.
lum
temp
niger
hortu
Bethl
juxta
Nico
undec
loqu
fuga
chor
Joſep
ultim
mem
Joſep
nom
& gr
mort

(2) Samaria. 2 §.

ſeph.
rum
c. 21.
XVI
Act.
Some
nome
Antip
vocat
Mat
per
dict
polis
ſemp
nunc

muros Hieroſolymitanos, vide Lighfooht. chorog. 37. cap. Sacerdotum domicilium, cui vicinum erat caſtel-juxta viam *ſicus* à Chriſto maledicta; *Vallis Cedron* juxta ..., imæ profunditatis, per quam decurrebat torrens, viſus præ profunditate alvei, ubi & ager *Hakeldama*; & poſt ipſum *Gethſemaneus*; Reliqua per Judæam celebriora loca erant ..., ubi natus eſt Chriſtus, diſtans Hieroſolymis ſtadius 35. Juſtin. Martyr. Apol. II. *Emmaus*, fontibus irrigua, dicta ...lis, juxta Hieronymum. *Caſtellum, & civitas inſignis, una ex toparchiis, ordine ſexta.* Jericho *palmetis conſita*, ut cum Plinio ...ut; *Arimathia*, Joſephi Senatoris Patria; *Nobe*, Davidis ...clyta. In tribu Benjamin erat *Jericho*, deſcribente Adri-in trib. Benjam. n. 81. *Urbs olim magna, populoſa, quæ & Ora & Ptolemæo Hiericus, una ex undecim toparchiis Judææ, & forte ... ordine, ſita in regione campeſtri & pinguiſſima.* Matthæo III. 5. ...atur ὁ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. vid. Lightf. dec. chor. p. 19. I. IV. bell. Jud. Celebris aliquot miraculis ibi in cœcis ...is à Chriſto perpetratis. Luc. XVIII. 35 Matth. XX. 30. ..., à Chriſto Zacchæo exhibita. Luc. XIX. 2. ſeq. Syco-...erat, unde evocavit ipſum, & adhuc oſtenditur.

Samaritana regio media inter Judæam & Galilæam Jo-...III. de bel. Jud. c. 4. Urbs *Samaria*, quondam Iſraëlita-...ropolis, ab Herode dicta eſt Sebaſte Joſeph. lib. XV. Antiq. ...jus fit frequens mentio in hiſtoria Evangelica. vide Luc. Joh. IV. 4. ſeq. Breviter & nervoſè Hieronymus de locis ...r. 4. deſcribit: *Samaria, civitas regalis in Iſraël, in vertice montis ſita, ſed & omnis regio, quæ & circa eam ſunt, à civitate quondam acceperat: media inter Judæam & Galilæam jacet. Hac ab Herode ... filio in honorem Auguſti Cæſaris Græco nomine Sebaſte, id eſt, Auguſta* ... Regio ſuas etiam alias civitates, oppida, & pagos habebat. ...X. 5. Luc IX. 52. In his erat Sichar, Joh. IV. 5. Sic dicta ...temptum, ab ebrietate Ephraimitarum. Jeſ. XXVIII. 1. ... in Sichem, tandem Neapolis; *Sichem, civitas Jacob, nunc Nea-... ſepulchrum Joſeph, quæ à filio Emmor ſui Regis vocabulum ..., juxta quam Dominus Samaritanæ mulieri loquitur ad fontem: ubi juxta ... fabricata eſt, ex latere montis Garizim.* ita Hieron. d. Loc.

Actor.

Actor. f. 135. Quondam *Urbs refugii*, *& Levitarum*, *metropolis Samaria, ſita in monte Ephraim, amœnitate & deliciis abundans; quam ſitam inter duos montes novam putat eſſe Breidenbachius, cum vetus Sichem ipſius judicio fuerit ad ſiniſtram fontis Jacob; cujus ſcilicet ſuo tempore plurima adhuc reliquiæ oſtendebantur, quæ diſtat ab hac Neapoli quantum bis jacit arcus.* Adrich. in Tribu Gad. f. 30. n. 91. Lighfooth. cent. chor. c. 56.

§. 12. Samariam excipit Galilæa. Cujus notandi ſunt (3) *Galilæa*
(1) *Termini*, quos deſcripſit Adrichomius in Tribu Nephealim (1) *Termini.*
n. 50. f. m. 108. *Galilea*, inquiens, *uberrima & pulcherrima Syriæ regio, in ſacra ſcriptura celebris, inter montem Libanum & Samariam ſita eſt. Cujus ſeptemtrionalis tractus Tyro, Tyriorumq; finibus terminatur. A Meridie Samaritis, & Scythopolis, Jordanisq; fluvius ſuis eam terminis claudunt. A Solis occaſu civitatis Ptolemaidis territorio, & monte Carmelo diſterminatur. (unde ab hiſtoricis plerumq; Phœnici annumeratur.) Ab Oriente vero ultra fluenta Jordanis longè lateq; ſe extendens, Gaulanitidem, Hipenen, & Gadaram complectitur.* Hæc ille. (2) *Diviſio*: Quam idem exhibet, l. c. (2) *Diviſio.*
Galilæa autem duplex eſt, ſuperior ſcilicet, & inferior. Superior, qua parte in ſuperiorē,
intra Jordanem eſt, Cæſarea Philippi, Capharnao, Tyro, & Ptolemaidi vicina, in tribubus Nephtalim & Aſer ſita eſt. Cujus longitudo à vico Baca, qui terram dirimit Tyriorum, uſq; ad civitatem Berſaben: latitudo autem à vico Thella Jordani proximo, uſq; ad Meroth extenditur. At tam in latitudine quam in longitudine diei & ſemis iter continet. Brevius Hieronymus in locis Actor. f. m. 134. b. t. 4. *Galilææ duæ ſunt; Una Galilæa gentium, vicina finibus Tyriorum in tribu Nephtalim. Altera circa Tiberiadem & ſtagnum Geneſareth in tribu Zabulon.* Galilæa ergo ſuperior dicitur alio nomine Galilæa gentium; quare hoc? malo iterum Adrichomii, quam meis verbis deſcribere: *Vel quod his uſq; ad Salomonis tempora gentes habitaverint, vel quod Salomon viginti ejus civitates gentili Tyriorum regi Hiram donaverit, vel quod extima eſſet Palæſtinæ viciniis undiq; gentibus cincta.* Quæ vero *inferior* Galilæa ſit, idem declarat, ſcri- Et inferiorē.
bens: *inferior vero Galilæa circa Tiberiadem & ſtagnum Genezareth in tribubus Zabulon & Iſaſchar poſita eſt. Cujus longitudo à civitate Berſabe, uſq; ad vicum Xaleth, qui in campo magno ſitus eſt, viginti miliaria complectitur. Latitudo autem à mari Galilææ atq; Jordane, uſq; ad urbem Zabulon Ptolemaidi vicinam, & montem Carmelum, quatuordecim miliaria perficit.* Ad ſuperiorem Galilæam ſpectavit *Abila*, unde Abi-

lene r
cum
um c
civita
finibus
Orient
ipſum
juxta
ſit, e
Regio
tamen
phiam
dara,
aquis
trarch
Pane
drich
f. 107
in Ev
multas
gitudo
Septen
à Mer
Orient
& Pel
Philip
ſaida,
dec. c
ſentic
Palæ
Joſep
ſaris
celeb
remu
Chri
ſecer

regio nomen accepit, cujus mentionem facit Lucas c. III. 1. meminit Lyſaniæ, tractus iſtius Domini. *Capernaum*, omnium celeberrima propter domicilium, quod Chriſtus ſibi in hac ſumpſit: *Sita eſt ad mare Galilææ ſuper ripam Jordanis fluvij, in Zabulon & Neptalim, in ameniori & feraciori Galilææ agro, atq; ab eundem Jordanis, qui mox in mare Galilææ influit, ab Auſtro verò urbis muri alluebant.* ita Adrich. f. 103. Eadem inter urbes nonnullos Decapolitanas præcipua. Quæ autem Decapolis fuit Plinius l. V. hiſt. Nat. c. 18. *Decapolitana*, inquiens, *numero oppidorum, in quo non omnes eadem obſervant. Plurimi Damaſcum & Otopon irriguas amne Chryſorrhoá: fertilem Philadelphiam, Rhaphanam; omnia in Arabiam recedentia. Scythopolim, Gadara, Hieromiace præterfluente, & jam dictum Hippon, Dion, Pellam, Gerasam, Galaſum, Canathan. Intercurſant cinguntq; eas urbes Tetrarchiæ, Regnorum inſtar, ſingulæ, & in regna contribuuntur, Trachonitis, Abila, Arca, Ampeloeſſa, Gabe.* Paulo aliter deſcribit Adrichomius, civitates quoque aliter nominat; En verba ejus: *Decapolis*, inquit Adrichomius, *id eſt, decem civitatum Regio, in Evangelica hiſtoria celebris à decem principalibus urbibus, quibus præter cæteras ea Regio maxime fulget, Græco vocabulo nomen accepit: Longitudo triginta milliaribus: Latitudo autem paulo minor cenſetur: A Septentrione Libanum montem & Damaſcum: ab Occidente, Sidonem urbem: à Meridie civitatem Bethſan, quæ & Scythopolis appellatur, fines habet: ab Oriente vero trans Jordanem & mare Galilææ, ultra Gadaram, Hippum, & Pellam ſe extendit.* Hæc ille. Subjicit nomina urbium; *Cæſarea Philippi, Aſor, Cedes Neptalim, Sepher, Corozaim, Capharnaum, Bethſaida, Tiberias, & Bethſan, quæ aliàs Scythopolis.* conf. Lightf. Chorogr. c. 7. qui in Plinium, utpote Joſepho maxime conſentientem, inclinat. Cæſarea Philippi dicta eſt (ad differentiam Palæſtinæ, alias Stratonis turris dictæ, quam Herodes M. ſtruxit. Joſeph. lib. XV. c. 13.) à Philippo Tetrarcha, qui eam honori Cæſaris nominatione dedicavit. vide Joſeph. antiq. lib. XIV. c. 8. celebrem Hæmorrhouſa muliere, & ſtatua, quam ibi Chriſtum remuneratura erexiſſe fertur. Chorazin & Bethſaidam miracula Chriſti & hanc etiam Petrus, Andreas, & Philippus inde oriundi fecerunt celebres: Complectebatur hæc Galilæa etiam *Bureaam*, ſic

ſic dictam ab Jethur, ſeu Ithur filio Iſmaëlis Gen. XXV. 15. Regionem *montoſam ac nemoroſam ad radices montis Libani in longum porrectam*; Tetrarcham habuit Philippum Herodiadis maritum. Habuit *Sxviam maris*, quæ vocatur Matth. IV. 15. & inde nomen habuit, *Quod è Syria in Occidentem ad Mare magnum ſeu mediterraneum ducat; publica quadam via eſt. Quæ initium in Syria ſumens, per montana Traconitidis regionis, & civitates Cedar & Corozaim, atq; Jordanem fluvium, tandemq; urbem Capharnaum tranſit, illincq; per littus Maris Galilææ procedens, juxta civitates Bethſaidam, Nepthalim Sephet, & Naaſon præterit; & per Galilæam gentium, ac vallem Aſer, quæ nunc S. Georgij appellatur, Ptolemaidem decurrens, merces ſuas in univerſum Occidentem diſtrahendas ad mare magnum exonerat.* ita Adrichom. f. 115. Huc refero Canam majorem, ſic dictam ad differentiam Canæ minoris, ubi Chriſtus ex aqua vinum fecit: Quidam putant, hinc ortam fuiſſe Syrophœniſſam iſtam, cujus filiam à Dæmonio Chriſtus liberavit: Matth. XV. 22. Marc. VII. 25. Sed vox non cogit. Id certum eſt, quod Syrophœniſſa fuerit, dicta à Syria, & Phœnicia clariſſimis in Oriente regionibus; quarum hæc inclyta fuit duabus præcipuè urbibus, *Tyro*, & *Sydone*. Syrophœnicia autem erat regio, quæ ad Boream Libani montis ſita erat, & Syriæ potiori conjungebatur. Hic quoque erat *Sarepta*, media inter Tyrum & Sidonem, celebris ab Elia viduæ Sareptanæ hoſpite.

Et Inferiorem.

§. 13. *Inferior* Galilæa complectitur tribum Zabulon & Iſſachar: Adeoque ad eam ſpectabant *Naim* civitas ad torrentem Ciſon *ſita in latere Aquilonari montis Hermon minoris, in ſecundo miliario montis Thabor contra Meridiem, non longe ab Endor.* Adrich. in Iſſachar. n. 46. Celebris miraculo ſuſcitati ex mortuis à Chriſto juvenis. Luc. VII. 11. *Bethſaida*, inter decem Decapolitanas non infima civitas: *Cana minor*. ubi Chriſtus fecit miraculum. *Sita eſt Ptolemaide verſus Eurum, quarto miliario, ab urbe Sephori verſus Corum, tertio; & à villa Rama verſus ſeptentrionem, ſecundo. Ab Aquilone autem montem habet altum & rotundum, in cujus declivo à latere ædificata eſt. Porro contra Auſtrum, amplum, fertilem, & amœnum campum habet, qui vallis Carmelon appellatur.* Hæc Adrich. p. 138. *Terra Genezareth.* Matth. XIV. 34. quam Adrichomius f. 140. n. 55. ita deſcribit: *Regio eſt, naturæ ubertate ſimul & pulcritudine tam admirabilis, ut naturæ magnificentiam*

hanc eſſ
convent
dum, &
zareth
eil, C
ſtar am
Jeruſ
dis, e
xima,
tem, d
tum M
à mort
nem ju
è Gerg
Mana
mium
duobu
cta ab
in Per
la, qua
norum
ne dic
diſput
rem,
auten
thæus l
bet con
nomin
tatis v
ſam ci
veniſſe
ctus eſ
Tyri &
Thal
næ ea
in du

quis dixerit. Ejus tanta temperies, ut omnium quæ terra profert diverſitate. Illic & quæ frigore aluntur ſeſe multiplicitèr effun- quæ æſtu foventur, nullumq; pro ubertate ſua negat arbuſtum. Ne- deſcribente Adrichomio, *pulcra ac florens Galilææ civitas arnaum urbi ſubjacens, ædificata ſuper montem, quem corona n- duabus leucis à monte Thabor, trium autem dierum itinere ab diſtans.* f. 141. n. 73. *Tiberias,* unde dictum mare Tiberia- *urbs inſignis, metropolis & terminus Decapoleos, Galilæorum ma- & mare Galilææ, eſtq; inferioris Galilææ terminus verſus Orien- à Tyro milliaribus triginta. Ibi Chriſtus de telonio ad Apoſtola- tum evocat. In proximo locus eſt, ubi Archiſynagogi filiam excitavit.* ita Adrich. f. 143. Ex adverſo ejus trans Jorda- *Geraſa,* olim *Gergeſa,* inſignis ac munita urbs: inhabitata o, Canaanis filio quinto; deinde ceſſit dimidiæ Tribui populi dicti Gergeſeni, item Gadareni, juxta Adricho- Matth. VIII. Marc. V. Luc. VIII. nempe ab montibus eodem tractu ſitis. Geraſa una, & Gadara altera, diſtin- ra Gadara, quæ ad mare mediterraneum ſita; ſicut iſta cujus erat metropolis. Circa Geraſam ſita erat Magda- memorat Matth. XV. ult. Dicta proinde *Magdala Gadare-* mpe trans Jordanem; an idem locus ſit, qui alio nomi- ſit *Dalmanutha,* nempe à Marc. VIII. 10. item Magedan?

Quidam putant, Dalmanutha vocem eſſe recentio- rruptam in Marco; Quod nobis non videtur; placet centia Adrichom. in trib. Manaſ. f. 91. n. 66. *Quod Mat- hunc Magedam, Marcus vero Dalmanutha appellat, nullam ha- rietatem. Aut enim unus idemq; locus diverſis nuncupatus fuit aut unum poteſt eſſe nomen regionis generale, alterum vero civi- , aut, quod multo veriſimilius eſt, poteſt utrumq; nomen diver- tem ſive vicum ſignificare, in cujus utriuſq; loci fines dicatur Dominus ia locus, in quem venit utriq; loco vicinus erat.. Quomodo ſupra di- iſſe in regionem Geraſenorum & Gadarenorum, & alibi in partes donis.* confer. Lightfoot in decad. Chorog. cap. 5. ex differentem. Porro quærunt, an Mariæ Magdale- dicis ſuerit Patria? plerique affirmant: alii negant, nos gdala relinquimus. Certe nomen id non evincit.

§. 14. In

§. 14. In his regionibus continebantur etiam aquæ, deſerta, montes, quorum ſubinde in hiſtoria Evangelica mentio fit. *Aquæ*, nempe fontes, torrentes, lacus, flumina, maria. *Fontium* celeberrimus eſt Jacobi juxta Samariam: Joh. IV. 6. ſeqq. ad radices montes Garizim; vide Hieron. in Epitaph. Paulæ, ubi memorat templum hic loci ſtructum. Torrens Cedron Joh. XVIII. 1. *Rivus eſt ad Orientem Jeruſalem, inter ipſam & montem Oliveti, qui pluvialibus aquis undiq; de montibus, nec non ex fontibus ac piſcinis auctus, dulci quodam ſtrepitu per mediam vallem Joſaphat atq; Gehennom, perq; plana deſerti in mare mortuum fluens abſorbetur. In cujus utraq; ripa multæ, denſæ, ac fructiferæ creſcebant arbores: quarum amœna facies, una cum vicinis hortis, qui limpidiſſimis aquis Cedron irrigabantur, ob ambulantium oculos animumq; amœnabat.* ita Adrich. f. 172. n. 202. *Lacus* Genezareth. Luc. V. 2. VIII. 22. dictus etiam mare Galilææ. Matth. IV. 18. & Cinereth, Tiberiadis &c. quadraginta ſtadia in latitudine, & centum in longitudine habet, ambitu 20000. paſſuum. Lacus Gadarenus indigitatur Luc. VIII. 33. juxta Cornelium Janſenium, Gerardum Mercatorem &c. Sed juxta Hieronymum de Loc. Heb. ſignificatur mare Tiberiadis. *Fluminum* celeberrimus eſt Jordan. *Jordanis, Hebraicè Jarden, maximus & amœniſſimus totius Palæſtinæ fluvius eſt, utriusq; teſtamenti ſcripturis celeberrimus. Qui, præterquam quod è fonte Phiala, in Traconitide regione ſito, (ut in ejusdem Phialæ deſcriptione declaravimus) primam ſuam ſumat originem; ad radices montis Libani, quarto, inquit Hieronymus, à Cæſarea Philippi ſeu Paneadis milliario, ex duobus fontibus haud procul à ſe diſſitis, Jor ſcilicet, & Dan (qui & Danus, Paneas & Paneus dicitur) bicornis erumpit. Quorum prior in fluvium Jor, alter in fluvium Dan (ad quem olim Saladinus caſtra locavit) mox derivatur. Hi ante portam Cæſareæ Philippi in unum confluentes, ut aquis, ita & vocabulis conjunctis, Jordanis, qui minor vocatur, & nomen & fluvium efficiunt.* ita Adrichom. in Trib. Nephtal. n. 59. f. 109. Regio circumcirca jacens dicebatur περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου. Matth. III. 5. *Campos habens latos & amœnos, qui retro circumdantur altiſſimis montibus*, deſcribente Borchard. c. 7. 26. vide & Joſeph. lib. IV. de bel Jud. c. 27. Mare magnum eſt, cui adjacebant Tyrus & Sidon. Luc. VI. 17. dictum alias Mediterraneum.

Contenta Aquæ.

Digitized by Google

Deſerta.

com [illegible] §. 15. *Deſertum Bethſaida* innuitur Matth. XIV. 13. quando
ſaida [illegible] emoratur miraculoſa populi cibario: *Locus eſt civitatis Beth-*
in M [illegible] *anſmarinus atq; deſertus, gramine tamen abundans.* ita Adrich.
quen [illegible] naſ. n. 44. f. 84. Capharnaitanum; in quod Chriſtus fre-
ptiſn [illegible] ſeceſſit. Marc. I. Judæ: ubi Johannes prædicavit ba-
aut u [illegible] m. Matth. III. *Eremi terræ Canaanitidos non erant oppidis*
Mont [illegible] *bus vacuæ, nec illico erat ille Eremita vocandus, qui coleret eremum.*
Mont [illegible] *tem Judæa, Joannis natale ſolum, vocatur à Thalmudicis* הר המלך
LXX [illegible] *tem regale, & a Pſalte* מדבר הרים *Montanum eremoſum*, Pſ.
ad M [illegible] 6. *Eſt tamen in montano regali erat myrias urbium.* ita Lightf.
& je [illegible] h. l. c. Quarentana, in quam Chriſtus à Spiritu ductus eſt,
incip [illegible] avit. Matth. IV. 1. Situm eſt inter Jeruſalem & Jericho,
Enga [illegible] ſab Anathot, & excurrens uſque ad deſertum Thecuæ &
cis r [illegible] i, juxta mare mortuum. De Eremis vide ex Thalmudi-
[illegible] entem ex profeſſo Lightfooth. in Decad. Geogr. c. 2.

Montes.

Diab [illegible] §. 16. *Montes.* In his celebris eſt mons ille, in quem
diſtat [illegible] s Chriſtum abripuit, Matth. IV. dictus inde *mons diaboli,*
ita A [illegible] *bus miliaribus à Quarentana, eſt à latere Bethel & Haj auſtrali:*
ctus [illegible] h. in Benjam. n. 90. f. 18. Alius in tribu Nepthalim, di-
ſephe [illegible] *Chriſti*, quod frequenter in eo orare ſit ſolitus, *à civitate*
dem n [illegible] *ſus Orientem tribus, ab urbe Capharnao contra Occidentem tan-*
Hoc [illegible] *ribus non procul à mari Galilææ abeſt.* ita Adrich. f. 111. n. 69.
diſci [illegible] onte putatur Chriſtus integras noctes orando tranſegiſſe,
pulu [illegible] os ſuos XII. ſelegiſſe, concionem prolixam habuiſſe, po-
ſan [illegible] tera vice miraculosè cibaſſe, & veniſſe in fines Mage-
III. [illegible] iraculoſas ſanationes feciſſe. confer Luc. VI. 12. Marc.
Adr [illegible] Matth. V. 1. ſeqq. XV. 29. &c. Olivarum; Deſcribente
quen [illegible] omio f. 170. n. 192. *Mons Oliveti ſive Olivarum, ab ubertate fre-*
tam [illegible] *in eo creſcentium olivarum Græcè quoq; Eleôn, dictus, qui alias ex-*
ad or [illegible] *incluſus, & Mons ſanctus vocatur; ſitus eſt è regione Jeruſalem*
ſecun [illegible] *tem: atq; à civitate alta interjacente valle Cedron diſcretus, ab ea.*
quin [illegible] *ſacram ſcripturam, iter Sabbathi; juxta Joſephum vero ſtadiis*
Tant [illegible] *diſtat, qui etiam addit, ſummum montis ſex ab urbe ſtadiis abeſſe.*
ſed [illegible] *erat altitudinis erat, ut ex eo non ſolum omnes penè plateæ Jeruſalem,*
pinu [illegible] *mare mortuum facile videri poſſent. Præter olivas autem, palmis,*
[illegible] *alijſq; quæ fructiferis arboribus, abundabat.* ita Adrich. f. 143.

Garizim

Garizim eſt altera pars montis Samariæ : *Mons totius Samariæ altiſſimus. Creſcit autem ad dexteram partem fontis Jacob mons, habens duo capita, quorum alteri Garizim, alteri Hebal nomen inditum eſt.* ita Adrich. in Trib. Ephraim f. 27. n. 45. Magnificum hic templum ſtruxit Herodes M. de quo Joſeph. lib. XV. Antiqq. c. 11. 46. *In ejus meditullio fanum ſesquiſtadij amplitudine eſſe voluit, modis omnibus ornatiſſimum, in quo templum exſtruxit cum quovis alio pulchritudine & magnitudine conferendum.* & alibi ; *Tempore autem Alexandri Macedonis, Manaſſes frater Jaddi Pontificis Judæorum, ab altari pulſus, eo quod alienigenam duxiſſet uxorem, nempe filiam Sanabelleti ducis Samariæ ; ædificavit in monte Garizim templum ad inſtar templi Jeroſolymitani, ejusq; primum Pontificem egit : idq; Samaritani frequentabant cauſſa ſacrificii & orationis, & præferebant templo Hieroſolymitano.* Huc reſpexit Samaritana in colloquio cum Chriſto Joh. IV. *Calvariæ.* Hunc ipſum deſcribit Adrich. f. 175. n. 235. *Mons petroſus & mediocriter altus erat, Hebraicè Golgotha, aliàs Goatha dictus : qui civitati inter occidentem & ſeptentrionem proximus erat, in quo noxii, publico judicio damnati, extremo ſupplicio plectebantur, ubi quovis tempore, ſicuti circa patibula videre eſt, paſſim jacebant calvaria, oſſa, viſcera, & ſanies hominum ſuſpenſorum, decollatorum, vel alio mortis genere occiſorum. Montana Judææ;* Hæc, juxta Adrich. f. 51. in Jud. n. 174. *incipiunt conſurgere juxta Emaus, & terminantur unius diei itinere ab Hebron. Sunt in iis urbes. &c.*

§. 17. Sed his diutius non immoramur, deſcripſimus Incolarum.
loca quædam in gratiam eorum, quibus ſive facultas, ſive otium non eſt iſtos, vel alios auctores, evolvere, & tamen deſiderant aliqualem locorum notitiam. De prærogativis Palæſtinæ præ aliis regionibus vide Cunæ. lib. I. de rep. Hebr. c. 8. Incolæ regionis erant *plurimi*, quod docet ingens vis hominum, quæ ſæpe ad Chriſtum aggregabatur, eumque hinc inde ſectabatur. vid. Matth. VIII. 1. XIII. 2. XV. 30. Marc. III. 7. IV. 1. Luc. V. 15. Joh. VI. 2. &c. Imprimis populoſa erat Galilæa. Nam, *Joſepho teſte, quadringenta quatuor partim oppida, partim vicos videre hic erat, adeo propter opulentiam populoſa, ut ſupra quindecim fortiſſimorum colonorum millia in minimo ejus vico recenſerentur. Galilæi enim ab infantia fortes & pugnaces, & omni tempore plurimi erant.* ita Adrich. in trib. Nephtalim. num. 50. f. 108. *Lingua* differebant à reliquis Judæis. Nam Petrum ſua Linguarum
ipſius differentia.

ipſius
Luc.
ribus
ſicut
feren
diſce
& ita
lingu
ita ut
confu
ait L
nunci
Idem
lingu
ut M
ſine i
aliun
res, v
circu
III. 8.
ciſi.
ſeb. l
cepte
foot.
daici
trem.
temp
domo
tur.
capite
milia
πατρ
rum ſ
not.
Ben
ter,

Proſelyti.

Tribus.

dialectus prodebat, quod Galilæus eſſet. Marc. XIV. 70. XXII. 59. Refert Lightfooht. cent. chorog. c. 86. ex Doctoribus Thalmudicis, quod Galilæi *non accurati fuerint in lingua ſua,* Judæi, qui *loquebantur ſermone puro, non ſordido.* cauſſam diſcriminis exponit in ſequentibus, quod Judæi uno Magiſtro in addiſcenda lingua utantur, & retineant audita; Galilæi vero variis, audita invicem confundant: *Galilæi audiverunt à Magiſtro uno unà, ab alio aliâ, & diverſitas linguæ, vel enunciationis, eos confudit & corruperunt* (?) … *ſeviſcerentur*: e. g. literas א & ע & ח inter pronunciandum confundebant Galilæi, *fatui* propterea dicti: item ב cum כ: *vide* Lightfoot, *inter alia in dialecto hac Galilæa confundi admodum pronunciationem gutturalium, quam utcunq; corrigant in verbis allegatis Judæi.* Idem ad Matth. I. 23. in hor. Hebr. p. 12. obſervat, quod Hebræa lingua eaque pura, Judæis hoc tempore adeo non fuerit vernacula, ut Legem & Prophetas, ſi Hebraicè legerentur, non intelligerent, niſi interprete adſtante Lectori, & explicante. Erant & *Proſelyti* in temp. & Eccleſiam Judaicam delati, hique vel recentiores vel vetuſtiores, vel juſtitiæ, ſeu fœderis, ut Herodes M. nempe Antipatris filius, ut & alii Idumæi, parvam Idumæam habitantes. Marc. … vel portæ: qui 7. præcepta Noachica ſervabant incircumciſi … Seld. de jur nat. & gent. l. 2. c. 2. notas H. Valeſ. ad Euſeb. hiſt. cap. 7. fol. 14. Hotting. Theſ. Phil. p. 16. ſeqq. Recepiſſe in Eccleſiam Judaicam ex Thalmudicis docet Lightfoot. Matth. II. 6. Idem ad Matth. V. 22. notat ex ſcholis Judaicis, quod *proximum* dixerint Proſelytum; Sicut Iſraelitam *fratrem* … tempore Judæi *diſtributi* erant in ſuas *tribus*, ad hoc uſque tempus inconfuſas, & tribus in ſuas *gentes*, & hæ in *familias*, & domos, vid. Luc. II. 36. *Judæi diviſi erant in tribus, quæ φυλαὶ dicebantur. Singulæ autem tribus dividebantur in δήμους, ut manifeſtè patet ex capite I. Numerorum, δῆμοι ergo idem ſunt quod apud Romanos familiæ. Sicut φυλαὶ Judæis ſunt quas Romani gentes vocabant. Jam vero πατριαὶ eædem erant quod δῆμοι, & recte vetus interpres in libro Numerorum familias vertit, ubi LXX. interpretes πατριὰς poſuerant.* ita Valeſ. in not. ad Euſeb. f. 15. Ex tribubus duæ tantum, Judaica nempe & Benjaminitica, mixtis Levitis, redierant ex Babylonia, conſequenter, tantum Romanis parebant, quod diſerte refert Joſephus. lib.

lib. XI. Antiq. Jud. c. 5. ὁ δὲ πᾶς λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν κατὰ χώραν ἔμεινε. Διὸ ϗ δύο φυλὰς εἶναι συμβέβηκεν ἐπί τε τῆς ἀσίας ϗ εὐρώπης Ῥωμαίοις ὑπακουούσας. αἱ δὲ δέκα φυλαὶ πέραν εἰσὶν Εὐφράτου ἕως δεῦρο, μυριάδες ἄπειροι, ϗ ἀριθμῷ γνωσθῆναι μὴ δυνάμεναι: *Reliquus vero omnis populus Iſraëlitarum remanſit in ſedibus ſuis, in quas decem Iſraëliticæ tribus erant aſportatæ trans Euphraten à Salmanaſſare Aſſyrio. Quare tam in Aſia, quam in Europa, duas duntaxat tribus in obſequio Romanorum eſſe contigit; At reliquæ decem tribus, etiam hoc tempore, trans Euphraten adhuc degunt, quarum ſunt infinitæ myriades, planè ut propter numeroſam multitudinem noſci haud queant.* De hoc ſit fides penes auctorem.

§. 18. *Poteſtatem* habebat magiſtratus in rebus ſacris, & civilibus. Talis erat poteſtas angariandi, ritu Perſico & ex jure ſupereminentis dominii. Matth. V. 41. vid. Lightfoot h. l. ex Thalmudicis. Romanos habuiſſe poteſtatem, & exercuiſſe in rebus ſacris, quoad externam gubernationem, ſupra docuimus: *Externam* dico; ut in eligendis, vel removendis Pontificibus, *A præſidibus Romanis alij ſubinde atq; alij Sacerdotes conſtituti, non plus quam anni ſpatio munus illud gerebant. Certe Joſephus ab Anna ad Caipham quatuor continuo ordine Sacerdotes fuiſſe, in dicto Antiquitatum libro narrat his verbis &c.* ita Euſeb. lib. I. hiſt. cap. 10. fol. 28. A. B. Internam enim non habebant, nec etiam affectabant facile; Judæis enim ſuam religionem ſartam, tectamque relinquebant, ut ſedere in cathedra Moſis permitterent Matth. XXIII. 2. Poterant, per ipſos, dare Deo, quæ erant Dei. Matth. XXII. 21. Habebant legem, ſecundum quam blaſphemos poterant punire, ut quidem nonnulli verba Pilati Joh. XVIII. 31. interpretantur. Attentabat quidem Cajus Caligula per ſuos imagines erigere, ſed reclamantibus Judæis fruſtra fuit. Nec Pilatus auſus eſt talem abominationem palam inferre. Joſeph. lib. XVIII. c. 4. Antiq. Quare Titus Judæis, ingratitudinem exprobraturus, ita loquitur apud eundem lib. VII. de bel. Jud. c. 13. p. 790. *Itaq; vos contra Romanos ipſorum excitavit humanitas, qui primum vobis & terram dedimus poſſidendam, & gentiles impoſuimus Reges, deinde leges ſervavimus patrias, & vivere vos non ſolum diſcretos, ſed cum aliis etiam veſtra voluntate conceſſimus: quodq; maximum eſt, tributum capere Dei nomine, ac donaria colligere, permiſimus: eaq; offerentes neq; monuimus, neq; prohibuimus, ut hoſtes nobis*

Poteſtas Magiſtratuum Romanorũ.

Ooooo *effice-*

Tetrarcharum.

efficerer [illegible]
bant [illegible]
ſertin [illegible]
ubi lo [illegible]
edrio [illegible]
ſidem [illegible]
ſhuan [illegible]
nem ſi [illegible]
pueris [illegible]
bebat [illegible]
domir [illegible]
Jeſum [illegible]
Præſidi [illegible]
Hiſtor [illegible]
etiam [illegible]
anoma [illegible]
ut app [illegible]
finem [illegible]
ces ex J [illegible]
tij, quo [illegible]
me dela [illegible]
mum teſ [illegible]
Romani [illegible]
Sacerdo [illegible]
rem illa [illegible]
ebelann [illegible]
occupar [illegible]

Synedrii.

ſacroru [illegible]
Alexan [illegible]
Judæor [illegible]
ſocios, [illegible]
pontific [illegible]
fuerit de [illegible]
verba [illegible]
apud i [illegible]

[illegible] *prium ditiores, noſtraq; pecunia vos contra nos inſtrueretis.* Habe- [illegible] iam poteſtatem etiam Reges, & Tetrarchæ. Herodes præ- [illegible] Magnus; qui Synedrium Judaicum evocavit, ut dicerent [illegible] orum Meſſias naſcendus eſſet. Matth. II. 4. In iſto Syn- [illegible] ightfoot hor. Hebr. ad Matth. II. 4. collocat Hillelem Præ- [illegible] Shammæum Vice-Præfectum, Filios Betiræ Judam & Jo- [illegible] Bavam Benbuta, Jonathanem filium Uzzielis, & Simeo- [illegible] m Hillelis. Idem immittebat Satellites Bethlehemiticis [illegible] ccidendis, abuſus quidem ſua poteſtate, quam tamen ha- [illegible] egitime uſurpandam ✝. 16. Filius quoque ipſius Antipas [illegible] m habuit in ſua Galilæa, ita ut Pilatus ad eum remitteret [illegible] zarenum, tanquam ſubditum judicandum. Luc. XXIII. 7. [illegible] oteſtatem agnoverunt non Judæi ſolum, ut videre eſt ex [illegible] paſſionis Chriſti, Pilato à Judæis exhibiti ad pœnam; ſed [illegible] Chriſtus Joh. XIX. 10. Hanc in adminiſtranda poteſtate [illegible] m, præſertim in rebus ſacris, Deus ideo permiſiſſe videtur, [illegible] ret, Meſſia exhibito, vel jamjam exhibendo, imminere [illegible] erdotio Judaico: *Ex quo etiam tempore cum Principes & Du-* [illegible] *, id eſt, ex Judæorum gente defeciſſent, ſucceſſio ſummi Sacerdo-* [illegible] *er generis continuam ſeriem proxime cuiq; hactenus conſtantiſſi-* [illegible] *fuerat, conſequenter turbari cœpta eſt. Hujus rei locupletiſſi-* [illegible] *habes Joſephum: qui Herodem ſcribit, poſtquam Rex Judææ à* [illegible] *conſtitutus eſt, non amplius ex antiqua Pontificum ſtirpe ſummos* [illegible] *creaviſſe, ſed ignobilibus & obſcuris quibusdam hominibus hono-* [illegible] *contuliſſe. Eadem in deſignandis Sacerdotibus obſervaſſe ait Ar-* [illegible] *rodis filium, ac deinde Romanos, qui poſt illum Judææ imperium* [illegible] ita Euſeb. lib. I. hiſt. c. 6. ſ. 19.

19. *Synedrio* olim magna competebat poteſtas, utpote [illegible] & necis, & vitæ, Cæſaris etiam beneficio: *Hyrcanum filium* [illegible] *& ejus liberos Ethnarchas Judæorum eſſe jubeo, & Pontificatum* [illegible] *perpetuo retinere more patrio, eſſeq; ipſum & filios ejus noſtros* [illegible] *in amicorum noſtrorum recipi numerum. Jura quoque omnia* [illegible] *habere ipſum & filios decerno, & ſi qua controverſia exorta* [illegible] *udaica diſciplina, judicium penes ipſum eſſe.* ita ſonant Cæſaris [illegible] Joſephi. lib. XIV. Antiq. c. 17. p. 379. quibus ſequentia [illegible] addere. [illegible] Præſes dicebatur Naſi apud Hebræos, non ille

tamen

Digitized by Google

tamen Rex; vide Caſaub. Exer. CI. p.579. Poteſtatem eam inſigniter infregit audacia Herodis M. cum armatus & comptus in judicio ſeſe ſiſteret: quod quidem indigniſſimè tulit Sameas, ex Aſſeſſoribus unus, *Equidem judices*, inquiens, *Tuq. Rex, nec ipſe vidi quenquam, qui ad cauſſam apud nos dicendam vocatus, ad hunc modum comparuerit, nec vos puto poſſe proferre hujuſmodi quemquam: Quiſquis hactenus apud hunc conſeſſum judicandum ſe præbuit, humilis venit, & habitu timentis periculum, captantis & miſericordiam atratus, & promiſſo capillitio. At bonus iſte Herodes, cædis reus, & tam gravi obnoxius crimini, adſtat hic purpuratus & crine bellè compoſito, cum armatis ſtipatoribus: ut ſi capitalem juxta leges ſententiam in eum tulerimus, nobis mactatis, ipſe evadat, illata vi legibus.* Hæc ille apud Joſeph. lib. XIV. c. 17. p. 478. Sed nihil profecit, niſi pro ſe; quippe quem unum Herodes ſervavit, cum reliquos ferè omnes cum ſuo capite è medio tolleret. Ipſe deinde ſibi uſurpavit eam poteſtatem etiam in ſummos Pontifices. Nam Jeſum quendam Phabetis filium removit à Pontificatu, & ei ſocerum ſuum Simonem ſubſtituit. Joſeph. lib. XV. c. 12. Antiq. Sacras apud ſeſe veſtes retinuit: *Idem ipſe Joſephus tradit, primum omnium Herodem ſacram ſacerdotis veſtem ſub privato ſigillo tenuiſſe concluſam, nec deinceps Sacerdotibus permiſiſſe, ut illam penes ſe haberent: Idemq́; ab Archelao ejus ſucceſſore, & à Romanis poſtea factum fuiſſe. Atq́; hæc à nobis dicta ſunt ad comprobandam veritatem alterius Prophetiæ, quæ in adventum Servatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti exitum ſortita eſt. Etenim in libro Danielis, poſtquam certum numerum ſeptimanarum uſq́; ad Chriſti principatum ſacra ſcriptura nominatim percenſuit. &c.* ita Euſeb. l. I. hiſt. Eccleſ. c. 6. f. 20. A. Gabinius quoque imminuit potentiam, dum quatuor alia judicia pari poteſtate conſtituit, Gadaris, Amathunte, Hierichunte, & Sephoris, ad quæ Juſtinianus in l. 17. C. de Jud. & Cœl. reſpicere videtur Cunæo de rep. Hebr. lib. I. c. 13.

§. 20. Alludere videtur Chriſtus Luc. XII. 58 ubi diſtinguit inter ἄρχοντα judicem in infimis ſynedriis, & κριτὴν judicem in ſummo, penes quem erat tradere reum tortori, & per hunc carceri. Confirmatur ex verbis, quibus conſecrabantur Senatores: *Ecce manus Tibi impoſita eſt, datusq́; poteſtas Tibi judicia exercendi etiam criminalia.* ita Maimonides apud Cun. de rep. pag. 97. Item ex perſonis, ſeu aſſeſſoribus, qualis fuit Simeon Joſtus, Hillelis filius, & prin-

Digitized by Google

ceps, Naſi dictus. Luc. II. 23. Clarus ex Joſepho Senatore. Marc. XV. 43. Exercitium talis poteſtatis elucebat potiſſimum ex pœnis, quas Magiſtratus infligebant, & iis omnibus, quæ ad judicia ſpectabant. In hiſtoria Evangelica occurrunt ſive exempla, ſive alluſiones. Rei deferebantur apud judicem Matth. V. 25. Luc. XII. 58. Sicut Chriſtus delatus eſt primum ad Synedrium; deinde ad Pilatum; hinc ad Herodem, ab hoc iterum ad Pilatum. Judices pro tribunali ſedentes Joh. XIX. 13. inſtituebant examina cum reis, uti factum cum Chriſto; inquirebatur in delictum: juramentis urgebantur; producebantur & audiebantur teſtes, duo minimum, vel tres, aut plures; His conſentientibus convictus reus legitimè condemnabatur. vide Joſeph. lib. XIV. Antiq. c. 17. vel ſecundum jus divinum, ut blaſphemi, adulteræ. Joh. VIII. 5. vel humanum, ut ſeditioſi, debitores &c. ligabantur manus pedesque, & conjiciebantur in carceres. Hieroſolymis eminebat carcer regius, turre excelſa; vide Adrichom. f. 150. n. 4. Chriſtus eo alludit Matth. V. 25 XXII. 13. Flagellabantur in Synagogis Matth. X. 17. in prætorio. cap. XXVII. 26. Marc. XV. 15. Idque bis, ſemel ad torturam; iterum ad mortem, cum reus jam damnatus eſſet. Verberabantur pugnis. Joh. XVIII. 22. XIX. 3. conſpuebantur, & aliis variis modis exagitabantur. Matth. XXVII. 31. Marc. XV. 20. Luc. XXII. 63. ſeqq. Calix condemnatis & morituris propinabatur. Matth. XX. 22. XXVI. 39. 42. Educebantur ad ſupplicium, vel lapidationis, Matth XXIII. 37. Joh. VIII. 5. vel ignis, Matth. V. 22. vel crucis, idque more Romanorum. Nam apud veteres ſaltem Hebræos hoc genus ſupplicii in uſu non fuit; Fuit verò apud Romanos, & quidem ſolitum ſtatui in eos, qui ſeditiones & tumultus movebant, cujus criminis Judæi Jeſum peregerant reum. Matth. XX. 19. XXVI. 2. XXVII. 26. 35. Vel ſubmerſionis, mola ad collum ſuſpenſa, Matth. XVIII. 6. Marc. IX. 42. *Locus* ſupplicii Hieroſolymis erat Golgotha, ſuperius deſcriptus: Ibi Romani & Græci ſolebant cauſſam mortis tabella proponere; Judæis vero mos erat præeunte præcone eam proclamare cum reus ad mortem duceretur, hac formula: *Ille exit occidendus morte* [illegible] *quia tranſgreſſus eſt tranſgreſſione illa, in loco illo, tempore illo; Et ſunt ejus teſtes ille & ille. Qui noverit aliquid ad ejus innocentiam probandam, veniat, & loquatur pro eo.* vide Caſaub. Exerc. LXXXVI. pag. 563. Tempus erat profeſtum; Neque enim licebat Judæis feſto, vel profeſto tempore reum judicare [illegible] efficere. Digitus intenditur huc Matth. XXVI. 5. & Rabbini conſentiunt. *Veſtimenta* occiſorum cedebant militibus, qui carnificum loco erant, & [illegible] Matth. XXVII. 35. Cadavera debuiſſent quidem *terræ mandari*, ex [illegible] Dei. vid. Caſaub. exerc. XC. Sed videtur nonnullis ut alia, ita etiam [illegible] cacoëthes inter Judæos fuiſſe, ut in loco ſupplicii inſepulta relinquerent, ut neceſſe fuerit, Jeſu corpus ad ſepulchrum à Pilato exorari.

Art. XII. Sect. II.

De

STATU JUDÆORUM OECONOMICO.

Argumentum:

E*Xplicatur Societas conjugalis.* 1. *Patria.* 2. *Herilis.* 3. *Victus.* 4. *Amictus.* 5. *Media acquirendi.* 6. *Pecunia.* 7. *Menſura.* 8. *Domus & vaſa.* 9. *Ritus ſepulchrales.* 10.

§. I.

STatus Politicus componitur ex *Societatibus œconomicis*: Quæ ſunt tres; nempe 1. *Conjugalis*: Quæ fiebat per nuptias inter Sponſum & Sponſam. Vetitum quidem erat legibus Judaicis, ex alia, quam ſua, tribu conjugium inire, ſed tum demum, ſi fieret translatio fundorum, quale quid cum non fieret in tribu Levitica, utpote fundis propriis carente, illi licebat in alias tribus tranſire. e.g. Eliſabetha erat *συγγενὴς* Mariæ, iſta ex tribu Levi Luc. I. 5. erat, hæc ex tribu Juda. Fiebat etiam, ut frater fratri ſuſcepturus ſemen fratriam duceret uxorem, idque, ut & alia, in lineis Davidicis obſervavit Euſeb. lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 7. f. 21. *Nam familia, quæ cum à Salomone, tum à Nathane deducuntur, adeò inter ſe permixtæ ſunt, partim reparatione nominis eorum, qui ſine prole deceſſiſſent, partim ſecundis nuptiis, partim etiam ſeminis ſuſcitatione, ut iidem homines diverſos patres habuiſſe meritò credantur; hos quidem fictitios; illos vero naturales.* Hæc ille ex Africano, cujus mentem explicaturus Valeſius in notis f. 13. C. ait: *Non enim dicit Africanus, Nathanæos ac Salomonios, qui ex eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis inter ſe connubiis poſtea rejunctos fuiſſe; Verum hoc dicit, generationes illas, tum quæ à* Societas, (1) Conjugalis.

Nathane, tum quæ à *Salomone ducuntur, implexas eſſe atq; intricatas, ob ſecundas ſcil. nuptias viduarum & fœminarum ſuſcitationes, quæ in multis generationum illarum gradibus occurrunt. Idem f. 15. C. Pleriq; enim apud Judæos, originum ſuarum ſtudioſi, privatos generis ſui commentarios ex archivis publicis deſcriptos penes ſe habebant; quemadmodum apud nos etiamnum à nobilioribus fieri videmus.* Solebant invicem ſibi fidem, quam deſponſationem vocabant, dare Luc. I. 27. uti Joſephus & Maria. Quo facto pro marito & uxore invicem habebantur etiam ante copulam. Nam Maria, ſponſa adhuc, dicitur γυνὴ uxor Joſephi. Matth. I. 20. *Triplici modo deſponſatur fœmina, pecunia ſcilicet, aut ſcripto, aut coitu. Et ſic deſponſata, etiamſi adhuc non maritata, nec in domum viri introducta, illius tamen eſt ea uxor. Et ſi quis cum ea præter ipſum coierit, morte mulctandus eſt à Synhedrio; ſiq; ille ipſe velit eam dimittere, opus habet libello repudij.* ita Maimon. in אישות c. 1. Perſonæ de jure divino erant duæ tantum, nec legimus apud Evangeliſtas, συναγάμιον fuiſſe, ſicut legimus in V. Teſtamento. Elapſo aliquo tempore nuptiæ & epulæ celebrabantur. Ad has, & epulum quidem convivale, quod lautum inſtruebant, ſolebant emiſſis ſervis hoſpites invitare, ut ſolennitati intereſſent: Id faciebant parentes, ſi qui eſſent, utpote qui liberos elocabant. Matth. XXII. 2. & ſeqq. Hoſpites locabantur in lecticis; quas innuit τρίκλινος, & ἀρχιτρίκλινος, qui moderator convivii erat in cibis & potu diſpenſandis; Alcuinus putat, fuiſſe eos ex Sacerdotibus deſumptos, ut curarent, ne ἀταξία committeretur inter convivandum. Luc. II. ...o. ſeqq. Habebat ſponſus ſuos amicos, ſeu Paranymphos; qui ...ſi quaſi congaudebant. Joh. III. 29. Sponſa ſuas virgines, quæ ...ſam una cum ſponſo deducebant in thalamum; eamque lampadibus accenſis; noctu enim nuptiæ celebrabantur. Matth. XXV. ſeqq. R. Salomo ſimilem ritum inter Iſmaëlitas notat; *Mos eſt in terra Iſmaëlitica, ut ſponſam ducant à domo patris ſui in domum ſponſi, ante introductionem in thalamum; ferantq; ante eam circiter decem baculos ligneos, in unoquoq; ſummitate vaſculum inſtar ſcutellæ habentes, in quo fragmentum panni cum oleo & pice, ex his accenſis facem ei præferunt.* Celebratur iſta domiductio, ut ſibi invicem ſponſus & ſponſa co...rent Matth. I. 18. poſt copulationem, quæ fiebat ſub umbra ...ppæ, indigitata Luc. I. 35. Illa Hebræis dicitur: הכנסת כלה intro-

Digitized by Google

introducto ſponſæ. *Finis* erat procreatio liberorum; ut proinde ſterilitas conjugum fuerit contraria conjugio ratione finis; Luc. I. 18. Sicut adulterium ratione formæ; Nam hoc copulam, ſeu vinculum, dirimit, non tantum in conjugatis, ſed etiam deſponſatis. Matth. I. 18. 19. Idem præſtabat *libellus repudij*, ſed non æquo ſemper jure. Matth. XIX. 7. Putabant enim Pſeudo-Doctores Judæorum, ſi quis aliam fœminam ſibi placentem aſpexerit, licere, dimiſſa uxore ſua, iſtam ducere uxorem, dato faſtiditæ repudii libello. vide Lighfoot. ad Matth. V. 30. ubi rem fuſius explicat, ſubjecto etiam ſpecimine libelli repudii. Item *clancularia deſertio*, qualem patabat Joſephus, cum ſuſpicaretur Mariam ſuam ſponſam aliunde prægnantem. Matth. I. 19. Et caſtratio ratione materiæ. Matth. XIX. 12. & mors, ratione utriusque; qua viduæ, vel vidui fiebant. Luc. II. 36. Matth. XXII. 24, eaque vel naturalis, vel violenta; Hæc erat adulterorum, & adulterarum. Joh. VIII. 5. juxta Lev. XX. 10. Deut. XXII. 22. *Remedium* proponitur, nempe novæ nuptiæ inter fratrem & fratriam, cui iſte ſemen excitare jubebatur Deut. XXV. 5. Matth. XIX. 22.

(2) Et ejus effectus, nempe paterna ſocietas.

§. 2. *Effectus* matrimonii per ſe intentus eſt generatio prolis, adeoque naſcitur exinde *ſocietas paterna* inter parentes & liberos. Zaccharias & Eliſabetha facti ſunt parentes Johannis Baptiſtæ, quem hæc ex iſto ſuſcepit. Luc. I. 13. Imprægnata à marito. ℣. 24. Fœtus juſtum habet tempus, quo in utero materno verſatur, & motibus etiam interdum extraordinariis ſe vivere prodit ℣. 41. Quo expleto, lucem videt. v. 26. 57. II. 5. 6. Editus involvebatur faſciis, & in cunis reponebatur. v. 12. Si maſculus eſſet, elapſo octiduo circumcidebatur, præſentibus vicinis & cognatis. c. 59. qui & antea felicem partum gratulabantur parentibus, ℣. 58. Nomen parentes indebant. ℣. 13. 60. 62. 63. Puerperio finito, maturius apud maſculos, ſeſius apud puellas, fiebat purificatio in templo. II. 22. ſeqq. Teneros adhuc liberos brachiis portabant. Matth. XIX. 13. educabant, donec adoleſcerent, ut videre eſt exemplis Baptiſtæ & Chriſti. Luc. I. 80. II. 52. Interea liberi erant ſub poteſtate parentum; Luc. II. 51. liberi quidem ab oneribus ſervilibus. Matth. XXVII. 25. attamen negociis faciendis adhibebantur. e. g. vineis curandis. Matth. XXI. 28. vel viſitandis; ℣. 37.

v. 37. opificiis tractandis, ut piſcatoriæ, ſicut Jacobus & Johannes. Matth. IV. 21. vel arti fabrili, ut Chriſtus putatur Matth. XIII. 55. Marc. V. 3. Nec deerant parentes ſuo officio, ſcientes filiis ſuis petentibus dare dona bona, piſces nempe, vel ova. Matth. VII. 9. ſeqq. & hæreditates relinquere. c. XXI. 38. circa quas tamen inter liberos interdum lites ſolebant naſci. Luc. XII. 13. Continuatis generationibus fiebant *genealogiæ*, quarum ſpecimen exhibent Matthæus c. I. 1. Et Lucas c. III. 23. ſeqq. hic ſecundum lineam aſcendentem, iſte deſcendentem. Ferunt apud Euſeb. l. I. hiſt. Eccl. c. 7. Herodem combuſſiſſe genealogias Judæorum, ne pateret, ſe eſſe alienigenam. *Cum ad id uſque temporis in tabulariis publicis deſcripta eſſent origines tam familiarum Hebraicarum, quam eorum, qui ad Proſelytos, id eſt, advenas genus ſuum referebant, verbi gratia, ad Achior Ammanitem, & ad Ruth Moabitidem, eosq́; qui ex Ægypto ſimul cum Iſraëlitis egreſſi per matrimonia cum ipſis permixti fuerant; Herodes priſcas illas Iſraëlitarum familias nihil ad ſe pertinere intelligens, ignobilitatis ſuæ conſcientia ſtimulatus, omnia illa veterum familiarum monumenta concremavit: Ratus, ſe tum demum nobilem viſum iri, cum nemo eſſet qui ex publicis monumentis originem generis ſui, vel ad Patriarchas, vel ad Proſelytos, vel ad permixtos Iſraëlitis peregrinos, qui* [illegible] *dicuntur, poſſet referre.* ita habent verba Euſebii f. 23. A. Neque tamen omnes combutere potuit, [illegible] in genealogia Jeſu Nazareni conſervaretur etiam hominum [illegible] duſtria. Sic enim pergit Euſebius: B. *Pauci tamen antiquitatis ſtudioſi privatos ſtirpis ſuæ commentarios, vel quod nomina ipſa memoriter tenerent, vel ex archivis deſcriptos penes ſe habentes, inprimis gloriabantur, quod avitæ nobilitatis memoriam conſervaſſent. Ex quorum numero erant hi, de quibus ſupra dixi, ob propinquitatem generis, quæ ſervatori noſtro [illegible] erant* [illegible] *appellati. Qui è Nazaris & Cochaba Judææ vicis [illegible] varias regiones diſperſi, ſupradictam generis ſeriem ex Ephemeridum [illegible] quam poterant fideliſſimè expoſuerunt.* Imo Hen: Valeſio iſta Euſebii [illegible] ratio *parum certa* videtur; *Nam*, inquit, *Joſephus in libro de vita [illegible] originem & antiquitatem ſtirpis ſuæ commemorans, ex publicis archivis [illegible] petiit. Igitur reſtabant adhuc ætate Joſephi publica tabularia, in quibus Judaicarum familiarum origines continebantur. Ac proinde falſum eſt [illegible] eos ea combuſſiſſe. Porro hæc tabularia erant in templo Hieroſolymitano [illegible] cuſtodia ſcribarum, ut equidem exiſtimo.* Hæc ille f. 34. B. notarum.

Id

Id certum eſt, quod genealogias Synedrii Aſſeſſores curioſe conſignarint, & ſolicitè cuſtodierint, ut homines *puri ſanguinis* ab impuris diſcernerentur. vid. Lightfoot. hor. Hebr. in Matth. I. ỳ. 1. *Natales* celebrabat Rex Herodes Antipas; An & alii? Negat Origenes in cap. XII. Levit.

§. 3. *Societas herilis* conflatur ex heris & ſervis, ſive herabus & ſervabus, ſive utriſque. Sunt patresfamilias, qui ſuos habent ſervos Matth. XIII. 27, 52. XX. 11. XXI. 33. XXIV. 43. Luc. XVI. Inter ſervos etiam eſt diſcrimen, vel ratione ordinis; alii enim ſunt ſuperiores, ut œconomi, quibus adminiſtratio domuum, & ſervitiorum concredita eſt. Matth. XXIV. 45. alii inferiores, iſtis ſubjecti; vel ratione negotiorum; alii enim in rebus militaribus ſerviunt, alii in domeſticis. Luc. VII. 2. XIV. 21. vel ratione qualitatum; alii enim ſunt fideles, alii infideles, bona Dominorum decoquentes, vel nil lucrantes, vel conſervos male tractantes, Matth. XXIV. 45. 48. Solebant Domini rationes inire cum œconomis ſuis & ſervis, Matth. XVIII. 23. Si mala hi fide rem familiarem adminiſtrarant, nec aliter habebant, unde ſolverent, vendebantur ipſi, uxor, & liberi; niſi Dominus ultro debitum remitteret; Imo ligabantur manus pedesque, & conjiciebantur in carceres, donec ultimum quadrantem ſolviſſent: vel etiam diſſecandos Domini curabant. Fideles contra & fructuoſos remunerabantur. Erant autem varia negocia, quibus faciendis adhibebantur, domi, & foris; Domi inſerviebant Dominis ad menſam ſuccincti, nec prius cibum capiebant, quam Dominus cepiſſet. Luc. XVII. 7. Foris vineis, agris, mercimoniis tractandis, nunciis ferendis & referendis. Extremum officium erat ſolvere, vel portare calceamenta & ſandalia. Matth. III. 11. de quo Lightf. ad l. c. refert ex Maimonide, quod ſervi Cananæi hoc fuerit, *ut ſolveret, nempe ementi, ſeu Domino ſuo, calceum ſuum, aut ligaret calceum, aut neceſſaria ei ad balneum portaret.* & paulo poſt: *quomodo emitur ſervus* בחזקה? *Solvit ementi calceum, portat poſt eum, quæ ei neceſſaria ad balnea, deveſtit eum, lavat, ungit, fricat, reveſtit, induit calceos, ac à terra levat.* Ancillæ erant Matth. XXVI. 69. & interdum in piſtrinum detrudebantur, ut molerent. Matth. XXIV. 41. *Hoc idem ancillare miniſterium notat, quod frequens erat in Judæa, quia cum aqua deeſſet; quæ*

(3) Herilis.

mola utrumagerentur, aut veteres, molas habebant domeſticas, quas fere ancillas binæ verſare ſolebant. Apud Iſaiam autem cum amara irriſione hanc hoc mola ſervitium exprobrat Dominus Babylonis ſervitura. Deſcende, inquit, ſede in pulvere virgo filia Babylon, ſede in terra, quia ultra non vocaberis mollis, & tenera. Tolle molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam & diſcooperi humerum. Cum ait: Denuda turpitudinem tuam, Idem eſt, ac ſi dixiſſet: Corpus tuum diſcooperi veſte ad cubitum revocata, & alte ſuccincta, ita ut appareant brachia, & crura, ſimul etiam & humeris apertis, ut expeditius molam agitare poſſis, & alios ancillares labores ſuſtinere. Vel etiam, quod ad rem noſtram facit, ait: diſcooperi humeros, nimirum ad ſæva heri plagas, quibus urgeberis ad opus peragendum, ſuſcipiendas. ita Menoch. de rep. Hebr. lib. I. c. 5. ſ. 35. An moris fuerit hoc tempore, quod olim, ſervos ſervasque in jubilæis manumittere? hiſtoria ſacra nihil habet: Thalmudici negant, poſt excidium templi primum habitos fuiſſe annos Jubilæos, quare nec manumiſſos eſſe ſervos ſervasque: vide Cunæ. de rep. Heb. lib. I. c. 6. Ad ſervos referri poſſunt *Mercenarij*, qui infimi ſervorum habebantur Luc. XV. 19. Quos conducebant in vineas colendas. Matth. XX. 1. Stantes alioquin in foro, & exſpectantes, qui conducerent. ✝. 3. Peracto die dabant mercedem. ✝. 8. & cibum. Matth. X. 10.

Victus.

§. 4. Res domeſtica requirit *victum* & *amictum*. Victum, utpe cibum & potum. *Cibum* præbebant, panes, olera, carnes. Panis ex farina & aqua igne coquebatur, & erat vel azymus, vel fermentatus. Matth. XXVI. 52. XIII. 33. XVI. 6. 12. Farina fiebat ex frumento, ut eſt hordeum, Marc. VI. 38. inter lapides molares Matth. XVIII. 6. contrito: Frumentum creſcebat in agris, quos arabant, conſerebant, metebant, ſtato meſſis tempore; in horreis frumentum reponebant, anguſtioribus nonnunquam, quam qui omne frumentum caperet. Luc. XII. 17. ſeqq. In areis exterebant, immiſſis bubus, Matth. III. 12. ventilabro grana purgabant. Matth. 12. Luc. III. 17. paleas igne comburebant. l. c. *Olerum* variæ ſpecies ſunt, & illa diverſæ quantitatis. Marc. IV. 31. Synapi minimum è ſeminibus, deinde maximum. Matth. XIII. 32. utpote in arborem excreſcens. Creſcebant in *hortis*, in quibus & ſi vina exprimebant, qualis erat hortus Gethſemane: *Villa ad*

radices

Digitized by Google

radices montis Oliveti, olearum fœcunda. ita Adrichom. deſc. terræ ſanctæ f. 170. n. 187. Quorſum referri poſſunt fructus aliarum plantarum, quibus veſcebantur, ut *ficuum*; Matth. XXI. 19. XXIV. 32. à groſſis ibi naſcentibus locum accepit Bethphage; ſicut Bethania à dactylis palmarum; vel alias utebantur, ut *hyſſopus* erat ſeu abrotonū, herba amariſſimi ſucci, qua propterea milites uſi ſunt, cum potu Chriſtum crucifixum excruciare vellent. vide Caſaub. Exerc. LXXXIX. p. 569. *Carnibus* veſcebantur, indigitante Chriſto Joh. VI. boum & altilium Matth. XXII. 4. Agnorum, ut tempore potiſſimum paſchali. Luc. XXII. 11. piſcium Matth. VII. 10. toſtorum. Luc. XXIV. 42. Joh. XXI. 10. ſeqq. Locuſtarum, ii præſertim, qui auſteriorem vitam degebant. Matth. III. 4. melle quoque interdum & agreſti, quod defluebat ex palmis & ficubus, maxime in tractu Hierichuntino palmis abundante. *Potum* præbebat *aqua* ex fontibus hauſta. Joh. IV. 12. & *vinum* ex uvis expreſſum. Habebant vineta ſua, & in iis vites inſitas, ſepibus circumdata, turribus munita, torcularibus inſtructa, eaque vel ipſi plantabant, & colebant, vel vinitoribus excolenda committebant, fructus inde percepturi. Matth. XXI. 32. ſeqq. Joh. XV. 1. ſeqq. vinum bibebant ex calicibus. Matth. XX. 22. Talis erat poculum Euchariſticum, an ἀμοσ-νίς? ait Beda; incerta traditione. Reſervabant in utribus muſtum. Marc. II. 22. Aliud erat altero generoſius, ſuo quodque tempore diſtribuendum. Joh. II. 10. inter veſcendum; vel etiam in morbis, ut in expurgandis vulneribus. Luc. X. 34. Dabatur & morituris Marc. XV. 23. Habebant & *ſiceram*, potum nempe factitium, à quali abſtinuit Nazaræus Johannes. Luc. I. 15. Ex vino fit *acetum*. Matth. XXVII. 34. quo utebantur in ſuppliciis, alii quidem ad confortandos reos, alii, ut milites Chriſti crucifixores, ad cruciandos.

§. 5. *Amictum* Judæos habuiſſe certo certius eſt. vide *Et amictus.*
Matth. XXI. 7. XXIV. 18. Materia erant lana ovium, vel pelles camelorum. Marc. II. 21. Matth. III. 4. vel linum, & hujus præſtantiſſima ſpecies, byſſus. Luc. IV. 12. XVI. 19. vel purpura, l. c. unde veſtes aliæ aliis erant pretioſiores; Erant mollia veſtimenta, inſigne eminentiorum & ditiorum, ut erant byſſina &

ria & purpurea. Matth. XI. 8. Luc. VII. 25. XVI. 19. Alia recentia, alia vetuſta, adeoque lacerata, & reſarcienda aſſutis per ſacus Matth. XIX. 34. panniculis. Matth. IX. 16. Alia vulgaria, alia nuptialia Matth. XXII. 11. Forma erant talaria, ut tunicæ, & fimbriata, Marc. XII. 38. quare habebant cingula, quibus in obeundis negociis ſuccingebant prolixiores veſtes. Joh. XXI. 18. *Species* veſtimentorum erant ἱμάτιον & χιτών; iſtud erat exterius veſtimentum, quale apud Romanos erat toga, apud Græcos autem pallium; hoc interius, ex lana ut plurimum contextum; Intimum erat ſubucula ſeu induſium ex lino factum. Tale videtur fuiſſe Sindon, veſtis linea & cubitoria, qua amictus erat juvenis è domo cœnatoria Chriſtum ſecutus, tandem fugitivus. Marc. XIV. 51. 52. Matth. V. 40. Illi fimbriæ memorativæ Num. XV. 38. erant attextæ, vide Marc. V. 27. 30. ut propterea direptio ejus eo majoris æſtimaretur. Erant conſutæ ex variis partibus, Joh. XIII. 4. Tunicæ autem ſaltem quædam erant ſine ſutura, ex integro contextæ. Joh. XIX. 23. Interulæ, Joh. XXI. 7. Marc. XIV. 52. Matth. V. 40. Gerebant tunicas ſummi Pontifices. Marc. XIV. ✝. 63. Chriſtus. Joh. XIX. 23. An etiam ex velleribus ovium veſtes habuerint? Sic videtur ad Matth. III. 4. VII. 15. etiam de Naſiræis. vid. Hier. in Zacch. cap. 13. 4. Full. miſc. IV. 7. Calceamenta Matth. X. 10. 14. Ea algo diſtinguunt à ſandaliis, quod iſta eſſent è corio molliori, hæc vero è duriori, vel etiam inferius è cortice, vel ligno, vel ncis; Cingula, in quibus & pecuniam recondebant Matth. 9. unde nonnulli Iſcariotæ nomen derivant; Lightf. ad Math. 4. confer notata ad ✝. 9. Peras habebant, quibus veluti repoſitoriis utebantur iter facientes. Matth. X. 10. Marc. VI. 8. & loculis pro pecunia. Marc. X. 4. Extraordinaria veſtis: *Chlamys coccinea*, quam ludibrii gratia Pilati milites Chriſto, tam Scenico Regi, injecerunt. Matth. XXVII. 28. Sicut *veſtis candida* ab Herode illuſore aptata. Joh. XIX. 2. Erant jus coloris veſtimenta Regum inſignia.

§. 6. *Media* acquirendi victus & amictus, aliorumque neceſſariorum ſunt, uno verbo, labores: quos quis in variis

ris vitæ generibus impendere debet. Alii exercebant rem *ruſticam*, agros colendo, & frumenta colligendo. Matth. XIII. 3. 24. ſeqq. Alii *vinitoriam*, uti §. præced. oſtenſum; utriſque conducit obſervatio tempeſtatum, ſerena, an pluvia illa futura ſit; Matth. XVI. 2. 3. Alii *paſtoralem*, alentes, cuſtodientes & paſcentes oves ſuas & alia pecora. Matth. VIII. 30. 33. Quærebant paſtum in deſertis, id eſt, locis, ubi non erant vici, oppida, civitates, ſed paſcua Joh. X. 9. Luc. XV. 4. Alii *piſcatoriam*, ut Zebedæus cum filiis, Petrus & alii in mari Genezareth, libero quibusvis piſcantibus, vid. Lightfoot ad Matth. IV. 18. quod piſcibus abundabat; Eo fine habebant ſua retia, & naviculas, ut his vecti, iſta jacent in mare, ſeu aquas piſcoſas. Matth. IV. 18. Marc. I. 16. Luc. V. 2. 6. Joh. XXI. 6. 8. ſeqq. Si quos cepiſſent piſces, eos exponebant in littore, & ſeligebant bonos ab ineptis, hos abjiciebant, iſtos retinebant. Matth. XIII. 48. Alii *fabrilem* & Architectonicam; Matth. XIII. 55. Alii *figulinam* Matth. XXVII. 7. 10. Alii piſtoriam, ut ſuſpicari vel conjicere licet ex Matth. XIV. 15. XVI. 5. confer. Joſeph. lib. II. de bel. c. 7. Alii textoriam, alii ſartoriam. Joh. XIX. 23. Quare cum grano ſalis capiendum, quod Cunæus lib. 1 de rep. Hebr. cap. 4. habet, tanquam Judæi opificibus caruerint. Alii *inſtitoriam*, ut mercatores, qui varias merces, e. g. uniones, conquirerent, ut eas emerent, vel divenderent; ut oleum: Matth. XIII. 45. XXIV. 9. Ad quos referri poſſunt *elocatores* jumentorum, ut erant aſini, neceſſarii iis, qui in montanis locis iter faciebant; digitus intenditur ad hoc genus hominum Matth. XXI. 2. ſeqq. *Conductores vectigalium* huc refero, quos alias vocabant *Publicanos*: qui certo pretio dato Romanis, vectigalium jus ſive uſumfructum ſibi emebant, & lucrum inde faciebant ſuum, qualis erat Zacchæus Luc. XIX. 2. Item *Collybiſtas*, qui tem ſacram facturis, & Gazophylacio idoneam pecuniam immiſſuris, hanc quidem commodabant, ſed fœnore prius accepto. Matth. XXI. 12. confer. c. XXV. 27. ubi mentio fit lucri ex pecunia facti. Contribules horum erant *venditores* columbarum, & aliarum beſtiarum, ſacrificiis faciendis idonearum, vel neceſſariarum. Nam & hi ex emptione & venditione talium animalium lucrum captabant.

bant. Joh. II. 14. 16. *Locus communis erant fora*, qualia multa habebant Hieroſolymis. *Matth. XX. 3. XXIII. 7.* Tale erat forum lignarium ſ apud *Joſeph: lib. 2. de bel. Jud. c. 24.* Pecuarium, ad quod digitus intendi videtur Joh. V. 2. His & ſimilibus mediis acquirebantur *divitiæ*, non ſpirituales quidem Luc. XII. 21. corporales tamen, *frumenta* & vina, quæ recondebant in theſauris, depromptæri olim vetera & nova. Matth. XIII. 52. clavibus *obſeratæ. cap. XVI. 19.* Quales poſſedit dives epulo Luc. XVI. 19. Juvenis Phariſaicus. cap. XVIII. 23. Zacchæus. XIX. 2. Agricola ἀνθρωπος. Luc. XII. 18.

Pecunia.

§. 7. In ſpecie eſt *pecunia*, dicta νόμισμα, à lege, quæ valorem dat. Matth. XXII. 19. Synonymum eſt κέρμα propriè minutia æris, ſed generalius omnis pecunia, qualem Chriſtus effudit. Joh. II. 14. Facta ex auro. c. X. 9. vel. argento. l. c. XXVI. 15. qua utebantur in fœnore faciendo Matth. XXV. 15. 27. opera conducenda. XXVIII. 12. 18. in itineribus, Marc. VI. 8. donis offerendis Marc. XII. 41. Specialius loquendo, habebant Judæi varia numiſmata, non modo ratione materiæ, ſicut paulo ante diximus; ſed etiam ratione quantitatis, & finis. Celebriores erant *Sicli*, qui & argentei dicebantur Matth. XXVI. 15. Valentes ſinguli quatuor drachmas Atticas, ſeu dimidium imperialem, cui æquivalebat *ſtater* Græcorum, juxta Brerewood c. 1. de pond. p. 6. ad Matth. XVII. 27. dimidium erat δίδραχμον, quantum ſinguli cogebantur vectigalis ſolvere Capernaumi. Matth. XVII. 24. 27. Quartam ſicli, ſeu ſtateris partem conſtituebat *drachma, & denarium*, conf. Luc. XV. 8. Math. XVIII. 28. XX. 2. XXII. 19. Octuageſima pars ſicli, juxta valorem, erat *aſſarium*. Matth. X. 29. Hujus dimidium erat *quadrans*, valens dupondium Marc. XII, 42. Luc. XII. 59. ut adeo λεπτὸν, ſeu *obolus* ſit dimidium quadrantis. Luc. XXI. 2. Appendi & ponderari ſolebant numiſmata; ſumma dicebantur *mina*, ab Hebræo מנה, libra, pondo; aurea illa ponderabat 200. drachmas Atticas, ſeu 50. ſiclos argenteos, id eſt, 25. Joachimicos: Argentea vero ſiclos ſeu drachmas Atticas 240. id eſt, 30. Joachimicos; Luc. XIX. 18. Huc ſpectat *Talentum* quod pondere complectitur 3000. ſiclos, vel 1500. imperiales. Matth. XXV. 15.

§. 8. *Men-*

Digitized by Google

§. 8. *Menſura*, & quidem aridorum, erat *ſatum* Matth. XIII. 33. Luc. XIII. 21. Complectebatur ſpatium 144. ovorum, ſeu tertiam partem Ephæ. *Corus* Luc. XVI. 7. continebat ova 4310. ſeu 30. ſata. Sextarius, græcè ξέϛης, Marc. VII. 4. habet ſpatium ovorum ſex. *Metreta* Joh. II. 6. dicitur & *batus*. Luc. XVI. 6. æquans decem congios, quorum unus continebat ſex ſextarios, & ſextarius duas hæminas vel cotylas: uti Budæus de aſſe computabat. vid. Dn. D. Calov. de menſur. in S. codice f. 186. t. 1. Anti-Grot. & Lightfoot. ad Matth. V. 26. Menſuræ.

§. 9. In re œconomica vel maxime neceſſaria eſt *domus*. Loquimur autem nunc non de domo ſacra Marc. XI. 17. ſed de civili. Fundamentum ponebatur utplurimum ex lapidibus, quibus Palæſtina abundabat. Matth. VII. 24. quo jacto ſuperſtruebantur ædes ipſæ juxta angulos, quos itidem lapides faciebant, Matth. XXI. 42. conclavia, Matth. XXIV. 26. fores obſeratæ. Luc. XI. 7. & in his *προαύλιον*, veſtibulum. Marc. XIV. 68. Tecta, quæ erant lata & plana. v. 17. Marc. II. 4. tegulis ſtrata. Harum ædium quædam erant Regum & Principum, (qualis erat, quam ſtruxerat Hieroſolymis Herodes. Joſeph. l. 6. de bel. Jud. c. 6. Adrich. f. 165. n. 157. in deſc. terræ ſanct.) Matth. XI. 8. In domibus habebant Triclinia (unde *ἀρχιτρίκλινος* Joh. II 8.) locum, qui capax trium lectorum, & novem convivarum. Sic primitus ſignificabat; deinde ampliata vox eſt ad capaciora quæque loca, in quibus menſis veteri ritu accumbebant. *Vaſa* & utenſilia varia erant, ut erant menſæ. Matth. XV. 27. In menſis paropſides. Matth. XXVI. 23. Elychnia Matth. V. 15. Calices, Matth. XXVI. 27. X. 42. Cophini, in quibus reliquias panis colligebant. Matth. XIV. 20. XV. 37. Veſtimenta Marc. XIII. 16. Tabellæ ſcriptoriæ. Luc. I. 70. Spongiæ. Matth. XXVII. 48. Lecti. Luc. XI. 7. Vitra, in quibus pretioſos liquores aſſervabant. Matth. XXVI. 7. Alabaſtra, pro quovis vaſe, etiam vitreo. Marc. XIV. 3. Quibus Nardinum unguentum bonæ fidei continebatur, adhibitum in religioſis unctionibus. Et talia vaſa ſolebant purgare, & purgata ſervare. Matth. XXIII. 25. 26. Canes quoque domi alebant. Matth. XV. 26. 27. & gallos gallinaceos, temporis indices, cap. XXVI. 34. Domus.

§. 10. Do-

Ritus funebres.

§. 10. Domibus utebantur donec morerentur. Ante mortem condebant teſtamenta, imprimis principes viri, uti Herodes M. referente Joſepho lib. XVII. Antiqq. c. 10. Eaque confirmabantur à Romanis Cæſaribus. c. 13. *Ritus funebres & ſepulchrales conſiderandi ſunt.* Siquidem obierat ſupremum, lavabatur & inungebatur. Matth. XXVI. 12. Lotus condiebatur myrrha, aloë, & aliis aromatibus; conditus involvebatur ſindone mundiſſima; caput ſudario ligabatur, ut & reliqua membra: vid. Caſaub. exerc. CXII. p. 591. Interea conducebantur interdum tibicines, & Threnodi, qui in ædibus emortualibus fletus ciebant. confer. Matth. XXVII. 59. Marc. XV. 46. Luc. XXIII. 53. 56. Joh. XIX. 39. & c. XI. 44. & Matth. IX. 23. veniebant & vicini, & cognati, luctuoſos conſolaturi. Joh. XI. 19. His peractis efferebatur cadaver in feretro repoſitum extra portam urbis. Luc. VII. 12. & ponebatur in ſepulchro, vel ſaxis inciſo. Matth. XXVII. 52. 60. de quo more vide differentem ex Rabbinis Caſaub. Exerc. Anti-Baron. 98. vel agris Matth. XXVII. 7. oſtio admovebantur lapides, Joh. XI. 38. 39. XIX. 41. Matth. XXVII 60. qui interdum obſignabantur. ℣. 66. Diſtabant ſepulchra à civitatibus longius, ſi traditionibus credendum, à Leviticis quidem bis mille cubitis; ab aliis forte non adeo brevius.

Art. XII. Sect. III.

De

AFFECTIONIBUS JUDAISMI.

Argumentum.

V*idebatur quidem Eccleſia Judaica eſſe una, ſed non erat.* 1. *Erat enim diviſa in indigenas & peregrinos.* 2. *In Phariſæos, Sadducæos, & Eſſæos.* 3. *Et Phariſæi iterum in Hillelianos & Schammæanos.* 4. *Explicantur Phariſæorum errores & mores.* 5. *Analoga ſecta Galilæorum Gaulonitarum, & Religioſorum in Papatu.* 6. *Sadducæorum nomen, doctrina, errores.* 7. *Eſſæorum nomina, ætas, doctrina, genus vitæ.* 8. *Collatio.* 9. *notati à Johanne.* 10. *Chariſmata.* 11. *Herodiani.* 12. *Samaritani.* 13. *Nec ſancta erat.* 14. *ſive doctrinam reſpicias.* 15. *ſive cultum.* 16. *ſive mores contra tabulam decalogi priorem.* 17. 18. 19. 20. *& poſteriorem.* 21. 22. 23. 24. 25. 26. *ſive locum.* 27. *ſive tempus.* 28. *ſive Chariſmata.* 29. *Neque Catholica,* 30.

§. I.

Videbatur equidem Eccleſia Judaica eſſe *una*, nempe *indiviſa in ſeſe*, Clero & populo in Chriſti cædem conſpirantibus; Et *diviſa* à quovis alio cœtu, nempe & heterodoxorũ, quales erant Ethnici, Samaritani Chriſtiani. Matth. XVIII. 17. Joh. IV. 9. X. 22. Credebant enim Judæi, vel pulverem terræ Ethnicæ ex contactu inquinare, & proinde excutiendum eſſe. vide loca ex Thalmudicis allegata apud Lightfoot ad Matth. X. 14. Eosdem vocabant canes Matth. XV. 26. Indignos communione Eccleſiæ. Matth. XVIII. 17; Et impurorum, adeo ut vel manus lavarent ex foro reverſi. Neque in eodem templi loco cum ipſis verſarentur; Erat enim peculiare atrium gentium, pro excommunicatis, & immundis: In quo precabatur procul ſtans peccator; Sicut Phariſæus ſeorſim. Sed ea non erat vera unitas, Eccleſia Judaica nec 1. una fuit.

tas, deficiente vera doctrina; & ſincera dilectione: graſſantibus vero variis opinionibus: *Variæ fuerunt Judæorum opiniones; aliæ quidem falſæ, quales amplexi ſunt Sadducæi de mortuorum reſurrectione, quaſi quæ non reſurgant; & de Angelis, quaſi qui minime exſtant, ſed tanquam quæ de iis ſcripta ſunt ad tropologiam ſolum pertineant, ad hiſtoriæ autem veritatem nullo modo: Aliæ autem veræ, quemadmodum Phariſæi, de reſurrectione mortuorum agentes, reſurgere illos docuerunt.* ita Orig. in Matth. tom. XI. f. 227. D. & moribus vitioſis.

In indigenas & peregrinos.

§. 2. Diviſi erant in *indigenas & peregrinos*; quorum illi αὐτόχθονες, οἱ ἀνέκαθεν ἑβραῖοι, γνήσιοι, οἱ ἀρχῆθεν ἑβραῖοι dicebantur, quia Hieroſolymis & in terra divinitus electa & ordinata, Palæſtina, degebant; Hi, qui extra illam habitabant; Et ſubdividebantur in *Babylonios & Helleniſtas* Joh. VII. 35. ſpecialius ſic dictos. Iſti ſupererant ex diſperſione Aſſyriaca & Babylonica, & Paraphraſibus Chaldaicis utebantur, gratioſi apud Hieroſolymitanos; Hi vero ipſis odio erant, & quodam quaſi ſchiſmate diviſi; cauſſæ ſchiſmatis aliquot erant; nempe lingua Græca, qua, utentes verſione LXX. interpretum, utebantur in ſacris ſuis, eâ verò profanari ſacra ſua & myſteria putitani Judæi cenſebant; Erat & templum Heliopolitanum, quod in Ægypto frequentabant; diverſum ſcilicet ab Hieroſolymitano, id quod Hieroſolymitani Judæi ſolum eſſe divinitus imperatum & auctoratum arbitrabantur. Accedebat locus alienus, nempe Ægyptus, qua relicta, debuiſſent, iſtorum opinione, degere in terra benedicta. vid. Cun. de rep. Hebr. lib. I. c. 8 lib. II. c. 23. Hotting. Theſ. Phil. lib. I. c. 1. ſect. 4. p. 19 ſeqq.

In Phariſæos eorum (1) Nomen.

§. 3. Porro diviſi erant in Phariſæos, Sadducæos, & [Eſ]ſæos. *Judæi patriæ ſapientiæ ſtudioſi, jam inde à multis retro ſeculis in ſectas erant diviſi, Eſſenorum, Sadducæorum, & eorum quæ Phariſæorum vocata eſt.* ita Joſeph. lib. XVIII. Antiq. Jud. c. 2. p. 479. [Pha]riſæi nomen habebant à פרש ſeparando. Ἐλέγοντο φαρισαῖοι, [διὰ] τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων, διὰ τὴν ἐθελοπερισσοθρησκείας [illegible] αὐτοῖς [illegible]: *Dicti ſunt Phariſæi, quod eſſent ipſi [ſepar]ati ab aliis, propter electitiam & abundantem, quam ſibi imaginabantur [pi]etatem,* explicante Epiph. hæreſ. XVI. Quo præcisè tempore ſecta orta fuerit, incertum eſt. Id certum, quod ante Chriſti

Chriſti nativitatem, idque nobis h. l. ſufficit; nec demum ab Hillele & Schammai, quod nonnulli Pontificorum ſomniant. confer Joſeph. lib. XIII. antiqq. Jud. c. 9. qui eorum meminit jam temporibus Jonathanis Aſſamonæi, id eſt, 140. annis ante (2) *Ætas.* natum Salvatorem. Religione in multis erant erronei; In (3) *Errores.* quo facile eminebat error de מסורה traditione & קבלה διαδοχῇ acceptione præceptorum à Patribus traditorum. Deinde perfectione operum, tanta, ut per bona opera cœlum ſeſe mereri crederent; natus ex alio errore, dum neſciebant corruptionem naturæ humanæ tantam, ut regeneratione opus eſſet; & perfectionem legis tantam, ut etiam minimos animi motus, & affectus requirat perfectos; colligas hæc ex Matth. V. 20. ſeqq. Joh. III. 4. ſeqq. Digitum intendit etiam Joſephus lib. XVIII. c. 2. p. 479. *Phariſæorum victus ſimplex eſt, nullis mollium deliciis: & quicquid his ratio dictavit, id ſequuntur pertinaciter. Majores natu venerantur, nec audent eis reſponſare monentibus aut obloqui. Fato quæcunque geruntur tribuunt, nec tamen homini voluntatis aſſenſum adimunt, hoc temperamento Deum uti, dicentes, ut cum omnia fiant ex ipſius conſilio, in homine tamen ſit voluntas accedendi ad virtutem aut vitium. Animas credunt eſſe immortales, & ſub terris eorum judicia fieri: tum præmia cuiq; contingere ex virtutis aut malitiæ merito: & has perpetuis damnari carceribus, illis facilem eſſe ad vitam reditum. Per hæc placita magnam ſibi authoritatem paraverunt apud populum, & quicquid ad ſolennes precationes ac cultum divinum attinet, juxta horum interpretationem ac præſcriptum ſolet fieri. Tantum habent à civitatibus ſapientiæ, temperantiæ, & vitæ honeſtioris teſtimonium.* Quod de judicio ſubterraneo dicunt, Chriſtus refutat Luc. XVI. 22. ubi docet, quod anima Lazari delata fuerit (non in locum ſubterraneum, ſed) in ſinum Abrahami, in quo epulis cœleſtibus recumberet, loco Math. VIII. 2. honoratiore reliquis, utpote in ſinu principis piorum recumbens.

§. 4. Diviſi erant in *Hillelianos & Schammæanos.* Fuerat Hil- (4) *Sectæ* In Hillelianos & Schammæanos diviſi. lel iſte Caput Synedrii Magni, quem vocabant *principem in omni loco* נשיא בכל מקום Juſtinus Martyr dial. cum Tryph. ipſius diſcipulos vocat Ἑλληνιανοὺς *Hellenianos*; Samæas vero אב בית הדין *pater domus judicii*, dignitate iſto aliquanto minor, major vero re-

 liquis

ſiquis Senatoribus: *Sed moribus truculentus & ambitioſus;* quare facile adverſus *venerandum Hillelem inſurrent, & fa-*ctionem fecit, adjunctis *ſibi aſſeclis, unde ſcandaloſum diſſidii* ortum eſt. Judæi quidem extenuare volunt diſſidium; ſed contra eſt aliorum auctoritas, *qui docent, in capp.* XVIII. inter ſeſe fuiſſe diviſos, & adeo quidem, ut ad necem ſe mutuo quæſiverint, nec crediderint, componi poſſe diſſidium vel per Eliam Prophetam. Quod una ſecta ligabat, altera ſolvebat: *Quod ad medium ſchola Schammæana ligat, ſchola Hilleliana ſolvit, uſq; ad ortum ſolis.* ita Peſach. in cap. IV. hal. V. conf. Hier. Sab. f. IV. 1. XV. 2. Subobſcure aliquid indigitatur Matth. XIX. 3. in diſputatione de libello repudii. Nam Schammæani negabant divortium, niſi in caſu adulterii, Hieroſ. Sotah. f. 16. 2. Floruerunt autem duo iſta factioſorum capita paulo ante tempora Chriſti nati, ut oſtendit Hottingerus in Theſ. Philol. pag. 42. ex Zemach David p. 30. 2. & 21. part. 2. Juſchaſ. p. 18. & remittit lectorem ad ſcriptores cum Judaicos, tum Chriſtianos, ubi plura de Hilleliſtarum diſſidiis, & Hillelis ſtudiis, diſcipulis, ætate & ſepultura legantur.

(5) Mores.

§. 5. *Moribus* erant utplurimum ſpecioſi, ſanctitate religioſa, ſed intus & in cute vitioſi, animis ipſorum æſtuantibus affectibus vitioſis, ambitione, avaritia, odio & invidia erga proximum: hypocritæ propterea aliquoties dicti à Chriſto *καρδιογνώστῃ*. vide Matth. XXIII. 6. ſeqq. Nec diſſimulare ſemper potuerunt latens vitium, quin in actum externum erumperet, & vulpeculas proderet. Ingenium ipſorum rebelle prodit Joſephus lib. XVII. c. 3. p. 455. Antiqq. *Erat enim quædam Judæorum ſecta, exactiorem patriæ legis cognitionem ſibi vendicans, quibus [illegible] quam Deo, ut videri volebant, charis addictum erat hoc mulierum ſodalitium. Hi Phariſæi vocantur, genus hominum aſtutum, arrogans, & inter-[illegible] Regibus quoque infeſtum, ut eos etiam aperte impugnare non vereatur. [illegible] cum tota gens Judæorum fidem ſuam jurejurando obligaſſent Regi & [illegible] hi ſolum non juraverint: excedentes ſex millium numerum: quibus hoc [illegible] à Rege mulctatis, Pheroræ uxor pro eis mulctam perſolvit, cui reponens gratiam, quoniam credebantur futura præſcire ex Dei colloquiis, prædixerunt, decretum eſſe Deo, regnum ablatum ab Herode & ejus progenie,*

Itamo-

transferre in ipſum & maritum Pheroram ac communes liberos. Nimirum ſub Hyrcano aſſueti erant gubernationi reip. de qua ipſorum πολυπραγμοσύνη idem refert lib. XIII. c. 24. p. 362. *Ex Phariſæorum ſententia permiſſu Reginæ gerebantur omnia: quibus etiam plebs parere juſſa eſt: Et ſi quid conſtitutionum Hyrcanus ſocer abrogaverat, quas Phariſæi juxta majorum traditiones induxerant, id totum ſancitum eſt denuo. Nomen igitur Regni erat penes Reginam, penes Phariſæos vero adminiſtratio. Nam hi & exulibus reditum, & vinctis ſolutionem procurabant.* Hæc ille, & alia. *Crudelitates* etiam ipſorum commemorat; cum quibus confer, quæ idem habet lib. I. de bel. Jud. c. 4. p. 582. Quare Herode rerum potito, & Romanis prævalentibus, indignè ferebant, ab imperio tractando ſeſe removeri. Hæc & ſimilia vitia fuiſſe genialia ſectæ, contra Pontificios probat Dn. D. Dannhaw. Chriſteid. p. 701. ſeqq.

§. 6. *Analoga* huic ſecta erat Judæ Galilæi, deſcripta à (6) Analogas
Joſepho lib. XVIII. Antiqq. Jud. c. 2. p. m. 480. *Quarta autem* Gaulonitas
ſtudium ſapientiæ ſectantium via primus author fuit Judas Galilæus. Hi cætera cum Phariſæis conſentiunt, niſi quod conſtantiſſimo libertatis amore flagrant, credentes, ſolum Deum ac Dominum habendum ac Principem. & facilius vel exquiſitiſſima pœnarum genera laturi una cum cognatis ſuis ac chariſſimis, quam mortalem aliquem appellaturi dominum; Quod quia multis ſæpe ſpectatum ſcio, plura de hoc non libet dicere. Non enim vereor, ne fidem non inveniant mea verba, imo illud potius, ne tam inſignem patientiam & doloris contemptum parum aſſequantur, quæ quidem animoſitas plurimum in gente noſtra crevit accenſa acerbiſſimis Geſſii Flori injuriis, quibus poſtremo effecturn, ut deſciſcerent à populo Romano. Ad hos ſpectat Simon Galilæus cum ſuis ſequacibus. de quo Joſeph. lib. II. de bel. Jud. c. 7. p. 639. *Hoc* (Coponio) *diſpeptante, Galilæus quidam, Simon nomine, defectionis arguebatur, quia indigenas increparet, ſi tributum Romanis pendere paterentur: dominosq; poſt Deum ferre mortales. Erat autem propria ſecta Sophiſtæ, nulla in re ſimilis aliis.* Monachos ho- & Religioſi.
diernos ſymbolicas cum ipſis Phariſæis habere qualitates, vel in Papatu.
ipſi Pontificii Genebrardus & Serarius, apud Rainold. colloq. cum Harto f. 175. non negant, & patet ex paralleliſmo, quem contra Maldonatum inſtituit Hott. Theſaur. Philol. p. 27.

§. 7. *Sadducæi* nomen acceperunt à quodam Sadoco In
Antigoni Sogæi diſcipulo. Dixerat aliquando Sogæus: *Ne ſitis* Sadducæos.

tanquam ſervi, qui ideo Domino ſerviunt ea conditione, ut mercedem accipiant: Sed ſitis ſicut ſervi, qui ſerviunt Domino ſine conditione, ut accipiant mercedem, & ſit timor cœli ſuper vos. Sic ille in Pircke Aboth c. 1. & commentatores Thalmudici Hæc dextra manu porrecta, ſiniſtra acceperunt diſcipuli, tanquam dixiſſet Magiſter ſimpliciter, nullam eſſe poſt hanc aliam vitam, nec præmia virtutis expectanda. Atque hic capitalis ſectæ error erat, ut eſt apud Matth. XXII. 23. ſeqq. *Sadducæorum opinio cum corpore extinguit ſimul & animas: nec aliud quicquam præter legem ſervandum exiſtimant. Nam de ſapientia cum præceptoribus diſceptare ad virtutem reputant. Hujus ſectæ pauci ſunt, ſed ferè dignitate præcipui. Ex horum tamen ſententia vix quicquam agitur. Nam quoties Magiſtratus licet inviti ſuſcipiunt, Phariſæorum decretis aſſentiunt, ut facerent, non ferendi à plebejorum multitudine.* ita Joſeph. lib. XVIII. antiq. Judaic. cap. 2. pag. 479. de Sadducæorum partim erroribus, partim doctrinæ principio; Hoc ipſis erant ſolum Moſes & Prophetæ, excluſis traditionibus, quas Phariſæi ſectabantur: *Ecce Phariſæi dicebant, ſervemus legem, quam tradiderunt patres noſtri in manus noſtras, expoſitam per os ſapientum, qui expoſuerunt legem per cabbalam ſive traditionem. Et ecce Sadducæi dicebant: Ne credamus, & ne audiamus ullam traditionem, aut ullam expoſitionem, niſi legem Moſis ſolam.* ita Gorionides diſcrimen ipſorū refert apud Druſ. de Haſidæ. p. 20. Non ergo ſolus Moſes; quod nonnulli putabant etiam inter veteres, erat principiū, contra quos vid. Joſ. Sc. in Elench. Trihær. c. 16. Druſ. l. III. de Trib. Sect. Jud. c. 9. D. Danh. Chriſteid. p. 78. Hotting. Theſ. Phil. l. 1. c. 1. p. 34: partim moribus, qui impii erant & pravi, Druſ. de Sect. p. 140. & vivendi conditione. Diſſidebant igitur à reliquis Judæis, & quidem, ut ſpecialius loquamur, cultu externo, & explicatione ſcripturæ, cujus rejiciebant & puncta vocalia, & *apices* Maſorethicas, & ſenſum Myſticum; & dogmatibus, vide Theſ. Phil. Hottingeri l. c. In hiſtoria Evangelica ignorantia, errores, & mores ipſorum notantur, tanquam qui ſcripturam non rectè intellexerint, & hinc error de mortalitate animæ, & qui hunc conſequebantur, nullam eſſe corporum reſurrectionem, nullam vitam æternam, quos errores fermento comparat Chriſtus Matth. XVI. 6. 12. Johannes Baptiſta autem genimina vipera-

viperarum eos appellavit, non evaſuros iram venturam, niſi acta ſeria pœnitentia. c. III. 7. ſeqq. Serpentis antiqui genimina erant non mendaciis ſolum, ſed etiam odio ;. Nam Chriſtum, contraria ſentientem, perſequebantur, captioſis propoſitis quæſtionibus, ex quibus ipſe tamen ita ſeſe expedivit, ut confuſi recederent Sadducæi. Matth. XXII. 34. Dolendum autem & mirandum, quod *plures* ipſorum tempore Chriſti & Johannis fuerint Matth. III. 7. Laudandum contra, quod vel publicis formulis fuerit ipſis contradictum, uterat illa : *αἰὼν μέλλων* futurum ſeculum. Matth. XII. 32.

§. 8. *Eſſæi.* Horum nota (1) *Nomen.* Acceperunt id juxta nonnullos ab אסא *ſanando*; alios à חסיא *ſancti*; alios à חשר *ſiluit*, q. d. *μονάζοντας*; ſolitarios; alios à חצנא *flores*, q. d. *χαμαιεῦνας*, humicubos; alios à חשר *in locum aliquem ſeſe recipere*; alios à חסד gratia, unde חסיד beneficus, item ſanctus : ſingularem enim ſanctitatem affectabant, benefici inter ſeſe invicem. Atque hæc ſpecialis eſſet vocis ſignificatio; generalis eſt, cum denotat quemcunque ſingulariter religioſum & beneficum in perſonas & res ſacras; vide Hotting. Theſ. Philol. l. 1. c. 1. ſect. 5. n. 3. p. 24. Sunt qui putant, eos alio nomine dictos fuiſſe Baithuſæos, alii Sadducæis annumeratos; vide eundem Hotting. p. 38. (2) *Ætatem.* Nati ſunt temporibus Maccabæorum afflictiſſimis, dum metu periculi imminentis in eremos & ſpeluncas ſecederent, & tandem, halcyoniis licet redditis, ibi locorum manerent, quietem ſtrepitibus civitatenſibus præferentes. (3) *Profeſſionem.* Philo ad tria capita eam revocavit, *φιλόθεον, φιλάρετον καὶ φιλάνθρωπον*, *amorem Dei, virtutis, hominum*, quem humanitatem vocant. Dogmata erant erronea, ſi vera retulit Philaſtrius, quod Meſſiam à Moſe & Prophetis annunciatum non crediderint Dei filium adeoque Deum, ſed merum hominem, etſi officio Prophetam & moribus Sanctum. Conf. alios errores, notatos ab Hieron. in epiſt. ad Euſtoch. Hoſpin. de Monach. c. 5. Druſ. de III. Sect. lib. IV. c. 22. Scal contr. Serar. cap. 18. Non conveniebat ipſis inter ſeſe : *Erat enim aliud etiam Eſſenorum collegium, cibos quidem, & mores legesq́, ſimiles cum prioribus habens, diſtans vero opinione de conjugio. Maximam ſiquidem vitæ hominum partem*

partem, ſucceſſionem ſcilicet, amputare eos, qui abſtineant nuptiis, arbitrantur: quippe ſi eandem velint omnes inire ſententiam, defecturum confeſtim genus humanum. ita Joſeph. lib. II. Antiq. c. 7. p. 642. (4) Genus vitæ. Genere vitæ erant Pythagoræis apud Ethnicos, & Monachis apud Chriſtianos non nihil ſimiles, etſi neutri fuerint religione: vide Hoſpin. de Monach. f. 8. Cham. lib. III. Panſt. p. 827. Scal. cont. Serar. c. 27. Fuller. miſcel. l. 2. c. 3. Apud Joſeph. l. XVIII. cap. 2. antiqq. p. 479. de ipſis hæc referuntur: *Eſſenorum vero placitum univerſitatis regimen citra exceptionem Deo aſſerit, immortalitatem animis: nec aliud quicquam æque ac juſtitiam omni contentione expetendum exiſtimat. Ad templum autem donaria mittentes ſacra ibi non faciunt, quod ſanctioribus utantur ceremoniis: quapropter excluſi à communi fano ſeorſum ſacrificant: moribus alioqui ſunt probatiſſimi, agris colendis in totum dediti. Miranda etiam eſt eorum juſtitia, qua omnes græcos & barbaros longe ſuperant, multis jam ſeculis tota in ejus continuis ſtudiis. Facultates in commune poſſident, nec aliquis dives magis utitur ſuis bonis, quam quivis nihil poſſidens. Atq; hoc inſtituto vivunt virorum ſupra quatuor millia, nec uxores habentium, nec ſervos, quod alterum ad injuriam communis naturæ pertinere cenſeant, alterum tranquillitati vitæ parum commodum, quare per ſe ipſi viventes invicem ſibi miniſtrant. Quæſtores creant viros probos ex Sacerdotum numero, qui ex agrorum reditibus & frugum proventu cibos eis conficiant. In ſumma; eandem fere vivendi rationem ſequuntur, quam hi, qui apud Dacos Piſti nominantur.*

§. 9. Notantur ab Apoſtolo Paulo Col. 1. 8. Collationem inſtituit B. Chemnit. part. IV. Exam. C. T. quam, quia exacte genium ſectæ exprimit, non pigebit adſcribere, & hæc eſt: *Quia Philo dicit, quoſdam ob amorem σοφίας, neglectâ corporis curâ, per triduum, imo per ſex dies vix deguſtare aliquid, hoc Paulus ita exprimit: Habent ſpeciem σοφίας, non habentes curam corporis. Et quod Philo dicit, ipſos σωματικὰς ἀνάγκας non dignas ducere, quibus aliquid temporis in die tribuant; hoc Paulus vocat ἀφειδίαν σώματος. Gloriabantur enim, ſe ſolos anima vivere. Philo dicit, ipſos inſtitutum ſuum vocaſſe θεραπείαν, hoc eſt, cultum, & ſe θεραπευτάς, hoc eſt, cultores. Illud verò Paulus in eo loco ἐθελοθρησκείαν, cultum propria voluntate inſtitutum & ſuſceptum vocat. Cumq; illi ſe vocarent ἱκέτας, ſicut titulus Philonis habet, quaſi ſupplicatione humilitatis: Paulus ideo ſpeciem ταπεινοφροσύνης taxat. Ipſum*

etiam

etiam verbum δογματίζεσθε, quod Paulus ibi uſurpat, ex Philonis deſcriptione ſumptum eſt, qui Eſſæorum exercitia vocat σοφίας δόγματα. Et illa ipſa Mimeſis Pauli, μὴ γεύσῃ ne guſtes, ad id reſpicit, quod Philo dicit: vix poſt ſex dies [illegible] *neceſſarium cibum? Sicut & vocabulum* [illegible]*, quod in deſcriptione illâ Philonis extat, Paulus eo in loco uſurpat; Et quia Philo de theoriis ipſorum grandia philoſophatur, ita ut concludat, ipſos eſſe cœli cives, & Patri ac Creatori omnium verè aſſiſtere: Ideo Paulus dicit, inflatus mente carnis in his, quæ non vidit, ἐμβατεύων. Joſephus etiam ſcribit, Eſſæos jactare nomina quædam Angelorum, ideo Paulus in illo loco Angelorum etiam mentionem facit. Cumq́; ἄσκησις illa multis arrideret, & magnis præconiis extolleretur, Paul. 1. Tim. 4. dicit: Corporalis exercitatio ad modicum prodeſt, pietas vero ad omnia utilis eſt. Rationes etiam Eſſæorum de potu aquæ & abſtinentiâ à carnibus, quaſi uſus vini & carnium per ſe (aliud enim eſt loqui de crapulâ & ebrietate) ſit venenum clementiæ, & irritamentum concupiſcentiæ carnis: Paulus quaſi ex profeſſo refutat, cum Timotheo præſcribit, ne amplius aquam bibat, ſed modico vino utatur propter ſtomachum: & cum de cibis dicit: Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil rejiciendum, ſi cum gratiarum actione ſumatur. Vides igitur, Paulum & verbis & ſententiis oſtendere, ſe de Eſſæorum potiſſimum inſtituto loqui, quod tantis encomiis Philo evehit.*

§. 10. Eoſdem Luc. III. 12. ſeqq. notari à Johanne Baptiſta, improbabile non eſt. Quæſitus ille à publicanis & militibus, quid ſui eſſet officii? reſpondit, & publicanis quidem, ne ultra conſtitutum vectigal plus exigerent; militibus vero, ut ſuo eſſent contenti ſtipendio, neque vim facerent, aut calumniam aliis: q. d. non opus eſt, ut abdicata vita civili fiatis Eſſæi. In Evangelica hiſtoria nulla ipſorum expreſſa fit mentio, Sicut Phariſæorum & Sadducæorum, credo propterea, quod in publica luce non ita, ſicut iſti, verſarentur.

§. 11. Claruiſſe χαρίσμασι, Joſephi traditio eſt, qui lib. XIII. Antiq. cap. 19. exemplum Judæ Eſſæi refert, ſicut Antigoni mortem prædixerit; Et lib. XV. c. 13. Manahemi; *Erat*, inquiens, *quidam Eſſenus Manahemus nomine, cum alias vita honeſta & probata hominum teſtimonio, tum vero divinitus etiam conceſſum donum habens fatidici ſpiritus.* Subjungit exemplum, ſeu ſpecimen doni, nempe prædictionem regni, quod Herodes accepturus eſſet.

Et li
um
ras c
de T

In Herodianos. liar
men
quo
ſcil.
ſum
diar
pro
ling
Here
quæ
gim
deſe-
Here
des
ſtun
Ep
(O
pell
poc
ſcrip
jact
tunc
Dux
exer
ant
adv
Gr
ron
ſim
toto
mag

c lib. XVII. c. 15. p. 477. Simeonis cujusdam Eſſæi, qui ſomni-
m Archelai dextre interpretatus eſt. Qui ampliores crate-
s de his tribus ſectis ſitit, adeat Druſium, Scaligerum, Serarium,
e Trihæreſio inter ſeſe diſputantes.

§. 12. *Herodianos* nonnulli adjungunt, tanquam pecu-
arem ſectam, conflatam ex Judaiſmo & Ethniciſmo. Eorum
entio ſit Matth. XXII. 16. Marc. III. 6. XII. 13. dum refertur,
uod conſilia inierint cum Phariſæis adverſus Jeſum, Sabbathi
cil. violatorem; & propoſuerint eidem quæſtionem; an cen-
um Cæſari dari oporteret? quod Phariſæi negabant; Hero-
iani autem affirmabant; An vero illi ipſi Herodiani Herodem
ro Meſſia habuerint? quæritur. Theophylactus indubio re-
nquit comm. ad Marc. III. f. 204. A. interrogans: *Quinam erant
Herodiani? &c. vel milites Herodis, vel hæreſis quædam nuper admodum orta,
uæ docebat, Herodem ipſum eſſe Chriſtum, eo quod ſub illo Judaicorum Re-
um ſucceſſio finem habuiſſet. ita enim exponebant Prophetiam Jacob, quando
efecturi eſſent ex Juda principes, tunc venturum Chriſtum. Cum igitur
Herodis temporibus nullus uſquam eſſet Judaicus princeps, ſed regnaret Hero-
es alienigena, Idumæus enim erat: opinati ſunt quidam, ipſum eſſe Chri-
um: & conſtituta quadam factione attentaverunt perdere Dominum.*
Epiphanius hæreſ. XX. fol. m. 21. affirmat, dicens; *Poſt hanc
Oſſenorum) & has ſectas, rurſus ſeptima hæreſis erat, Herodianorum ap-
ellata. Nihil autem habebant hi diverſum, ſed toti ſunt Judæi vani ac hy-
ocritæ. Verum Herodem putabant hi Chriſtum Dominum, qui in omnibus
cripturis, legeq́, ac Prophetis expectatur, & ob ipſum decepti, Herodem
actabant: inducti ex dicto hoc, una cum hoc, quod etiam in gratiam ejus, qui
unc rex erat, inaniter gloriabantur: Non deficiet princeps ex Juda, neq́
ux ex femoribus ipſius, donec venerit cui reſervatur. Aut, velut alia
xemplaria habent: Donec venerit, cui reſtant, quæ reſervantur ipſi.* Et
nte ipſum antiquiſſimus Patrum Tertullianus lib. de præſcript.
dverſ. Hæret. Confer. Spannhem. dub. Evang. part. II. pag. 112.
rot. lib. 5. de ver. relig. Chriſt. Baronii Appar. f. 4. Negat Hie-
onymus ad Matth. l. c. & ridet affirmantes: verba ipſius hæc
nt: *Nuper, ſub Cæſare Auguſto, Judæa ſubjecta Romanis: quando in
o orbe eſt celebrata deſcriptio, ſtipendiaria facta fuerat: & erat in populo
agna ſeditio; dicentibus aliis pro ſecuritate & quiete, quia Romani pro*

omnibus

omnibus militarent, debere tributa perſolvi. Phariſæi vero, qui ſibi applaudebant de juſtitia, econtrario dicentibus: Non debere populum Dei, qui decimas ſolveret, & primitiva daret, & cætera quæ in lege ſcripta ſunt, faceret, humanis legibus ſubjacere. Cæſar Auguſtus Herodem filium Antipatris alienigenam, & proſelytum regem Judæis conſtituebat: qui tributis præeſſet, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur Phariſæi diſcipulos ſuos cum Herodianis: id eſt, militibus Herodis: ſeu quos illudentes Phariſæi, quia Romanis tributa ſolvebant, Herodianos vocabant: & non divino cultui deditos. Quidam Latinorum ridicule Herodianos putant: qui Herodem Chriſtum eſſe credebant: quod nuſquam omnino legimus. Sed non adeo ridendi ſunt affirmantes. Nam Marc. VIII. 15. mentio fit ζύμης Ἡρῴδου *fermenti Herodis*, quod Matth. XVI.6. vocat ζύμην Σαδδουκαίων, fermentum Sadducæorum; Quid autem fermentum ſit? explicatur Matth. XVI.12. nempe διδαχὴ *doctrina* erronea; quare & Herodis fermentum fuerat doctrina falſa; An vero ea in hoc conſtiterit, quod Herodem M. pro Meſſia habuerint? num vero, quod Sadducæiſmo faverit? Mallem ego ἐπέχειν, quam certi quid definire; Probabilis tamen videtur affirmativa hæc ſententia, ſi cogitamus genium Sadducæorum Epicuræum, qui eum exoptabant Meſſiam, ſub quo opibus externis florerent; Et feſta in honorem Herodis celebrata: ἐν τῷ τῦτο τὸ ἔθος ἀναλύειν, *inquit Epiphanius, quidam perſuaſum habebant, Herodem Meſſiam eſſe; imo illis ita perſuaſum eſſe voluit Herodes ipſe. Unde Herodiani dicti ſunt, quæ non ſolum fuit hæreſis quædam hominum, ſed & corpus inſtar earum ſocietatum, quæ vulgo Confratriæ vocantur. Multa enim, ut in gratiam vivi, ſic in honorem mortui faciebant, & quotannis ejus natalem ſacrificiis & divinis honoribus proſequebantur. Durabat adhuc ſub Nerone hoc genus; Perſius: Herodis venere dies. Ibi gloſſa veteres: Herodes apud Judæos regnavit tempore Auguſti in partibus Syriæ. Herodiani ergo diem natalem Herodis obſervabant, ut etiam Sabbatha, quo die lucernas accenſas & violis coronatas in feneſtris ponunt. De hac hæreſi Dominus ſenſit: Cavete vobis à fermento Herodis. Nam ibi profecto fermentum Herodis nihil præter hæreſin Herodianorum ſignificat.* ita Scalig. animadv. in Euſeb. Chron. f. 150. Quod Hieronymum attinet, *Fugit eum ratio. Non enim Latini id prodiderunt, ſed ex veteribus Græcis Epiphanius, Græcus & ipſe ſcriptor, id retulit. Deinde ſibi pugnantia dicit: qui non meminerit, ſe olim alia in ſententia fuiſſe. In Dia-*

logo ir
Chriſ
Meſſi
etiam
eund
Caſa
Matt
Sync
ſticis
liori
Juch
ctrin
non

In Samaritanos.

tat in
gene
eran
qui
Juda
tanu
Juda
Jacol
ſpect
renti
Sama
pheta
ipſis p
ſemini
busq
lege, ſ
Quibu
les, &
runt,
riſum
cultu
rectione

o in Luciferianos ita ſcribit: *Quod Herodiani Herodem Regem ſuſceperiſſe pro ...riſto. Erant igitur Herodiani homines, qui non ſolum Herodem pro ...eſſia habebant, ut Iſmaelitæ Muhammedem pro ſummo Propheta: Sed ...iam qui ſocietatem coirent, & ſumptus ad ſacrificia in honorem Herodis ob...nda, & ejus natalem colendum faciebant.* Sicidem f. 150. Confer. ...aſaub. Exerc. XV. p. 302. Aliam ſententiam refert Lightfoot ad ...atth. XXII. 16. Quod Menahemus, olim cum Hillele caput ...nedrii, conceſſerit, comitantibus ipſum 80. viris ſplendide ve...ris, in famulitium Herodis, & defenderit partes Herodis, & fi...orum, tanquam legitimè ad ſolium perveniſſent. Hæc ille ex ...chaſin f. 19. Addit etiam de Sadducæis, quod ipſorum falſa do...rina fermentatus fuerit Herodes: Quæ proinde præcedentibus ...n repugnant.

§. 13. *Samaritani* nomen habent à Samaria, quæ vox no... interdum urbem, interdum regionem, quæ tertiam Judææ, ...neralius ſic dictæ, partem conſtituebat. Luc. XVII. 11. Duo ...ant ipſorum genera, alterum Aſſyrium ſeu Chutæum, eorum, ...i dicebantur *ἀλλογενεῖς*, alienigenæ. Luc. l. c. Alterum origine ...dæum, ſed apoſtaticum, quod frequentabat templum Garizi...num. Joh. IV. 12. ſeqq. Unde nullum erat commercium inter ...dæos & Samaritanos. ℣. 9. Etſi & Samaritani natales ſuos ad ...cobum, tanquam Patriarcham, referrent. ℣. 12. & aliquem ex...ſpectarent Meſſiam. ℣. 25. 29. 42. Epiphanius hæreſ. IX. diffe...rentiam inter Judæos & Samaritanos ponit in principio fidei, quod ...maritanis fuerit ſolus Pentateuchus; Judæis vero etiam Pro...phetarum ſcripta: *Differunt hi à Judæis, primum, quod non data eſt ...s Prophetarum poſt Moyſen ſcriptura, ſed ſolum quinq; libri Moyſis dati ...ius Iſraël, in exitu profectionis ab Ægypto.* Sic ille f. 11. Et in capiti... quibusdam fidei, quæ Samaritani non recipiunt: *Hi accepta... ſtudium habuerunt deponendi Idololatriam, & agnoſcendi unum Deum. ...ndum vero non fuit ſtudium exactius cognoſcendi. Verum errarunt ta... non clare totam fidei partem, & vitæ noſtræ ſinceritatem, comprehende... & mortuorum quidem reſurrectionem ignorant, ac non credunt. Spi...s autem ſanctum non admittunt; Nam & ipſum ignorant.* Addit de ... idololatrico f. 12: *Hæc hæreſis reprobans quidem mortuorum reſur...nem, depellens autem idololatriam, in ipſa vero per ignorantiam ſimu...lachra*

Digitized by Google

latibra colens reperiuntur, propterea quod abſcondita ſunt ſimulachra quatuor gentium in monte apud Garizim per calumniam vocate. & porro: *Habent autem & alias quaſdam dementia conſuetudines antiquas. Quod videlicet urina ſe proluunt, ubi ab externis venerint polluti nimirum. Et quod in aquam ſe una cum veſtibus immergant, ubi contigerint alium ex alia gente. Inquinationem enim putant, aliquem attingere, aut alium quendam hominem alterius dogmatis tangere.* Quibuscum conferri poſſunt, quæ ex Thalmudicis congeſſit Lightfoot ad Matth. X. 5. Caput controverſiæ præcipuum erat, ubi adorandum; Hieroſolymis, an in templo Garizitano? ℣. 20. Samaritani hoc affirmabant, quandoquidem in monte Garizim adoraſſent Patres. Judæi negabant, eo quod ex ſeſe ſalus ventura eſſet. ℣. 22. Chriſtus neutri loco adorationem voluit, in novo quidem Teſtamento, alligatam. ℣. 23. Templum Garizitanum excitavit quidam Manaſſes, Jaddi Pontificis frater, & Saneballetæ gener. Ut enim & uxorem peregrinam, & cum ipſa gratiam potentiſſimi ſoceri, retineret, ſimul & dignitate Sacerdotali, qua in patria exciderat, frueretur, templum in monte Garizim excitandum curavit, accepta ab Alexandro M. poteſtate: & in hoc templo Pontificatum ſummum geſſit. Epiphanius l. c. dividit eos in IV. ſectas, Eſſenorum, Doſitheorum, Sebnæorum, & Gorthenorum, quem vide. Id certum, quod ſuos Doctores, & Scribas habuerint; Id docet Lightfoot ex Rabbinis ad Matth. X. 5. Tantum autem inter utroſque erat odium, ut Samaritani Judæis, per ſuam ditionem Hieroſolymam ad celebranda ſacra euntibus, tranſitum, vel hoſpitia denegarint. vide Joſeph. l. II. de bel. Jud. c. 11. Luc. IX. 51. ſeqq. etiam Chriſto & diſcipulis denegant, utpote de quo fama erat, quod Meſſias eſſet, Judæorum Rex. Aliquando etiam oſſa mortuorum per templum Hieroſolymitanum ſpargebant, & ita ſanctum locum profanabant. Joſeph. lib. XVIII. antiqq. Judaic. c. 3. Samaritanorum nomen in convicium abierat apud Judæos. Joh. VIII. 48. Nec voluit Chriſtus ſuos diſcipulos ſtatim adire Samaritanos in Evangelio prædicando. Matth. X. 5. Sic erant Judæi diviſi in ſeſe; Neque tamen diviſi ab aliis: Non dicamus jam de nominibus, Alexander, Ariſtobulus, Philippus &c. quæ ab Ethnicis non proceres tantum, ſed etiam vulgaris plebs, è qua Petrus, Andreas, Phil-

Rrrrr 3

Philippus &c. mutuabantur: Sed de rebus Eccleſiaſticis. Herodes M. in honorem & Dei, & Cæſaris ædes extruebat; [illegible] D. Hülſen. in de artic. fid. p. 411. *Sane τὸ ἱερὸν in honorem Cæſaris conſtructum non aliter poteſt vocari, quam Καισάρειον. Quis Græcè ſciens hoc nos negabit? Sic τὸ* [illegible]*, Quod idem Herodes in honorem Agrippæ,* [illegible]*, & quod ſibi iiſdem conſtruxit, Ἡρῴδειον vocavit. Templum igitur in honorem Cæſaris ab Herode excitatum, eſt τὸ Καισάρειον* [illegible]*, quod falſo Euſebius πάνειον vocatum putavit, ut quidam τὸ πάνειον dicendum eſſe arbitrati ſunt, idq; τὸ* [illegible] *interpretantur.* ita Scalig. not ad Euſeb. f. 157.

Sec II. Sancta.

§. 14. *Sanctitas* quoque ſatis exigua erat penes Judæos, ſive doctrinam, ſive cultum, ſive mores, ſive chariſmata, ſive loca, & tempora, ſive alia reſpicias. חסידים quidem, ſeu pii & ſancti dicebantur inter ipſos, peculiaris ſocietas, qui operibus non ſolum præceptis, ſed etiam ſupererogationis ſtudebant, diviſi in Phariſæos potiſſimũ & Eſſæos: ſed dicebantur, non erant. Rectius *γεννήματα ἐχιδνῶν partus viperinus* dicebantur, qui inter ipſos optimi videbantur, nempe Phariſæi & Sadducæi. Math. III. 9. Pater ipſorũ dicebatur Diabolus, mendacio nimirum & cæde, quæ ſcelera imitabantur. Joh. VIII. 44. Alibi, nempe Matth. XII. 39. appellantur *γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς: generatio mala & adultera*: qualem fore Meſſiæ tempore ipſi Thalmudici faſſi ſunt apud Lightfoot ad l. c. Matth. Non quidem negamus, fuiſſe inter Judæos verbum Dei, nempe ſacram ſcripturam, quædam etiam dogmata, exinde deprompta, ut vidimus ſupra [illegible] Nonnullos quoque Zaccharias, Eliſabethas, Simeones, Hannas &c. id eſt, pios, ſeu, ut Judæi vocant תמימים *perfectos*; vel מאמתים, *ἀληθῶς* Joh. I. 48. *ἀληθεῖς*; oppoſitos משומדים apoſtatis; templum quoque, & ſancta tempora, Sabbathorum nempe, & feſtorum, & Ephemeriarum. Luc. I. 8. vide Scalig. canon. Iſag. l. III. f. m. 297. Cun. de rep. Heb. l. II. c. 8. Attamen hoc quoque fatendum eſt, verbum Dei, teſtibus Gal. de arc. Cath. verit. l. 1. c. 1. Buxtorf. Synag. Jud. c. 1. Druſ. de trib. Sect. lib. 2. c. 15. Horting. Theſ. Philol. lib. 1. cap. 2. pag. 32. male fuiſſe explicatum, errores veritati admixtos, impiorum numerum pios longe ſuperaſſe, templum fuiſſe profanatum, Sabbatha & feſta ſuperſtitioſius, & inordinatius tractata:

idest,

id eſt, Iſraëlitas à patribus ſuis degeneraſſe: Luc. I. 17. imo à Deo ipſo receſſiſſe. ℣. 16.

§. 15. Exempla probabunt quod diximus: Et quidem I. *doctrinæ* ſanctitatem violabant errores, per quos doctrinæ non licebat eſſe ſalvificæ, ſanctificæ, & ſolatifluæ. Non *ſalvificæ*; niſi enim juſtitia, etiam in doctrina, melior fuerit juſtitia Phariſæorum & Scribarum, quam docebant hi publice in Eccleſia & Synagogis, ſicut legisperiti privatim; impoſſibile erat, intrare in regnum cœlorum. Matth. V. 20. Docebant illi confidere bonis operibus, & per legem Moſis, faciendo nimirum, adeundam eſſe ſalutem æternam; ut ſupra oſtenſum; hæc vero doctrina non eſt ſalutaris, utpote deſtruens fidem in Chriſtum, unicum ſalutis medium. Joh. VIII. 21. 24. XVI. 9. Et proſelytus Judæorum factus, fiebat filius Gehennæ; Matth. XXIII. 15. dum nimirum Phariſæi, traducentes ex gentiliſmo ad Judæos gentilem, eum traducerent ad ſuam ſectam, & heterodoxian, qua duplo ſuperſtitioſior ipſis magiſtris, ut amant converſi, vel apoſtatæ, reddebatur. Vapulat proinde Cunæus lib. III. de rep. Hebr. c. 9. p. 484. ſeqq. qui vitam æternam iis Judæis quoque tribuit, qui Meſſiam neſciverunt. Non *ſanctificæ*, quia decalogum ſiniſtre explicabant, quod multis in medium adductis exemplis probat Chriſtus Matth. V. 21. ſeqq. Cum per fidem non fuerit arbor bona, impoſſibile erat, bonos eam fructus ferre. Matth. VII. 16. ſeqq. Experientia ſatis id probabat; vitia enim & ſcelera varia graſſabantur, de quibus paulo poſt. Neque *ſolatifluæ*, utpote quod abduceret à Chriſto, illo unico peccatorum ſolatio & refugio. Matth. XI. 28. ſeqq. Quare Jairus, nullo apud ſuos invento ſolatio, ad Chriſtum decurrit. Matth. IX. 18. Marc. V. 22. Luc. VIII. 41.

(1) Doctrina.

§. 16. II. *Cultus* ſanctitatem violabant partim hypocriſis colentium, partim cæremoniæ humanitus inventæ & introductæ, partim m[illegible]ſti abuſus. e. g. Preces ipſis erant aucupia pecuniæ. Matth. [illegible]III. 14. munditiés vaſorum erat argumentum ſingularis ſanctimoniæ, qui tamen intus impuriſſimi erant affectibus. ℣. 25. Conferebant in Corban dona, neglectis parentibus. Matth. XV. 5. Cacoëthes hoc explicat Origenes in Matth. fol. 245. C. ex ore cujuſdam Judæi: *Contingit nonnunquam*, inquit, *ut fœnerato-*

Nec (2) Cultu.

res cum

Digitized by Google

es cum in difficiles debitores incidunt, qui poſſent quidem, ſed nolunt, debitum reddere, debitum in pauperum rationem conſecrent, quibus in Gazophylacium pecunia mittebatur pro viribus ab unoquoque eorum, qui volebant cum illis bona communicare. Dicebant autem nonnunquam debitores ſua lingua, Corban eſt id, quod mihi debes, hoc eſt, donum; dedicari enim illud pauperibus in rationem pietatis erga Deum. Deinde debitor tanquam non hominibus amplius, ſed Deo debens, ſuaq; erga illum pietati, veluti illuc concludebatur, ut etiam nolens debitum referret, non amplius fœneratori, ſed jam Deo in rationem pauperum, nomine fœneratoris. Quod igitur fœnerator faciebat creditori, illud idem nonnulli quandoq; filii faciebant parentibus, dicebantq; illis: Illud quo à me adjutus fuiſſes, Pater vel mater, ſcito te acceptum è Corban, de ratione pauperum Deo conſecratorum. Deinde audientes Parentes, Corban eſſe Deo conſecratum, id quod ſibi dandum erat, non amplius à filiis accipere volebant, etiamſi rebus neceſſariis magnopere indigerent. Templum pudendum in morem profanabatur à fœneratoribus, ut opus eſſet, illud à Chriſto repurgari. Joh. II. 14. Matth. XXI. 12. ſeqq. Paſcha in alium, quam divinitus conſtitutum, diem transferebatur propter ipſorum privata commoda. Joh. XIII. 1. ſeqq. Sunt, qui partem cultus Idololatrici ſtatuant fuiſſe γενέσιον feſtum, quod cum ſuis Herodes celebravit Matth. XIV. 6. Ex Avodah. Zorah. c. 1. hal. 3.

Neq; (3) moribus, juxta tabulam priorem, & ejus præceptum primum:

§. 17. III. *Morum* probitas frigebat, imo in improbitatem degenerabat. Erant quidem inter ipſos, qui virtutibus valebant; ſed pauci; quidam videbantur iis eſſe prædiri, ſed vel hypocritæ erant, vel Zelo ſine ſcientia fervebant. Cum Pilatus imagines idololatricas urbi clam intuliſſet, indigniſſime factum Judæi tulerunt, nec quieverunt, vel cum periculo vitæ, donec removerentur, vide Joſeph. lib. XVIII. antiq. c. 4. Et lib. II. c. 8. de bel. In Eſſæorum virtutibus laudandis prolixus eſt Joſephus; ſed ſimulachra illæ erant virtutum, non veræ virtutes, ſuperſtitionem & hypocriſin non obſcurè redolentia. lib. II. de bel. c. 7. Erat & ſecta Zelotarum dicta, unde Simonem, Chriſti Apoſtolum, dictum fuiſſe Ζηλωτὴν putat Scalig. Elench. Trihæreſ. c. 1. p. 228. Notavimus plura exempla ſuperius, cum de vitiis Miniſterii Judaici ageremus. Addamus hic quoq; quædam, etiam auditorum, & vulgi ſpecimina, quod nomine peccatorum κατ' ἐξοχὴν veniebat Matth. IX. 10.

impri-

impingentia in tabulam Decalogi priorem, vel poſteriorem. *Prorem*, dum homines, & ſibi, plus metuebant, quam Deum, eiusque verbum, adeoque carnalem ſuam ſalutem ſpirituali & æternæ præferebant. Audito ex Magis, quod Rex Judæorum natus eſſet, Hieroſolyma quoque tota turbabatur, verita ſcilicet, ne turbæ civiles inde orirentur. Math. II. 4. Auditis Chriſti miraculis, conſultant Judæi de cotollendo, ratione reddita, ſi permitterent ipſū, fore, ut Romani veniant, & rempubl. evertant. Joh. XI. 47. 48. plus ſcil. metuentes ſibi à Romanis, quam à Deo, injuſtæ cædis vindice. Viſo Lazari reſuſcitati miraculo nonnulli adeo exacerbati ſunt odio in Chriſtum reſuſcitantem, ut ad Phariſæos, juratos ipſius hoſtes, concederent, eumque deferrent. Joh. XI. 46. Similes nempe ſuis illis Phariſæis, qui ex invidia & odio erga Jeſum ægerrimè ferebant encomia à diſcipulis ipſius, & promiſcua plebe ipſi decantata, cum Hieroſolymam ingrederetur. Luc. XIX. 39. Matth. XIX. 15. 16. Quod odium eousque excrevit, ut tandem Meſſiam interficerent, ſubditi regem. Luc. XIX. 14. hoc ſcelus ipſis exprobratur, ſicut cives rebelles occiderint Domini ſui miniſtros ad ſeſe miſſos, & miſerint, qui debitam ipſi obedientiam denegarent. Prædicaverat inter ipſos Johannes Baptiſta, alter ille Elias hactenus exſpectatus, verbo & facto; publice etiam digitum intenderat in Meſſiam jamjam præſentem, neque tamen legati Judæorum inquirebant, ubi, ubi ille Meſſias, & quis, eſſet? Joh. I. 26. multo minus credebant, quæ docebat. Matth. XXI. 25. Succeſſerat, & concionabatur ipſe Chriſtus potentiſſime & graviſſime; miraculis etiam ſtupendis doctrinam confirmaverat, & tamen minima ipſorum pars ad pœnitentiam & fidem ſeſe adduci paſſa eſt. Luc. VIII. 12. 13. Joh. III. 12. V. 46. Matth. XI. 20. 21. imo ſubſannabant paterna ipſius monita. Luc. XVI. 14. ſeqq. ſed quid mirum, ipſos non credidiſſe, cum Jeſaias illam ipſorum incredulitatem prædixerit? c. VI. 9. ſeqq. locum allegat contra Judæos Euſebius lib. IX. dem. Evang. f. 454. Et ſubjungit. f. 455. A. *Quis autem non admiretur oraculum? cum etiam nunc adeo evidenter intueri liceat Judaici populi adverſus Chriſtum incredulitatem? Nam olim quidem illum hominem factum, miraculaq; edentem apud ſe intuentes, animi atque intelligentiæ oculis cernere non poterant, neq; apud ipſos ullus erat animæ intel-*

gentes intuitus, quo perſpicerent, quænam eſſet in medio ipſis virtus, quæ tanta & tam multa miracula efficeret. Quin etiam cum auribus verba vitæ æternæ percipere idonei redditi eſſent, & vocem divinæ ſapientiæ audirent, auribus mentis non audiebant, ut ſic videlicet ipſimet Prophetiæ manifeſtum ſi- gnum imponerent.

§. 18. Hæc incredulitas alia poſt ſeſe trahebat peccata. Tale erat imaginaria illa ſanctitas, & libertas, quam corde prætendebant, & verbis, geſtibus, veſtimentis forinſecus prodebant. Luc. VII. 5. intercedunt pro Centurione Ethnico pridem, deinde proſelyto, &, tanquam ille indignus eſſet, cujus Jeſus miſereretur, ipſi allegant ſemet, quibus benefeciſſet ille; quam ipſorum arrogantiam Chriſtus repudiavit, & fidem Centurionis commendavit. Joh. VIII. 33. ſeq. promiſerat credentibus ſuis libertatem ſpiritualem; cum ipſi obmurmurarent, tanquam ſervos ipſos faceret, qui nulli unquam ſerviiſſent, adeoque ne peccato quidem; & objicerent Abrahamum ſuum patrem, ut probarent, ſeſe veri Dei eſſe cultores, qui tamen non erant; utpote odio habentes Dei filium; neque intelligentes patris cœleſtis linguam, qua filius ipſe loquebatur. Luc. XI. 39. ſeqq. ſub prætextu ſingularis ſanctitatis affectabant [illegible], lavabant manus, purgabant catinos, & vaſa alia, preces extendebant; alia faciebant, in oculos hominum incurrentia, ut viderentur non intus ſolum puri, ſed etiam forinſecus ab omni immunditie liberi; Revera autem erant inſtar ſepulchrorum dealbatorum. Erant phylacteria, quibus ſuperbiebant, laminæ, ſeu membranulæ partim frontibus, partim brachio ſiniſtro alligatæ, & inſcriptæ Moſaicis פרשיות ex Deut. VI. 5. 9. Exod. XIII. 1. 10. & ꝟ. 11. 16. Deut. XI. 13. 21. deſumptis, tanquam legis divinæ eſſent ſtudioſiſſimi; quo fine & fimbrias in extremitatibus veſtimentorum dilatabant, ex mandato ſcilicet Dei Num. XV. 38. & duplicabant פתיל hyacinthinum filum; ...a de hypocriſi nota Hieronymi verba ad Matth. c. XXIII. 5. f. 33. *...ominus, cum dediſſet mandata legis per Moyſen, ad extremum intulit: ...gabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos. Et eſt ſenſus: ...æcepta mea ſint in manu tua, ut opere compleantur: Sint ante oculos tuos: ...die ac nocte mediteris in eis. Hoc Phariſæi male interpretantes: Scribe- ...t in membranis Decalogum Moyſi: id eſt, decem verba legis: complican- tes ea*

tes ea & ligantes in fronte, & quaſi coronam capitis facientes: ut ſemper ante oculos moverentur: Quod usq; hodie Indi atq; Perſæ, & Babylonii, faciunt: & qui hoc habuerit, quaſi religioſus in populis judicatur. Juſſerat quoq; aliud Moyſes: ut in quatuor angulis palliorum hyacynthinas fimbrias facerent, ad Iſraëlis populum dinoſcendum: ut quomodo in corporibus circumciſio ſignum Judaicæ gentis daret: ita & veſtis haberet aliquam differentiam. Superſtitioſi Magiſtri captantes auram popularem, atq; ex mulierculis ſectantes lucra: faciebant grandes fimbrias: & acutiſſimas in eis ſpinas ligabant: ut videlicet ambulantes & ſedentes interdum pungerentur: & quaſi hac admonitione retraherentur ad officia domini, & miniſteria ſervitutis ejus. Quia ergo dixerat dominus: omnia opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus: Quod generaliter accuſarat: nunc per partes dividit: Piſtariola illa decalogi phylacteria vocabant; quod quicunq; habuiſſet ea, quaſi ad cuſtodiam & monimentum ſui haberet: non intelligentibus Phariſæis, quod hæc in corde portanda ſint, non in corpore: alioquin & armaria & arcæ habent libros, & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos ſuperſtitioſæ mulierculæ in parvulis Evangeliis, & in crucis ligno, & iſtiusmodi rebus, quæ habent quidem zelum Dei, ſed non juxta ſcientiam, usq; hodie factitant; culicem liquantes & camelum glutientes. Iſtiusmodi erat fimbria parva & brevis ex lege præcepta: Quam & mulier illa, quæ ſanguine fluebat, tetigit in pallio Domini: ſed non eſt compuncta ſuperſtitioſis ſenſibus Phariſæorum; magisq; ſanata ad tactum ejus. Cumq; ſuperflue dilatent phylacteria, & magnas faciant fimbrias, gloriam captantes ab hominibus; arguuntur in reliquis, cur quærant primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis: & in publico gulam ſectentur & gloriam? & vocentur ab hominibus Rabbi: quod Latino ſermone Magiſter dicitur.

§. 19. Spectant huc *beautontimoria*, quibus ſeſe macerabant, ut Deo ſingularem cultum præſtarent. Obſervabant jejunia, &c, qui ſtricte ſervabant, inedia ſeſe conficiebant, ut in vultu appareret Matth. VI. 16. In Juchaſin refertur de R. Joſua filio Ananiæ, *quod omnibus diebus vitæ ſuæ nigra fuerit facies præ jejuniis*; f. 59. Utque eo turpiores eſſent, facies ſuas cineribus quoque conſpergebant; Lightfoot ad Marc. XIV. 51. explicans ſindonem juvenis, qui Chriſtum captivum ſectabatur, arbitratur, *hunc juvenem, ex religione, vel ſuperſtitione potius, plus quam vulgari, ſindonem ſuam, eamq; ſolam, nudo corpori induiſſe, neglecta veſte interiori*

Quod docent beautontimoriæ.

Sssss 2 (vulgo

(vulgo [illegible]) *& quidem neglecto corpore. Nam erant apud Judæos, qui corpora ſua macerarent, cruciarentq́; fame, & frigore, etiam ſupra ſeveram regulam aliarum ſectarum.* Illuſtrat exemplo Joſephi, qui in vita ſua refert de ſeipſo, ſicut imitatus ſit Banum, veſtibus è foliis utentem, corpus afflixerit ſuum.

Et Gadareni.

§. 20. Gadarenorum infame nomen erat ob ſues, quos alebant. Matth. VIII. 30. ſeqq. Sunt quidem, qui dubitant adhuc, an Judæi illi fuerint? putantes, fuiſſe Ethnicos, etſi inter Judæos habitantes; Sed argumentis non adeo convincentibus. Non quidem decebat Judæos veſci porcis, adeo tamen erat dulcis lucri odor, ut ſaltem alerent, quos Romanis ſaltem, & aliis Ethnicis, divenderent. Eadem civitas infamis erat ob maleficia & præſtigias, quas maleferiati nonnulli non longe ab illa in ſepulchris & ſpeluncis de petra exciſis exercebant, referente Epiphanio hæreſ. XXX.

Ex poſteriorem. & ejus præceptum primum.

§. 21. Properamus ad ſecundam Decalogi tabulam; Impingebant in obſervantiam parentum; quod videre erat in liberis Herodis M. nempe Alexandro & Ariſtobulo, & Antipatro, quippe qui ferebantur parentis vitæ inſidias ſtruxiſſe, digni proinde habiti, etiam judicio Cæſaris Romani, & Synedrii, qui è medio vel patris juſſu tollerentur: *Quod ad filios attinet, accuſare quis poſſet eorum juvenilem arrogantiam, & faſtum regium, quod nimium tribuerint patris calumniatoribus, & in acta ejus ac vitam parum æqui inquiſitores fuerint, malitioſe ſuſpicaces, & linguæ temperare neſcii, ac per hoc commodas anſas præbentes obſervatoribus, & ad aucupandam Regis gratiam delatoribus.* ita de Alexandro & Ariſtobulo Joſeph. lib. XVI. Antiqq. c. ult. p. 451. Quod vero Antipatrum attinet, is habita de conſciis quæſtione deprehenſus eſt venenum Patri præparaſſe: *Nihil magis ejus contra filium indignationem commovit, quam Samarita Antipater, Antipatri filii procurator, qui in tormentis inter cætera de eo confeſſus eſt, quod lethale venenum Pherora tradidiſſet, quo, ſe abſente, ac per hoc minime ſuſpecto, patrem tolleret. Id venenum allatum ex Ægypto per Antiphilum ex amicis Antipatri, miſſum deinde à Theodione avunculo ipſius Antipatri, fratre Doridis: haberiq; apud Pherora uxorem, à marito ad aſſervandum acceptum. De quo rogata per Regem mulier, habere ſe faſſa eſt: & mox quaſi ad afferendum id properans, de tecto ſe ipſam dejecit.* Sic idem Joſeph.

Digitized by Google

ſeph. lib. XVII. c. 6. antiq. p. 457. D. Horum & ſimilium criminum gratia, Herodes, *quamvis morti proximus, erexit ſe in cubitum, juſſitq; unum è ſatellitio ſine mora eum occidere, & corpus obſcuro funere condi in caſtello Hyrcanio.* c. 9. p. 466. Poſterior hic meritas quidem malitiæ pœnas dedit, ſed priores videntur nimias, & quidem parenti, dediſſe pœnas, judice eodem Joſeph. l. XVI. c. ult. *Patris autem plane pudendus error eſt, & inexcuſabilis, quod neq; inſidiarum ſtructarum convictos, neq; ullis hujus conatus argumentis deprehenſos, permiſit ex ſe genitos interficere, egregio corpore juvenes, nec apud ſuos ſolum gratioſos, non in militaribus exercitijs contemnendos, aut civilibus facundiæ ſtudijs.* Judæi denegabant obedientiam Magiſtratui debitam: nempe indigne ferebant, ſeſe ſub peregrino & Ethnico Magiſtratu eſſe, cui fas non eſſet parere, & tributum pendere, quod innuunt Matth. XXII. 17. ſeqq. Quare ſubinde moliebantur, qua ratione jugum excuterent, & ſeſe in priſtinam libertatem aſſererent, inde motus & tumultus. Indigitatur aliquid hujus ſceleris Luc. XIII. 1 dum mentio fit Galilæorum, quorum ſanguinem ſanguini ſacrificiorum miſcuerit Pilatus, Romanus Præſes. Galilæi erant ex ea gente, unde & Judas Gaulonites, Joſeph. lib. XVIII. antiq. c. 1. & 2. ſine dubio ea opinione imbuti, & imbuentes alios, non eſſe ſacrificia pro Romanis, utpote Ethnicis, & injuſtis libertatis Judaicæ occupatoribus, offerenda; Cum igitur Hieroſolymis ſacrificarent, forſan feſto paſchatis, nec Romanis debitam reverentiam exhiberent, Pilato Præſidi pœnas dederunt cruentas. Tales jam olim dederant etiam Archelao, recens ad regnum promoto; Seditionem enim excitarant ex odio erga Herodem M. defunctum vita, & impetum fecerant in cohortem regiam, quæ miſſa erat ad ipſos compeſcendos; nec quieverant, donec inde immiſſo exercitu aliquot millia ipſorũ trucidarẽtur, referente Joſepho l. XVII. Antiqq. c. 11. Neq; tamen diu quieverunt; Archelao enim Romam profecto, iterum tumultuabantur, ut Varus neceſſe habuerit ipſos vi compeſcere. c. 12. Sabino Procuratore denuo arma adverſus Romanos ſumpſerunt, etſi avaritia Procuratoris irritati. l. c. Tale quid per reliquam quoque Judæam factitatum ab aliquot millibus militum Herodianorum, à latronibus, à Pſeudo Alexandro &c. l. c. Auſi etiam ſunt Regem ſuum Archelaum Romæ accuſare

Digitized by Google

cuſare ſemel iterumque, donec in exilium pelleretur. lib. II. de bel. c. 4. & 6. Romani procuratores, ut in obedientia continerent populum, *armatos habebant milites, qui ſemper cuſtodirent feſtos dies, ne quid convenientes populi novare auderent:* Joſeph. l. II. de bel. Jud. c. 11. Viciſſim Magiſtratus quoque ſuo deerat officio, & injuſtè innocentes opprimebat. Joh. IX. 22. XII. 42. Archiſynagogi decernunt, ſi quis in Chriſtum crederet; ille è ſynagoga ejiceretur. Quid factum ſit cum Johanne Baptiſta, & Chriſto ipſo, ſicut ab ipſis proceribus populi, qui vindices juſtitiæ eſſe debebant, fuerint tandem è medio ſublati, notius eſt, quam ut dicatur; contra, ipſi Judæorum proceres impellebant populum, ut preces facerent pro Barraba, famoſo latrone, ut ſervaretur; quem potius debebant ad ſupplicium poſtulare, jure divino irrogandum. Peſſima profectò conſuetudo erat ſive Romanorum, ut aliquem mortis reum feſto paſchatis liberum dimitterent; ſive Judæorum, ut talem aliquem intempeſtivæ miſericordiæ gratia peterent, à Romanis Præſidibus ſibi vivum donari.

Secundum.

§. 21. Violabant igitur etiam præceptum de *cæde* cavenda, alii gravius, alii levius. Diſcordiis & mutuis odiis omnia erant repleta Judæorum erga Romanos; Domeſticorum Herodis inter ſeſe, & erga Patrem, vel maritum: Multas habebat Rex ille uxores, & ex illis copioſam ſobolem ſuſceperat, hinc mutuæ æmulationes, invidiæ, odia, inſidiæ, cædes, quæ longum eſſet omnia enumerare. vide Joſephum per totum librum XVI. XVII. Antiqq. & lib. I. II. de bel. Magna inhumanitas erat, de qua conqueritur Joh. V. 5. 7. ægrotus ille ad Betheſdam; Jam enim 38. anni præterierant, ex quo ad piſcinam jacuerat, neque tamen fuerat, qui ipſum aquis, ab angelo motis, admoviſſet, ut ſanaretur. Major adhuc erat, quod Herodes ſuam uxorem Mariamnen; & tres filios Alexandrum, Ariſtobulum, & Antipatrum; item pueros Bethlehemiticos, curarit occidendos; nec inferior, ſi non major, quod ſervos Dei, Prophetas, ad ſeſe miſſos occiderent, exprobrante ipſis Chriſto. Matth. XXIII. 34. ſeqq. Maxima omnium, quod Jeſum Nazarenum, præclariſſime de ſeſe meritum, ad necem poſtularint, vel, ut Tertullianus loquitur: *Oblatum Pontio Pilato, Syriam ex parte Romana procuranti, violentia ſuffragiorum in crucem dedi*

dedi ſibi Jeſum extorſerint : Barrabam vero latronem omnium ſceleratiſſimum, ad vitam. Matth. XXVII. 20. ſeqq. Marc. XV. 11. ſeqq. Luc. XXIII. 18. ſeqq. vide, quæ prolixè ſupra diximus, quando de perſecutionibus agebamus. Artic. X. ſect. 8.

§. 23. Vim patiebatur etiam interdictum de *adulterio* fugiendo. Nam erat, quæ ἐπαυτοφώρῳ deprehenſa fuerat adultera, Chriſto adducta, Joh. VIII. 3. 4. quod vitium eo atrocius erat, quo atrocior pœna adulteris erat conſtituta, nempe lapidatio; *Statuebatur vir, aut mulier, nudi parte aliqua, & manibus vincti in cataſta alta, quantum bis fere mediocris hominis ſtatura : Inde in locum inferiorem à teſtibus præcipitabantur : & ſi eo caſu interimerentur, ſufficiebat id ſupplicium : ſin minus, ſuperjiciebatur tergo jacentis ſaxum ingens ab ipſis teſtibus, & ſi opus eſſet, alia à reliquis adſtantibus.* ita pœnam explicat Hugo Grot. ad l. c. Joh. f. 923. Herodes M. erat πολύγαμος, utpote novem uxorum maritus : *Rex autem eodem tempore novem uxores habebat. Una erat Antipatri mater, altera ſummi Pontificis filia, ex qua puer natus eſt, patrem nomine referens. Erant inter has & fratris filia, & conſobrina, ſed ſteriles, præterea Samaritis una, & ex ea liberi, Antipas, & Archelaus, & Olympias filia, quam poſtea duxit regis fratruelis Joſephus. Archelaus autem & Antipas Romæ apud privatum quendam amicum educabantur. Ex Cleopatra etiam Hieroſolymitana Herodem genuit, & Philippum, qui & ipſe Romæ educabatur : ex Pallade autem Phaſelum : ex Phedra item & Elpide filias habuit Roxanam & Salomen.* ita Joſeph. lib. XVII. Antiq. c. 1. p. 453. Filii ipſius non melioris farinæ erant. Archelaus enim repudiata Mariamne, ſua hactenus uxore, Glaphyram, impurum amorem ſatiaturus, uxorê duxit l. II. de bel. c. 6. Antipas fratri ſuo Philippo (Tetrarchæ? an alii? nihil hîc refert) abduxit uxorem Herodiadem, & duplici flagitio ſeſe polluit, adulterio nimirum & inceſtu; quare Johannes Baptiſta ipſum corripuit, dixitque: non licet tibi uxorem fratris habere, nempe per legem Lev. XVIII. 6 Matth. XIV. 4. Multa in facto hoc vitia cumulantur; Herodes M. plures, uti dictū, habebat uxores : Mathacen Samaritanam, è qua ſuſcepit Archelaum, Herodem Antipam, & Philippum Tetrarcham : Mariamnen Aſſamonæam, è qua ſuſcepit Ariſtobulum atque Alexandrum; Ariſtobulus è Berenice ſuſcepit Herodiadem; Hæc primum nupſit Herodi, Herodis M. filio, quem genuerat

Tertium.

nuc [illegible] ille ex Mariamne Simonis Pontificis filia, ex quo ſaltatri-
cis [illegible] Salome dictæ, Joſeph. l. XVIII. antiq. c. 7. mater facta
eſt [illegible] Herode iſto mortuo, nupſit fratri ipſius, Philippo, apud
hu[illegible] cum divertiſſet aliquando Antipas, auſus eſt apud laſci-
va[illegible] mulierem λόγον ἀπτῶσαι περὶ γάμου, *ſermones ſerere de nuptiis*;
qu[illegible] iſta cupide audivit, adeo ut inceſtas nuptias paciſcerentur,
co[illegible] mandas ſimulac Roma Herodes rediſſet, quod & factū,
re[illegible] diata ab Herode priſtina uxore, Arethæ regis filia, unde de-
in[illegible] bellum repudianti funeſtum conflatum eſt. Quid mirum
a[illegible] em, ſi talis fuerit Rex fuit, quod grex non fuerit melior? Me-
r[illegible] rices erant, etſi converſæ tandem per Johannem Baptiſtam.
M[illegible] atth. XXI. 32. Talis videtur fuiſſe, cujus mentio fit Luc. VII.
3[illegible] tanquam peccatricis in urbe; adeoque famoſæ; id enim
h[illegible] jus potiſſimum ſexus peccatum eſſe ſolet. Referri huc pot-
e[illegible] , quod refert Epiph. hæreſ. XXX. de filio Hillelis, quod in
tl[illegible] ermis ad Callirrhoën magicis præſtigiis adortus fuerit mulie-
r[illegible] em Chriſtianam, ut ab libidinem ſuam ipſa abuteretur. vide
M[illegible] ontac. [illegible] t. 1. part. poſt. p. 76. §. 122.

Quartum. [illegible] §. 24. Lædebatur & interdictum de *furto*. Avari erant
P[illegible] hariſæi Luc. XVI. 14. quare mirum non eſt, ſi inſidiati ſunt
d[illegible] omibus viduarum. Matth. XXIII. 14. Paropſides ipſorum
p[illegible] lenæ erant rapina. Matth. XXIII. 15. Luc. XI. 39. Apertius
p[illegible] eccabant publicani. Spectabant hi quoque ad Eccleſiam
Ju[illegible] Judaicam; Nam erant Judæi, & templum adibant. Luc. XVIII.
10[illegible] o. ſeqq. id quod contra Tertullianum obſervat Hieronymus
ep[illegible] epiſt. 146. ſcribens: *Vehementer admiror, Tertullianum in eo libro, quem*
de[illegible] *de pudicitia adverſus pœnitentiam ſcripſit, & ſententiam veterem nova opi-*
ni[illegible] *nione diſſolvit, hoc voluiſſe ſentire, quod publicani & peccatores, qui cum Do-*
mi[illegible] *mino veſcebantur, Ethnici fuerint, dicente ſcriptura: Non erit vectigal pen-*
de[illegible] *dens ex filiis Iſraël, Matthaus non ex circumciſione fuerit publicanus, & ille,*
qu[illegible] *qui cum Phariſæo, in templo orans, oculos ad cœlum non audebat erigere, non*
ex[illegible] *ex Iſraël fuerit publicanus.* Iſti vero plus exigebant, quam dece-
ba[illegible] bat; quod innuit Zacchæus Luc. XIX. 8. quando dicit,
ſe[illegible] e quadruplo plus reddere pro eo, quo alios defraudarit. Hinc
in[illegible] n publico omnium odio erant, adeo ut in atrium Iſraëlitarum
non

Digitized by Google

non admitterentur, ſed gentilium ſolum, tanquam non meliores Ethnicis.

§. 25. *Mendacus* operam dabant non ſolum fæx populi, ſed & flos, qui debebat eſſe, ordinis ſacri & politici. Apparuerunt potiſſimum in paſſione & poſt reſurrectionem Chriſti. Nam ſubornabant falſos teſtes, qui capitalia Chriſto crimina affingerent. Matth. XXVI. 59. 60. Cumque ex mortuis ſurrexiſſet, corruperunt cuſtodes muneribus, ut furtim eum à diſcipulis ſublatum eſſe, mentirentur. Exprobrat Judæis flagitium hoc Juſtinus in dial. cum Tryph. f. m. 262. 25. *Tantum abeſt, ut pœnitentiam egeritis, poſtquam eum à mortuis reſurrexiſſe accepiſtis, ut etiam (prout antea memoravi) eximios delectos viros in omnem terrarum orbem miſeritis, qui renunciarent, hæreſim & ſectam quandam impiam & iniquam excitatam eſſe à Jeſu quodam Galilæo, plano & ſeductore; quem à vobis crucifixum diſcipuli ejus noctu è monumento, ubi à cruce refixus poſitus erat, furto ſuſtulerint; & homines in errorem abduxerint, aſſeverantes, à mortuis eum excitatum eſſe, atq; in cœlum aſcendiſſe: quiq; calumnioſe ſermonibus ſpargerent, docuiſſe etiam ea illum, quæ impia, & iniqua, & impura apud omne genus hominum eſſe jactatis, contra eos, qui illum Chriſtum & Doctorem & Filium Dei eſſe profitentur.* Quintum.

§. 26. *Concupiſcentiis* pravis laborabant. Joh. VIII. 44. Chriſtus Judæis exprobrat concupiſcentias Sathanæ, quibus ipſi indulgerent; veluti filii patrem imitantes. Sextum & Septimum.

§. 27. *Loca* erant apud Judæos, quæ debebant eſſe ſancta; Talis erat ipſa Hieruſalem, dicta civitas ſancta; ipſum etiam templum Chriſtus vocat ſuam domum, quæ debeat eſſe domus precationis, & indignatur eam profanantibus. Ex quo ipſo loco apparet; quod non eo, quo decebat, modo tractarint; etſi alias ejus obſervantiſſimi vellent videri. confer. Dan. IX. 27. Matth. XXIV. 15. XXVII. 53. XXI. 27. Luc. XIX. 45. Sancta habebantur etiam loca circa urbẽ, quod ex Daniele patet apud Matth XXIV. 15. Nam locus ſanctus vocatur ſolum circa urbem, ubi conſtitit exercitus Romanorum. Nec (4) Locis.

§. 28. *Temporibus* quoque ſacris vim faciebant; Non jam dicamus de ſuperſtitioſa obſervantia Sabbathi; ſed de trans- Neque (5) Temporibus.

Neque (6) Chariſmatibus.

tra … ſlatione feſti paſchatos in diem ſequentem, ne cogerentur du … continuos dies feriari. confer. Joh. XIII. 1.

§. 19. *Chariſmatum* ſanctitas videtur copioſius ſuperfu … Erat donum Propheticum penes ſummum Pontificem. D … ſaltem per ipſum occulta revelabat Joh. XI. 51. Quid de B … Kol glorientur, ex Thalmudicis notum eſt. *Habebant … ex traditione, quod poſt mortem ultimorum Prophetarum, Haggai, … chariæ, Malachiæ, diſceſſerit Spiritus ſanctus ab Iſraele; veruntamen eis … inde uſos Bath Kol.* Bab. Sanhedr. f. 11. 1. Quid autem Bath Kol? *Bath Kol hoc fuit, cum egrederetur vox, (vel tonitru) è cœlo, vox … ex ea prodiit.* Sic Piſk. Toſaph. in Sanhedr. c. 1. art. 29. videtur huc alluſum eſſe Joh. XII. 29. quando Patre cum filio ſuo loquente, Judæi putabant, tonitru audiri, vel Angelum cum ipſo loqui. Erant inter illos, qui dæmonas ejicerent. Matth. XII. 27. nempe in virtute creatoris: Tertulliani adverſus Marcionem ſententia eſt, dum verba Chriſti explicat. *Si ego,* inquit, *in Beelzebule ejicio dæmonia, filij veſtri in quo ejiciunt? Hac voce quid magis portendit, quam in eo ejicere ſe in quo & filij eorum? In virtute creatoris. Nam ſi putas ſic accipiendum; Si ego in Beelzebule ejicio dæmonia, filij veſtri in quo, quaſi ille ſuggillaret in Beelzebule ejicientes, reſiſtet tibi prior ſenſus, non poſſe Satanam dividi adverſus ſe ipſum. Adeo nec illi in Beelzebule ejiciebant, ſed, ut diximus, in virtute creatoris* Ad Betheſdam movebatur aqua, angelo cœlitus deſcendente, & movente; quique primus in aquam deſcendebat, is morbo liberabatur. Joh. V. 1. Cyrillus comm. in Joh. putat, id contigiſſe die Pentecoſtes: Alii ſemel tantum in anno motam eſſe aquam, exiſtimabant, ut Chryſoſtomus, Ambroſius &c. Noſtra ſententia, indefinitum tempus erat, ita ut ſæpe in anno moveri potuerit. Deſiit donum iſtud cum ipſo Chriſto, Tertulliano c. 25. Judæis exprobrante: *Et piſcina Bethſaida uſq; ad adventum Chriſti, curando invaletudines ab Iſraël, deſiit à beneficiis deinde, cum ex perſeverantia furoris ſui nomen Domini per ipſos blaſphemaretur. Ab illis enim incepit infamia, & tempus medium à Tiberio, uſq; ad Veſpaſianum.* Nugatur Petrus Comeſtor, cum refert, quod Salomon lignum crucis Dominicæ, à regina Sabæ ſibi oſtenſum, hic locorum abſconderit, inde vim aquarum manaſſe: Similis farinæ eſt *fluvius Sabbathicus*, de quo

Plinius

Plinius lib. 31. nat. Hiſt. c. 2. refert: *In Judæa rivus Sabbatis omnibus ſiccatur.* Joſephus lib. 7. de bel. Jud. c. 13. invertit, dicens, per ſex dies ipſum deficere, in ſeptimo vero *ſimilem exoriri.* Iſti quidem Thalmudici conſentiunt, ſed nos neutri, rati, eſſe fabulam, in odium diei Dominicæ excogitatam. Probabiliora ſunt, quæ Joſephus refert de nonnullis Eſſæorum, quod dono Prophetico fuerint prædıti, de quibus ſect. 3. §. 9. Quæque de quibusdam θειάζουσι, καὶ οἷς ταύτῃ [illegible] σοφία τέτακτο, *divinantibus, & qui in hujusmodi vaticinandi ſcientia ſtudium ſuum collocaverant,* allegante Euſeb. lib. I. hiſt. c. 8. Effundebat Deus interdum etiam in alios, quam Judæos, ſua charismata, ut e. g. in uxorem Pilati, quæ divinum ſomnium habuit de innocentia Jeſu Chriſti. Matth. XXVII. 19. Somnium quoque vidit Glaphyra, Archelai Cappadocum regis filia, ſed Archelai Judæorum regis uxor, relatum à Joſepho lib. II. de bel. Jud. c. 6. *Hæc igitur brevi tempore, poſtquam in Judæam rediit, videre viſa eſt ſuperſtantem ſibi Alexandrum dicere, ſatis fuerat tibi Libycum matrimonium: ſed tu illo contenta, rurſum ad meos penates reverteris avidiſſima viri tertii, & quod gravius eſt, mei fratris juncta matrimonio. Equidem non diſſimulabo contumeliam, teq; licet invitam recuperabo. Atq; hoc expoſito ſomnio, vix biduum ſupervixit.* Sed hæc omnia tenues erant reliquiæ, ſi compares ſuperioribus charismatibus & privilegiis Eccleſiæ Judaicæ; Deſiderabat hæc Eccleſia quinque, quibus ante captivitatem Babylonicam gaudebat, ignem cœleſtem, arcam, Urim & Thummim, oleum unctionis, & Spiritum ſanctum. Digna eſt, quæ huc transferatur, explicatio & illuſtratio B. Dn. D. Dannhaw. ex Theolog. conſc. tom. I. p. 3. Poſtquam de extraordinariis, in V. T. revelationibus diſſeruiſſet, *Clavem,* ſubjungit, *arcam amiſimus cum ipſo arcano, quod annis ducentis ante Joſephum l. 3. antiq. c. 9. irato DEO propter legum ſuarum prævaricationem fulgorem emittere deſierat. Fuiſſe illud illuſtre oraculum,* mandato *conſtat &* exemplo: *Joſue præcipitur, ut* ſtans coram Eleazare Sacerdote eum conſulat de Judicio Urim coram Jehovah, ut ad ejus præſtitutum exirent, redirentque, omnes filii Iſraël. *Num. 27. 21. Uſus eſt hoc ſolatio ac hodogetico religioſè David non ſemel, 1. Sam. 30. 8. 2. Sam. 2. 1. c. 5. 19. c. 21. 1. conf. Judic. 1. 1. c. 20. 18. 23. 28. Saul contra profanam mentem prodidit, cum Sacerdotem jubet*

contrahere
nere 1. Sa
oracula ſu
optavit M
& illum
peccatis no
illud R. I
ואש
הקדש
mo poſt
urna ma
Thumm
ſeu proſ
continu
unquam
(*præſenti*
Spiritus
viſiones.)
inſinuata
Col dicta
antiqui
vocis p
admon
Magiſt
autem I
DEI vo
velut p
pitiatorij
dictum

Neque II. Catholica.

quod c
terum,
ris A

-bere manum ad preces ſ. elevatam, àque ſituatione hujus vocis diſ-
- Sam. 14. 19. quâ verò arte hæc machina fuerit compoſita, quando
-a ſua ediderit, id, inquam, ignotum eſt: quam theſauri perpauratum
- i Moſes Deut. 33. 8. תמיך ואוריך לאיש חסידך
-uminationes tuæ viro pio tuo! *cum ita merentibus bibrorum*
-ies non eſt conſecutus; defuit enim in templo ſecundo Eſdr. 2. 63. juxta
R. David Kimchi apud Schick: de jure reg. pag. 15. ad Hagg. 1. 8.
חמשה דברים חסרו מבית שני ארון ואורים ותומים
: והעליונה שכינה ורוח ה
Poſteriori, arca (fœderis, quinque res deſiderabantur in do-
mannæ, & baculo Aaronis reſloreſcente *Hebr. 9. 4.*) Unum
-numinque, Ignis ſuperior (vel ſacer, ad differentiam alieni
-rofani Lev. 10. 1. qui primum cœlo delapſus, fovebatur
-i nuè, uſque ad captivitatem Babylonicam, ſub dio nullis
-iam imbribus extinctus, Pirk. Ab. c. 5.) habitatio divina
-entiam DEI ſenſibiliter demonſtrans, ut olim nube, vel ignis columnâ)
-tus Sacer (*qui prophetas integris ſenſibus afflabat, non per obſcuras*
-e s.) *quamquam non defuerit ſancta reſtituendi hujus xαριςμάτος ὄργανον*
-ita Nehem. 7. 65. interim compenſata vicariâ voce Numinis Bath
-cla: frequenter (*ita Tremell. notat ad Act. 14. 14.*) invenias in
-ris Hebræorum ſcriptis (ut in Thalmud & in aliis) Filiam
pro voce cœlitus demiſſa, quâ mortales de voluntate DEI
-nerentur. vide in tractatu de benedictionibus cap. 1. de
-ratribus cap. de pecuniariis judiciis & alibi. Vocatur
hujusmodi vox Filia vocis, diſtincta & articulata, quæ
voluntatem diſertè & perſpicuè declaret, ut verba ipſa ſint
partus à voce efformatus. *Auguſtum fuit ſacrarium alterum pro-*
-, pontificis oratorum, DEI concionantis ſuggeſtus Num. 7. 89.
דביר *Pſ. 28. 2.*

§. 30. Neque denique erat *Catholica*, ſi cogitamus,
-orda liberorum averſa fuerint à cordibus parentum ve-
quod fidem attinebat. Luc. 1. 17. Neque erant de poſte-
Abrahami, ut erat ille pater fidelium omnium. Joh.
VIII. Sed erant natio adultera, & viperinus
partus.

Digitized by Google

Art. XII. Sect. IV. & ultima.

De

CALAMITATIBUS JUDÆORUM.

Argumentum:

Calamitates erant pœnæ peccatorum. 1. *Diſtribuuntur juxta tempora.* 2. *Nativitatis Chriſti, quoad ſtatum Eccleſiaſticum.* 3. *Per Herodem.* 4. *Adverſus Synedrium.* 5. *Quoad ſtatum politicum.* 6. *& œconomicum.* 7. *Solatium.* 8. *Poſt nativitatem.* 9. *Signa.* 10. *quæ & calamitates internæ.* 11 *& externæ.* 12. *Fames & peſtis.* 13. *Excidium.* 14. *Captivitas.* 15. *Cauſſa malorum.* 16. *Tempus.* 17. *Remedia.* 18.

§. I.

His vitiis doctrinæ, cultus, & morum debebantur pœnæ, quas Deus, juſtus judex, vel ipſe irrogavit, vel permiſit, cum adhuc inter homines degeret Meſſias, & temporibus ipſum ſecutis; donec Eccleſia & politia Judaica funditus tandem, Romanis evertentibus, perirent. *Calamitates ſunt pœnæ peccatorum.*

§. 2. Diſtribui igitur poſſunt juxta tempora: Aliæ enim calamitates contigerunt, dum Chriſtus naſceretur, uſque ad mortem ipſius, reſurrectionem, & aſcenſionem in cœlos; Aliæ vero poſtea, donec reſp. & Eccleſia peſſum irent: Et concernebant vel Eccleſiam, vel politiam, vel œconomiam. *Diſtribuuntur juxta tempora.*

§. 3. Cum Chriſtus naſceretur, paulo ante, & poſt, afflixerunt Eccleſiam calamitates Miniſterium concernentes. Suberat hoc poteſtati Herodis, & Præſidum Romanorum, qui pro libitu ſummos etiam Pontifices eligebant & conſtituebant, vel etiam removebant. Cum Herodes ſuccenſeret Mariamnæ, ſuæ uxori, Simonis Pontificis filiæ, Socero gener ipſe Sacerdotium eripuit, & in quendam Matthiam, Theophili filium, *In Eccleſiaſticas.*

tranſtu [illegible]
num h [illegible]
nis ad [illegible]
rente i [illegible]
cidit eti [illegible]
jejunium [illegible]
mi filiu [illegible]
pollut [illegible]
quietu [illegible]
ipſum [illegible]
ut eſt a [illegible]
Quirin [illegible]
num, [illegible]
ille Po [illegible]
Vitelli [illegible]
cis fili [illegible]
has mu [illegible]
Valerius [illegible]
ejus loc [illegible]
Annæ fi [illegible]
honorem [illegible]
nere no [illegible]
fuit, ſuc [illegible]
teſtate [illegible]
tifical [illegible]
mano [illegible]
plum t [illegible]
lam ha [illegible]
vatum [illegible]
ipſorum [illegible]
loco ſit [illegible]
ita ut i [illegible]
lum.
ciam n [illegible]
cella a [illegible]
dum ſ [illegible]

[illegible]tranſtulit. Joſeph. lib. XVII. Antiq. c. 6. Neque tamen dum[illegible]n huic ſuit beneficium; Cum enim in ſuſpicionem ſedition[illegible] adductus eſſet, Pontificatu excidit, Herode ipſum transfe[illegible]re in Joazarum uxoris ſuæ fratrem; *Hujus Matthiæ pontificatu e-*[illegible] *etiam, alium Pontificem ad unum diem ſubſtitui, quo Judæi populorum* [illegible] *celebrant*: verba ſunt Joſephi c. 8. Fuit is Joſephus, Elle[illegible] Filius, ab Evangeliſtis dictus Caiphas, qui vicibus Matthiæ [illegible]luti eo die fungeretur. Sed nec Joazarus in dignitate ſua [illegible]i etus manere potuit. Nam Herode è vivis ſublato, populus [illegible]um, utpote tyranni amicum, volebat de ſede depoſitum; [illegible]eſt apud eundem c. 11. & pervicit populi pervicacia; Nam [illegible]itinius removit ab officio Joazarum, eique ſubſtituit Ana[illegible]n, Sethi filium (quem Evangeliſtæ vocant Hannam) Diu Pontificatum tenuit, una cum Joſepho illo Cajapha; donec [illegible]ellius in locum hujus ſubſtitueret Jonatham, Anani Pontifi[illegible] filium; narrante eodem lib. XVIII. Antiq: c. 6. Ex Joſepho [illegible] mutationes repetit Euſebius lib. I. hiſt. Eccleſ. c. 10. l. 18. [illegible] *ius Gratus cum Annæ Sacerdotium ademiſſet, Iſmaëlem Baphi filium in* [illegible] *locum promovit. Quo non multo poſt remoto, Eleazarum ſupradicti* [illegible] *filium ſacerdotem deſignavit. Interjecto deinceps anni ſpatio cum hunc* [illegible] *rem abrogaſſet, Simoni Camithi filio Sacerdotium tradidit. Qui eo mu-* [illegible] *non ultra annum perfunctus, mox Joſephum, cui etiam Caiphæ nomen* [illegible] *ſucceſſorem accepit.* Sicut autem Pontifices ipſi erant ſub po[illegible]te aliena, ita & ipſorum ornamenta. In his erat ſtola Pon[illegible]alis, olim ſub poteſtate Pontificis, poſtea Herodis, & Ro[illegible]orum: *Hyrcanus Pontifex, ejus nominis primus, exſtructa prope tem-* [illegible] *urri, degebat in ea majorem temporis partem: & quoniam hanc ſto-* [illegible] *habebat in ſua cuſtodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus pri-* [illegible] *habitum, eo loci illam deponebat. Idem mos fuit etiam ſucceſſoribus* [illegible] *posteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc opportuno* [illegible] *m, magno ſumptu ædificatam denominavit ab amico Antonio, & ſtolam* [illegible] *i reperta eſt, detinuit, ratus eo magis obnoxium ſi habiturum popu-* [illegible] *Idem fecit Archelaus filius ejus & ſucceſſor, cujus regno in provin-* [illegible] *latæ, Romani ſimul & Pontificia ſtola poſſeſſionem naƈti ſunt, in* [illegible] *hoc ipſum ſtructa repoſita, & obſignata ſigillo Pontificum, atq; cuſto-* [illegible] *i ærarij, præfecto caſtelli accendente ibi lucernam quotidie. Hanc*

ſeptimo

ſeptimo ante feſtum die præfectus exhibebat Pontifici, qua purificata induens ſacrorum tempore, ſequenti die rurſum eam reponebat in cellam, ubi antea condita fuerat. Id fiebat ſingulis annis ter jejunij tempore. ita Joſeph. lib. XVIII. c. 6. p. 485. Pilatus quoque ægre fecit religioni. Nam *primus Pilatus ignaris omnibus noctu illatas effigies Hieroſolymis ſtatuit.* Sic idem c. 4. p. 482.

§. 4. Simile quid dudum ante contigerat, Herode M. in extremis (ut fama erat) degente. Herodes M. in honorem Romanorum *ſupra majorem portam templi dedicaverat donum pretioſum, aquilam auream magni ponderis, cum lex noſtros homines vetet imagines ſtatuere, aut conſecrare animantium effigies. Quamobrem doctores hi autores erant ſuis diſcipulis, ut aquilam illam detraherent.* verba ſunt Joſephi lib. XVII. Antiqq. cap. 8. pag. 463. Hoc diſcipuli Judæ & Matthiæ publicorum Doctorum perpetrarunt: *Claro meridie aſcendentes, detractam aquilam conciderunt ſecuribus, inſpectante congregata in templum multitudine.* Rex indigne hoc ferens, in captivitatem abripi juſſit auctores; tandem cum ſociis facinoris comburi. Uſſit hoc reliquos Judæos adeo, ut mortuo Herode, & Archelao recens patri ſubſtituto, ſeditionem in ipſo feſto paſchatis concitarent, & ita anſam darent Archelao immittendi ſeditioſis exercitum: *Itaq; totum exercitum in eos immiſit, ſimulq; equites, qui & advenas prohiberent occupantibus templum ſuccurrere, & quotquot ex eis peditum vim evaſiſſent, jam in tuto ſe exiſtimantes ferro exciperent. Ab his equitibus ad tria millia virorum cæſa ſunt, reliqui fugâ ſe in proximos montes receperunt. Archelaus autem per præconem edixit, ut omnes in ſua diſcederent, illi metu gravioris mali feſtivitate relicta abierunt, quamvis audaces & ſine diſciplina homines.* Sic Joſeph. lib. XVII. c. 11. p. 468. Similes pœnas Pilato dederunt Galilæi iſti, qui nolebant pro Romanorum, regionis Dominorum, ſalute ſacrificia offerre, ut obſervat Grotius ad Luc. XIII. 1.

§. 5. Referri huc poteſt damnum illatum Synedrio, utpote aliquam partem ex Sacerdotibus & Levitis conſtanti. Magna hactenus ejus auctoritas fuerat, dum conſtabat ex ſelectiſſimis cujuſcunque tribus viris, qui ſapientia, prudentia, pietate, dexteritate rerum gerendarum, & aliis virtutibus videbantur eminere; Sed Herodes rerum potitus, & poſt ipſum

filii,

Digitized by Google

filii, ju
enerva
dixera
territu
parcer-
quem ne
puniet.
Nec var
quoq; ſi
tiam, &
fuit pop

Et politicas.

tarum
mano
Judæi
tumul
Modo
cujus
§. 19.
ram R
ſed om
bant.
beatior
ra ſubje
populis
ac patr
pietam
omni a
illi. I
ſitudin
apud
datum
Non
tur ;
bat S
ritia

juvantibus ipſos Romanis collegium illud magis magisque
rvarunt, donec vix umbra poſſint vigoris ſupereſſet. Pr
erat hoc Sameas, inter Senatores Synedrii parrheſiaſtes impe
citus, cum ex intempeſtivo metu Herodi, capitis accuſa
ceretur : *Scitote*, inquiens, *...*
... in Hyrcani gratiam legibus ... eſſe ...
et. Joſephus lib. XIV. antiq. c. 17. p. 379. Addit Joſephu
... fuit vates. Nam Herodes regnum adeptus illos Judices & reg
... ſuſtulit, excepto uno Samea, ...
... & quia poſt obſeſſa urbe ab Herode ac Soſſio, ...
populo, negans, propter peccata eos poſſe ...
§. 6. In politia non minus turbarum erat, & calam
um. Potentia enim Herodis, & Herodianorum, & R
norum indies creſcebat, occaſionem ſuppeditantibus ipſ
æis. Dum jugum allaborant excutere qua jure, qua injuria
ultus cient, ſed inanes, læto rerum ſucceſſu deſtitut
do dictum eſt, quam fuerit imminuta auctoritas Synedrii
as etiam ex parte politica erat poteſtas : confer dicta Sect.
9. Herodes præcipue eos vexabat, ſicut conqueruntur cc
Romanis. lib. II. de bel. Jud. c. 4. f. 637. *Primum, non ſe regem*
...
Deinde multis ab eo trucidatis, ea pertuliſſe ſuperſtites ..., ...
...res mortui putarentur. Non enim tormentis ſolum eum lacerâſſe corpo
...jectorum, ſed etiam gentis ſuæ civitatibus deformatis exteras ornaviſſe
...alienis Judæa ſanguinem condonaſſe. Pro antiqua vero felicitat
...legibus, nationem ſuam tanta egeſtate ſimul ab eo atque iniquitate re
..., prorſus ut plures ex Herode paucis annis clades ſuſtinuerint, quam
...vo majores ſui, poſtquam ex Babylone diſceſſere, perpeſſi ſunt. Hæ
Idem jam jam moriturus juſſit ſuos clauſam circo nobilium mul
...ru cingere militibus, ut circumvenientes una omnes jaculis configerent
Joſeph. l. XVII. antiq. c. 8. etſi effecto caruerit crudele man
, Salome & Alexandro incluſos dimittentibus: cap. 10.
Par fortuna fuit eorum, qui ſub Archelao tumultuaban-
Nam immiſſo exercitu 3000. trucidata ſunt. c. 11. Vexa-
binus populum, (erat autem Cæſaris procurator) & ava-
eo adegerat, ut ſeditionem excitaret, & acerrimo con-

flictu

Digitized by Google

flictu cum Romanis congrederetur circa ipſum templum; Sed ſibi infelici; Plures enim ipſorum incendio, telis, & violenta ſuamet manu perierunt, direpta ſacra pecunia, undè ad Sabinum 400. talenta pervenerunt; Neque tamen ceſſabant Judæi ab oppugnando Sabino, donec Varus ipſi ſuccurreret, obſeſſum liberaret, & duo millia Judæorum in crucem ageret. Joſeph. lib. XVII. c. 12. Antiq. Male habiti ſunt etiam ſub Pilato. Parabat hic aquæductum ex ſacra pecunia derivandum; quod cum Judæi nollent permittere, subornavit Præſes ſuos milites, ut fuſtibus obloquentes conciderent, quod & factum: *Quamprimum vulgus cœpit jacere convicia, dedit illis ſignum ex compoſito, illi ſupra quam mandatum erat uſi ſunt fuſtibus, tumultuatores & quietos cædentes nullo diſcrimine. Ibi tam inclementer accepti inermes ab inſtructis, pars occiſi ſunt, pars diſceſſerunt ſaucij.* ita Joſeph. lib. XVIII. c. 4. fol. 482. Euſeb. lib. II. H. E. c. 6. Etiam extra Judæam male mulctati ſunt. Nam juſſu Tiberii univerſi Judæi urbe Roma pulſi ſunt, deferente ipſos Saturnino; c. 5.

§. 7. *Oeconomicus* quoque *ſtatus* affligebatur. Afflictiſ- Adde œconomicum.
ſimus erat, Herode in Bethlehemiticos pueros ſæviente. Matth. II. 16. Excitatus enim eſt inter miſeros parentes fletus, & ploratus, & ejulatus acerbiſſimus. Evangelica hiſtoria multos refert variis morbis affectos, etiam Dæmoniacos, mendicos quoque: vide Matth. IV. 24; XI. 5. XV. 31. XVII. 15. ubi habes plurimos in genere ſe male habentes, & variis morbis cruciatibusque laborantes; In ſpecie, dæmonibus vexatos, & lunaticos, & paralyticos. Item mutos, & mutilos, claudos, cœcos, leproſos. Accedebant *tragici caſus*, qualis fuit Luc. XIII. 4. cum turris, ad piſcinam Siloah ſita, unde aquæductus in civitatem deducebantur, decidit, & octodecim homines oppreſſit.

§. 8. *Solatium* & remedium in tantis malis nonnunquam Solatium.
apparebat. Tale erat, quod Herodes Magnus manifeſtas & horrendas pœnas ſcelerum Deo dederit morbo immani correptus & extinctus. Refert Joſephus lib. XVII. Antiqq. cap. 8. p. 464. & ex eo Euſebius lib. I. hiſt. Eccleſ. cap. 8. f. m. 25: *Regi morbus factus eſt gravior, pœnam impietatis exigente Numine. Lentus*

enim cal

intus po

continuo

colicis p

inguina.

fœda ne

nervoru

quide

lum in

ſtem e

pas rel

Euſeb

mors l

lib. II.

Alia mala.

quide

Matth

ſam, c

rit.

futur

carne

piſcer

ribus

Ægyp

Rom

Eccleſ

36. &

nus in

mo i

diſcip

ne la

omn

tibus

ſtante

Marc

jam a

calore torrebatur, qui non tam externis …

populaietur viſcera. …

nuo cibos ſuggerere: …

nis paſſionibus: pedes tamen phlegmate …

ana. Ipſa quoq; verenda putrefacta …

nec minus moleſta tentigine, … Remedii

erum contractione laborabat, & difficultate anhelitus.

i dem quæſivit in ſalutaribus ad Callirrhoën aquis, ſed n

n invenit contra tragicam mortem. Filii quoque ipſius t

n exitum habuerunt; Nam & Archelaus, & Herodes An

relegati ſunt Joſeph. lib. XVII. Antiq. c. 15. lib. XVIII.

ſeb. lib. I. hiſt. c. II. lib. II. cap. 4. Huc referri poteſt trag

rs Pilati αὐτόχειρος memorata ex Græcis hiſtoricis ab Euſe

II. hiſt. c. 7.

§. 9. Sed hæc non erant omnia mala; alia, & majo

dem, reſtabant, quæ Johannes Baptiſta prædixit; Quan

tth. III. 10. comminatur ſecurim, jam radici arboris adm

, exſcindendæ penitus, niſi dignos pœnitentiæ fructus tul

Clarius eadem præſagiit Chriſtus, ipſe quondam Jud

rus impiæ gentis. Matth. XII. 45. cum videret, ſe licet

e exhibito, & miraculis illuſtri, Judæos tamen non re

re, prædicit, fore, ut poſtrema perverſæ generationis pri

s fiant deteriora, ſcilicet, dira quidē paſſos eſſe ipſos olim

ptiis, Aſſyriis, Chaldæis, Syris, Græcis, & hactenus quo

anis; ſed duriora paſſuros eſſe ab his ipſis, totam temp.

ſiam Judaicam penitus everſuris. Reperiit Matth. XXII

ſimul cauſſam excidii innuit, nempe ſanguinem, hact

ter ipſos immerito fuſum, ſuperventurum eſſe ipſis, d

ſorum deſtructa. Marc. XIII. 1. oſtenſo ſibi templ

ulo, qui magnificentiam ædis oſtenderat, revelat, quo

is quidem ſuper lapide relinquendus ſit, tantam fo

n ruinam. Idem & reliquis, eandem machinam admira

dixit, & hoc ipſo confirmavit, quod iſti dixerat, non ob

robore & ſplendore ædificii. Matth. XXIV. 3. Luc. XXI.

XIII. 4. Neque deſtitit imminens malum prædicere, cu

ſupplicium duceretur. Converſus enim ad mulieres

miſe

Digitized by Google

miſeriã magiſtri deplorantes, dixit, nolite flere ſuper me, quippe qui propter veſtra peccata patior; ſed flere vosmet ipſas, & liberos veſtros; venturum enim eſt tempus, nec procul abeſt, quo felices prodicabuntur ſteriles, præ calamitate homines obruitura, ut optaverint, montibus ſe potius opprimi, quam in immaniſſimi hoſtis manus venire. Luc. XXIII. 28. 29. 30. Confer Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. cap. 7. *Simili* uſus eſt eodem, quo Johannes Matth. XXI. 18. 19. Marc. XI. 12. ſeqq. collatis cum Luc. XIII. 6. Nempe ficus erat, quæ ultra triennium, ex quo Chriſtus inter Judæos Evangelium prædicaverat, nihil fructuum, fruſtra adeo exſpectata, ſtercorata, foſſa, &c. tulerat; hanc cum adiiſſet Chriſtus, ut fructus, explendæ famis gratia, inde peteret, nec inveniret, ei maledixit, ut exareſceret, dignæ, quæ conciſa in ignem abjiceretur. Hoc ſymbolum erat, quod Judæos, hactenus impœnitentes, tandem manſurum erat, nempe excidium. Luc. XIX. 27. ſeq. ſub alio ſchemate idem proponit, nempe ultionis, quam rex ſumpturus ſit de ſubditis ſuis rebellibus.

§. 10. *Signa* quoque prædixit, devaſtationem antegreſſura, alia remotiora, alia propiora. Diſtinctionem ipſe Chriſtus inſinuat Matth. XXIV. 6. *Remotiora*, qualia erant rumores bellorum, & bella ipſa, & ſeditiones, & Pſeudo-Prophetæ, & Pſeudo Chriſti, & peſtes, & annonæ caritas, & terræmotus, & prædicatio Evangelii per univerſum orbẽ terrarũ; Math. XXIV. 4. ſeqq. Luc. XXI. 11. addit prodigia cœli. *Propiora* daturus erat abominabilis idolis Romanorum exercitus: *Religio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna jurat, ſigna omnibus Diis præponit, omnes illi imaginum ſuggeſtus inſignes monilia crucium ſunt.* ita Tertull. quando iminebat ſanctæ civitati, & ita quidẽ, ut *χάρακα caſtra* duxerit circa urbem, quod unus fecit Veſpaſianus, *περιτεῖχος περιέβαλον*; & ſigna idololatrica palam propoſuit; Hoc enim ſi comparuerit, juxta Dan. IX. 27. deploratum fore cum Judæis, ut nulla ſpes futura ſit, niſi in fuga. Matth. XXIV. 15. Hæc omnia impleta ſunt: *Si quis Servatoris noſtri verba cum iis comparet, quæ ab eodem ſcriptore de univerſo bello commemorata ſunt, fieri non poteſt, quin admiretur præſcientiam ac prædictionem Servatoris noſtri, eamq; verè divinam & ſupra*

 modum

modum ſtu
f. 81. Te
muit ſub
Philoſtr
Chius, &
perante
attinet,
dam Th
procurant
minum m
usq; fluvi
perio ſuo
ſermonibu
immiſſis
tim occid
dem capt
apud E
contra
cebatu
clade affl
nem ingr
conciliaſſ
congrega
inde in
præſidio
bem irru
eum pro
certatur
quidem
ita Joſ
Cui aſſ
λέμιο
Nomi
notatu
XXVI
memo

a ſuſpendam eſſe fateatur. ita Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. cap. 7.
Terræmotus quoque ſuum eventum conſecuti ſunt. Tre-
ſub Claudio & Nerone; ſub illo Creta, quod eſt apud
ſtratum in vita Apollonii; item Smyrna, Miletum,
a, & Samus paulo ante excidium urbis ſanctæ; Neronem
te *Laodicea tremore terræ collapſa eſt.* Pſeudo-Prophetas quod
et, ſatis abunde iſtorum fuit. Nominatur inter ipſos qui-
Theudas. Act. V. 36. & alius ἀπάτεος: *Fado Judææ*
ante, præſtigiator quidam nomine Theudas, collecta magna ho-
ſ multitudine, perſuaſit illo, ut aſſportatis opibus ſecum ſe ad Jordanem
teritum ſequerentur. Quippe ſe Prophetam eſſe, aiebat, decemq; im-
ſam aquas flumenis, facilem ſe tranſitum ipſis præſtiturum.
verbis plurimos decepit: Sed Fadus veſaniam illorum brevi compreſſit,
ſſis adverſus eos equitum turmis: qui ex improviſo illos adorti, par-
ciderunt, partim vivos comprehenderunt. Ipſe etiam Theudas ab e-
captus eſt, cujus caput præciſum Hieroſolymam retulerant. ita Joſephus.
I Euſeb. lib. II. hiſt. Eccleſ. c. 11. f. 49. Item Ægyptius, qui
actis 30000. mœnia Hieroſolymorum corruitura polli-
cur, ſed Felici procurati pœnas dedit; *Majo graviore*
afflixit Judæos Ægyptius quidam falſus Propheta. Nemq; is in regio-
greſſus, homo Magus, cum opinionem atq; auctoritatem Prophetæ ſibi
aſſet, uſq; ad triginta hominum millia, quos præſtigiis ſuis deceperat,
gavit. Quos cum ex ſolitudine ad montem usq; olivarum perduxiſſet,
urbem Hieroſolymorum irrumpere ſtatuerat, depulſoq; Romanorum
o, dominationem occupare, ſatellites eos habiturus, qui ſecum in ur-
uiſſent. Verum Felix conatum hominis præveniens, obviam adverſum
greſſus cum Romanis militibus. Et univerſus populus pro ſalute patria
nes Romanos ſtrenue adjuvabat. Facto igitur congreſſu, Ægyptius
ipſe cum paucis evaſit: cæteri partim trucidati, partim capti ſunt.
eph. lib. II. bel. c. 12. apud Euſeb. lib. II. hiſt. c. 21. f. 61.
ociandus alius ſub Porcio Feſto ὑπὸ, ille σωτηρίαν ἐπαγγελ-
καὶ παῦλαν κακῶν, qui ſalutem annunciabat & finem malorum;
atim Doſitheus, qui vel Chriſti titulum ſibi arrogavit,
propterea ab Origene lib. II. adv. Celſ. & in Matth. tr.
His à Chriſto prædictis ſignis adde, quæ Joſephus
c, lib. VII. de bel. Jud. c. 12. & ex eo Euſebius l. III. c. 8.

quod

Digitized by Google

quod cometa, inſtar gladii ſuper civitate ſteterit anni ſpatium, quod lux circa altare templumque illuxerit, dirum omen; quod vacca in medio templo agnum fuerit enixa; quod janua templi prægrandis ſponte ſua patuerit; quod *ante ſolis occaſum per univerſam regionem currus in aëre ſublimes ferri, & armatæ phalanges per cœlum diſcurrere, urbesq́, circumvallare ſint viſæ:* quod in templo vox audita: *Migremus hinc:* Quod quidam Jeſus dictus indeſinenter clamarit: *vox ab oriente, vox ab occaſu, vox à quatuor ventis, vox in Hieroſolyma, & in templum, vox in ſponſos & ſponſas, vox in univerſum populum! væ, væ Hieroſolymis!*

§. 11. Horum ipſorum ſignorum quædam erant etiam inter calamitates, Judæos manſuras, & à Chriſto prædictas. Erant *bella* inteſtina, & miſeria, quæ hæc concomitari, aut conſequi ſolet. Ea fere continua erant poſt Chriſtum in cœlos ſublimatum. Obſervavit hoc ex Joſepho Euſeb. lib. II. Hiſt. Eccleſ. c. 6. f. 45. *Multos alios motus in eadem Hieroſolymorum civitate concitatos idem refert ſcriptor, oſtenditq́, ab illo deinceps tempore & urbem & univerſam ſimul Judæam ſeditionibus, bellis, ærumnisq́, continuis vicißim ſibi ſuccedentibus vexatam fuiſſe, donec ultima illos imperante Veſpaſiano clades obſidionis oppreßit.* Specialius loquendo, cum Judæi nollent Caligulæ imagines ferre & adorare, dira paſſi ſunt, & metuerunt, ut eſt apud Joſephum XVIII. Antiqq. & Philonem contra Flaccum, & Tacit. hiſt. lib. V. & XII. Annal. Claudio imperante, *tanta ſeditio, tantusq́, tumultus Hieroſolymis in ipſa ſolemnitate Paſchæ conflatus eſt, ut illorum duntaxat, qui circa templi portas contruſi & conferti conculcatione mutua perierunt, numerus ad triginta hominum millia perveniſſe dicatur. Adeò, ut feſtus ille dies & univerſæ genti lugubris; & ſingulis familiis lamentabilis fuerit.* ita apud Euſeb. lib. II. Hiſt. Eccleſ. c. 19. f. 59. ex Joſepho. Accidit etiam, ut, Cumano Procuratore, 10000. Judæorum conculcatione conſumerentur, dum præ metu militum Romanorum fugerent è templo. Joſeph. lib. II. de bel. c. 11. Cum tumultuarentur iterum, & impetum in Samaritanos feciſſent, pœnas temerariæ ultionis dederunt, vel occiſi, vel in crucem acti. l. c. Imo ipſimet Judæi non ſolum per regionem latrocinia agebant, ſed etiam in ipſa urbe ſicis graſſabantur, & plures, etiam inſignes viros, trucidabant. cap. 12.

Bella vel interna.

Quibus … bus malis accedebat Procuratorum Albini & Flori, alter
quidem … dem avaritia, hujus autem improbitas & tyrannis, deſcr
pta cap … cap. 13. 14. 15.

Vel externa. … §. 12. *Externa* his addi poſſunt, nempe quæ contige
runt in … in Ægypto, Alexandriæ inter Ethnicos & Judæos, quorum
gratia … cia Philo legationem ſuſcepit Romam verſus, ſed citra
cum fr… … fructu. Euſeb. lib. II. H. E. cap. 5. ex Joſepho & Philone
Damaſ… … naſci; etiam Romæ, ubi Sejanus allaborabat, ut univerſ
Judæo… … æorum gens deleretur. In Ituræa, dum bellum oriebatur
inter J… … et Judæos, & Philadelphicos de finibus; Sic miſeri ubique
locoru… … orum vapulabant.

Fames & … §. 13. *Fames* λιμὸς, &c. quæ hanc vulgo excipit, λιμὸς poſt
Fuit ſu… … e ſub Claudio immanis fames. Euſeb. lib. II. hiſt. Eccle
cap. 8. … 8. ab Agabo prædicta. Act. XI. 28. Sed hæc nihili erat colla
fami, … i, quæ durante obſidione ultima graſſabatur, deſcripta apu
eunde… … dem ex Joſepho, lib. III. c. 6. Prolixior eſt narratio, quam
quæ h… … huc transferatur. Immanitatem diſcas ex uno vel altero
exem… … xemplo: *Deniq; uxores viris, filij parentibus, &, quod omnium maxim*
miſerab… … abile erat, matres infantibus cibum ex ipſo ore rapiebant, & marceſcen
tibus in… … inter brachia liberis, vitales lactis guttas adimere non pigebat. &c. l. 7.
Tecta q… … quidem plena erant mulieribus & infantibus fame enectis: Angiporta
vero ſe… … ſenibus mortuis referti. Pueri autem & adulti, turgidi velut ſimulacr
quædam … am per fora oberrabant, & ubicunq; quis labe correptus fuerat, corrue
bat. F… … Famem ſequebatur lues; *post* λιμὸν λοιμός; *Post famem peſtis*

Peſtis. quam … n pepererunt cadavera, magno numero extincta, & ne
gliger… … ntius projecta; vide Joſeph. lib. VI. de bel. Jud. c. 16.

Tandem excidium. … §. 14. Ultimum malorum erat *excidium*, quod urbem
cum i… … incolis, & totam regionem involvit. Longum eſſet ſin
gular… … ecenſere, quæ Joſephus de bello Judaico, & ex ipſo Eu
ſebius … s lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 5. 6. 7. 8. recenſuit. Summa miſe
riæ ca… … pita complexus eſt hic, cum ſcripſit fol. 75: *Quot quidem*
quant… … q; tunc calamitates univerſæ genti ubique contigerint: & quomodo
bipræ… … pue, qui Judæam incolebant, extremis cladibus oppreſſi fuit: quot bo
minum … millia cum pueris ſimul ac fæminis ferro & fame & cujusq; mod
mortis … generibus occubuerint: Urbium præterea Judaicarum quo
quales… … fuerint oppugnationes: quæ quamq; incredibilia mala hi, qui Hie-
roſolyma

Digitized by Google

roſolyma tanquam in munitiſſimam urbem ſe receperant, oculis ſuis adſpexerint; quis belli totius ordo, quis ſingularum rerum fuerit eventus; denique quemadmodum abominatio deſolationis, quam Propheta prædixerat in ipſo quondam celeberrimo Dei templo conſtituta ſit tunc cum deſtructum funditus atque incendio conſumtum eſt: cuicunque libuerit, facile eſt ex Joſephi hiſtoria accurate cognoſcere. Numeravit ille ipſe Joſephus lib. VII de bel. Judaic. c. 17. eos, qui variis rationibus perierant, undecies centena hominum millia. Urbs ipſa ita devaſtata, ut vix veſtigia, turres aliquot, & pars muri, relicta fuerint, Ἠφάνισαν (ita Joſephus) ὑπὸ τῶν ἐξομαλισάντων, ὡς μηδέποτ' οἰκηθῆναι πίστιν ἂν ἔτι παρασχεῖν τοῖς προσελθοῦσι. In urbe templum ita deſtructum eſt, ut ſicut olim lapis ponebatur ſuper lapidem, cum extrueretur, Agg. II. 16. Sic deinde lapis ſuper lapide non relinqueretur. Matth. XXIV. 2. quod factum & completum eſt ſub Hadriani imperio, adeo, ut Judæis vel ſpectare patriam Hieroſolymam fuerit interdictum. vide Euſeb. lib. IV. H. E. c. 6.

§. 15. Quod reliquum erat, in *captivitatem* abductum, vel diſperſum eſt in omnes orbis angulos. Luc. XXI. 24. iſtam Chriſtus prædixit, quomodo urbe everſa nonnulli Judæorum captivi ducendi eſſent hinc inde per regiones orbis. Refert Joſephus, & ex ipſo Euſebius lib. III. hiſt. c. 7 f. 81. *Ex juventute quidem eos, qui proceritate corporis & forma cæteris præſtarent, ad ornamentum triumphi reſervatos: ex reliqua autem multitudine eos, qui ſeptimum decimum ætatis annum exceſſerant, vinctos ad metalla eruenda perductos eſſe in Ægyptum: plurimos vero per provincias diſtributos, qui in publicis ſpectaculis aut ferro aut beſtiis conſumerentur: Quicunque autem minores eſſent anno ſeptimodecimo, eos in ſervitutem abductos ſub corona veniiſſe. Quorum quidem numerum ad nonaginta uſque hominum millia perveniſſe affirmat.* Joſephi verba habentur lib. VII. de bel. Jud. c. 17. Captivitas.

§. 16. *Cauſſa* horum malorum omnium erant immaniſſima ſcelera, & pertinax impœnitentia. Joſephus ingenue fatetur: *Puto, ſi Romani contra noxios venire tardaſſent, aut hiatu terræ devorandam fuiſſe civitatem, aut diluvio perituram, aut fulmina ac Sodomæ incendia paſſuram; Multo enim magis impiam progeniem tulit, quam quæ illa pertulerat. Denique cum eorum pertinacia deſperata totus populus interiit.* Hæc ille lib. VI. de bel. Jud. c. 16. pag. 775. Inter iſta ſcelera eminebat furor adverſus Dei miniſtros, à temporibus Abel, hucusque, quo ipſe Dei Filius homo factus eſt, & cæſus, continuatus. Matth. XXII. 7. XXIII. 34. ſeqq. Non dubitarunt immaniſſimi homines, reatum ſanguinis Chriſti fuſi ſuis ſuorumq; liberorum capitibus imprecari: ſanguis ejus, dicentes, ſit ſuper nos, & ſuper liberos noſtros! Matth. XXVII. 25. Hæc illi pertinaciter; Nec pœnituit facinoris; Nam continuarunt furere in Chriſti diſcipulos, & fideles, donec vel interficerent, ut Stephanum, Jacobum Apoſtolum, & alium Hieroſolymorum Epiſcopum: *Ananus tempus opportunum ſe nactum ratus, mortuo Feſto, Albino adhuc agente in itinere, concilium judicum advocat: ſtatutumque coram eo fratrem Jeſu Chriſti Jacobum nomine, & una quoſdam alios, reos impietatis peractos lapidandos tradidit: quod factum omnibus in ea civitate bonis & legum ſtudioſis vehementer diſplicuit, miſſisque ad regem clam nunciis rogaverunt, mandaret Anano, ne quid tale poſthac ageret, nam ne nunc quidem recte egiſſe.* ita Joſeph. lib. XX Antiqq. c. 8. p. 599: Vel urbe & regione ejicerent; Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. III. c. 5. *Illa*

adſpetro Cauſſæ malorum.

adjicere ... æquum fueris, quibus divini numinis clementia ac providentia declaratur;
Quæ quo... quidem poſt piaculum in Chriſtum admiſſum, quadraginta annorum ſpatio, ad-
ſitum illo... illorum diſtulit. Quo in tempore Apoſtoli ac diſcipuli pæne omnes, & Jacobus
ipſe prim... primus loci illius Epiſcopus, is qui frater Domini dicebatur, adhuc ſuperſtites, & in
ipſa Hie... Hieroſolymitanorum civitate degentes, firmiſſimum loci munimentum præſtabant: tum
divina p... ac providentia adhuc eos patientiſſime ſuſtinuerat, ſi forte commiſſorum criminum pœ-
nitentia... nitentiam agentes, veniam & ſalutem conſequi poſſent: tum quoque quamvis patientia
nime co... conventa Dei benignitas, horrendis quibusdam ſignis ac portentis divinitus editis,
calamit... minationes ipſis, niſi pœnitentiam egiſſent, eventura prænuntiaret. ita idem c. 7. f. 82.

Nec h... hæc diſſimulavit Chriſtus. Nam Matth. XXIV. 9. prædixit, raptum iri Chri-
ſtianos ad Synedria & conventus majores, & Reges, quales erant Herodes, nec non
ad Præ... Præſides, ſeu Procuratores, quales fuerunt Gallion, Felix, Feſtus. confer.
Act. I... IV. 5. ſeqq. XII. 1. ſeqq. XXIV. 27. XXV. 1. ſeqq. Quare tandem pœnas
dederu... erunt immaniſſimas, quales comminatus olim Deus Exod. XXXIII. 24.
Deut. ... XVIII. 10. Jeſ. LXV. Pſ. LXIX. 23. Dan. IX. 27. ut à Romanis, imo
omnib... ceteris gentibus Luc. XXI. 20. 24. conculcarentur. f. 75.

fidelium ... tum Eccleſia Hieroſolymitana, ex oraculo, quod viris quibusdam ſanctiſſimis divi-
nitus ed... editum fuerat, ante initium belli ex civitate migrare, & oppidum quoddam trans
Jordan... Jordanem, Pellam nomine, incolere juſſa fuiſſet; jamque omnes, qui in Chriſtum credi-
derant... derant, relicta Hieroſolyma ſedes ſuas Pellam tranſtuliſſent. ita Euſebius.

Tempus. §. 17. Tempus excidii incidit in terminum LXX. ſeptimanarum à Da-
niele prædictarum, computante eas accurate Tertulliano lib. advers. Jud. c. 8.
Breve erat futurum, idque in gratiam ſalvandorum. Matth. XXIV. 22. Adeo
exercuerat malitia inter Judæos, ut niſi Romani veniſſent & oppugnationem
expugnationemque maturaſſent, nemo incolumis evaſiſſet, inter illa τὸ πάντα
ἐγκαταλείπειν ... [illegible]

Remedia. § 18. Remedia. In hiſce rebus nempe deſperatis, impote præſente
tempore ... [illegible] ... ut præfeſtinatione nemo revertere-
tur in urbem, vel ædes, veſtes ſuas, & reculas alias converſaturus, & ſecum abdu-
cturus, contentus vitam ſervaſſe incolumem. Matth. XXIV. 16. ſeqq. Marc.
XIII. 14. Luc. XXI. 21. ſeqq. Et longiſſime, ultra Sabbathi iter extendenda.
Matth. XXIV. 20. Arripuerunt Chriſtiani Hieroſolymitani hoc conſilium, ac-
cedente præſertim oraculo, quo eo ipſo tempore ſecedere jubebantur; Nam
relicta urbe, Pellam, oppidum quoddam trans Jordanem, & in alia Agrippæ &
Syriæ ſubjecta loca, conceſſerunt, & ſervati ſunt. Fuga addenda erant preces, ne corpori
vel conſcientiæ incommodo tempore fieret fuga, vel calamitas alia. Matth. XXIV. 20.

[illegible]
... Cyrillo ... [illegible]
... [illegible] ...
... ut hinc migremus æternis Evangelii fructus percepturi à Deo,
cui gratia, laus, & gloria in ſempiterna ſecula!
Amen!

INDEX

[library stamp]

Digitized by Google

INDEX LOCORUM
S. SCRIPTURÆ
INSIGNIORUM.

N. Lit. Kkk. paginarum numerus Typographi errore confuſus emendandus eſt ita, ut pro p. 449. ſubſtituatur numerus 441. & ſic in ſequentibus donec litera LII. recurrat p. 449. pro pag. etiam 320. falſo habetur p. 328.

GENESIS

Cap.	verſ.	pag.
XXXV	21	417
XXXVII	31	508
XLIX	11	437.
EXODUS		
III	6	697
XII	46	509
XXIIX	19	544
NUM.		
XXI	8	525.526.537
DEUTRON.		
XIIX	18	87.89.
I. SAM.		
XXI	6	470
II. REGUM.		
IX	13	551
PSALM.		
XXII	19	508
LXVIII	18	175
LXXX	15	726
CXIIX	24.25.558	
PROVERB.		
XVI	6&7.523	
JESAIAS.		
V	2.5	726
VI	9.10	378
VII	14	181.179.180

Cap.	verſ.	pag.
LIII	1	479
LXV	1	406
JEREM.		
XXXI	15	278
THREN.		
I	22	518
DAN.		
IV	24	775
IX	27	114
HOSEAS.		
XI	1	225,226
MICH.		
V	2	545.
HAB.		
IV	8	418
HAGG.		
II	10	183
ZACHAR.		
XI	13	495
XII	10	509
XIII.	7	484
MALACH.		
III	1	62
MATTH.		
I	23	179 ſeq.
II	15	559
	23	525

Cap.	verſ.	pag.
III	2	57
	9	330
	11	60
	16	606
	17	316
IV	10	303
	19	146
V	14	137
	28	669
VII	6	610
	17	648
	28	27
VIII	8	137
	28	364
IX	9	104,106
X	19.20.8	
	30	351
	27	364
XI	2,7,8.67	
	13	730
	14	68
	27,28.108	
XII	31	385.386
	33	341.648
	39	328
	41	706
	49	329

Xxxxx III.

vers. pag.
31 99
45,46 227
52 174
13 366,367
17,18 188
20 366
5 324
12 74
6 184
18 144
34 838
16,17 338
25 94,95
31,33 699
31 98
2 86
35 62,781
27 134
9 224,225
46 438
22 254
20 38,39

MARC.
I 40 275
II 7 104,10
18 171
19 172
IX 13 74
XII 24 697
XVI 15 133

LUC.
I 1 6
2 12
3 666
20 372,37
35 385,38
41 61
79 535
II 52 446,5
III 16 60
18 64
V 20 104,1
VI 38 538

INDEX LOCORUM.

Cap. vers. pag.

LUC.
VIII 46 107
IX 49 159
X 17 141
22 93
XI 29 667
XII 41 225
XIII 58 843
XV 23,30 214,215
XVII 17 613
20 946
XXIII 23.22 701
11 544
XXIV 42 707
19 646
21 588

JOHAN.
I 1 85
9 381
14 392,393,437,
440,562
15 72
16 621
17 534
18 277
II 46 82
III 4 668,278
5 602
11,12,13,91
16 248
IV 16 360
24 325,329
V 39 209
1 114
2 608
19 379,382
27 451
VI 34 64
VII 31 447,448
VIII 46 381
11 674
25 384
28 92 & ſeqq.

Cap. vers. pag.
IX 44 145,146
50 110
12 169
& ſeqq. 107
12 468
X 41 110,111
XII 32 252,253
XIII 40 312
XIV 10 607
2 266,267
15 308
XV 16 305
20 316
1 427
5 593
XVI 15 320
XVII 12 218
XVIII 3 303,348
XIX 11 730
XX 28 473
34 598
22 261
31 1457

ACTOR.
IV 13 174
XV 28 5
ad ROM.
II 16
I. ad COR.
XV 14
7 580
II. ad COR.
VIII 18
50
ad COL.
II 8
364
VI I. ad TIM.
1
III 26
ad TITUM
10 26
I. JOHAN.
V 5,4,6,598
ad HEBR.
I 3 5

Digitized by Google

INDEX
RERUM & VERBORUM.

ad ABgarum Epiſtola Chriſti 24.
Acta Pilati 24.
Activa obedientia Chriſti 471.
Actuale peccatum & ejus diviſio 358.
Adami calvaria fabuloſa 504.
Adoleſcens ſindone veſtitus in paſſionis hiſtoria quis? 489.
Adventus Chriſti diverſi 392.
Adultera cur à Chriſto non damnata 674.
Adulterorum apud Judæos pœna 870.
Adulterium duplex ſpirituale & corporale 674.
Æthiopica verſio N. T. 21.
Ægyptiaca verſio N. T. 21.
Aereum non fuit Chriſti corpus 398.
Æternitas DEI attributum. 328.
Affectus in Chriſto humani 432, 433.
Agnus DEI dictus Chriſtus 377.
Agni figura an pingendus Chriſtus? 172, 84.
Agnus paſchalis Judæorum 815.
Alogianorum hæreſis 83.
Amen precum clauſula 615.
Ἀνατολὴ ex alto quid ſignificet? 394.
Andreas Apoſtolus major an minor natu fuerit Petro? 192.
Angeli Chriſti perſonam & officium revelarunt 371. Non fuerunt Evangelii miniſtri 135. Nec ſunt principium fidei 208. Cogitationes hominum quasdam noſſe poſſunt 340, 341. Servientes Chriſto, teſtantur de ejus deitate 304. An operati ſint miracula quæ edidit Chriſtus? 499. An dicantur λόγοι? 337. vel volatilia cœli? 339. eorum nomen 337. affectiones 340. Opera & officium 341.
Angeli mali, vid. Diabolus.
Angeli caput dictus Chriſtus 378.
Animæ humanæ immortalitas 695. an dicantur aliquando in Scripturis mortuæ 699.
Animæ & Spiritus diſtinctio 428.
Animam rationalem habuit Chriſtus 428.
Animarum in corpora detruſio refutata 141.
Animalia Ezechielis ad Chriſtum applicata 371. an eadem inſignia IV. Evangeliſtarum? 11, 12, 13.
Anna vid. Hanna.
Annunciatio Angelica facta paſtoribus Bethlehemiticis 417.
Annunciationis Mariæ feſtum. 391.
Annus Incarnationis Chriſti 407.
Ἀντίδοσις in communicatione Idiomatum 441.
Antiquitas non eſt fidei principium 213.
Apollinaris hæreticus refut. 428.
Apologiæ in perſecutionibus licitæ 786.
Apoſtoli potiores Johanne Baptiſta 70 Non dicuntur dii 272 quando & à quo Baptizati 175. cur duodecim præciſè 172, 178.
Apoſtolorum ἀναμαρτησία 172. Vocatio. 131, 132. Primum vitæ genus 135, 174. Suppoſititia ſcripta 23. Enumeratio ap. Evangeliſtas diverſa 175. dona extraordinaria. 176, 177. Numerus 177, 178. Deſcriptio. 173. Matrimonia 178. Virtutes ibid. Vitia errores & infirmitates 180, 768.
Apoſtolicæ traditiones verè tales 12.
Ἀ[illegible] 798.
Apparitiones non ſunt principium fidei 210.
Apparitiones Chriſti poſt reſurrectionem ex mortuis 571-581.

Digitized by Google

Apparitionis vocabulum qui [illegible] quid involvat? 319,
340.
Aqua dicitur Spiritus S. [illegible]
Aqua an notet aliquando [illegible] 306.
nem [illegible] do in ſcriptura car-
Aquæ Jordanis an poſt [illegible] 602.
miraculosè ſalubres [illegible] ſt Chriſti baptiſmum
Aquila ab Herode templ [illegible] 607.
ſita [illegible] plo Hieroſol. impo-
Aquis grani ſervatus Ca [illegible] 887.
angel. [illegible] roli M. Codex Ev.
Arabica verſio N.T. [illegible] 39.
ArbitriiLibertas poſt lap [illegible] 21.
nulla [illegible] ſtam in ſpiritualibus
Arbitrii Libertas quoa [illegible] 363.
lis & quanta. [illegible] pœnitentiam qua-
Arborum rami cur Ch [illegible] 610,611.
ingredienti ſubſtrati [illegible] ſto Hieroſolymam
Argentei pro quibus Ch [illegible] 351.
480. [illegible] ſtus venditus 479.
Ariani Hieronymum [illegible] dicunt falſarium
Scripturæ [illegible] 38.
Articuli fidei vel fun- [illegible] mentales, vel non
fundamentales 242. [illegible] eorum ſumma. 241.
Articulus an ſit ſempe [illegible] nota veri DEI? 262.
Aſcenſio Chriſti in cœ [illegible] 588.
Aſinus & bos an adf [illegible] crint præſepi Chri-
ſti [illegible] 13.
Attributa DEI cum DE [illegible] idem à parte rei 325.
Auditores Chriſti ing [illegible] & increduli 119.
ſeqq. [illegible]
Auguſtus Dominus d [illegible] cur noluerit? 304,
305. [illegible]
Autoritas Evangeliſta [illegible] 6,18. Scripturæ
N.T. [illegible] 396.
Autoritas officii Chri [illegible] probata directè 91.
ſeqq. indirectè [illegible] 94. ſeqq.
*Αυτόπται Miniſtror [illegible] Eccleſiæ 156.

B

Baptiſmi Etymolo [illegible] & deſcriptio 599.
Inſtitutio 600. [illegible] Materia 601. Admini-
ſtrationis formula [illegible] x Scriptura deducta.
ibid. 603. Forma ex [illegible] terna 604.605. Effe-
ctus 605,607,709. [illegible] Inſtitutio an Matthæo
inſerta ab hæreticis? 18,19. Baptiſmus à
Chriſto non adminiſtratus [illegible]
803. dicitur paſſio Chriſti 512. Suppletur
778,779. ab impio adminiſtratus effi-
cax 601. etiam infantibus conferendus
604. Quo tempore adminiſtrandus 608.
Baptiſmus Johannis an fuerit ad remiſſio-
nem peccatorum? 65.
Baptiſta vid. Johannes.
Baptizandus lavati olim à quibuſdam pe-
des 605.
Barrabas latro 499.
Bartholomæus Apoſtolus an dictus fuerit
Nathanael 197.
Bath-kol. 812.
Beelzebub Dæmoniorum Princeps 142.348.
eum Maria comparatus à Ribera Jeſuita
348.
Bellum Chriſtianis gerere licitum 673.
Bethabara Chriſti & Johannis concionibus
celebris 113.
Betheſda piſcina 608. quando mota & quo-
ties. 882.
Bethlehem Meſſiæ Patria 410,411.
Blaſphemia 638. in Spiritum S. teſtatur ejus
divinitatem 310. an rectè vertatur Gottes-
läſterung? 386.
Bona opera pœnitentiæ fructus 614. non
conſtituuntur per bonam intentionem
618. non fiunt viribus naturæ 639. 642.
non merentur aliquid 691.
Bonorum operum cauſa efficiens principalis
Deus 639. minus principalis, homo 641.
Norma & forma Lex Dei 643. Finis ibid.
Bonitas DEI attributum. 331.
Bonorum poſſeſſio conceſſa 684.
Bos & Aſinus an apud præſepe Chriſti fue-
rint? 413.
Brachium DEI an dictus Chriſtus? 877.

C.

Cain an dicatur homicida ab initio 34.
Caiaphas Pontifex 475.476.
Cajetanorum ordo ſuperſtitioſus 557.
Calamitates Miniſtrorum Eccleſ. 159. adverſus
ea.

Digitized by Google

ens ſolatia. 161. ſeqq.
Calamitates Eccleſiæ & piorum 288.
Calceamentorum portatio ſervitii extremi genus 849.
Calvariæ locus 504.
Camelorum pilis cur uſus Johannes pro veſtimentis 790.
Cananææ mulieri cur non reſponderit Chriſtus? 102, 103.
Canonici libri V. T. in novo allegati 808.
Capernaum Chriſti Civitas 111.
Capernaumi deſcriptio 824.
Captivitatis Chriſti deſcriptio 487.
Caput anguli dictus Chriſtus 378.
Carnifices Romanorum 518.
Caro quo modo dicatur non prodeſſe quicquam 448.
Caro Chriſti vivifica 447, 448, 450.
Caro Chriſti non eſt è cœlo allata 398.
Caroli M. codex Evang. Aquiſgrani ſervatus 19.
Caſtitas heroica DEI donum ſingulare 739.
Caſtitas qualis mandata in Decalogo 674. 675.
Caſtratio ſui ipſius quid? 674.
Catenæ Evangeliorum 16.
Catholiciſmus Eccleſiæ 748.
Cenſus à Chriſto ſolutus 563.
Cenſus quoties de Judæis habitus 822.
Centurio ſub cruce Chriſti quis 519, 530.
Ceremoniæ in Eccleſia Chriſti tempore 754.
Ceremoniarum veræ antiquitatis fundamenta. ibid. & ſeqq.
Ceremoniali Legi quomodo Chriſtus ſatisfecerit 471.
Chariſmata Eccleſiæ donata 736. extraordinaria & heroica 738.
Charitas DEI charitate proximi potior 646.
Charitas proximi virtus ſecundæ Tabulæ Decalogi neceſſaria 661. ejus præcepti ſumma 662. debet eſſe univerſalis 663.
Chriſtologia præcipua hujus operis pars 365. an eam revelare licitum 366. non ſolus Elias eam revelavit 368. ſed DEUS ipſe 369. an Philoſophis fuerit cognita 374. ejus ſummaria 374, 375.
CHRISTUS martyrum maximus 779. Cauſa meritoria noſtræ Renovationis 640. A Prophetis prædictus 228. Miniſterii author 130. Agni figura pingi prohibitus 84, 177. In V. T. cognitus 372, 373. Pro omnibus hominibus paſſus 468.
CHRISTUS an cognitus fuerit Johanni Baptiſtæ? 372. & Diabolo 373. Philoſophis 374? Cur ingreſſus ſit deſertum 133. Cur baptizatus 65, 600. Cur dicatur λόγος 185. & Rabbi 86. An aliquid addiderit Moyſi & Prophetis? 97. An Legiſlator novus? 98. quomodo Legem impleverit ibid. Qua formæ docendi uſus? 100. Quamdiu docuerit? 114. An aliquid ſcripſerit? 5. quomodo de cœlis deſcenderit? 398. Quo anno & die conceptus & natus? 407, 408, 411. An fuerit homo in triduo mortis? 438. an meruerit ſibi aliquid? 539.
CHRISTUS ſe ipſum ſuſcitavit ex mortuis 584. non fuit ſub fato 278. non edidit miracula infans 300, 301. non conceptus eſt more aliorum hominum 399, 400. Humanam naturam ſervavit poſt reſurrectionem 434. ſe eſſe Meſſiam abſolute dixit & probavit 460, 462. ſeq.
CHRISTI nomina 375 ſeqq. Incarnatio 391. Humanitas vera probatur 424. Genealogia 400. ſeqq. Corpus non aereum 398. Circumciſio 417. Educatio 424. Fabrile opificium 561. Corpus nobis ſimile 427. Veſtes 432. Affectus 432. Paupertas 122. Fuga 123. Infirmitates humanæ 430. Epiſtola ad Abgarum 24. Colloquium cum Salome ibid. Libri de Magia ſuppoſititii ibid. Cunarum & faſciarum reliquiæ 416. it. Reliquiæ aliæ 418. Præmia reportata ab auditoribus incredulis 119. ſeqq. Poteſtas externa in reformatione cultus 105. Conciones 115. ſeq. de eo varia judicia 457. ſeqq.
CRISTI attributa divina 449. Officia 464. ſeqq.

ſeqq. Propheticum 229. [illegible] 219. duæ naturæ ad
opus redemptionis nec[illegible] neceſſitatæ 389. Hu
mana natura à Spiritu S[illegible] itu S. neque creata ne-
que genita 394. Introitus [illegible] ctronus in Civitatem
Hieroſolymitanam 549 [illegible] 549 Paſſionis hiſtoria
475 ſeqq. Examen coram [illegible] ram ſummo Pontifice
490. Coram Pilato 49[illegible] 495, 498. Coram He-
rode 497. Flagellatio [illegible] 500 Condemna-
tio 502. Crucifixio 5[illegible] 501. Mors 507. Quæ
fuit ſpotanea 514. Se[illegible] 5. Sepultura honori-
fica 510, 532. Deſcenſ[illegible] ad Inferos 568, re-
ſurrectio 596. Meriti [illegible] effectus 534. Inter-
ceſſio 541.
Cicatrices in Chriſti [illegible] corpore poſt reſurre-
ctionem 586.
Cilicii geſtatio [illegible] 758, 759.
Circumciſio Chriſti [illegible] 417.
Civitas David Bethle[illegible] rem & Sion 412
Clamare cur dicatur [illegible] Joh Baptiſta 72.
Clarificationis Chriſt[illegible] ſpectatores 566.
Clavium poteſtas du[illegible] lex 104.
Cœcus à nativitate à [illegible] Chriſto ſanatus 107.
108.
Cœlum quale ingreſſ[illegible] ſit Chriſtus 589.
de Cœlo deſcendiſſ[illegible] quomodo dicatur
Chriſtus 398
Cœnæ Domini inſtit[illegible] tio & ritus 103 104.
Cogitationes quaſda[illegible] noſſe poſſint ange-
li 340, 341. non aut[illegible] em Diaboli 354.
Columba cur & quo[illegible] modo Spiritus S. Sym-
bolum? 321.
Cometa ante excidiu[illegible] m Hieroſolym. viſus
893. [illegible]
Commiſſionis peccat[illegible] ngelia cujus uſus? 359
Commentarii in Eva[illegible] 22.
Commentatores in [illegible] Matthæum. 36, 37. in
Marcum pauci [illegible] 45.
Communicatio Idio[illegible] matum quid? 440. ejus
primum genus [illegible] ſecundum 446.
tertium [illegible] 4-6.
Communicatio natu[illegible] rarum in Chriſto 440.
Conceptio Chriſti n[illegible] on facta ex viri ſemi-
ne 399, 400.
in Conciliis olim a[illegible] hibitus Evangeliorum
liber 82.
Concupiſcentia in Decalogo prohibita
Conjugia Judæorum 485.
rum
Conjugii inſtitutio divina
Conjugum peccata contra Vltum præ-
ptum
Confeſſio peccatorum an neceſſaria cora
hominibus 613. in adultis neceſſaria an
baptiſmum
Conſequentiæ ex Scripturis
Conſummatio Seculi
Conſtantia miniſtris Eccleſiæ neceſſaria in
ſecundis & adverſis 70
Converſatio Chriſti cum peccatoribus 103.
Converſio ſeu Pœnitentia
Converſio non facta eſt in incarnatione
Chriſti 609.
Corban quid
Cornu Salutis dictus Chriſtus 397.
Corona Chriſti ſpinea 872.
Corpus Chriſti non fuit æreum 378.
Corruptio Evangelii ab hæreticis tentata 25.
Creatio opus totius Trinitatis 306. ejus ma-
teria & effectus 398.
Creatura non eſt Chriſtus 370. ante omnes
creaturas adeoque ab æterno genitus ib.
Crurifragium latronum crucifixorum 337.
Crux Chriſti 530.
Cultus divinus Chriſto debitus 521, 522.
& exhibitus acta 301, 302.
Cultus immodicus Evangeliorum libro ex-
hibitus 104.
Cultus Religioſus ſoli DEO exhibendus 344.
Cunarum Chriſti partes reliquiarum loco ſer-
vatæ. 410.
Cuſtodes ſepulchri Chriſti 416.

D.

DÆmon vide Diabolus 578.
Dalmanutha
Damnatio & ejus ſtatus 720. cauſſæ remotæ
& proximæ 721. ſeq. æternitas 723. in-
æqualitas graduum 724.
Damnatis ad mortem conſolandis deſtinati
Johannitæ 84.

Davi-

Davidis civitas 412.
Decalogi prima tabula quando ſecundæ poſthabenda 646. ejus virtutes, & vitia contraria 647. ſeqq.
Decalogus à Chriſto repurgatus 643. ejus ſumma 644.
Decapolis 834
Decimæ Sacerdotum Judaicorum Salarium 799. 800.
Defectio à fide poſſibilis 630.
Deſcendiſſe de cœlo quomodo dicatur Chriſtus 398.
Deſcenſus ad inferos 568.
Deſcriptio Auguſti 409.
Deſertum in quo docuit Johannes Bapt. 66.
Deſerta diabolorum habitacula 353. Cur tale ingreſſus Chriſtus ibid. 558.
Deſerta Judææ 838.
Deſponſatio Judæorum 846.
Deſponſatio Filii DEI qualis? 392.
Detruſio animarum in corpora 343.
DEUS eſt unus 251. Author Miniſterii 129. Magis diligendus, quam proximus 646. Non eſt cauſſa mali 357. Nec impœnitentiæ 625.
DEUS ad paſſ. Chr. quomodo cõcurrat? 313.
DEUS Pater author officii Chriſti Prophetici 91.
DEUS Abrahami, Iſaaci & Jacobi ſumitur aliquando eſſentialiter 251.
DEI facies, an dicatur Chriſtus? 378.
DEI attributa à parte rei cum ipſo idem 335. ejus digitus quis? 306. 307.
Dii æquivocè tales 250.
Διὰ non ſemper notat in Scripturis cauſam inſtrumentalē aut miniſterialem 280. 281.
Diabolus homicida & mendax ab initio 346. Cur Chriſtum vocaverit Nazarenum? 352. Sibimet quandoque noxius 355. Scriptura abuſus 282. An Chriſtum cognoverit eſſe Meſſiam? 372. Concurrit ad paſſionem Chriſti 516. Quibus organis? 517.
Diaboli nomina 347. Exiſtentiam negarunt Sadducæi ibid. Affectiones 349. Poteſtas 350. 354. Habitacula 353. Teſtimonium de Chriſto 371. Scientia limitata 314. Cum diabolo ejiciendo non colloquendum 356.
Diabolorum Princeps 348. Eorum à dæmonibus diſtinctio vana ibid. 349.
Diaboli à Chriſto ejecti 294. 287.
Dialectica à Chriſto uſurpata 141.
Διάνοια & ῥητὸν in verbo DEI obſervanda. 98.
Diateſſaron Tatiani Hæretici 25.
Δίδυμος cur dictus Thomas? 198.
Dies variè numeratus 472.
Difficultas quorundam Scripturæ locorum quem habeat uſum? 236.
Digitus DEI quis? 306. 307.
Diſciplina Eccleſiaſtica 257.
Diſcipulis 70. male adduntur duo à vulgata 186. vide Septuaginta.
Diſcipulorum Chriſti & Johannis Bapt. informamatio 751.
Diſtinctio textus Evangelici duplex cujus autoria? 15.
Divini nominis ſanctificatiõ 650.
Divites difficulter ſalvabiles 717.
Divortium quando licitum 676.
Docendi forma à Chriſto uſurpata qualis? 100.
Doctor cur dictus Chriſtus? 88.
Doctrina Chriſti miraculis confirmata 107.
Doctrinæ θεοπνεύστου requiſita & indicia. 92.
Doctrinæ vita probata conjungenda 97.
Dominus Dictus Chriſtus 378.
Donatiſtarum cum Pontificiis affine dogma de Eccleſia. 748.
Dormire an dici poſſint animæ 699. 700.
Dubitatio fidei adverſa 629.
Duodenarius Apoſtolorum numerus 77. 178.

E.

ECcleſia non eſt fidei principium 209.
Eccleſiæ nomina varia 725. Ejus autor DEUS 726. Membra & boni & mali 727. 728. Forma interna 729. Unitas 729. Diviſio ab aliis 730. Sanctitas 731. ſeq. Ejus notæ veræ 741. 747. Falſæ 744. ſeq. Deficere poteſt viſibilis 745. Manentibus tamen

Digitized by Google

men ſanctis reliquiis 7-
ex ſola Scriptura diſcen-
externa 749. Fata præd-
Judaica vide Judæi
Eder turris
Educatio Christi
Ejectio ementium & v
Hieroſolym. maxim
lum vitium Hieron
Electio & Electi quid?
tum & autor ibid.
Ejus certitudo 212.
Electus DEI dictus Ch
Eleemoſynæ quibus
681. Quomodo er
Elenchtici officii uſ
verſus fidei domeſ
ſarius
Elias, cur dictus Joh.
Eliſabetha Baptiſtæ r
Emauntici itineris C
Ἐπιτιμφάνεια Evan
Ἐφημερία Sacerdot
Epiphaniæ feſtum
Error in fundament
ματέρων
Eſſæorum ſecta
Evangelicorum non
Evangelium præci
materia 98.99.
Evangelium quid ſi
lationes 1. Cur ſe
10. Ejus finis ibid
Evangeliorum h
Evangelici textus
facta 13. Ejus
apud veteres pe
bita 19. In preci
Per Evangelium
nore adorationi
ſioSyriaca 20. P
Evangeliorum au
eadem commen
poſititia & har
meniæ

[illegible]iis 746. Quæ ſit vera
[illegible] ſcendum 747. Forma
[illegible] prædicta à Christo 777.
417.
424.
vendentium è templo
[illegible]rum Christi revaca-
[illegible]ymo.
716. Ejus fundamen 206
Ab æterno facta ibid
Electorum notæ 717.
[illegible]riſtus 308
[illegible] potiſſimum imperata?
[illegible] grandæ? 683
[illegible] 141, 142 Etiam ad
[illegible]icos aliquando acceſſa-
[illegible] Baptiſta 547
[illegible] ter unde ſic dicta? 136 59
[illegible] Christi hiſtoria
[illegible] geliſtarum 574.
[illegible] in Judæorum 15.16.
792
[illegible] fidei eſſe poteſt in 300 421
214
[illegible]nen unde? 851.
[illegible] concionum Christi 4.
Ejus definitio 139.
[illegible]ificet? 3.4. Ejus appel-
[illegible] in literas redactum?
[illegible] Materia 11. Perfectio 17.
[illegible]monia, & Catenæ 16
[illegible]tinctio duplex à quibus
[illegible]tio quibus ceremoniis
[illegible]cta 18 inconcabilis adhi
[illegible]abita à magnis viris 19
[illegible]randi formula 19. Ho
[illegible]culum 20. Eorum ver
[illegible] illud edita Miracula 20
[illegible]ritatem negantes 22. in
[illegible]taria cujus uſus? 22. Sup
[illegible]tica 23. Eorum Pſeudhet
20.

Evangeliſtarum definitio 4. Autor
Conſenſus 9. 15. Stylus 12. Num
Ordo 14. 29. Differentia 1
gnia 11.12.13. Ε'ναγγελισμός inter
ſpectu V. T.
Eunomianorum hæreſis
Exaltationis Christi ſtatus
Exinanitionis Christi profunditas 482
tus
Excæcatio impœnitentium
Excæcationis Judæorum DEUS no-
cauſa

F.

FAcies DEI an dicatur Christus?
Falſum teſtimonium quid
Faſciarum Christi reliquiæ
Fatalis non eſt mortis hora
Fato an ſubjectus fuerit Christus
Fauſti Manichæi ſententia de Evangelio
Fermentum cur dicatur Phariſæorum d-
ctrina?
Fetus Joh. Fidei doctrinam contra Ponti-
ciorum mentem exponens 627, 629, 630 79
Feſtorum in Eccleſia obſervatio
Feſtum annunciationis Mariæ 740
Feſtum Epiphaniæ 397
Feſtū Hypapantes quod vulgo Liechtmeß 471.
Fides virtus Tab. 1 Decalogi 647. Ejus oppo- 428
ſita 647, 648.
Fides juſtificationis organum 620. Eſt vel
Salvifica vel miraculoſa 620.
Fides DEI donum 621. Quibus mediis in-
ceulo 622. Ejus objectum 623. Actus for-
males 625. Aſſentitur & impoſſibilibus
eorum ratione 626. Sola juſtificat 628.
& ſalvat 710. ejus effectus 629 Non du-
bitat de ſalute 629. Ab ea defectio poſſi-
bilis 630. Organum ſalutis æternæ 710.
Fiducia actus fidei ſalvificæ formalis 627. In-
firma non impedit fidei ſubſtantiam 628.
Fides principium DEUS 206. Et ejus ver-
bum 207. Non Angeli 208. Nec Eccleſia
209. Aut apparitiones 210.
Fidei error fundamentalis ſtare poteſt cum
mera-

miraculis 214. Fides finis Scripturarũ 240.
Fidem habere propriam oportet 710, 711. Fidei perſeverantia 712.
Filiatio divina credentium 632.
Filius Davidis DEI & Hominis dictus Chriſtus 179.
Filii in Divinis Deitas probata 261. Filius quomodo in divinis accipiatur 265. Eſt Patri ὁμοούσιος 266. Competunt ipſi attributa divina 269 ſeqq. Omniſcientia 271. Æternitas 270. Καρδιογνωσία 273, 274. Omnipotentia 275. Reſuſcitavit ſeipſum ex mortuis 276. omnipræſentia 276. Creator eſt 280. Ab eo procedit Spiritus S. 316. ſeqq. Quomodo ſubjiciendus Patri ſit 554.
Fletus Chriſti 451.
Fontes Judææ 837.
Fontes Scripturarum præferendi verſionibus 339.
Fratres Chriſti quo ſenſu dicantur? 426. 201.
Fuga in perſecutionibus licita 286.
Fuga Chriſti in Ægyptum 159.
Fuga Chriſti ob perſecutiones 123. An & nobis imitanda 124. 161.
Fundamentalis fidei error ſtare poteſt cum miraculorum dono 214.
Funebres ritus Judæorum 850.
Furtum in Decalogo prohibitum quid? 680.
Futura non exacte norunt diaboli 954.

G.

Gabrielis Archangeli nomen & deſcriptio 142.
Gadareni infames 876.
Galilæa locus primus doctrinæ Chriſti 111. ejus deſcriptio 833.
Galilæorum ingenia 136.
Garizim mons 839
Gaulonitæ 861, 877.
Γαζοφυλάκιον 848.
Genealogia Chriſti 400. ſeq.
Genealogiarum Judaicarum confuſio 146. combuſtæ ab Herode 848.
Generatio in divinis à creatione & factione diſtincta 264. 265.
Generoſus dictus Chriſtus 179.
Gentilium virtutes 648.
Gergeſeni Ethnici fuerunt 294.
Germanica verſio Nov. T. vetuſta rythmica 18.
Geſtus libidinoſi 673.
Gladius qui tranſivit per animam Mariæ num fuerit Incredulitas 769.
Gladium ſtringere Magiſtratui non prohibitum 672.
Gloriam ſuam non quæſivit Chriſtus. 310.
Gnoſtici Joh. Bapt. contemptores 82.
Gnoſticorum hæreſis circa baptiſmi formulam 657.
Golgatha. 504.
Gotteslaͤſterung idem quod blaſphemia 386.
Græcæ eccleſiæ error de Spiritus S. proceſſione refutatus 318. ſeqq.
Granum tritici dictus Chriſtus 179.
Gratia DEI juſtificans quæ 628
χαρὶ & χαρὰ quid ſignificent? 216
Gregorius Nyſſenus à Baſilio ſimplex & incogitans dictus 96.

H.

Hæmorrhouſa à Chriſto curata quæ fuerit? 189.
Hæretici an vi reducendi ad Eccleſiam 772.
Hanna Propheteſſa 422. an Monialis fuerit 423.
Harmoniæ Evangeliorum 16.
Harmonia Scripturæ 15.
Heavtontimoriæ Judæorum 875.
Hebræa lingua Judæis tempore Chriſti non admodum familiaris 840.
Hebron habitaculum Eliſabethæ matris Joh. Baptiſtæ 399.
Herodes Synedrii poteſtatem infregit 845
Herodes M. Rex precarius Judææ 822. nomen idem multis commune 825. eorum dignitas regiæ par 826. ἀλλόφυλος fuit. 828. ejus genus & Pater 828.
Herodis tyrannis 828. tragicus exitus 890.
Herodiani qui? 864.
Hieronymus falſarius Scripturæ audit ap.

Arlanos 38. ejus verſio La[illegible]o Latina Evangelio-
rum [illegible] ac notata 28.
Hieronymi [illegible] ſcriptio 97
Hieroſolymorum deſcri[illegible]lationis ſigna 831,832.
Hieroſolymitanæ deſolati[illegible]p. Judæos ſectæ 160.
Hilkelis & Schammæi aſ[illegible]is dicatur? 346.
Homicida ab initio quis [illegible]
Hominis creatio [illegible] quis 342,343
Honor parentibus debi[illegible] & officium 665.
Hoſpitalariorum ordo [illegible] 83,84.
Homo an fuerit Chriſt[illegible]us in triduo mortis
438.
Humana natura Chri[illegible]i non genita neque
creata à Spir. S. 393.
Humilitas [illegible] 648.
Humilitatis ſtudium A[illegible]iniſtris Eccleſiæ man-
datum 148.149. ite[illegible] Apoſtolis 154.
Hymnus à Chriſto de[illegible]cantatus poſt cœnam
paſchalem 505.
Hypapantes feſtum [illegible] 423.
Hypocriſis & ejus pœ[illegible]iſto præbitus 687.
Hyſſopus in cruce Ch[illegible] 323.

IAcobus Major Apo[illegible]olus 192.
Jacobus Alphæi A[illegible]poſtolus 200. non fuit
Hieroſolymorum [illegible] Epiſcopus ibid.
de Jacobo fratre Do[illegible]ini fabula 739.
Idiomatum in Chri[illegible] communicatio 440.
Ἰδιωτισμὸς in Comm[illegible]unicat. Idiom. 441.
Jejunia precum co[illegible]dimenta. 655. libidinis
remedia 670.
JESUS unde? [illegible] 376
Ignis purgatorius po[illegible]ſt mortem fictus ab O-
rigene 709
Ignoráſſe quædam [illegible]hriſtum ſecundum hu-
manam naturam [illegible]probatus 560.561.
Immanuel dictus C[illegible]hriſtus 379.
Immenſitas DEI att[illegible]ributum 329.
Immortalitas DEI [illegible]ttributum 329.
Immutabilitas DE[illegible]s non eſt ejuſ[illegible] 328
Impœnitentiæ pec[illegible]ta 613.
Inadvertentiæ pec[illegible]b ejus nativitate diſtin 359.
Incarnatio Chriſti [illegible]dicta eſt à Prophetis &
ſta 390. 391. præ[illegible]

adumbrata typis 392. opus [illegible]
tatis 393. ſubjectivè v. ſ[illegible] DEI, [illegible]
ejus modus quis fuerit [illegible]
Increduli à quo & cur damnentur [illegible]
Incredulitatis pœna 648. damnationis ca[illegible]
ſa [illegible]
Indurationis Judæorum DEUS non [illegible]
cauſa 71.
Infames inter majores Chriſti [illegible]
Infantum Bethlehemiticorum martyrium [illegible]
751. quot illi fuerint [illegible]
de Infantia JESU liber ſuppoſititius 782.
Infinitas DEI attributum 301.
Informitates humanæ in Chriſto 189.
Informatio diſcipulorum Chriſti & Johan-
nis Bapt. 430.
Inſtrumenta paſſionis Chriſti 751.
Intentio non ſufficit ad bonum opus 520.
Interceſſio Chriſti 541. I. generalis eſt vel
ſpecialis, 544. fit ſecundum utramque na-
turam 544.
70. Interpretum verſio non ſemper ſervata
ab Evangeliſtis 327. non eſt Θεόπνευστος
238.
Introitus Chriſti in civitatem Hieroſolym.
549.
Inviſibilitas competit DEO immediatè 326.
an eadem Chriſto? 327.
Johannes Apoſtolus 193. fueritne Diſcipu-
lus notus ſummo Sacerdoti 193. an à ma-
trimonio avocatus? ibid. 194. an mor-
tuus ſit 194. 694. ejus præ Petro præro-
gativæ. 197. an fuerit adoleſcens ſindone
veſtitus in paſſione Chriſti 489.
Johannes Evangeliſta 50. unde ſapientiam
ſuam hauſerit. 51. ubi & quando Evan-
gelium ſcripſerit? 53. tonitrui filius 54.
ejus circuitus liber ſuppoſititius 55. inter
Evangeliſtas difficilior 236.
Johannes Baptiſta cur dictus vox 57. ejus
varia nomina & epitheta 58, 59. cur dictus
Elias 59, 61. an angelus fuerit & abſque
peccato originali 61. quando & ubi coe-
perit docere? 64, 66. ejus prædicatio ubi
& cur

& cur infructuoſa? 66. ejus converſatio & cibus 67. ejus baptiſmus an fecerit ad remiſſionem peccatorum 65. cur Chriſtum baptizârit 65. ejus teſtimonium de ſeipſo & Chriſto 67. ſeqq. Propheta fuit & Evangeliſta 70. cur ad Chriſtum miſerit diſcipulos 72. cur dicatur clamare. 72. eo potiores fuerunt Apoſtoli 70. [illegible] dicitur τῶν [illegible] 70. ejus παῤῥησία 72, à Gnoſticis contemptus 72. ejus Martyrium & calamitates 73. à Phariſæis apud Herodem delatus. 74. Sebaſtæ eſt ſepultus. 75. ejus ſepulchrum à Juliano Apoſtata violatus. 76. ejus reliquiæ cujus fidei? 76. & ſeqq. an miracula ediderit vivus & mortuus 80, 81. ejus apparitiones fictitiæ 82. ab eo non denominantur Hoſpitalarii ſ. Johannitæ equites 83.
Johannes Baptiſta an dubitaverit de Chriſto Meſſia 766, 372. Ejus diſcipuli 370, 371.
Johannitarum equitum ordo & officium 83, 84.
Jonæ ſignum quomodo Chriſtus exhibuerit Judæis 298.
Jonas an ex Johannes contractum? 189.
Jordan fluvius 837
Jordanis aquæ an poſt Chriſtum ibi baptizatum miraculoſe ſalubres 607.
Joſeph de Arimathia 510, 532.
Joſephus Chriſti nutritius fueritne eum Mariam duxit ſenex 393.
Ituræa regio 835.
Iſraelis Rex Chriſtus 384.
Jubilæa Judæorum an fuerint poſt excidium primi templi 850.
Judas Iſckarioth 203. pro Sancto habitus & cultus 775. etiam S. Cœnæ fuit particeps. 204. ejus mortis genus 203, 204. proditio. 479, 481. oſculum proditorium 478. deſperatio 494.
Judas Thaddæus Apoſtolus 201. an Jacobi filius? 201. dictus Lebbeus ibid.
Judas Galilæus & ejus ſecta 861.
Judæi inexcuſabiles 118. Libros Scripturæ nobis ſervarunt 231. Matthæi Evangelium mutilare tentarunt 25. vel indigenæ fuerunt vel peregrini 858.
Judæorum Eccleſia 789. ejus nomina 790. Miniſterium 791. fidei principium 806. in doctrina errores 809. Sacramenta 815. vitia 801. dies & loca ſacra 817. ritus & ceremoniæ 818. Catecheſis 819.
Judæorum Magiſtratus 821. ad 830. Eorum regni finis 825. Judicia 830. Diviſio in tribus, familias, & domos 840. conjugia 841. Victus 850. Menſuræ 855. Domus ibid. veſtitus 851. Opificia & labores 853.
Judæorum calamitates Eccleſiaſticæ & civiles 885. ſeqq. Ruina finalis Reip 894. Ejuſdem ſigna 891. Seditiones & bella inteſtina 878, 893. Fames & peſtis 894. Exilii cauſæ meritoriæ 895. [illegible] 677. Doni Prophetici & cæterorum chariſmatum reliquiæ 862. Moneta & ejus ſpecies 854. Ritus funebres 856. Eccleſiaſtica vitia in doctrina, cultu, & moribus 857, 870. ſeq. Sectæ 858. Superbia 874. Inter ſe diſſenſus 858.
Judicia de Chriſto varia 457. ſeqq.
Judicio contendere Chriſtianis conceſſum 671, 672.
Judicium extremum actus ſtatus glorificationis Chriſti 590. ejuſdem deſcriptio 590.
Judicii extremi tempus 700. futuritio 701. ejus ſigna 702. ad illud præparatio vera 704. ejus proceſſus 705. conſequentia 706.
Julianus Apoſtata Joh. Bapt. reliquias exurit & diſpergit 76.
Juramenta ſpecies cultus divini 657. an omnino à Chriſto prohibita ibid. 658.
Jurandi per Evangelium formula 19.
Juriſdictionis Eccleſiaſticæ poteſtas 144. ejus abuſus ibid. 145.
Juſtificatio actus forenſis 617, ejus fundamentum meritum Chriſti 618. homini impoſſibilis naturaliter, ideòque gratuita 618.

Digitized by Google

618. ejus organum fide
tum
Justitia DEI attributum

K.

Kalendæ Januarii an
te ipsius consecrat
Κυριακὴ γέγονε est Christ
Κυρίου θεῖα in comm
Κύριος titulus

L.

Lacrymæ Christi
Laicis etiam legen
Lapidationis Supplici
ex Lapidibus quomo
possit DEUS
Latrones cum Christ
unius conversio
Lebbeus unde dictus
de Legali Sacerdotio
phus
Legi quomodo Chris
Legem novam an tul
plevit tripliciter
Lex Evangelicis con
139.
Lex pro Scriptis Mo
Levi publicanus, fact
Levitarum & Sacer
fuerunt Christiter
Libervitæ dictus Ch
Liberatio Christi no
seqq.
Liberorum apud Ju
Libertas filiorum D
Liberum arbitrium
psum nullum
Libidinis remedia
Liechtenst
Literam Scripturæ
citur
Literalis Scripturæ
Locorum Sanctita
Locorum Sacrorum
Λόγος cur dicatur

fides 610. ejus obje- 631
333
an à Christo nativita-
crata 740.
stus 273,274
municat. Idiom. 442.
666.
da Scriptura 431.
236.
do homines suscitare 879.
330,331.
crucifixi 504. eorum
506.
Judas?
Christi Liber Apocry- 201.
satis fecerit 471.
fecerit Christus? 98. im- 471.
98.
tionibus miscenda. 138,
fis 218. ejus divisio 220.
us Apostolus 199.
dotum divisio 792,793.
795.
330.
bis præstita à quibus 585.
udæos educatio
874.
633,634
an spiritualibus post la-
361.
879
423.
sequi fermentum non di-
763.
census universantium 233.
veneratio 740.
Christus? 85, 388. an ali- 751.

quando etiam dicatur angelus? 117.
hujus nominis autor Plato
Longini fabula
Lotio pedum à Christo facta
Lucas Evangelista alias Lucius dictus
& qualis 46. an pictor. ibid. à quo hi-
stiam Evangelicam acceperit? 47.
quando scripserit
Lugendi moderatè mortui
Lunaticorum morbus non mere naturalis
351,287.
Lux cur dicatur Christus? 87, 388. cur Apo-
stoli & ministri Ecclesiæ
Lux an clarificatione Christi qualis fuerit
567

M.

Magdala Gadarenorum
Magdalena non est peccatrix illa fa-
mosa 816.
de Magia Libri Christo à gentilibus impu-
tati 294.
de Magia Liber ad Petrum & Paulum Chri-
sto adscriptus 24.
Magiæ accusatus Christus 294.299.300.
Magistratus officium 299.
Magistratui Politico subsunt Ministri Eccle-
siæ 666.
Magistratus Judæorum 345.
Magorum ad Christum adventus 427. quan-
do factus 823
Magorum stella an fuerit Spiritus S.? 420.
Mahumedem in Scripturis promissum 323.
hent Turcæ 10.
Majestas DEI attributum 308.
Malchi percussio 316.
Maleficis consolandis adfuncti Johannitæ 488
84.
Malorum ministerium efficax
Manichæorum duplex principium 116.
Marcion Evangeliorum corruptor 145.
Marcus cur scripserit Evangelium 25.
Marcus Evangelista quis? 40. ubi & quan- 12.
do scripserit? 41. an Latine scripserit? 41.
seqq.

ſeqq. ejus autographum Venetum an genuinum? 43, 44. in eum cur pauci commentati ſint 43. cur ejus Evangelium dicatur Petri 27.
Margarita an dicatur Chriſtus? 382.
Maria ex genere Regio & Sacerdotali ſimul oriunda 401. 470. An virginitatis ſecerit votū 719. Quo impellente peccaverit 766. An laboraverit incredulitate 769. 770. Non venit ad ſepulchrum Chriſti cum unguentis 569. Cur non invocanda 656. Non fuit ἀναμάρτητος 690. Fuit Propheτiſſa 737 Cum Beelzebub comparata à Ribera 348. Ejus purificatio 421.
Maronitarum hodiernorum docendi forma parabolica 100.
Martha Lazari ſoror an fuerit hæmorrhouſa à Chriſto curata? 289.
Martyrum vera cauſa 782. 783.
Martyrum maximus Chriſtus 780.
Maſora Judæorum 859.
Mater Chriſti an dicantur Miniſtri Eccleſiæ? 129
Matrimonia Apoſtolorum Petri & Philippi 178.
Matthæus non de ſola humana natura Chriſti ſcripſit 17. An ſcripſerit Hebr. 12, 31, 32.
Matthæus Apoſtolus 199. Non ſolus ſemet dicit publicanum ibid. Probat divinitatem Chriſti 273.
Matthæus Evangel. an idem cum eo qui dicitur Levi 30. Cur ſcripſerit 33. 35. Cur ei pro inſigni tribuatur juvenis 34. Quando ſcripſerit? 35 à quibus explicatus 36, 37. Ejus Evangelium à Judæis mutilatum 25.
Membra corporis à Chriſto in miraculis patrandis adhibita 435
Mendacia qualia in decalogo prohibita 684
Mendicus an fuerit Chriſtus? 516
Mercatores in Eccleſia tolerandi 682.
Merces pro laboribus miniſterio debita 156. propter eam non docendum ibid. 157.
Mereri nihil poſſunt bona opera 691.
Merita aliena non poſſunt 712. noſtra non merentur vitam æternam 713. 714.
Meritum Chriſti juſtificationis noſtræ fundamentum 618.
Meriti Chriſti effectus 534. Univerſalitas 540.
Meſſiæ revelationis gradus 458.
Metaphorica Chriſti nomina cur ab Evangeliſtis adhibita? 375.
Μετεμψύχωσις 695. An à Judæis credita 814.
Μετεμψύχωσιν an ſtatuerint Apoſtoli 182.
Milites carnificum officio functi 518.
Miniſterii autor DEUS 129. Tres Trinitatis perſonæ 130. ſeq. Ejus efficacia 147. Dignitas 149.
Miniſterio conceſſa poteſtas clavium 205. Ejus nomina 125. ſeq.
Miniſterium malorum efficax 156.
Miniſterii improbitas non obſtat Sacramenti efficaciæ 601.
Miniſtri Eccleſiæ definitio 139. Officium 136. 137. Subeſt Magiſtratui Politico 145.
Miniſtri Eccleſiæ quomodo æquales? 148. mercedem capere poſſunt pro laboribus 156.
Miniſtrorum Eccleſiæ præmia æterna & eorum gradus 157. 158. Eorundem calamitates 159. Unde hæ oriantur 160. Adverſus eaſdem ſolatia 161. ſeqq. Vitia 164. ſeqq. Malorum examen & probatio 168.
Miracula poſt mortem Chriſti 308, 919.
Miracula pœnitentiæ adjumenta 612.
Miracula an ad doctrinæ confirmationem ſemper requirantur? 80 an ediderit Joh. Bapt. 80. 81.
Miracula non edidit Chriſtus infantiæ primis annis 300. 301.
Miracula per Evangeliorum librum edita ficticia 20.
Miracula ſua cur propalari vetuerit Chriſtus 364.
Miracula. Chriſti doctrinam confirmantia 107.
Miracula quævis non ſunt principium fidei 213. Cum illis ſtare poteſt error in fundamento

mento

mento fidei 214. 215 q...
dum 215. Probant di...
ſti
de Miraculis Chriſti diver...
Miſericordia DEI attribu...
Mœchari in Decalogo qu...
Molæ Judæorum dome...
Monachorum Symboli...
qualitates
Monachi mendicant...
ſto
Monialis non fuit Han...
Monoteſſaron Ludov...
Mons ex quo in cœl...
ſtus
Montes Judææ celeb...
Montes an dicantur ...
Morbi difficiliores ...
ſi
Morbi à Chriſto cur...
Mortale peccatum q...
ad Mortem damnat...
Johannitæ
Mortis nomen & d...
Diabolus 693. No...
curſu obtingit pii...
non eſt
Mortui à Chriſto ſuſ...
Mortui moderate lu...
Mortuorum unctio...
Moſis autoritas ...
ante Mundum præc...
cem
Moſes an mortuus
Myrrha cur admiſt...

N.

NArdi liquor
Nativitas Chr...
Nazaræi hæretici
um
Nazarenus ubi di...
tis
Nethinæorum offi...
Nomen Patris quo...

...is quomodo creden-
divinitatem Chri-
283.308.
...verſa judicia 296.
...ibutum 332.
... quid 673
...neſtice 850.
...licæ cum Gaulonitis 861.
...es improbati à Chri-
682.
...na Propheteſſa 403.
...ci Pii 16.
...rum ſublatus eſt Chri-
579.
...Diaboli 838.
...propter peccata immiſ-
347.
...ati 630.
...aid? 286. ſeqq.
...ās conſolandis deſtinati 361.
...iviſio 692. Ejus autor 84.
...n tamen ſine DEI con-
...s ibid. Ejus hora fatalis
693.
...icati 290,291.
...endi 696.
...Hebræis uſitata 477.
...avit 232.
...x iſtontia infert æternita-
870.
... potui morientium 693.
523.
...iſti qualis 732.
...mutilarunt Evangeli- 414,415.
...tus Chriſtus à Prophe- 37.
223,226,382.
...ium 79.
...modo revelarit Chriſtus 96.

Nominis divini ſanctificatio
Notitia DEI vel theoretica vel pr...
Novi Teſtamenti variæ verſiones
Nubes an dicatur Spiritus Sanctus
Nummiſmata Judæorum
in Nuptiis Canæis qui fuerint Spo...

O.

OBedientia Chriſti activa &...
va
Obſeſſi à Chriſto curati 294. Cur...
cum Chriſto vivente in terra
Obſeſſio duplex corporalis & ſpiritua...
Occidere in Decalogo quid?
Offerre ſeipſum tormentis in perfec...
non licet
Officium Chriſti 464. ſeqq. Ejus cauſa...
non politicum fuit ſed eccleſiaſt...
466. Propheticum 469. Sacerdotale
Regnum
Omiſſionis peccata
Omnipotentia DEI attributum
Omnipræſentia DEI attributum
Omnipræſentia humanæ naturæ Chr...
442.
Omniſcientia DEI attributum
'Ομοουσία Filii DEI cum Patre 9...
Oratio Dominica 266,2...
Orationis veræ requiſita 65...
Ordinatio Miniſtrorum Eccleſiæ 69...
Origenis fictum purgatorium 134.
Originale peccatum 709.
Ornamenta Pontificalia Judæis erepta 358.
Ortus ex alto quid ſignificet 856.
Oſculum Judæ proditorium 304.
Oſſium dictus Chriſtus 487.
Othfridus interpres Germanicus novi Te- 383.
ſtamenti
Oris quomodo factus Chriſtus? 22.
124.

P.

PAn an dicatur Chriſtus?
Panis dictus Chriſtus 383,132.
Papias cujus autoritatis 383.
Parabolicus docendi modus Syris & Orien- 38.
talibus uſitatus
100.
Para-

Paracletus quid? 307, 308. Dicitur & Chriſtus & Spiritus S. ſed diverſimodè 308.
Paradiſus quid? 707.
Parentes in Decalogo qui 665.
Parentum gratia commendandi liberi 60.
Παρρησία quid notet 591.
Paſchatis à Chriſto celebrati deſcriptio 472. 473.
Paſſio Chriſti vel interna vel externa 526, 527. Ejus finis 528. An ipſi liceat illacrymari? 540.
Paſſionis Chriſti circumſtantiæ à Prophetis prædictæ 229.
Paſſionis Chriſti hiſtoria 475. Varia ejus nomina 512. Cauſſæ 513. Inſtrumenta 520.
Paſtor cur dicatur Chriſtus? 87.
Paſtor bonus dictus Chriſtus 383.
Paſtoribus Bethlehemiticis facta annunciatio Angelica 417.
Pater familias dictus Chriſtus 384.
Pater Chriſti non poteſt dici Spiritus S. 394.
Patris vox [illegible] 250.
Pater in divinis non colitur ſine filio 255. Ejus nomen quomodo revelaverit Chriſtus 96. Ejus character hypoſtaticus 259.
Patientia ex fide nata 646.
Patribus repugnant Pontificii 201.
Patrum autoritas apud Pontificios 35.
Paupertas Chriſti 556.
Paupertas Apoſtolorum qualis 156, 157.
Paupertatis votum an fecerint Apoſtoli 739.
Peccatorum converſatione cur uſus fuerit Chriſtus 302.
Peccatum originale 358. Actuale & ejus diviſiones ibid. Utrumque paſſione Chriſti ſublatum 541. In Spiritum Sanctum 359.
Peccatorum cauſa Principalis Diabolus 356. Minus principalis homo 357. Effectus & pœnæ 360. Quæ habent gradus 689. Remiſſio [illegible] argumentum divinitatis Chriſti 293.
Peccatrix illa famoſa non fuit Magdalena 294.
Pentateuchus in N. T. allegatus 220. Ejus materia 219, 220.
Pentecoſte à Chriſto celebrata 473.
Per non notat in Scripturis ſemper cauſam miniſterialem aut inſtrumentalem 280. 281.
Perfectio DEI attributum 336.
Perfectio qualis à nobis exigatur 689.
Περιχώρησις naturarum in Chriſto 440.
Perſecutiones Eccleſiæ 777. 778. Earundem ſpecies 784.
in Perſecutionibus tormentis ultro non licet ſe offerre 824.
Perſeverantia fidei 630, 712.
Perſica verſio Novi Teſtamenti 31.
Perſonalis unio in Chriſto quid? 437.
Perſonarum divinarum pluralitas 254. Etiam in Vet. T. nota 255. diſtinctio realis probatur 256.
Petra dictus Chriſtus 384.
Petra quæ ſit fundamentum Eccleſiæ 367.
Petrus utrum à Chriſto baptizatus? 103.
Petrus non accepit præ reliquis peculiarem à Chriſto poteſtatem 148.
Petri Apoſtoli matrimonium 178.
Petri Apoſtoli nomen 188. Non dicitur Petra 188. Non ſolus Chriſtum confeſſus eſt DEI filium 190. An ob ætatem ſit conſtitutus Apoſtolorum primus 189. Ejus vitia 191.
Petri lapſus prædictus 483. Ejus temeritas 488. Abnegatio Chriſti 489, 491. An ore tantum facta 631.
Phariſæi Joh. Baptiſtæ delatores 74.
Phariſæorum ſecta inter Judæos 858.
Philippi Apoſtoli Matrimonium 178.
Philippus Apoſtolus 195. An idem Evangeliſta & Diaconus? 195, 196.
Philoſophis non cognitum Chriſtologiæ Myſterium 174.
Philoſophorum virtutes 648.
Phylacteria Phariſæorum 656. 657.
Phylacteria Judæorum 874.
Pilatus 495, 498, 517.
Pilati acta 24.
Piſcatores hominum 126.

Plato-

Platoni an adſcribendum [illegible] quod Chriſtus dicatur Λόγος. 358.
Pœnæ peccatorum temporales & æternæ vel ſpirituales 360.
Pœnæ peccatorum gradus [illegible] eſſus habebunt 689.
Pœnæ reorum apud Judæos 844.
Pœnitentia 609. Non [illegible] eſt virium noſtrarum 610. ejus ſubjectum 612. partes ibid. & ſeqq.
Politica poteſtate care[illegible]nt Miniſtri Eccleſiæ. 145.
Polygamia prohibita
Polygamia Chriſti te[illegible]mpore inter Judæos an fuerit in uſu? 676.
Pontifices Hebræorum [illegible] præter jus multiplicati. 793. ejus pote[illegible]tas 846.
Pontificum Romano[illegible]rum inter ſe in ipſa cathedra diſſenſus 794.
Pontificiorum inter ſe diſſenſus in traditionibus 557.
Pontificiorum à Patribus diſſenſus 619.
Poſſeſſio bonorum conceſſa 201.
Poteſtas clavium duplex 684.
Poteſtas Chriſti exercita in reformatione cultus 104.
Poteſtas Eccleſiaſtica vel Ordinis vel Juriſdictionis 105.
Potus Chriſti in cruce 137.
Prædicatio verbi divini qualis eſſe debeat? 523.
138. ejus modiqui [illegible] 140.
Præexiſtentia ante [illegible] mundum infert æternitatem 270.
Præmia Miniſtrorum Eccleſiæ, & eorum gradus 157, 158.
Præmia habebunt g[illegible] 689.
Præputium an tecerit Chriſtus in reſurrectione ſua 585.
Præſcriptionis jus [illegible]quoad libros ſacros in Eccleſia 26.
Πρόσευχαι Judæorum [illegible] quid? 531.
Precum Chriſtimo[illegible]dus 541.
Precum requiſita, [illegible] 54. materia, 655. defectus & vitia 656.
Princeps Dæmonum [illegible] 347, 348.
Principium quomodo ſuerit Chriſtus [illegible]
Promiſſio [illegible]
Proceſſio Spiritus Sancti à Patre & Filio 309, 311. ſeqq. qualis?
Propheta cur dicatur Chriſtus? 318, ſeq.
Propheticum officium Chriſti prædictum V. T. 314, 315. creditum etiam à Samaritanis ibid. quo ratione probata directe & indirecte
Prophetæ variè dicitur 272. Eorum nomina in N. T. allegata 114. eorum vaticinia Chriſto 228, 229. Eorum ultimus Johannes Baptiſta
Prophetiarum Author Trinitas 8. 225. Prophetiarum duplex impletio 226. An iidem oporteat fuerit ut Jeſus crederetur Meſſias?
Prophetiæ donum in Eccleſia N. T.
Proſelyti Judæorum
Providentia Divina demonſtrata
Prudentia Theologica
Pſeudhermeneutæ Evangeliorum
Pſeudo Prophetæ & pſeudo Chriſti Judæorum ſeductores
Ψυχαγωγία poſt mortem tantùm duo.
Publicani qui
Puerperæ Judæorum cur fuerint expiandæ 358. 813, 818
Purgatorium Origenis
Purificationes Judæorum variæ

Q.

Quackerorum deliria circa veſtes miniſtrorum Eccleſiæ
Quadruplex Scripturæ ſenſus & IV. ejus Doctores ſecundum numerum Evangeliſtarum
Quatuor Animalia Ezechielis ad Chriſtum applicata 575. An eadem inſignia Evangeliſtarum?
Quinnus deſcriptiones terræ Judaicæ 11, 12, 1[illegible] 405

R.

Rabbi cur dicatus Chriſtus?
Racha quid? 669
Ram[illegible]

Digitized by Google

Rami arborum cur Chriſto Hieroſolymas ingredienti ſubſtrati 551.
Ratio non eſt principium fidei 212.
Redemptio Chriſti univerſalis 468.
Reformatio cultus miraculoſè facta à Chriſto 105.
Regium Chriſti officium 545, ſeq.
Regnum Chriſti triplex 552.
Regni Judaici finis 825.
Reliquiæ Chriſti paſſim ſervatæ 428, 432.
Remiſſio peccatorum quomodo petatur in oratione dominica? 690.
Renovatio hominis 637.
Repudii libellus cur Judæis conceſſus 677
Renovationis ſtudium baptizatis neceſſarium 606. Ejus deſcriptio 637. Cauſæ 638
Reſponſiones Chriſti viſæ ἀπροσδιόνυσοι 118.
Reſtitutio hominis ſ. ſtatus reſtitutionis deſcriptus 593. Ejus cauſæ efficiens meritoria &c. 594. media perſonalia & realia 596.
Reſurrectio dicitur Chriſtus 384
Reſurrectio Chriſti 569. Ejus appellationes variæ 580. Opus totius Trinitatis 584 Facta eſt ante remotum ſepulchri lapidem 586. Ejus fructus 587.
Reſurrectio mortuorum 697. An in V. T. cognita 698 Ejus ſubjectum idem numero corpus 699
Revelationis Meſſiæ gradus 458.
Rex Iſrael dictus Chriſtus 384.
ῥητὸν & Διάνοια in Scriptura obſervanda 98.
Riberæ Jeſuitæ comparatio inter Mariam & Beelzebub 348.
Romanorum in Judæos Dominium 823. circa ſacra 841, 842.

S.

Sabbaticus fluvius 883.
Sabbathum à Judæis inſuper aliquando habitum 512.
Sabbathi obſervatio 658. qualis vera 659.
Sabbathi Judaici celebratio 817.
Sacerdotum Judaicorum poteſtas 793. ſummi præter jus multiplicati. ibid. vid. Pontifex. Vitia 801. ſeq. ſata 803. differentiæ 803.
Sacerdotale Chriſti officium 470.
de Sacerdotio Chriſti legali liber Apocryphus 478.
Sacramentorum numerus & præfiguratio 598. ejus requiſitum eſſentiale Inſtitutio Divina 599. eorum efficaciæ non præjudicat miniſtri improbitas 601.
Sacramenta Judæorum 815.
Sacrificia Judæorum varii generis 816. Sale cur condita 816.
Sadducæorum ſecta 801.
Sadducæi Dæmonum exiſtentiam negantes 347.
Sale cur condita fuerint Judæorum Sacrificia. 816.
Salus æterna DEI donum 708. ejus organa 709, 710. paucis obtinget 715 ejus qualitas non æſtimanda ex rebus mundanis 719. ejus certitudo 720.
Salvatio quid & quotuplex 706, 707.
Samariæ deſcriptio 832.
Samaritani qui? 868. eorum cum Judæis controverſiæ 869.
Sanctificatio nominis divini 650.
Sanctitatis morum exempla 738.
Sanctus DEI dicitur Chriſtus 384.
Sanguis Chriſti, qui fluxit ex ejus latere, cujus efficaciæ 539. ejus reliquiæ falſo tales. 584.
Sapientia DEI attributum 334.
Sapientia dicitur Chriſtus 384.
Sapientia DEI ſ. eſſentialis ſ. perſonalis 334.
Satanæ nomen unde? 349.
Satisfactiones non impoſitæ à Chriſto pœnitentibus 632.
Scandala quomodo venire oporteat 761. varia ſunt 762, 766. eorum cauſa 769. remedia 772. ſeqq. non ſint violenta 773.
Schammæi & Hillelis ſectæ inter Judæos 860.

Digitized by Google

Scribæ qui ? 795. 804. corum
Scripturæ vox quid ſignific
liſtas ?
Scriptura S. eſt principium
modo legenda & tracta
aliquando difficilis ?
intelligi poteſt & debe
Scripturæ ſenſus quadr
monia 15. Authorita
Abuſus 232. Senſus
pturam eruendus 23
citæ & probandæ, 2
cacia 238. Ejus Auth
de Scriptura Judæoru
corrupta eſt à Jud
habita
Seculi conſummatio
Seminator Chriſtus
Senſus non eſt fidei pr
Senſus Scripturæ qu
Senſus Scripturæ dup
endi media
Sepeliendi apud Jud
Septuaginta diſcipuli
Septuaginta 186. corum
Vulgata
187.
Septuaginta Interpr
obſervata ab Evan
Sermonis & vocis di
Serpens æneus Chriſ
Servus DEI dicitur
Servorum apud Jud
Seſſio Chriſti ad dext
Sciſſio veſtium apud
Sichar urbs
Simeon Chriſtum u
filius 422. de eo v
Simon Cananæus Ap
fuerit in nuptiis
fuerit Hieroſoly
Simon leproſus Ch
Simplicitas DEI att
Solatia Miniſtroru
161. ſeqq.

...orum veſtitus 799.
...iſicet apud Evange-
216.
...um fidei 107. Quo-
...ēlanda ? 232, 233. Cur
... 236. A laicis legi &
...Ecet 236. Ravii ? ... &
...enda
98.
...druplex 56. Ejus har-
...as quoad N. T. 5, 6.
...duplex 233. Per ſcri-
...35. Ejus verſiones li-
...37. Perfectio & effi
...hor Deus
217.
...m ſententia 807. non
...is 808, 809. in pretio
819. 820.
706.
...incipium 87.
...druplex 211.
...lex 56.
... 233, eum percipi-
214. 215.
...coſtitus 532, 533.
... duo male adducuntur à
... nomina in certa ibid
...tum verſio non ſemper
...geliſtis 237. 238.
...ferentia 58.
...i typus 526, 535, 537.
...hriſtus 385.
...eos diſtinctio 849.
...ram DEI 569.
...Judæos 802.
...nis complexus, Halleluja 832.
...ria conſiſta
...ſtolus 201. an Sponſus 413.
...Cana Galilææ ? ibid. an
...morum Epiſcopus ? 201.
...ſti hoſpes 477.
...ſbutum 325.
...on Eccleſiæ afflictorum

Solitudines Diabolorum receptacula
Somnum ... ſtatuum ...
Spaſmus B. Virginis Monachorum deliram.
391.
Spectatores clarificationis Chriſti
Spectra cur non amplius ita inſeſtent dæ-
mones ut ſub Papatu
Spinea corona Chriſti
Spiritualitas DEI attributum
Spiritus & animæ diſtinctio hæpe
420.
Spiritus S. an dicatur Chriſtus
Spiritus S. autor officii Chriſti Prophet.
Spiritus S. autor Miniſterii Eccleſiaſtici
Spiritus S. neque creavit neque genuit huma-
nam naturam Chriſti, 304. nec dici po-
teſt Pater Chriſti ibid.
Spiritus S. cognitio ad Salutem neceſſaria
304. quomodo dicatur Spiritus 305, 306.
ejusd varia nomina 306. divinitas Patri
& Filio ὁμοούσιος 308. perſonalitas ab iis
diſtincta 314. locus in ordine divinarum
perſonarum 314. Character proceſſio à
Patre & Filio 315. ſeqq. attributa. 322. &
Symbola 323.
Sponſus dicitur Chriſtus 387.
Sponſus in nuptiis Cananæis quis fuerit ?
202. 739.
Status an Chriſto erecta ab Hæmorrhouſa.
783.
Status Chriſti diverſi 553. exinanitionis. 554.
exaltationis 565.
Status reſtitutionis humanæ vide reſtitutio.
Stella Magorum an fuerit Spiritus Sanctus
323. An Angelus 319. Quomodo Chri-
ſtum natum ipſis declaraverit 419.
Subditorum officium 666, 667.
Succeſſio non eſt fidei principium 213.
Sudor Chriſti ſanguineus 527.
Supererogationis opera à Judæis præſtita
802.
Supplicia apud Judæos 844.
Suppoſititia ſcripta Apoſtolorum 23.
Synagogæ Judæorum 797.

Syn-

Synedrium Judaicum 796. Ejus locus 797. poteſtas 842.
Syriaca verſio Evangeliorum 20.

T.

Tatiani hæretici Diateſſaron 25.
Templi ſecundi gloria major quam primi 172.
Templi Judaici deſcriptio 817. Ab Herode M. reſtauratum ſed non plane novum ædificatum 820. Quæ in ſecundo defuerint 884.
Templa ſanctè habenda 651.
Temporum obſervatio & diſtinctio in Eccleſia 740.
Tempus quo Chriſtus docuit, quot annorum ſit? 314.
Tentatio Chriſti in deſerto 518.
Terræ motus patiente Chriſto factus 529
Teſtimonium Chriſti de ſeipſo 369.
Teſtimonium falſum quid 684.
Textus Evangelici diſtinctio duplex cujus autoris 13.
Thaddæi duo 202.
Thaddæus vide Judas
Theatinorum ordo ſuperſtitioſus 557.
Theodoreti hiſtoria religioſa liber ſuppoſititius 82.
Theologia articulus fidei fundamentalis 249. Eſt duplex ἀρχέτυπος & ἔκτυπος 250.
Theologia parabolica quomodo adhibenda? 101.
Theophilus cui Lucas inſcripſit Evangelium 666.
Θεοπνευστίας requiſita & indicia 92.
Theſauros in terris colligere quomodo prohibitum 603.
Theſaurus an dicatur Chriſtus 387.
Theudas pſeudopropheta 892.
Thomæ facta apparitio Chriſti 877.
Thomas Apoſtolus cur dictus Δίδυμος 198.
Timor DEI 649.
Titulus cruci Chriſti affixus 512.
Tonitrui filius Johannes 54.
Tormentis ſemet offerre perſecutionis tempore non licet 134.
Tortores apud Judæos qui? 831.
Tractus hominis ad Chriſtum 621, 623.
Traditiones à Chriſto quales obſervatæ 473.
Traditiones verè Apoſtolicæ 12.
Traditiones non ſunt principium fidei 212.
Traditiones Judæorum 807, 819.
Traditionum ἀγράφων incertitudo 197.
Tradux peccati 358.
Trinitas autor miniſterii 130.
Trinitas perſonarum eſſentiæ divinæ 254, 255.
Turris Eder 417.
Troſtii editio Syriaca Novi Teſt. 21.

V.

Vaticinia Prophetarum de Chriſto 229, 230
Velum templi in paſſione Chriſti ſciſſum 529.
Vena umbilicalis Chriſti à Pontificiis oſtenditur 415, 416.
Venturus dicitur Chriſtus 367.
Verbum dicitur Chriſtus 387.
Verbum DEI prædicando tractatur quintupliciter 140.
Verbum DEI vocationis medium 396.
Veritas DEI attributum 325.
Veritas mandata in Decalogo 686.
Verſio LXX. Interpretum non ſemper ſervata ab Evangeliſtis 237, 238.
Verſiones Scripturarum probandæ 237. Fontibus autem poſtponendæ 219.
Verſiones variæ Evangeliorum 20. ſeq.
Veſtis candida ab Herode Chriſto injecta 544.
Veſtes Chriſti 432.
Veſtitus miniſtrorum Eccleſiæ 738.
Victima Chriſti Sacerdotis ipſe Chriſtus 524.
Vindicta privata prohibita 670.
Vinitor dicitur Chriſtus 388.
Virgo mater Meſſiæ 398.

Digitized by Google

Virtus qualis de Chriſto [illegible] iſto dicatur extitiſſe?
307.
Virtus altiſſimi dicitur Chr[illegible] Chriſtus 388.
Viſiones non ſunt principi[illegible]cipium fidei 210.
Viſus duplex Spiritualis &[illegible]is & corporalis 241.
Viſitationes Eccleſiæ à Ch[illegible] Chriſto habitæ 756.
757.
Virtutes Philoſophorum [illegible]m 641.
Vita æterna DEI donum [illegible]um 708. Rationi in-
cognitum 713. vide Sal[illegible] Salvatio.
Vita probata doctrinæ co[illegible] conjungenda 97, 130.
Unctio Chriſti ſpiritualis [illegible]alis 90. Corporalis à
Maria facta 877.
Unctio mortuorum Ebræi[illegible]Ebræis uſitata 477
Unctio perſonalis in Chriſt[illegible]Chriſto quid? 437 Du-
ravit etiam in triduo m[illegible]o mortis 438.
Unio myſtica inter DEUM [illegible] DEUM & fidelem 634.
differt ab unitate ibid. [illegible]bid.
Unitas eſſentiæ divinæ [illegible] 251. ſeqq.
Vocatio legitima & divin[illegible] divina Eccleſiæ mini-
ſtro neceſſaria 134. Med[illegible] Mediata hodie eſt ne-
ceſſaria 135.
Vocationis divinæ ordo [illegible] ordo & myſteria 597.
ſeria eſt & univerſalis [illegible]alis 598.
Volatilia cœli an dicantur [illegible] Angeli boni 339.
an Diaboli 347.
Voluntas DEI vel decreti [illegible]creti vel ſigni 653.
Voluntas Divina 334. E[illegible]
Evangelica, vel ordina[illegible]
Liberrima, Univerſalis.[illegible]
Vox cur dictus Joh. Baptiſ[illegible]
Vocis & ſermonis differen[illegible]
Uſuram accipere an liceat[illegible]
Vulnerum Chriſti numeru[illegible]

W.

WIdmanſtadii editio S[illegible]
ſtamenti

X.

XAverius Thomæ Apoſt[illegible]
epte fingitur

Z.

ZAchariam cur pro Jer[illegible]
Matthæus
Zaccharias Baptiſtæ Pater unde[illegible]
An fuerit ſummus Sacerdos?[illegible]
ciſus inter templum & altare?[illegible]
Zelotæ apud Judæos 873. An ex[illegible]
mon Chriſti diſcipulus?

F I N I S.